Inf. 51
n.° 21

R. 14
3/10

DECISIONES
S. REGII CONSILII

Neapolitani, per excellentiſs. I. V. Doct. D. ANTONIVM CAPYCIVM Regiũ Conſiliarium editæ: ad omnes ferme quotidianos caſus enucleãdos cauſidicis omnibus nedum utiles, ſed perquàm neceſſariæ.

Vota prætere quæ deerant, & quatuor Deciſiones nuſquam aliàs impreßas, in hac poſtrema editione addidimus.

Omnia nunc denuò diligentiſsime recognita, adiecto Indice rerum ac uerborum copioſiſsimo.



LVGDVNI,
Apud hæredes Iacobi Iuntæ,
M. D. LV.

es del Collegio de Carmelitas descalços de Sevilla

AD LECTOREM CAVSIDICVM SIGISMVNDVS DE HADRIA PROFESSOR LEGVM MINIMVS.

HABES *in præſentia modum, Cauſidice* Lector*, in utroq; maxime* Regno*, habes (inquam) normam, quibus quidem occurrentes tibi ferè oẽs quotidianos enucleare caſus facile ualeas, abſq; uariorũ tum authorũ, tum* Doctorũ *innumerabiliũ reuolutione chartarũ. Quieſcat in præſentiarum codex, ſileant inſtitutiones, digeſta dormiant: & authenticorũ tenebræ cũ ſuis gloſis atq; immenſis cõmentis, peregrina doctorũ non amplius infeſtabunt ingenia. Quid plura? conſtitutiones amborũ (ut ſupra)* Regnorum*, ritus, & pragmaticæ in poſterũ puluere, ſeu tineis abrodent ur: nanq; iuxta* Senecã*, dementia eſt addiſcere ſuperuacua in tanta temporis egeſtate: quũ ſit ars longa, & uita breuis in capeſſenda neceſſaria ſcientia, quæ donum* Dei *eſt. xvi. q. i. c. reuertimini.* Narrat *alibi præfatus* Seneca*, quòd librorũ multitudo diſtrahit:* Faſtidientis *enim ſtomachi eſt multa deguſtare, quæ ubi uaria ſunt & diuerſa, inquinant, nec alunt. Cæterum per contrarias interpretũ ſententias totum ius penè turbatum eſt, non ſecus atq; in antiquioribus factũ erat tẽporibus. ut l. i. §. nullis iureperitis. C. de uet. iur. enuc. quippe quòd liber hic eſt ille, qui gladium ad radicem quoruncunq; fermè caſuum audacter appoſuit: ac infinitas nonnullorũ opiniones reſecando, meliores eligẽdo, & optimas texendo unà cũ decretis ſuis optimè perſtrinxit in unũ. Suppleuit inſuper ea, quæ famoſus nequiuit* Afflictus *inſerere. Quid ſtas igitur amice* Cauſidice*, quin harũ* Deciſionũ*, ne dicã liberalis emptor, uerũ familiaris utiq; fias? ut ambitioſus ſimul & locuples quã citius euadas? quũ poſſit pauper & debeat diſcere pro pane lucrando. ff. de orig. iur. l. ij. §. ui. & extrà, de cẽſ. c. cũ ſecũdũ* Apoſtolũ*. neq; nõ (ut ait* Ariſto. *iij. topicor.) indigẽti magis eligendum eſt ditari, quàm philoſophari, mature tamen, cupiditate nequitiáue refrenatis. ut in authent. ut iud. ſine quo ſuffr. §. cogitati. c. auaritiæ. & c. quàm ſit. extrà, de elec. lib. 6.* Inſanus *etenim eſt (ut almi* Hierony. *uerbis utar in proœ.* Bibl.

prope finem) itinerans, qui ultra neceßitatem itineris ſe onerat ijs, quibus in termino abundabit. Vale, & celebri operis authori Domino ANTONIO CAPYCIO REGIO *Conſiliario (uti par eſt) te mirum in modum obnoxium fore memineris: mihi uerò ſat erit pro faciliori indagatione, currenti licet calamo propter aßiduæ lectionis & incumbendæ, & audiendæ curam, inde nuper euulſiſſe Summaria: in quibus ſi quid bene traditum eſt, adſcribatur ſoli* Deo: *ſi quid autem minus bene, uel imperfectè, ſcribentis imbecillitati Lector attribuas: tametſi minus etiam bene dicta proſint, (ut inquit philoſophus) irritant enim alios ad perfectam inueſtigationem. Vale inquam, & lubens cape libellum.*

*

IOANNI FIGVEROLAE
VIRO CLARISS. ET ACTORVM CAESARIS MODERATORI, SCIPIO CAPYCIVS.

NON poſſum uir clariſſ. ſeculi noſtri non miſereri, & maledictis hæc tempora non inſectari, quæ à pacis artibus adeo mortalium animos auertêre, ut ad literarũ ſtudia non ocij modo quicquam ſit claris ingenijs relictum, ſed maximis in periculis uerſentur hi, qui honeſtas diſciplinas atque eas artes profitentur, quæ ad uitia compeſcenda & uitæ inſtitutionem conferunt, animosq́ ad humanitatem, & bene beatéque uiuendi morem informant. Hæc me ætatis noſtræ conſuetudo ad rerum cauſas inueſtigandas, & ciuilis ſapientiæ ſtudia natũ, uſq; adeo deterruit, ut eas diſciplinas, quas natura duce citra affectationis uitium comparaueram, nõ abiecerim modo ex animo meo, ſed ad res illum longe alias applicuerim. Is tamen uiuendi tenor non adeo ingenij uires mei fregiſſet, niſi illud quoque ab omni me prorſus literarum ſtudio auocaſſet, quòd in patria, ubi claro ſatis ſanguine, maximéque honeſtis parentibus ortus fueram, de Carolo Cæſare, ciuibúsque meis benemerito, non licuit cum dignitate uiuere, quam mea mihi cũ uirtute, ſummoq́ cum labore paraueram.

Quæcunque tamen ea ſint, quæ mihi aduerſa contigêre, licet à naturæ cœliq́ ratione indaganda, & ciuilis ſcientiæ contemplatione mentem auerterint, iamq́ ex obeliſco prodeuntem florem ſtudiorum meorum decuſſerint, non tamen effecêre, ne hactenus exactæ uitæ rationem non reddiderim. Quod & libelli mei de Principijs rerum, & de Vate maximo, heroico carmine conſcripti, Commentaria item iuris ciuilis abunde teſtantur. Quumq́ è tot principibus uiris, ad quos ego in grauiſsimis erumnis meis confugi, unus tu & opem petenti non negaueris, & dextro me ſemper lumine aſpexeris, multumq́, cum uiueret Antonius pater meus, ei detuleris, ne uidear ſi parum fortunati nomen merui, nomē etiam ingrati contraxiſſe, uolui meis in ſcriptis nomē eniteſcere tuum, & tibi opus nuncupare, in quo idem pater meus iudicum ſententias quaſdam collegit. Hoc tibi, qui acta Cæſaris moderaris, arcanoq́ illius Concilio aſsides, non ingratum fore exiſtimo, propter rerum uarietatē, & ibidē deſcriptas cauſas ſumma cum prouidentia, cū tu præſidē in hoc regno ageres, diffinitas. Id munus uelim accipias ut à uiro tui amātiſ. profectū, cui, ſi quādoq́ per fortunæ (ut ethnico more loquar) impotētiā licuerit, illius inquā fortunæ, cuius tu clauū gubernas, mox etiā lōge clariora, & quæ lōgioribus fortaſſe ſeculis nomen propagabunt tuum, expectabis. Vale.

DECISIONES S. REGII CONSILII NEAPOLITANI, PER EXCELLENTISS. VIRVM DOMINVM Antonium Capycium.

SVMMARIVM.

1 Hæres uicti turbās uictorē, poteſt compeſci per ſentētiā ſuper uti poſsidetis, latam contra prædeceſſorē. & nu. 11.
2 Interdicta omnia ſunt in rem ſcripta.
3 Succeſſor etiam particularis, eſſe non debet melioris cōditionis authore ſuo.
4 Poſſeſſore à me ui, clam, aut precario rem ipſam in alium alienante, poſſum contra ſucceſſorem agere interdicto, ſicut poteram contra authorem.
5 Poſſeſsio transfertur cum ſua cauſa, ſuiſque uitiis, & qualitatibus.
6 Feuda & caſtra, licet mutent dominos & perſonas poſſeſſorum, tamen ſunt eadem.
7 Actore dicente ſe habere poſſeſsionem rei occaſione talis caſtri: & reo eandem propter aliud caſtrum, ſententia inter eos lata extenditur ad quemlibet ſucceſſorem.
8 Feudum & caſtrum eſt homo mutus & ſurdus, utens miniſterio ſui feudatarii, ut uice ſua tanquam organū & pica ſe gerat.
9 Feudatario caſtri mortuo, rerum etiā particularium poſſeſsio durat penes ipſum caſtrum.
10 Ciuitas habens caſtrum ſubiectum, uel eccleſia capellam ſibi ſubditam, acquiritur cum quaſi poſſeſsione ſubiectionis abſq; particulari apprehēſione.
11 Princeps per ingreſſum ciuitatis principalioris alicuius prouinciæ, apprehēdendi cauſa poſſeſsionem uniuerſalem cū iuriſdictionali apparatu: iam acquirit totius prouinciæ poſſeſsionem.
13 Hæredis poſſeſsio eſt noua poſſeſsio.
15 Sententia lata contra defunctum, poteſt exequi contra hæredem, tamen citatū: & hoc in aliis iudiciis, quam in interdicto retinendi, quod quidē limitatur, niſi hæres cōueniatur in intereſſe paſſo ex turbatione defuncti. & nu. 15.
16 Sētētia lata cōtra ius litigatoris, ſi nō appellatur, debet executioni mādari.
17 Apoſtolus nō releuat à decreto de exequendo: ſaltem ad finem retardandæ executionis: niſi appelletur prætextu iniquitatis executionis. & num. 18.
19 Appellare prohibitus à pœna ſtatuti, uel à facto uerè notorio, uel à ſentētia excōmunicationis: non prohibetur appellare à declaratione prædictorum.
20 Apoſtolus ab interlocutoria requirit cauſam ſpecificè, & non in genere proferri.
21 Sententia de exequendo aliam ſententiam eſt interlocutoria, habens uim diffinitiuæ, regulatam iuxta naturam diffinitiuæ.
22 Apoſtolus non requirit expreſsionem cauſæ, ſi ex facie ſententiæ conſtat uerè de grauamine.
23 Sententia de exequendo aliam ſententiam, ſi non recipit appellationem à prima, ita nec à ſecunda.
24 Iudex ſemel iudicans non poteſt re-

uocare,uel iterum iudicare in diffinitiua, nec in interlocutoria habente uim diffinitiuæ.

Fallit,niſi pronuntiet officio iudicis nobili. nu.25. uel ſi primò iudicaßet nulliter. num.26.uel niſi fuiſſet appellatū à dicta interlocutoria.num.27. & 29.

28 *Iudex à quo ,poteſt reuocare grauamen in interlocutoria mera, etiam appellatione interpoſita.num.30.*

31 *Probationnm & publicationis omiſſio non uitiat ſententiam : niſi reperiantur probationes factæ , etiam ſine dilatione.*

32 *Iudex poteſt opponere exceptionem falſi procuratoris quandocunque infra ſententiam.*

33 *Concluſio in cauſa eſt de ſubſtantia in ordinariis:nō autem in ſummariis.*

34 *Summariæ ſunt omnes cauſæ in Regno per c.deteſtantes.*

35 *Citatio ad ſententiam eſt de ſubſtantia,etiam in ſummariis : Fallit in ſententia principis , ſi pars fuißet citata ad ſe defendendum.num.36.*

Vel niſi fuiſſet præſens in prolatione ſententiæ.num.37.

DECISIO I.

IN CAVSA domini Comitis Triuenti cum domino Andræa de Ebulo, ſuper executione cuiuſdā decreti nuper lati in Magna Cur.uic.cōtra præfatum do.Andræam: Primò uidendum eſt, an executio aſſerti decreti impediri ualeat ob eiuſdem decreti iniuſtitiam : cum in eo contineatur, ſententiā olim latam in eadē Mag. Cur.cōtra quondam d. Carolum de Ebulo eius patrem,ſuper turbatione poſſeſsionis cuiuſdam territorii , & ſic ſuper interdi.retin. eſſe exequendam contra ipſum d. Andræam. Et quòd dictum decretum ob hoc non ſit iniuſtum, facit authoritas Io. Fab. in §.retinendæ.xiiij.col.uerſi.ſed an hæres uicti.Inſti.de interd.ubi tenet,
1 quòd*per ſentētiam ſuper uti poſsi. latam contra prædeceſſorem , compeſcetur hæres eius turbans uictorē, ſaltem per actionem iudicati. Et pro
2 Io.Fab.facit,quoniā*omnia interdicta ſunt in rem ſcripta.l.j.§.pe.ff. de interdi.propter quod eorum iura ſequuntur quemlibet ſucceſſorem.
3 Præterea * non debet eſſe melioris conditionis ſucceſſor etiam particularis authore ſuo. l. alienatio. ff. de contrahen.emptio.l. Pomponius. §. j.ff.de acq.poſſ.l.in omnibus.§. non debeo.de re.iu.ideo gl.in l.ſi duo.in
4 prin.in gl.ij.in fi.dicit,quòd ſi is*qui ui,clam , aut precario à me poſsidebat,transfert ex cauſa uenditionis in alium rem illam: ſicut ego poteram contra authorem agere interdicto, ita & contra ſucceſſorem:quoniam
5 poſſeſsio * trāſit cum ſua cauſa ſuiſque uitiis & qualitatibus. & gl. illam ſequuntur Bar.& Ang. ibi. Bar.in l.j. §.ſi tibi fundum.de iti. actúq; priua. Cy.in l.j.viij.q.C.uti po.Io. Fab.in d. §.retinendæ.v.col. Sed contra d.Carolum poterat d.Comes uti ſentētia cōtra eum lata, & ſic per eam ipſum à turbando compeſcere. ita & debet poſſe uti contra d.Andræam eius hæredem.& facit l.an uitiū.& l.cum hęres.ff.de diuer.& tempo.præſcrip. & l.uitia.C.de acq.poſ. Præterea & fortius in caſu præmiſſo prædicta militare debent. nam res ſuper qua ſententia lata fuit,eſt quoddam territorium poſitum in cōfinio duorum caſtrorū , quorum domini ad inuicem de tur

de turbatione litigarunt,& unus ſuc cubuit:ſucceſſórque uictoris in illo caſtro,de cuius pertinẽtiis territoriũ prætendebatur,petit ſentẽtiam exequi contra eum,qui uicto in alio caſtro ſuccedit. Prætẽditur ſimiliter territorium tale eſſe de caſtro ſuo.nam
6 caſtra * & feuda prædicta licet mutauerint dominos & perſonas poſſeſſorum:tamen ſunt eadem.& poſſeſsio rerum & terrarum adiacentiũ Caſtris ipſis, cenſeri debet iuſta uel iniuſta, & cum illis qualitatibus,prout erat tempore aſſertæ latæ ſententiæ.unde ſuccedunt uerba Io.Fab. in d.§.retinendæ.xiiij.col. uidelicet ꝙ
7 ſi actor * dicat ſe habere poſſeſsionem alicuius rei ratione talis caſtri: & reus idem ratione alterius caſtri: ſententia inter eos lata extẽditur ad quemlibet ſucceſſorẽ.ff.de no.oper.
8 nun.l.fi.Pro quo facit,quia* caſtrum & ſic feudum eſt homo mutus & ſurdus,utẽs miniſterio feudatarii apud quem conſiſtit:ut ſcilicet,loco & uice ſui tanquam pica & organum ſe gerat.ut dicit gl. in cõſtitutione, cõſuetudinem.la ultima. in gl. magna, poſt medium. eſt ergo eadem poſſeſsio,licet perſonæ mutentur. Facit
9 adhuc,nam etiã* mortuo feudatario caſtri, poſſeſsio rerũ particulariũ caſtri uidetur quodammodo exiſtere penes caſtrum:& ſic in capite. Vnde
10 dicimus,* quòd ſi ciuitas habet caſtrum ſubiectum , uel eccleſia capellam ſubditam:& quis nanciſcatur ciuitatem illam uel eccleſiam:acquiritur ei quaſi poſſeſsio ſubiectionis, abſque particulari apprehẽſione ſingulariter.Petrus de bel. per.in l.ſeruitutes.ff.de ſerui. refert & ſequitur Ant.de But.in c.ſi.ix.col.de cauſa po.
& proprie.in repet. Sozi.conſi.vij.ij. col.uer.tertiò probatur.j.uo.& per illud dictum Laud.in tract.ſuo notabi-
11 li.cclxxvij.dicit:ꝙ ſi princeps* ingreditur principaliorem ciuitatem Prouinciæ,cauſa apprehendendi poſſeſſionem Prouinciæ cum apparatu iuriſdictionali:iã acquirit quaſi poſſeſſionem totius Prouinciæ. Idem dicunt Inn.& Io.And.in c.in literis. de reſti.ſpo.Anch.poſt Dy.in regula,beneficiũ.de re.iu.in vj.in capiente poſſeſsionẽ eccleſiæ.nam is dicitur etiã poſsidere res particulares ipſius eccleſiæ abſque noua apprehenſione: quod etiã firmat Aretinus in l.iij. in prin.v.col.ff.de acq.poſ. In contrarium,pro iniuſtitia decreti afferatur authoritas Inn.in c. Abb. iij.col. uer. ſed oppon.es.de uerb.ſig.dicentis:ꝙ
12 * ſi iudicatũ eſt interdicto,ut aliquis nõ turbet,dabitur in hæredem illius uicti actio in factũ ex re iudicata ex turbatione defuncti,contra quẽ fuit lata ſentẽtia:ſed nõ dabitur ex turbatione ipſius hæredis, quia fortè iuſtè turbaret:utpote qui nõ ui,non clam, nec precario poſsidebat ab aduerſario : & cum Inno.pertranſeunt Io. An.& Ant.de But.ibi.& Bal.qui eũ refert in Marg.in uer. ſententia lata in interdicto.& in l.de eo. §.fi.ff. ad exhib.ubi eſt bonus tex.pro hoc. quinimo Io.Fab.Inſti.de acti.§. æquè. xij. col.tenet cum Inn.licet ipſum nõ alleget. Et quamuis do. Car. in d.c. Abb.uer.cæterum.iiij.col. poſt relatum Inn.dicat:& intellige quòd non poſsidet ex perſona defuncti , ſed aliunde poſſeſsionem acquiſiuit , ut ſic ſentiat quòd onus probandi nouam iuſtam turbandi uel poſsidendi cauſam , incumbat hæredi turbanti:

a 5 poſſeſ

13 poſſeſsio * enim hæredis eſt noua poſſeſsio.l.cũ hæredes.de acq.poſ.l. j.§.Scęuola.ff.ſi quis teſta.lib.eſſe iu. ſu.Philip.de fran.in c. poſſeſſor. ult. col.de re.iu.in vj.tamẽ alii doctores ſuprà mentionati dicunt ſeu ponunt iſtã nouã cauſam in poſsibilitate ꝓbandi,nõ in neceſsitate . & pro opi. Inn.fuit in S. Concilio bis iudicatũ: ut in deciſio.eiuſdem impreſsis,cxlv. & cccxlv. Ad ſuprà obiecta patet reſponſio:ut dicamus uitiũ poſſeſsionis , ac eius iniuſtitiam & qualitates tranſire in ſucceſſorẽ: & quòd ideo poſsit cõtra eum agi interdicto,non autẽ ut cõpeſcat eadem ſententia. Et hæc in interdi. retinen. nam in aliis

14 * iudiciis lata ſententia cõtra defunctum,poteſt exequi cõtra hæredẽ,citatũ tamẽ:ut per Inn. & alios, præcipuè Fel.in c.quia. de iudi.nam in retinẽdo arguitur nouũ factum & noua turbatio ipſius hæredis. Eſt bene

15 uerũ,quòd * quo ad intereſſe paſſum ex turbatiõe defuncti,bene cõpeſcetur hæres per ſentẽtiã antea latam:& ita etiã dicit Inn.& alii ſequaces. Concluditur ergo ad propoſitum,ꝙ decretum mag.cur.fuit iniuſtum,non tamẽ tali iniuſtitia ꝙ impediatur propterea executio ipſius decreti.nã licet latum ſit nõ ſubſiſtẽte actione,ſine qua nemo experitur. l.ſi pupilli.§.uideamus.ff.de nego. geſt.ex quo(ut ſ.probatum eſt)cõtra hæredẽ ex ſentẽtia in interdi.retinendæ nõ datur iudicati actio.nec (ut infrà dicam)cõpetit officiũ iudicis.tamẽ iſte defectus reſpicit ius liti

16 gatoris:* & ſentẽtia lata cõtra ius litigatoris,ſi nõ appellatur, debet mãdari executioni.l.j.§.item cum contra ſacra.ff.de ſen.quæ ſine app. reſcin.l.ij.C.quãdo prouo.non eſt neceſ.c.cum inter.de re iud.& in propriis terminis de ſentẽtia lata actione non ſubſiſtente,tenet Alex.in l.ſi Titius.ij.col.ff.de uerbo.obligatio. Secundò diſcutiendum eſſet , an ad impediẽdum dictam executionem, poſsit opponi de appellatione ab aſſerto decreto interpoſita: ſtãte ſimul ꝙ poſsit appellari, & tamẽ non impediatur executio.Imo.cõſi.cxliij. Bar.in l.ij.ff.de app.uult ꝙ poſsit appellari à ſentẽtia in poſſeſſorio ; ſed non retardatur executio.Et quidem

17 nos habemus regulam,quòd * à decreto de exequẽdo non appellatur, ſaltem ad finem retardandæ executionis:ut uoluit Io.And.in Specu.de appella. §.in quibus.uerſicu.v.in gl. in uerſicu.pronunciatione. referens idem tenere Odoſ.& Guido.de Suza.in l.ab executione.C.quorum appel.nõ recip.Iſtud firmat Cy.& Bal. in d.l.ab executione.Ang.& Imo.in l.ab executore.ff.de appel.Alex.cõſi.xcv.ij.col.ij. uol.dicens hanc eſſe communem opin.cum qua pertrãſit Feli.in c.quod ad cõſultationem.de re iud.x.col.Appellationis prohibitio an intelligi debet quo ad effectũ ſuſpenſiuum ſententiæ ſiue executionis , ut ſcilicet ob appellationem non ſuſpendatur:an uerò etiam quo ad deuolutionẽ?Feli.in rub.de offi. ordi.ult.col. Sed quo ad caſum noſtrum,regula hęc non uidetur poſſe adaptari.nam illa uendicat ſibi locum quãdo pronũciatur de exequẽdo ſententiam contra illum, contra quẽ lata fuit:ſed decretum uult ſententiã exequendã contra aliũ . Quo caſu uidetur inferre nouũ grauamẽ in ſentẽtia non contentũ.unde po-

teſt

teſt hoc caſu appellari ſecundũ Ange.in l.ſi cum excommunicatione.§. hæc autem actio.ff.de eo quod met. cau.Imo.in d.l.ab executore.ij.colũ. & Feli.ubi ſuprà xj.col.Et dicit Bart. in d.l.ab executore.j.col.quòd quãdo contra executionem fiẽdam opponitur aliqua exceptio, ſi illa non admittatur,põt appellari. Sic quoq; dicit Alex.conſi.lxxxv.ij.col.v.uolu. & Bald.not.in d.§.hæc autem actio.
18 j.col.quòd * licet non poſsit appellari ab executiõe ſentẽtiæ,prætextu iniquitatis ſentẽtię:tamẽ poteſt appellari prętextu iniqtatis ipſius exe-
19 cutionis,quia * prohibitus appellare à pœna legis,uel ſtatuti.Itẽ à facto uere notorio:itẽ à ſentẽtia excõmunicationis.poterit tamẽ appellare à declaratione prædictorũ.Felin.in c. cum non ab homine.pen.& ult.col. de iudi.& in c.ij.col.ij.de ſponſa.unde cũ ex ſupradictis apparuerit quòd ſentẽtia lata cõtra aliquẽ in uti poſ. non poteſt de iure exeq contra eius hæredem: ſequitur quòd decretum prædictũ ob hoc eſt iniuſtũ, meritò appellatio &c. At omittendũ nõ eſt, qualiter appellatio, de qua tractamus,fuit facta ſine expreſsione cauſæ:& ideo uidetur non poſſe de ea rationẽ haberi,cũ ſimus in interlocutoria,in cuius appellatione cauſa exprimenda eſt:ut in c.ut debitus.de app.in c.corde.eo.ti.lib.vj.& in cle. appellãti.eo.ti.& propriè in ſentẽtia de exequẽdo,ꝙ quando ab ea in caſu permiſſo appellatur,debeat inſeri cauſa.tenet Spe.in d.§.v.in fin.& Io.Andr.ibi. Bart.in d.l.ab executore.ff.de app.j.col. Abb.in d.c.qđ ad cõſultationẽ.ult.col.de re iud. Lud. in cõſi.lxj.& Feli.in d.c.quod ad cõſulta.xj.col.& in rub.de re iud.iij.co
20 lũ.& * cauſa debet exprimi ſpecificè,& nõ in genere:ut dicit Feli.poſt Abb.in d.c.quod ad conſulta.adeo ꝙ non ſufficeret illã exprimere per relationem ad acta,ſecundũ Rotam in nouis deci.vij.Bal.in l.minoribus. C.de his quib.ut indig.Car.in d.cle. appellanti.Imo.in d.c.ut debitus.iij. colum.& ibi Phil.de Fran.ix.colum.
21 * Sentẽtia de exequendo aliam ſentẽtiam,eſt interlocutoria,habẽs uim diffinitiuæ. Ange.conſi.cxv.ij.col.& de interlocutoria habente uim diffinitiuę quòd reguletur ut diffinitiua. Abb.in c.peruenit.ij.col.de app.&c. & uide Phil.ibi in j.col.uer.in glo.ij. ꝙ interlocutoria habens uim diffinitiuæ,regulatur ſecundũ naturam diffinitiuæ: & expreſsio cauſæ in appellatione nõ requiritur:& dicit eſſe ſing.lim.ad cle.appellãti. Sed in proprus terminis noſtris, in decreto de exequẽdo,ꝙ qñ appellatur requirať expreſsio cauſæ, uide latè Feli.in d. c.quod ad conſultatio.xiij.col. uerſi. oportet exprimere.ubi dicit ueriorẽ eſſe opinionẽ, ꝙ requiratur expreſsio cauſæ.tamen uidetur reſidere ꝙ hoc requiratur,non ad ſubſtantiã appellationis,ſed ad hoc.ſ.ut ſciatur utrum iudex teneatur deferre appellationi ita uel nę.In caſu noſtro licet Mag. Cur. nõ admiſerit appellationem:tamen S.Con.illam admiſit, & non fuit oppoſitum.Quando autem in decreto,de quo agitur,fuiſſet dictum,ꝙ ſententia lata contra d. Carolum mittatur executioni cõtra d. And.tunc putarem potuiſſe appellari ſine expreſsione alterius cauſæ in ſpecie, per id quod dicit Petrus de Ancha.in d.cle.appellanti. quem
refert

refert & ſequitur Phili.de frã.in d.c.
22 ut debitus.ix.col.uidelicet,ꝙ * quã-
do ex forma ipſius ſententiæ conſtat
uerè de grauamine:puta qa in ea ex-
primit̃ iniuſta cauſa,uel reprobata à
iure,tunc in appellatione ab ipſa nõ
requiritur expreſsio cauſę.& facit ſe
cundũ Phili.c.per tuas.de ſent.excõ.
& pro hoc eſt Bal.in d.l.minoribus.
Alia etiã ratio uidetur facere, ꝙ hic
per appellationẽ nõ retardetur exe-
cutio : nam non põt negari quin hic
ſimus in ſententia lata ſuper poſſeſ-
ſorio exequẽda:& dicit Bald.in d.§.
23 hæc autẽ actio.ij.col. * qñ duæ ſen-
tentię ſic ſe habẽt,ꝙ ſecũda eſt exe-
cutio primæ, ſi nõ poteſt appellari à
prima,nõ põt etiam appellari à ſecũ
da.& hoc dictũ refert & ſequit̃ Feli.
in d.c.quod ad cõſultati.x.col.ſed ap
pellatio à ſententia poſſeſſorii de iu
re ciuili , nõ retardat eius executio-
nẽ,etiam in uti poſsi.ut in l.j.C.ſi de
mo.po.fu.app.per Barto.in l.ij.ff.de
appel.reci.in l.fi.ff.de appel.Bar.in l.
ij.C.de epi.audi.ergo &c.Tertiò ui-
deamus an ex capite nullitatis poſ-
ſit impediri dicta executio. & primò
pro nullitate decreti adducitur:nam
in Mag.Cur.paucis diebus antè fue-
rat interpoſitum aliud decretum ſu
per petita executione prædictæ ſen-
tentiæ:unde non licuit eidem Mag.
Cur.iterum iudicare : ut in l.iudex
poſtquã.ff.de re iudic.in l.poſt ſentẽ
tiam. C.de ſenten. in l.j.C. ſententiã
reſci.non poſſe. Et nedũ in diffini-
24 tiua * iudex ſemel iudicans non po
teſt reuocare,uel iterũ iudicare: ſed
etiam in interlocutoria , habẽte uim
diffinitiuæ.Abb.in ca. cum ceſſante.
iij.col.de app.& ibi per oẽs. Phili.de
fran.in c.ſi à iudice.eo.ti.li.vj.Sed ad
hoc reſpõderi poſſet prima facie,ꝙ
25 * decretũ de exequẽdo expedit̃ of-
ficio iudicis nobili.ita Bar.in l.iube-
re cauere.ult.col.de iuri.om.iud.per
l.iiij.§.ait ꝑtor.ff.de re iud.idẽ Bart.
firmat in l.à diuo Pio.§.j.de re.iud.
Ang.in l.qui reſtituere. ff.de rei uẽ.
Mo.oẽs in d.l.iubere cauere.Et licet
ipſemet Bar.in l.j.de iuri.om.iu.dicat
quoddã eſſe officiũ iudicis mercen-
narium,quod deſeruit actioni ꝓpo-
ſitæ & terminatè exequendæ: tamen
nõ ſe firmat ibi,ſed dicit eſſe dubita
bile:& remittit ad dicenda in d.l.iu-
bere cauere.Põt Bart.intelligi in d.l.
j.qñ uictor nõ imploraret officiũ no
bile,ſed ageret actione iudicati: ſed
tunc eſſet actio noua. Sed qñ iudex
aliquid ꝓnunciat uel decreuit offi-
cio iudicis nobili,põt ipſemet reuo-
care,& ſic ipſe corrigere.Bar.in l.j.§.
fi.ff.de prẹto.ſtip.in l.qđ iuſsit.vj.col.
de re iud.& Alexã.in d.l.iudex poſt-
quã.j.col.& in d.l.qđ iuſsit.ulti.colũ.
& Feli.in rub.eo.tit.x. col. ergo &c.
Hæc rñſio nõ ꝓcedit: nam ad decre
tũ,uel ꝓnũciationẽ de exequẽdo cõ
tra hæredẽ ſentẽtiã latã cõtra defun-
ctum in uti poſsi.etiã ſecundũ opin.
Io.fab.non põt deueniri , niſi per a-
ctionẽ iudicati , & ſic ꝑ officiũ mer-
cennariũ , & fortè id quod deſeruit
actioni propoſitæ & terminatè exe-
quendæ. Quare & ſecundò põt ca-
dere alia reſpõſio,ꝙ licet aliàs iudex
qui ſemel iudicauit, non poſsit iterũ
26 iudicare , ut ſ.tamen hoc * non ha-
beat locum quando primò iudicaſ-
ſet nulliter. l.ſi præſes. C.quomo.&
quando iu.l.j.C.de ſenten.l.iiij.C.de
accuſa.l.ſi expreſsim.& ibi latè Bart.
vj.col.ff.de appel.ſed decretũ primò
loco latum per Mag.Cur.erat nul-
lum,

lum,quia contra mortuos. l.in ſum-
ma.§.fi.ff.de re iudi.l.pe.in princ.ff.
quæ ſen.ſine appel.reſci.ergo ualuit
ſecundũ.Nec curandũ uidetur ꝙ nõ
fuerit ſeruatus ordo, uidelicet ut pri
mò ſit prõnũciatum de nullitate pri-
mi decreti,& demũ iudicatũ.nam il-
lud habet locum qñ fuiſſet ita peti-
tum,nõ autem qñ principaliter quis
petiiſſet ut iterũ iudicet̃, ex quo pri-
ma ſentẽtia fuit nulla.ita Bart.in l.ſi
ut ꝓponis.la j.in fi.C.quomo.& quã
do iu.& in l.cum querebat̃.in fi.ff.de
re iudi.ſequitur Lanfrã.in c.qm̃ con
tra.in uerſi.interlocu.v.col. Imò nec
uidetur habẽda ratio de appellatio-
ne ab illo primo decreto interpoſi-
ta, quaſi ꝙ ea pendente Mag. Cur.
nõ potuerit primũ decretum reuo-
care,& aliud interponere:ut in l.j. &
in rubro.nil noua.ap.pen.c.bonæ. &
c.ſignificante.de appe.c. appellatio.
c.non ſolũ.eo.tit. lib.vj. Nam nos ha
27 bemus ꝙ * qñ iudex profert interlo
cutoriã,habentẽ uim diffinitiuæ, li-
cet aliàs hæc reuocari nõ poſsit,ſicut
nec diffinitiua,ut ſuprà dictum eſt:ta
mẽ ubi à tali interlocutoria eſſet ap
pellatum,põt iudex à quo, ipſam re-
uocare,ut ſic appellatio addat robur
ad reuocandum:ex quo per eam tol
litur,uel ſaltem ſuſpẽditur cauſa, ob
quã reuocatio prohibebat̃, quæ erat
quia functus erat iudex officio ſuo
in illa cauſa,cũ poſſet eſſe ꝙ pronũ
tietur per iudicem ad quem,malè ap
pellatũ: & ſic ꝙ cauſa remittatur ad
eundẽ.unde iuriſdictio durat, & ſen
tentia ſtat in ſuſpenſo.ca.uenientes.
de iureiur. & hoc uoluit Rota.deci.
lxxxvj.in nouis.incip.ſi à pronuncia-
tione iudicis.Abb.in d.c.cum ceſſan
te.iij.col.poſt Anto.de but.Abb.in c.
28 peruenit.ij.col.de app. Et facit: * nã
in interlocutoria mera,eſt clarum ꝙ
iudex à quo,poteſt etiam appellatio
ne interpoſita reuocare grauamen.
ut in d.c.cum ceſſante.& in c.ſi à iu-
dice.de app.li.vj.& per Bar.in d.l.qđ
iuſsit.iij.col.de re iu.ea ratione, quia
non eſt iam functus officio ſuo,cum
adhuc duret iuriſdictio:cum per ap-
pellationem non intelligitur ſuſpen
ſa iuriſdictio iudicis à quo, circa ea
quæ tendunt ad faciliorem reuoca-
tionem cauſæ appellationis, ſicut eſt
reuocare ipſum grauamẽ,quod erat
cauſa appellationis: ut per docto.in
dictis locis.hæc quidẽ ratio militat
etiam in interlocutoria, habẽte uim
diffinitiuæ.Præterea Abb.in d.c.cum
ceſſante.ij.col.dum tractat, quando
iudex poſsit reuocare interlocuto-
riam: dicit ꝙ ea quæ habet uim dif-
finitiuæ,nõ poteſt reuocari. & dat ra
tionem, quia iam functus eſt iudex
29 officio ſuo.& ſubdit limita.niſi * fue
rit appellatum:nam tunc cum per ap
pellationem ſit ſuſpenſa interlocu-
toria, & per conſequens non poteſt
dici ꝙ ſit finita iuriſdictio: poteſt iu-
dex illam reuocare. allegat Rotam
ubi ſ.ergo ubi eſt dare caſum in quo
iuriſd.per ſententiam non termina-
tur,ut quãdo ſentẽtia eſt nulla: ut in
d.l.ſi præſes.C.quomodo & quando
iud.& l.j.C.de ſent.cum aliis ſuprà al
30 legatis.debet poſſe dici, ꝙ* appel-
latione non obſtante iudex põt re-
uocare.Præterea facit: nam interlo-
cutoria mera poſt inhibitionem re-
gulariter reuocari non poteſt, ſecũ-
dum Hoſt. & Io.and.in d.c.cum ceſ-
ſante.per c.Romana.§.j.de appel.in
vj.& Anto.de but.& Imo.in d.c. cum
ceſſante.ubi Phili.de fran.in vj.limi-
ta.ij.

ta.ij.regulæ.Et tamen qñ eſſet nulla, poteſt nõ obſtãte inhibitione reuocar::ex quo ſi iudex reuocat grauamen,non intereſt appellantis proſe qui appellationem.ita no.Philip.de Fran.ubi ſ.in ſi.d.vj.limita.poſt Ant. de But.& Imol.ibi. Et licet Alex.in d.l.quod iuſsit.ix.col.dicat opi.Ioan. Cal.& Imol.in c.dilect⁹.lo primo.de præb. uolentium ꝙ etiã ſi ab interlocutoria, per quam expirat officiũ iudicis,appellatur,iudex à quo, non põt eam reuocare:quia ſicut lata diffinitiua iudex non põt amplius de cãſe intromittere.d.l.ſi præſes : ita debet eſſe in ipſa interlocutoria, ubi finiť officiũ iudicis.Tñ Alex.adhuc nõ cõtradicit his quæ in caſu noſtro diximus, uidelicet qñ per ſentẽtiam nõ erat finita iuriſdi.ſeu iudicis officium, ut qñ erat nulla. Secũdò ꝙ dictum decretũ fuerit nullũ,adducitur,nã in eo ſunt multi alii defectus.
31 & licet* omiſsio probationũ nõ inferat ad nullitatẽ ſententiæ,ſecundũ Bar.& Bal.in l.prolatã.C.de ſen.Bal. in l.fin.pen.col.C.ſi aduer.rem iudi. Ant.de But.in c.eccleſia S.Mariæ.de conſti.Feli.in c.inter cæteras.pe.col. de re iudi.Item quãuis omiſsio publicationis in cã,ſententiã nõ uitiet: ut eſt tex.ſing.in c.cũ & a.de re iud. Bar.in d.l.prolatã.j.q.& in extrauag. ad repri.in uer.figura. Sed ſi omiſſo termino ad probandũ fertur ſententia,ualet.Bal.in l.petẽdæ.ij.no.C.de temp.in integ.reſt.per Iaſ.in l.fi.pen. col.in prin.ff.de æden.limitat,dummodo reperiantur factæ probationes,etiã ſine dilatione.An autem iudex ex officio poſsit aduertere de perſona procuratoris non legitima in caſu iſto, uidelicet in cauſa appellationis,ut inferatur ad nullitatẽ ꝓceſſus cauſæ principalis,Pau.de Ca.
32 in l.ita demum.C.de procu.dicit* ꝙ iudex & añ & poſt litis cõte.põt opponere exceptionẽ falſi procuratoris, per l.quos prohibet.ff.de poſtu. limitat Iaſ.ibi, dũmodo faciat infra tẽpus, infra quod pars facere poterat,in xiij.limita.per gl.in l.Pomponius.§.rati.ff.de procu.Sed exceptio falſi procuratoris poteſt opponi infra latam ſententiã Bar.& Doc.in l.j. C.de iur.& fac.igno.& quãuis Bal.in l.quãuis.C.de adul.quem ſequuntur Moder.ut dicit Alex.& Ant.de Alex. in l.licet.C.de procu.teneãt ꝙ exceptio falſi procuratoris nõ põt opponi poſt cõcluſum in cã:tñ Iaſon in d. l.licet.j.col.improbat hoc, per doct. Bart.in d.l.j.de iur.& fa.ign. Item,
33 quantũcunq; * cõcluſio in cã quæ in ordinariis uidetur eſſe de ſubſtantia,ſecũdum Bal.in marga.in uer.renunciatio.uerſi.viij.per c.quoniã cõtra.de proba.& c.cũ dilectus.de fid. inſtr.ſaltẽ de conſuetudine, ſecundũ Card.in Cle.ſepe.de uer.ſig.In ſummariis,prout eſt cã poſſeſſorii,ſecundum Bar.in extraua.ad repri.in uer.
34 ſummariè.&* ꝓut ſunt cauſæ regni, per c.deteſtantes.& per regiã prag. Ferd.pri.primam in ordine non requiratur:ut eſt text.in d.Cle.ſæpe.in uer.ſententiam. & ibi per omnes.& per Alexã.conſi.lxxxiiij.iiij.uol.& ſic omiſſa non uitiet. Tamen in præſenti proceſſu ultra dictos defectus adeſt alius, uidelicet quòd non fuit pars citata ad audiendum ſenten-
35 tiam ſeu decretum:* quæ quidem citatio etiam in ſummariis eſt neceſſaria, & de ſubſtantia, ut in d.Clemen.ſæpe.in uer.ſententiam.ibi, ad

id.iun

id.iuncta gl.ibidē.& gl.in c.cōſuluit. de offi.deleg & in c.cū contumacia. de hæret.lib.vj.& per Bart.in l.iij. §. Stichus.de ſta.lib.& in extraua.ad re pri.in uer.ſuper d.crimine.Car.& a-
36 lii in d.Cle.ſæpe.licet * in ſententia principis non requirat̃,q̃n pars fuiſſet citata ad ſe defendēdū,prout latè no.Georg.nat.in d.Cle.ſæpe.§. & quia.xxix.col. Niſi dicamus nullitatē hanc nō obſtare,ex quo tēpore quo
37 decretū legebat̃,erat* ibidē preſens ꝓcurator dicti do.And.& p̄ſens non debet citari:ut in l.etiā. §.j.uer.parte præſente uel euocata. & l.in cauſæ. §.cā cog.ff.de mino.l.de unoquoq;. uer.p̄ſentibus.& ibi Ange.& Imo.de re iud.Ioan.and.in c.fi.de elect. li.vj. Anch.in c.propoſuiſti.xxxij.diſt.Ant. de but.in c.j.de iud.& ibi Fel. Mod. ut Alex.& Iaſ.in rub, C.de in ius uocan.Et quãuis Bart.in l.furioſo.ff.de re iud.dicat,ꝙ ſaltem debet præſenti per iudicē notificari de actu qui fieri debet. aliàs dicitur procedi cōtra abſentē,cum quo tenet Ant.de butr. & Feli.in d.c.j.q̃n erat præſens in curia ad alium finem.tamen Angel. & Imo.in d.l.de unoquoq;.& Iac.de ar. in d.c.j.& Iaſ.in d.rub.C.de in ius uocan.tenent contrarium.& Alex.in d. rub.C.de in ius uoc.dicit ꝙ indiſtinctè præſens non debet citari, quãdo opi.Bar.in d.l.furioſo. eſſet uera,nō uidetur habere locū in caſu noſtro: quia non apparet ꝙ iſte procurator fuerit in curia ad alium finem,ut dicit Feli.Imò procuratores in Magna Curia non ſedent niſi ad finem audiendi citationes & decreta.Nota etiam quia in decreto adeſt uerbum, præſente tali ꝓcuratore &c. quo caſu ſufficit apparere de p̄ſentia.Bald. ſing.in l.fi.in fi.C.de ſen. ex bre.reci. refert & ſequitur Aret.in d.c.de iud. Fuit uotatum pro do.Andræa.

SVMMARIVM.

1 *Legitima non trahitur de feudo, in quo ſolus primogenitus ſuccedit.*

2 *Legitima trahitur de ſingulis corporibus rerum hæreditariarum, ſaltem arbitrio boni uiri.*

3 *Feudum de ſui natura diuidi non poteſt, ut inde legitima trahatur: ſed ſi fuerit feudum nouum, emptum per patrem, tunc legitima capietur in pecunia de æſtimatione feudi nu.6. & 7.*

4 *Feudum eſt quid hæreditariū, ex quo uenit in reſtitutione fideicommiſſi.*

5 *Feudum imputatur filio in legitimã.*

8 *Secundogenitus & alij, poſt primogenitum in feudo ſolum ſuccedētem, debent habere uitam & militiam, quæ eſt perſonalis, & extinguitur cum perſona.*

DECISIO II.

IN cauſa Iuliæ Riciæ filiæ quondã D.Tucii Ricii de Lanzano, petentis legitimá ſuper bonis dicti ſui patris,ex perſona fratris ſui. An in cōputatione bonorum paternorum legitima,debeat contribui feudum, in quo uiuitur iure Francor. de quo cū aliis bonis reſtituendo idem frater grauatus fuerat? Dictum eſt quòd
1 * de feudo, in quo ſolus primogenitus ſuccedit, non debetur legitima.per gloſſ.in cap.j.de uoto.in gl. fi.in iij.ſolu.quam ſequitur Imo. ibi & Abb.poſt Hoſti.& Ioan.and.& tenet Abb.in conſil.xij.incip. caſus talis eſt,magnificus dominus. iij. colū. uerſicu .uenio ad tertium. j. uolum. & conſil.iij.incip.omnipotentis.&.c. nitar. tertia colū. ſecūdo uolumine. Laud. in tracta. de primogenitura. v.col.

2 v.col.Et facit ratio:nam legitima*detrahitur de ſingulis corporibus rerũ hæreditariũ,ſaltem arbitrio boni uiri.Gul.de cun.Bal.& Pau.de caſt. in l. ſcimus,in prin.aliàs in §. repletione. C.de inoffi.teſt.Bar.in l. ſuus quoq;, in fi.principii.ff. de hære.inſt. Bal. in l.iubemus, in prin.j.col. C. ad Treb.
3 *Quod ſi fieret per filiũ,ut uel ex ſingulis corporibus,uel ex corpore feudi detraheret legitimam:feudum ueniret ad diuiſionẽ,contra diſpoſitionem iuris, de quo in l.j.§. præterea ducatus.de proh.feu. alie. per Fede. Quidã dicebãt quòd feudum debet cõnumerari cum aliis bonis,ut ex omnibus filius detrahat legitimã. Mo
4 uebantur,nam feudũ * eſt quid hæreditarium,ex quo uenit in reſtitutione fideicõmiſsi, ut per doc. maximè per Alex.in l.ſi patroni,in prin.ff. ad Treb.in pe.col.per l.cum à matre.C. de rei uendi.& per Alua. in c. in generali.ſi de feu.fue.cõtro.lac.in uer. & cum pacto, quód de ipſo feudo.
5 iiij.& v.col. Item quia*feudum imputatur filio in legitimã. Gul. de cu. Bal.& Sal.in l.omnimodo.§. imputari.C.de inoffi.teſt.Alex.in d.l.ſi patroni.j.& iiij.col.conſi.xix.ulti. col.v. uol.cõſi.xxvij.j.col.& iij.eo.uol. Ad illud quod deueniretur ad abſurdũ,
6 * uidelicet ad diuiſionẽ feudi contra eius naturam,reſpõdebant ꝙ legitima in caſu iſto capietur in pecunia de æſtimatione feudi, iuxta ea q̃ And.no.in d.l.imperialẽ.in princ.vj. colũ.in fi.de proh.feu.alie.per Fed. quẽ(licet ipſi non allegauerint) ſequitur Laud.in trac.præal. de primo genit.ix.col.& fuit memor Luc.in l.j. C.de imp.luc.deſc.Sed dixi, ꝙ And.
7 loquitur in feudo * nouo, empto p patrem : nec habet locũ in antiquo, uel acquiſito per patrem , aliter quã per emptionẽ, etiam ſi ob merita q̃ſiuerit,ut tenet Luc.in d.l.j. & tanto magis, quia in regno habemus deciſum per conſt. regni. comitibus. ꝙ
8 * ſecundo genitus & alii poſt primogenitum , quãdo ipſe ſolus ſuccedit in feudo,habere debet uitam & militiã,quæ eſt temporalis. nec uidetur conueniens,ꝙ hæc Iulia ex perſona fratris ſui mortui eam habeat , tum quia ipſe frater fuerat dominus feudi toti⁹, qđ poſtea per fideicõmiſſum tranſiuit in patruum : tum quia uita & militia non debetur ex perſona mortui, cùm morte finiatur. Vt dicta conſt.comitibus.& ibi.per glo. Et mecũ omnes Domini concurrerũt.

SVMMARIVM.

1 *Commendatarius eccleſiæ non dicitur prælatus:ſed habet quandam affinitatem cum prælatura.& nu.7.*
2 *Eccleſia uacans per mortem prælati ſi concedatur in commẽdam,qua etiã finita,durat prima uacãtia,donec fuerit eccleſiæ de prælato prouiſum.*
3 *Beneficium nullum poteſt dici ſuum, niſi quis habeat titu.prælationis.*
4 *Commendatarius ſpoliatus uel turbatus in commenda,non poteſt agere remedio c.reintegrandæ.uel uti poßid.*
5 *Commendas plures ſimul,ſicut plures eccleſias,quis habere nõ põt in titulũ.*
6 *Impetrans eccleſiam commendatam, non facta mentione commendæ,caret impetratis.*
8 *Commendatarius quando facit fructus ſuos.*
9 *Commẽda noſtri temporis quo pacto detur à Papa.*
10 *Cõmendatarius ꝙ poßit ex cã neceßitatis uel utilitatis alienare res eccleſiæ.*

DECI

DECISIO III.

IN cauſa Lælii Caraccioli cōmendatarii eccleſiæ ſanctæ Mariæ de matina, cōtra filios & hæredes Antonii Pettenati, & Antoniæ Garzes ſuæ uxoris, ſuper redditione cōputi adminiſtrationis eccleſiæ ſancti Angeli ad Frongillū Granciæ dictæ cōmendæ. Fuit dubitatū, an* commēdatarius poſsit agere pro fructibus, prędeceſſoris tempore exactis, nec prædeceſſori ipſi conſignatis. Quòd non: facit, nam cōmendatarius nō dicitur prælatus, ut dicit gl. in c. nemo deinceps. de elect. lib. vj. in gl. magna. & glo. in c. qui plures. xxj. q. j. nec habet ius in eccleſia, ſecundum Innoc. in c. ſi conſtiterit. de accuſa. Quæ ſunt no. ſecundū Dom. & Philip. de Fran. in d. c. nemo. pro conſtitutionibus & priuilegiis loquētibus de prælatis. Ex quibus infertur ſecūdū præfatos doct. in d. c. nemo. ꝙ* ſi eccleſia uacans per mortem prælati concedatur in cōmendam, finita commenda durat adhuc prima uacatio per mortē: nam antiqua uacatio durare intelligitur, donec fuerit eccleſiæ de prælato prouiſum: ut in cle. j. ut lit. pend. in glo. in uerſi. collationē. & idē tenet Fed. de Senis, in tract. de permut. beneficior. q. xv. Sic etiā ſi beneficiū commendatū uacabat antea in curia, & commendatarius decedat, durabit adhuc prima uacatio in curia. Fed. ubi ſ. & Dom. in d. c. nemo. nam iura loquentia de beneficiis uacantibus in curia, habeant locum quando moritur is qui habet titulū prælaturæ, ut patet in cap. præſenti. §. j. de præben. in vj. quod incipit, ſanè ibi
3 ipſius beneficium. cum* nullum beneficiū dici poſsit ſuum, niſi habeat quis titulū prælationis, ut in c. ſi tibi abſenti. eo. ti. Vnde ex morte commendatarii beneficium non dicitur uacare. Sic etiā ſi papa reſeruat ſibi beneficiū uacaturum, & poſtea ipſo uacante, papa commendat ad tempus, lapſo tempore ſpectat ad papæ ſolius collationem, uigore reſeruæ quæ non expirauit per commendā. Domi. in d. c. nemo. j. col. allegat Rotam deci. cccxliij. Et facit: nam* commendatarius nō poteſt, ſi ſpoliatur uel turbatur in cōmenda, agere remedio reintegrandæ uel uti poſsidetis: ut in d. c. ſi cōſtiterit. de accuſ. iuncta glo. uer. commenda. Feli. ibi in ij. not. Et facit: nam cōmendatarius non poteſt tueri ſe de regula loquente de triennali poſſeſsione: quando conuenitur ab eo qui uenit cum titulo, & non cum alia cōmenda: ut eſt modernus cōmentator regularū can. ſuper cōmento illius regulæ. In contrariū facit: nam ſicut quis non poteſt habere in titulū plures eccleſias. c. de multa. de præben. cum ſimil. ita* nec plures cōmendas ſimul. d. c. nemo. Item quia licet cōmendatarius non ſit prælatus, tamē eſt procurator, habēs legitimā perſonā. gl. in d. c. nemo. & dicit Innoc. in d. c. ſi cōſtiterit. ꝙ cōmēdatarius, etiā ſi in eccleſia ius non habeat, eſt tamē legitimus adminiſtrator, & ꝙ habet liberiorē adminiſtrationem quàm procurator. arg. vij. q. ij. paſtoralis. & lxj. diſtin. obitu. cum ſeq. c. & cum Inn. tenet Philip. de Frā. in d. c. nemo. ij. col. Item quia eccleſia commendata nō uacat plus, ex quo titulus commēdæ eſt canonicus. ſecundū glo. in d. c. nemo. ubi Dom. in ij.

col.alleg.Rotam deci.xlj.& interim non currit tẽpus ordinariis ſtatutũ à Lateranẽſi cõſi.c.ij. de conc.præb.
6 & ſi aliquis * impetraret talẽ eccleſiã tacito de cõmenda,nõ tenet impetratio.c.cum noſtris.& ca.literas. de cõceſ.præb.Phil. in d.c.nemo.ij. col.Item quia præſentatus ad eccleſiã,quæ erat de iure patronatus beneficii, per eius cõmendatariũ durabit perpetuò.glo.in d.c.nemo.ſequitur ibi Arch.imo.Domi.& Phil. de Franc.Item quia cõmendatarius poteſt etiã conferre beneficia, quorũ collatio ad abbatẽ pertinuiſſet. Phil.ubi s.iij.& iiij.col.licet uideatur nullibi ſe firmare:collatio enim beneficiorũ inter fructus connumeratur.c.cum olim.de maio. & obed. coadiutor nõ poſſet.Archi.& Ioan. mo.in c.unico.de cleri.ægro.lib.vj. Et facit Ioan.And.in d.c.nemo. quẽ ſequũtur ibi alii,ut Dom.in iiij.col.
7 & Phil.in ij.dicens, ꝙ cõmenda*habet quandã affinitatẽ & attinentiam cum prelatura.Item cõmendatarius
8 *facit fructus ſuos:nam quãuis glo. in d.c.nemo.teneat ꝙ cõmẽdatarii nõ faciũt fructus ſuos. quam ſequitur Arch.Dom.& Phil.de Franc.ibi. nihilominus illud habet locũ in ſimplici cõmendatario. De hoc,an cõcõmendatarius faciat fructus ſuos, an uerò cõſeruet futuro ſucceſſori, Lud.conſi.ccclij.incip. in caſu præpoſitæ cõſultationis.& Nic. de Vb. in tract.de ſucceſ.ab inteſt.cler.uer. finita.iij.col.Abb, in ca.querela.j.& ij.col.de elect.tenet,ꝙ quãdo eccleſia cõceditur in commendã uel administrationẽ, ut conuertat cõmendatarius fructus in proprios uſus, poterit de fructibus diſponere in proprios uſus de ſuperextantibus, deductis neceſſariis cultus diuini & eccleſiæ ac ſtatus ſoliti. Sed cum ex
9 forma commendarũ* noſtri tẽporis papa det cõmẽdas perpetuas,ut decentius commẽdatarius ſubſtentari poſsit, & quòd ualeat ea quæ uerus prælatus,& diſponere de fructibus, ſaluis oneribus eccleſiæ incumbentibus. Hoc caſu papa,qui habet liberam poteſtatẽ diſponendi de beneficialibus, ut in c.propoſuit.de conceſ.præbẽ.cle.j.in fi.ut lit.pen.uidetur diſpenſare,ut cõmendatarius faciat fructus ſuos, ſicut alii prælati: imò ſicut alii beneficiati ſeculares, dummodo ſatisfaciat cultui diuino monaſterii commẽdati, & uictui ac ueſtitui ac neceſſariis monachorũ, & reparationi eccleſiæ.ita Car.Alexan.in c.j.vj.col.xliiij.diſt. Qui licet primo loco inter alia quæ in commendis hodiernis ponuntur,recitet clauſulam, ut poſsit ea quæ uerus prælatus, tamẽ ſe reſtringit ad fructuũ perceptionẽ, quaſi ꝙ ſufficiat ſi in bulla ſit quòd ualeat percipere fructus,& de eis diſponere ſicut uerus prælatus: imò illa ſola clauſula, quòd de reſiduo fructuum poſsit diſponere, prout cæteri prælati, ſeu Abbates uel rectores monaſterii(quæ clauſula eſt in bullis Lælii) operatur ut nedum quo ad fructus,ſed quo ad omnia alia iura loquentia in Abbate, habeant locũ in cõmẽdatario,ut latè cõprobat And. Sic.in con.ij.& iiij.pe.& antep.col. ij.uolu. ubi tenet,ꝙ delegatio facta Abbati ſub nomine dignitatis,trãſit in perpetuũ cõmendatariũ eius ſucceſſorẽ.iuxta c.quoniã Abb.de offi. deleg. Et ita in dicta cauſa fuit conclusum.

cluſum. An autem commẽdatarius
10 *poſsit ſecundũ iuris formã,ex cau
ſa neceſsitatis ſeu utilitatis alienare res eccleſiæ, ponit Archi.in d.c.nemo.& ſe non firmat.refert etiã Phil. de Fran.ibi, nec aliquid concludit. Fuit uotatum pro commendatario.

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſitas ut obligetur in his quæ ſunt communia pluribus & uniuerſis, debent adeſſe ad minus duæ partes de tribus.*

2 *Alternatiua poſita inter genus & ſpeciem, denotat ſpeciem ſub illo genere comprehendi.*

3 *Vniuerſitas obligatur per factũ duarũ partiũ præſentiũ,etiam ſine uocatione:cum omnes ſint uocandi, iuxta loci conſuetudinem:abſentes autem à ciuitate non ſunt uocandi.*

4 *Inſtrumẽtum ſyndicatus per uniuerſitatẽ celebratum circa præiudicialia, debet continere nomina ſingulorum ſpecialiter annotata.*

5 *Notarÿ ſtatur aſſertioni,quòd cõtrahentes fuerunt duæ partes uniuerſitatis,ubi nominum deſcriptio non requiritur de ſubſtantia:uel ubi requiritur,& ſunt deſcripta.*

Limita quãdo inſtrumẽtũ loqueretur per uerba collectiua, ut uniuerſitas uel collegiũ: ſecus ſi diceret,ciues uel canonici,ubi poſſet uerificari in duabus perſonis:& ſic non probaret.

Capituli tranſactio nõ tenet, niſi oẽs conſentiant,uel niſi in euidentẽ tẽdat utilitatem eccleſiæ.eo.nu.& nu.6.

Cõſenſus duarũ partiũ ſufficit ubi de utilitate uel de neceſsitate tractatur: aliàs reqritur cõſenſus oĩm.e.n.et n.6.

Limita,niſi poſsit alÿs imputari q. nõ appellarunt,nec cõtradixerunt.nu.6.

Vel niſi tractaretur de actu uolũtario,qui ualet & tenet: dummodo de irrationabilitate non doceatur à minori parte.nume.8.

9 *Decreti ſolẽnitas requiritur in alienationibus rerũ uniuerſitatis.& nu.19.*

Limita niſi mãdatũ ſupioris ad cõgregãdũ uniuerſitatẽ præcederet.eo.nu.

10 *Præſcribit debitor ignorãs obligationem perſonalem,ut puta hæres defuncti principalis debitoris.& nu.11.*

Succeſſor etiã ignorãs obligationẽ pſonalẽ ſui prædeceſſoris,nõ præſcribit contra creditorem.& nu.11.12.& 13.

12 *Mala fides defuncti,nocet hæredi uolẽti ex ſua pſona incipere pſcriptionẽ.*

13 *Hæres de iure canonico tenetur exonerare conſcientiam ſui defuncti.*

14 *Succeſſor uniuerſalis nõ iure hæreditario, ſed aliunde,puta prælatus,capitulum,& uniuerſitas ignorãs obligationem ſui prædeceſſoris, præſcribit contra creditorem.*

15 *Mala fides uniuerſitatis uel collegÿ, purgatur mortuis hominibus qui ab initio ſciuerunt.& nu.16.*

Præſcriptio perſonalis cõtra eccleſiã, regitur per ius ciuile.eo.& nu.11.

16 *Mala fides prælati nõ nocet ſucceſſori.*

17 *Præſcriptio uniuerſitatis aut populi nunquã incipit currere, niſi mortuis omnibus rei alienæ ſciẽtiã habẽtibus.*

18 *Præſumitur quiſque uiuere uſque ad centum annos:licet in teſtamento ueteri uita fuerat cxx.ann.*

19 *Citatio præſumitur in dubio facta ad poſtulationem partis.*

Literæ non exeunt de cancellaria,niſi purgatæ.eo.nume.

20 *Præſcriptio centum ann. & ſic tanti temporis cuius memoria non extat in contrarium, non requirit bonam fidem:imò mala non obſtat.*

Præſcriptio excluſa nõ intelligitur de

ca, cuius initiũ memoria nõ extat. e.n.
Bona fides præſumitur ex curſu centum ann. eo. nu.
Titulus obligatorius & liberatorius, præſumitur ex curſu cẽtũ ann. eo. nu.

21 *Præſcribens non debet ſe fundare in ſola præſcriptione, ſed allegare titulum tanti temporis, cuius &c.*
Præſcriptio tanti temporis &c. eſt magis priuilegiata, quàm præſcriptio centenaria eo. nu.
Titulus inducitur ſola negligẽtia interueniente, dato etiam nullo actu poſitiuo. eo. nu.

22 *Præſcriptio centenaria contra ſe habens ius commune, requirit tit.*

23 *Vniuerſitas nõ poteſt allegare ignorãtiam, poſtquam dedit ſyndico ſpeciale mandatũ ad promittẽdũ: quamuis ei dicta promiſsio nõ fuerit intimata.*

24 *Obligatus ex facto procuratoris habentis ſpeciale mandatum, non poteſt allegare ignorantiam, nec intimationem ſibi non factam.*

25 *Ignoranti nõ currit ipſo iure tempus quadrimeſtre, etiam poſt completam præſcriptionem competens ad petendam reſtitutionem.*

26 *Eccleſia læſa ex malignitate aduerſariũ, uel alia rationabili cauſa, debet reſtitui, etiam poſt quadriennium.*

27 *Ignorantia probabilis eccleſiæ, dicitur propter multas nouas mutationes prælatorum.*

28 *Conſenſus ubi requiritur à principio non præſumitur, niſi fuerit cõtinuata aliqua eius notitia, uel niſi fuerit ſecuta diuturna obſeruãtia illius actus.*
Vniuerſitas dicitur obligata, etiam ſi non dictũ ſit duæ partes: nam ſi dicatur uniuerſitas, ſeu maior pars, uerbũ uniuerſitas, non reſtringitur per uerbum maior pars. eo. nu. & 27.

29 *Decretum iudicis præſumitur ex temporis diuturnitate.*

30 *Teſtamẽtũ antiquũ Cardi. præſumitur de licẽtia papæ factũ, ſi tamẽ factũ fuerit in curia. qđ notoriũ dicitur.*

DECISIO IIII.

IN cauſa monaſterii ſancti Martini de Neap. Carthuſienſis, contra uniuerſitatem terræ Lanciani, ſuper petitione unciar. cc. uigore cuiuſdã inſtrumenti, celebrati in anno 1381. Vide omnino Corn. in conſil. cxliij. j. uol. 1 Clarũ eſt in iure, ꝙ * in actu uniuerſitatis celebrãdo, in his quæ ſunt cõmunia pluribus & uniuerſis, debẽt adeſſe ad minus duæ partes de tribus. l. nouationũ. C. de decur. lib. x. l. fi. C. de præd. cur. eo. lib. l. nulli. quod cu. uni. nomine. l. quod maior. ff. ad munici. l. iij. ff. de decre. ab ord. faci. Spe. de ſyndic. uer. ij. Alex. cõſi. j. iij. col. iij. uol. cõſi. j. ij. col. iiij. uol. cõſi. cx. iij. & iiij. col. e. uol. Abb. in c. cum oẽs. de conſt. dicit ꝙ communis practica eſt in hoc. & dũ Bar. in l. fi. de præd. cur. dicit ꝙ in inſtrumẽto debet aſſeri ꝙ fuerũt oẽs, uel maior pars: debet intelligi una duarum partiũ intereſſentiũ, ſecundum quod ipſe declarat in d. l. nouationũ. & dum dicit ꝙ fuerunt cõtenti, ſeu cõſenſerunt: & id quod à maiori illarũ duarũ partium numero fit, ualidũ erit. glo. & Bar. in d. l. nulli. & d. l. quod maior. & d. l. nouationum. glo. & doct. in c. cum oẽs. de conſti. Dy. in regula, quod omnes. Ioan. de Plat. in d. l. nouationum. Imo. in ca. quãto. iij. col. de his quæ fiunt à prælat. Alex. in l. iuriſgent. §. fi. iij. col. de pact. & ibi etiã per Iaſo. Inſtrumentũ ſyndicatus dicit, uniuerſitas ſeu maior pars: ſi diceret, uniuerſitas, ex

quo

quo eſt nomẽ iuris, prę́ſumetur pro eo quod dicit notarius per dicta j. in ſecunda difficultate: an ergo illa uerba ſeu maior pars reſtringant rem ad maiorẽ partem, quæ poteſt conſiſtere in minus quàm ſint duæ partes? & ꝙ reſtringãt facit, nam al-
2 ternatiua* poſita inter genus & ſpeciem, reſoluitur in expoſitiuã. l. ubi pactũ. & ibi gl. C. de tranſac. l. ij. iuncta gl. ad leg. Aquil. Bar. utrobiq; & Alex. cõſi. xcvj. iij. col. iiij. uol. In cõtrariũ facit, nã regulariter, & ſecũdũ iura alternatiua poſita inter genus & ſpeciẽ, ſignificat proferentẽ uoluiſſe illã ſpeciẽ ſub illo genere cõprehẽdi. l. j. ff. de reb. du. ſecũdũ unã lect. l. ſæpe. ff. de uerb. ſig. l. quintus. §. fi. de auro & arg. leg. in c. j. iuncto rubro. de eo qui ſibi & hęr. ſuis. Bar. in d. l. ubi pactum. & in d. l. j. de reb. dub. Nec obſtat d. l. ij. ad leg. Aquil. & l. ubi pactũ. nã ex mente proferẽtis ibi apparebat aliter. ita Bar. in locis præalleg. uidelicet in d. l. ubi pactũ. cum quo omnes doctores per-
feſsiones partis, pōt ſuper ea pronū
tiare. & quòd Bald. ita intelligi de-
beat, exprimit clarè Fel. in d. c. cū ſit
generale. ij. declaratione. At in cau-
ſa iſta quæſtio ſpiritualitatis contra-
dictoriè examinanda eſt: nam cōuen
ti iſti non fatentur matrim. inualidū,
ergo cauſa eſt remittenda. Quod in
S. Cōſi. nullo modo procedi poſsit,
uidetur ob dictam pendentiam litis
in curia eccleſiaſtica ſuper legitimi-
tate. nam ut no. doct. pręcipuè Anto.
de Butr. & Abb. in d. c. tuam. quæſtio
6 * legitimitatis poteſt introduci prin
cipaliter agendo, uel per exceptio-
nem aut replicationem incidenter.
Eſto ergo quòd per dictam reuoca-
tionem non potuerit peti remiſsio
incidenter: tamen cum principaliter
in curia eccleſiaſtica mota ſit, ob
hoc poteſt peti ut ſuperſedeatur,
per dicta iura. Quia autem potuerit
quæſtio hęc coram eccleſiaſt. moue-
ri principaliter, eſt authoritas Ange.
7 in d. l. quoties. C. de iudi. ubi dicit* ꝑ
ad petendum pronuntiari ſe legiti-
mum, non admittitur quis, niſi ſubſit
quæſtio bonorum aut diffamatio-
nis. in cauſa hac ſubeſt quæſtio intro
ducta in S. Con. item diffamatio, li-
cet hæc nō ſit neceſſaria, cum unum
ſufficiat. ergo &c. & illud dictū An-
ge. quod originaliter fuit Inno. in c.
lator. qui fil. ſint legit. ſequitur & re-
fert Card. Alex. in eo. c. lator. in fin. j.
col. Fuit uotatum, ꝑ attenta ſigni
ficatoria eccleſiaſtici, ſuperſedeatur
in cauſa mota in Sacro Conſi.

SVMMARIVM.

1 *Sententia poteſt ferri contra aliquos
ex pluribus cōuētus ſimul & ſemel, et*

quo ad alios non,ſuper re diuidua.

1 *Citatus ad cauſam, ſi ſua putauerit intereſſe, uidetur eſſe reus uoluntarius: unde acceſſoriè, & non principaliter uidetur uocatus: quare ipſa cauſa non poteſt finiri, niſi ſimul & ſemel.*

2 *Citatus ad cauſam ſi ſua putat intereſſe, & aſſerat ſe poſſidere: ratione poſſeſſionis ſit reus neceſſarius: & ſi habet priuilegium fori, poteſt petere remiſſionem.*

4 *Citatio habens clauſulam, ſi ſua putauerit intereſſe, aliàs procedetur in eius contumaciam: ita alterat, ut uideatur citatus reus neceſſarius.*

DECISIO VIII.

IN CAVSA Reuerendi domini Prioris Baroli cum magnifico domino Ioanne de Tupho, dubitatur an dictus dominus Ioannes, qui conuẽtus eſt à præfato D. Priore ſub uno tamen libello, una cum Vniuerſitate & Baiulis Lauelli: ſi ſua intereſſe putauerint: ad proſequendam quãdam litem aliàs motam contra ſuos prædeceſſores Lauelli Dominos, ac uniuerſitatem prædictam: poſsit expediri contra eundem Priorem, uolentẽ ut cauſa contra eum nunc expediatur, quo ad capita quæ eum comprehendunt: cum contra uniuerſitatem iam expediri non poſsit, ex quo cœpit beneficium. Et an poſsit dicere, cauſæ expediantur ſimul & ſemel, cũ inſimul cœptæ fuerint: licet diuidua ſint iura, quibus ipſe conuenitur à iuribus ob quæ uniuerſitas prouocata

1 eſt.* Iure cauetur, quòd quãdo plures in ſimul conuenirẽtur ſuper re diuidua, poteſt cõtra aliquos ex ipſis ferri ſententia, & quo ad alios nõ: ut in l. non idcirco. ff. de iud. ibi, pręſentiũ. & in l. de unoquoque. ibi, inter præſentes. ff. de re iud. l. ij. C. ſi unus ex plu l. Carmelia pia. ff. de iure patro. Sed dubium facit, quia præfatus D. Ioannes fuit citatus, ſi ſua * intereſſe puta

2 uerit, & ſic uidetur eſſe reus uoluntarius, unde acceſſoriè & non principaliter uidetur uocatus ad cauſam: ergo non poteſt finiri, niſi ſimul & ſemel. & ꝙ ita uocatus ſit reus uoluntarius, colligitur ex no. per gl. in l. ea quidẽ. in gl. fi. C. ſi manci. ita fuc. alie. not. Pau. in l. ſi libertus. ff. de in ius uoc. per c. ueniẽs. ij. de teſti. & habetur per Alex. in l. de pupillo. §. j. in fi. de no. ope. nun. qui ſubdit, quòd ſi taliter citatus uult probare de intereſſe, erit purificata conditio citationis. & per Iaſ. poſt Bal. in l. fi. xj. col. C. de edi. diui. Adr. & per Fel. plenè in c. cũ inter. ix. & x. col. de excep. Solutio. dicas, ꝙ licet citatio cum d. clau. non arctet citatũ, & faciat eum uoluntarium: tamẽ hoc non habet locũ, quãdo ita citatus * compareret aſſerens

3 ſe poſsidere: nam ratione poſſeſsionis erit reus neceſſarius. unde ſi habet priuilegiũ fori, poteſt petere remiſsionem. Pe. de Anch. in regula, ea quæ. col. lviij. q. xvij. & not. bene: nam ſecundum Pet. ubi ſ. ſufficit ꝙ allegetur iſtud intereſſe. ſed Alex. in d. l. de pupillo in fi. dicit ꝙ debet probari. In caſu noſtro conſtat ꝙ d. Ioannes aſſerit ſe poſsidere: ergo de tali clauſula non uidetur eſſe curandum, ꝙ aliquid importare habeat, & tãto magis, quia in citatione facta contra d. Ioãnem poſt clauſulam, ſi ſua intereſſe putauerit. eſt illud uerbũ, uidelicet: * aliàs procedetur in eius contu-

4 macia, quod alterat clauſulã ſupradictã, ut uideatur reus neceſſarius. ita

Sozi

Sozi.tract.de citat.ij.arti.prin.xiiij.q. Fuit notatum, quòd procedatur ad inſtantiam d.Prioris, contra d. Ioannem ad concluſionem in cauſa.& q in expeditione deliberabitur an ſimul & ſemel expediri omnes cauſæ debeant.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictionem alterius Iudicis ſine proprii iudicis cõſenſu partes poſſunt prorogare.*

2 *Iudex proprius non poteſt aliquem coram alio litigantem, uel eum qui priuilegio fori renuntiaſſet, repetere. Limita ut nõ obtineat in ſubditis Comitũ, Regum, & aliorum Principum perpetuorum, & hoc in his quæ ſunt reſeruata Principi, & in feudo, & ſimilibus. num. iij. & nu. 8. 9. 14. & 15.*

4 *Iuriſdictionem habent in territorio ſuo & in habitantibus in eo Domini terrarum in Regno Neapol.*

5 *Subditi habitantes licet feudum à domino non recognoſcant, tenentur iurare fidelitatem ipſi Domino.*

6 *Iuramentum fidelitatis dicitur iuramentum aſſecurationis.*

7 *Durum eſt cõtra ſtimulum calcitrare.*

10 *Vaſſallus Baronis poteſt prorogare iuriſdictionẽ in alterũ in cæteris cauſis, quàm in feudo quod habet à Domino. & num. 11.*

12 *Iuriſdictionis prorogatio poteſt fieri etiam in præiudicium Iudicis proprii circa ſportulas.*

13 *Clericus non põt prorogare iuriſdictionẽ in alterũ ſine licentia ſui epiſcopi.*

15 *Iuriſdictionis prorogatio etiam de partium uoluntate fieri non poteſt, ſtante priuilegio Domini, quòd cæteri officiales non poſſint ſe de cauſis talium uaſſallorum intromittere. & num. 16.*

17 *Priuilegio Domini continenti clauſulam decreti priuatiuam: puta ſi ſecus attentatum fuerit, ſit irritum & inutile: tunc per partes etiam conſentientes uel ignorantes non poteſt renuntiari. & num. 18.*

DECISIO IX.

IN CAVSA uertente & mota in Reg. Con. per Angelum de Vena contra Magiſtrum actorũ Curię Admiratiæ, dubitari contingit, an illuſtris dominus Admiratus regni, qui ex priuilegio habet iuriſdictionem in ſuos officiales, & actorum Magiſtrum: poſſit repetere dictã cauſam ad ſe, non obſtante q dictus cõuentus iuriſdictionem S.Con. non declinauerit, imò tacitè in eo conſenſerit. Et præſupponam regulam quæ ſe habet, quòd partes* prorogare poſ- 1 ſunt iuriſdictionẽ alterius iudicis ſine proprii iudicis conſenſu.Bar.in l. j.§.& poſt operis.ult.col. per illũ tex. ff.de no.ope.nunc. And.in l.Imperialem.§.prętereà ſi inter duos x.col.de prohi.alie.per Fed. facit optimè tex. in l.j.& ij.ff.de iud.dum ibi in prorogatione ponderatur ſolum conſenſus partium, & non ſuperioris. quæ iura ad hoc affert And.ibi.& Iaſ.in d. §.& poſt operis.iij.col.& probatur in c.Romana.in prin.in gl.in uerſi.clericorum. iuncto tex. de foro compe. li.vj. quam alleg. Alex.in d.§. & poſt operis.pe.col.ſecundũ quã regulã iu- 2 dex* proprius nõ poteſt repetere ſupradictum coram alio litigante, uel eum qui priuilegio fori renũtiaſſet. Limitatur primò dicta regula, ut* nõ 3 obtineat in ſubditis Comitũ, Regũ, uel aliorum Principum, & Baronum perpetuorum. quoniã nõ potuerunt tales ſubditi ſine dominorum conſenſu prorogare iuriſdictionẽ alte-

rius iudicis non ſubditi dicti Domini. ita Pau. in d.§. & poſt operis. per tex. in c. per uenerabilem.§. inſuper. qui fi. ſint legit. & idē Pau. in l.j.ij.col. C. ubi de cri. agi. oport. quem alii nō allegant, per d. §. inſuper. Secundum hanc limi. ſequeretur, quòd Barones Regni, qui omnes ſunt domini perpetui, poſſent repetere ſemper eorum ſubditos alibi litigantes, etiam inuitos. at Alex. in d. §. & poſt ope. pe. col. reprobat iſtam limi. cum iure non probetur quòd ſubditi non poſsint prorogare ſine conſenſu Domini, & eſt cōtra generalitatē. d.l.j. & ij. de iudi. & reſpondet ad d. §. inſu-
4 per: quòd loquatur * in his quæ ſunt reſeruata Principi, prout eſt facultas legitimandi: ut no. in aut. qui. mo. na. eff. ſui. §. ſi. unde meritò non poterat ſubditus Imperatoris prorogare iuriſdictionem in Papam, nec econtra, pari ratione: & cum Ale. tranſit Car. Alex. in d.l. imperialem. iiij. col. Contra Alex. facit: nam iſti Domini terrarum, præcipuè in regno noſtro, habēt iuriſdictionem in ſuo territorio. l. pupillus. §. territoriū. ff. de uer. ſig. l. nulli. §. quòd ſi in uico. C. de epi. & cle. & conſequenter inhabitātes ibidē: ut in c.j. qualiter uaſſ. iur. deb. fid. ſecundum And. Bal. & Alua. ibi. j. col.
5 propter * quam iuriſdictionem iſti habitantes, licet feudū à Domino nō recognoſcant, tenentur iurare fidelitatem eidem Domino terræ: quod
6 iuramentum * propriè dicitur iuramentum aſſecurationis: de quo iuramento habetur in d.c.j. qualiter uaſſ. iur. deb. fid. unde iſti uaſſalli ratione habitationis & iuriſdictionis non debent poſſe prorogare iuriſdictionē alterius ſine conſenſu Domini, & ad hoc uidetur tendere id quod ponit Bal. in l. decernimus. C. de ſac. ſan. eccle. quem refert & ſequitur Ale. in d. §. & poſt oper. pe. col. ubi dixit quòd
7 * ubicunque aliqui ſub iuramento fidelitatis ſunt de iuriſdictione alicuius, non poſſunt ſine ſuo conſenſu iuriſdictionem in alterum prorogare: allegat gl. in d. §. ſi inter duos. Durum uidetur contra ſtimulum calcitrare: nam Ale. loquitur in Regibus, Comitibus &c. quos clarum eſt habere iuriſdictionem perpetuā, & quòd eis iuratur fidelitas ratione iuriſdi-
8 ctionis: & tamen * uaſſalli eorum, quando nō agitur de feudo, poſſunt ſecundum eum prorogare iuriſdictionem alterius ſine Dominorum conſenſu. Tenendo hanc opi. debemus intelligere quòd Bal. in d.l. decernimus. loquatur de his qui ſunt de iuriſdictione alicuius ſub iuramēto fidelitatis ratione feudi: & tunc quando agitur de feudo, nō aliàs. Et ita hanc materiam uidetur intellexiſſe Iaſ. in §. & poſt operis. iij fallē. ubi infert limitationem Barto. quæ erat, quòd quādo iudex habet aliam qualitatem in ſubditum quàm ſimplicē iuriſdictionem: non poſſet ſubditus prorogare in alium iudicē ſine Domini conſenſu, procederet quando uaſſallus litigaret ſuper illa qualitate, ſcilicet, ſuper re feudali: & quòd ita propriè loquitur text. in d. cap. ex tranſmiſſa. in uer. de ſeculari feudo. de foro compe. ſecus ſi de alia re litigaret, quoniam tunc ſecundum eū non eſſet neceſſarius conſenſus Domini. allegat ita tenere Ang. in d.l.j. ff. de iudi. & Alua. in d. §. præterea ſi inter. Secundò limitatur dicta regula, ut non habeat locum, quando

in ſub

in ſubdito adeſſet alia qualitas ſubiectionis, quàm iuriſdictionis ſimplicis:ut * quia teneret à Domino rem
9 feudalem uel tributariam: tūc enim non poteſt iuriſdictionem alterius prorogare.ita Bar.in d.§.&poſt ope. & in d.l.j.prima col.ff.de iud.Ant.de But.in c.ex tranſmiſſa.& in c.ex tenore.de foro compe.& in c.cęterum.de iudi.Et aduertēdum:nam Bart.in di-
10 ctis locis aperte ſentit, quòd * uaſſallus Baronis ſub eius iuriſdictione exiſtens,ſi non tenet ab eo feudū,poteſt prorogare iuriſdictionem alte-
11 rius.Et ſi tenet feudum ſuper * feudo tantum, non prorogabit: in aliis ſic.& ſequitur Ale.in d.§.& poſt ope. pe.col.& dictum Bar. omnes ſequuntur.idem tenet Inn.in c.cæterum. de iudi.Ant.de Bu.ibid.pe.col.afferens ad hoc d.§.inſuper.& Hoſt. in ſumma.de foro cōpe.§.j.uer. ſed nec uidetur.iſtud firmat etiam Ant.de But. in d.c.ex tranſmiſſa. de foro compe.
12 Tertiò limi.*niſi in prorogatione iuriſdictionis faciēda,afferretur præiudicium iudici proprio: ut quia eſſet habiturus ſportulas,ſi coram ipſo litigaretur. Pau.in d. §. & poſt oper. per no.in l.ij.ff.ſi quis in ius uoc.non ier. & uoluit allegare ſecūdum Ale. gl.in l.de iure.in gl.ij.ad munic.Pau. in hoc eſt ſolus,& ſecūdum Ale. eius dictum.l.non probatur. & contrariū tenuerunt Pe.& Cy.in l.ſi quis ex cōſenſu.vj.q.C. de epi.aud.Ioā. And. in Spe.de compe.iu.adc.§.j.in addi.inci.quæritur an ordinarius.per rationes,de quibus ibidē per eos.& Alex. in d. §.& poſt oper.pe.col. Quar-
13 tò limit.nam * clericus nō poteſt prorogare iuriſdictionem alterius ſine licentia ſui epiſcopi. c.j. & c. ſignificaſti.de foro compe.Bart. & alii in d. §.& poſt ope.ubi uideas rationes diuerſitatis per Imo. Alexand. & Iaſo.
14 Quintò limi.niſi* eſſemus in cauſis reſeruatis Principi.nam tunc non poſſet alius iudex in cauſis huiuſmodi prorogari.d.c.per uenerabilem.§. inſuper. qui fi.ſint.leg. prout eum inducit Alex.in d.§.& poſt ope.pe.col. & ibi.Iaſo.in fi.ſequitur Alua. in d.§. ſi inter duos.iij.col.& ibi Card.Alex. iiij.col.eius uerſi.referens.alleg.not. extrà, de excep. præla. c. inter dilectos.per Inno.in c.cum M. de conſti. & Archi. in c. rebus. de reſcript. lib. vj.& per Bald.in d.§.præterea. Li-
15 mitari poſſet & ſextò,niſi * in priuilegio iuriſdictionali Dominus Rex apponeret clauſulam priuatiuam:ut quòd alii eius officiales non poſsint ſe de cauſis talium uaſſallorum ſubditorum uel hominum ſe intromittere. Cum enim Rex monarcha, ut Rex noſter, & ſic Cæſar, det iuriſdictiones:ut in l.j. ff. ad legem Iuliam de ambit.& ab eo iuriſdictiones ipſę fluant & refluāt,ſicut flumina ad mare:ſecundum Bald.in l.j.§. ad hæc. v. col.de pace iu.fir. cæteri iudices contra eius uoluntatem non poſſent cognoſcere de cauſis. Et conſtat quòd
16 quando Princeps * limitat iuriſdictionem in certis cauſis ſeu perſonis, non habet locum prorogatio, etiam de uoluntate partium.ut in authen.habita.C.ne fi. pro patre. & ibi per Bal.viij.col.uer.ſuper hoc diſtingue. & per Bald. & Ange. in l.teſtamenta.C.de teſta.licet aliàs in dubio iuriſdictio ſpecialiter cōceſſa in certis locis, terris, cauſis, aut perſonis, uideatur non priuatiuè ſed cumulatiuè attributa, ut latè probat Lu-

do.cõſi.cccxciij.incip.præſens cõſul. & Feli.in d.c.cæterũ.iij.col.de iudic. & uide ibi Ant.de Bu.in ultimis uerbis ſuis.& And.Sicul.in c.ſtuduiſti.de offi. deleg.& iuriſdictio uidetur data priuatiuè,quãdo id cõſtaret ex uerbis priuilegii.Fel.in d.c.cæterum.iij.col. allegat conſilium Lud. & etiam iſtud tenet Ang.in d.l.teſtamenta.ſigna uerò id cognoſcendi uide per Feli.in c.paſtoralis. de offi.ordi. per totum.& tanto magis hæc limitatio procederet,quãdo in priuilegio ad-
17 eſſet clauſula decreti.* quãdo enim in aliquo actu apponitur à ſuperiore clauſula annullatiua, ut ſi dicitur, ſi ſecus attentatum fuerit,ſit irritum & inutile:tunc etiam de conſenſu partium non poteſt renuntiari.glo.in c. ſtatutum.ad finem principii.in uerſi. committatur.& in c.diſpẽdia. in uer. proceſſus.de reſcrip.in vj. Gemin.in c.cum bene.de præben. eo.li. Bal.in l.non dubium.x.col.de leg.tex.& ibi Cano.in c.dilecto.circa fi.uer.niſi for
18 tè. de præben. Et clauſula hæc* decreti afficit etiam ignorantes,ut acta ſint nulla, etiam ſi pars non alleget, etiã ſi iuſtè proceſſum ſit. Abb.Imo. & But.in c.cæterũ.de reſcri.ubi latè Fel.x.col.Abb.in c.audita.pe.col.de reſti.ſpo.& quòd ignorantes afficiãtur,eſt tex.in c.ſi eo tempore.de reſcri.in c.pe.de præbẽ.in vj.His præſuppoſitis in iure,ꝑſuppoſito quoq; in facto,quòd in priuilegio D.Admirati ſit clauſula priuatiua iuriſdictionis:uidetur cõcludendum,quòd remiſsio fieri debeat. Fuit uotatũ cauſam eſſe remittendã ad Admiratum.

SVMMARIVM.

1 *Moniales ſanctæ Claræ,quæ ſunt ſecũdi ordinis ſancti Franciſci,nõ poſſunt tenere bona in particulari,ſed in cõi.*
2 *Moniales,quæ ſunt tertii ordinis,poſſunt etiam tenere bona in particulari.*
3 *Fratres tertii ordinis in feudo ſuccedunt.*
4 *Clericus & mulier non ſuccedunt de iure feudorum,ſecus in regno Frãciæ. Fallit ſi ſeruiri poteſt per ſubſtitutũ. numero 5.*
6 *Monachus & monaſterium,etiã quo ad commoditates non ſuccedũt in feudo,quod nõ uadit niſi ad hæredes ſanguinis.*
7 *Succeßio in feudis titulatis, quæ habent ſpeciem ſeparatam,tranſit in infinitum.*
8 *Hæres ſanguinis tantum ſuccedit in feudis,nam hæredis appellatione is tãtum uenit.*
9 *Feudum fœminæ tranſit ad Monaſterium durante uita monialis,ex quo ſemel fuit habilitata.*
10 *Monaſteriũ poteſt habere feudũ quo ad commoditates,durante uita feudatarii,quondo non ageretur de ipſo feudo perpetuo & dominio retinẽdo, & eßet talis naturæ quòd ſeruitium pro eo debitũ poßet æquè præſtari per Monachum ſicut per uaſallum.*
11 *Vaſallus habet electionem regulariter in omni feudo,an uelit perſonaliter ſeruire,an ſoluere pecuniam : ubi nõ eßet electa induſtria perſonæ.*
12 *Electa induſtria perſonæ non uidetur, ubicunque ſit mentio hæredis in conceßione feudi.*
13 *Vaſallus habet electionẽ in Regno dare pecuniam,ſeu adoham.*
14 *Feuda dantur pro militari ſeruitio. Vaſallus tenetur ſeruire Regi, quãdo eſt bellũ in Regno, de ſua perſona,cũ tribus equis,tribus mẽſibus in anno, ſi feudũ eſt ualoris xx.unciarũ.co.nu.*

Rex

15 *Rex non cogitur recipere pecuniam,ſi nollet feudatarius perſonaliter ſeruire.quia aliud pro alio &c.& nu.18.*
16 *Fœmina eo ipſo q habilitata eſt ad ſuccedēdum uigore inueſtituræ,dictis q hæredes utriuſq; ſexus ex acquiſitoris corpore deſcendentes:uidetur etiā habilitata ad præſtandā adoham,ſeu ad mittendum ſubſtitutum.*
17 *Feudum monialis,uita durante ſtabit ad monaſterium quo ad cōmoditates.*
19 *Exceptio requirens altiorē indaginem facti,debet ad merita reſeruari.*
20 *Exceptio requirens longam & dubiā iuris altercationē ad inſtar erroris iuris intricati, qui æquiparatur errori facti,debet ad merita reſeruari.*
21 *Libellus incertus admittitur, quando eſt probabile iuris dubium.*
22 *Clauſula,ius & iuſtitiam miniſtrari, eſt tanta uirtutis,quòd ſi ex narratione facti poſſunt elici plures actiones aptæ & ineptæ,& concluſio ſuper inepta:poterunt fieri probationes,& ferri ſententia ſuper apta.*
23 *Iudex poteſt impartiri officium ſuum etiam non petitum,uirtute clauſulæ, ius & iuſtitiam &c.*
24 *Clauſula ,ius & iuſtitiam &c.facit pronuntiari ſuper non petitis,procedētibus ab eodem fonte cum petitis.*
25 *Princeps iudicat ultra contenta in libello.*

DECISIO X.

IN CAVSA Dominæ Rogaſiæ Caietanæ monialis ſancti Coſmati de urbe & Mon.ipſius pro ea agētis ad caſtra Mōtis Rodonii & Marchiæ Prouinciæ terre laboris,contra magnificum Ludouicum de Afflicto, ex ſucceſsione quondam magnifici Berardini Caietani fratris dictæ dominę Rogaſiæ,cū per præfatum Ludouicum opponeretur agenti ad impediendum litis ingreſſum, quòd tam ipſa Rogaſia quàm Mon. ſunt inhabiles ad feuda:per ea quæ habētur in c.j.de mi.uaſal.qui ar.be. depo.in c.qui clericus.ſi de feu.fue. contro.& c.j.de ben.fe.& c.j. in fi.an mutus. maximè quia hic ſumus in monialibus ſanctæ Claræ, quæ ſunt 1 * ſecundi ordinis ſancti Franciſci,& non poſſunt tenere bona in particulari,ſed ſolum in cōmuni.ut no.glo. cle.j.in prin.in uer.obedientiam.de relig.domi.licet hi qui ſunt de ter- 2 tio* ordine,etiā in particulari bona poſsideāt,ſecundū d.gl.quæ uult q iſti nō profitentur regulam,quo ad tria ſubſtātialia:ſed habēt ſolū quēdam certum modum uiuēdi.& ideo 3 Fratres * tertii ordinis in feudo ſuccedunt,ſecundū Lud.conſi.ccclxvij. pe.col.Panor. Barb.in c.ex parte.de feu.Car.Alex.in c.j.§.& quia.vj.col. de his qui feuda da. po.& Curt. ſecunda parte.xx.q.Ioā.fa.inſti.de leg. 4 pat.tu.tenet,q de iure feudorū * mulier & clericus non ſuccedunt, ſecus in regno Frāciæ.Iaſo.in auth.ingreſſi.ulti.col. diſtinguit inter ſeruitium reale & perſonale, ut primo caſu Monaſterium habeat feudum, ſecūdo non. plura allegat. Videndum eſt an d.excep.militare habeat. & mihi uiſum fuit quòd non, duplici fundamento.Primum eſt: nam quamuis uariè doctores ſenſerint in eo puncto, uidelicet an clericus ſeu monachus ſuccedat in feudo, ſeu feudum retinere poſsit. quidam enim tenent affirmatiuam, & alii negatiuam,prout latè referunt Card. Alex. in cap.primo.§.& quia.v.colum. de de his qui feu.da.po. Felin.in cap.in

præſentia.

præſentia.xxiij.col.uerſi.fall.ij. Barb. in rub.de feu.j.q.Curt.in tract.feu.iij. parte.uer.x. & Iaco.in ſuo feu.tra.in uerſi.& quibuſcunq; hære.ij.colum. Quinimo affirmatiuam communē opi.eſſe dicit Car.Alex.ubi ſ.allegās idē dicere Laude.ibi.& pro ea opin. ꝙ cōmunis ſit, firmat Saly c.in auth. ingreſsi. de ſac.ſan.eccl.quem refert Iaco.in loco præallegato:& habetur per Feli.in d.c.in præſentia.& reſpō dent iſtud tenentes ad d.iura, uidelicet c.qui clericus ſi de feu.fue.cō-tro.& c.j.de mi.uaſſ.qui ar.bell. cum
5 ſimi.ꝙ * uendicāt ſibi locū, quando eſſet feudum talis naturæ, ꝙ in eo non poſsit ſeruiri per ſubſtitutū,uel eccleſia nollet ſeruire.ſed quādo in feudo ſeruiri poſſet per ſubſtitutū,& clericus ſeu monaſt.uellet per ſubſtitutum præſtare ſeruitium, admitteretur. Sed plures opiniones circa paſſum de quo agitur reperio:unam affirmatiuam,& aliam negatiuam penitus:& hæ ſunt duæ. Tertiā, de qua infrà,dum allegaui Bal.& Alua.in c.j. de mil.uaſſ.qui ar.bell.& Alex.conſi. x.uidelicet, ꝙ ad monaſte.uadant cōmoditates uiuente uaſſ. Quartam,uidelicet ꝙ iſtud de commoditatibus ita procedat, dummodo nō ſimus in feudo,quod non uadit niſi ad hære-
6 des ſanguinis:& ꝙ * in feudo, qđ nō uadit niſi ad hæredes ſanguinis,etiā durante uita uaſalli,monaſter. nihil habeat.& hæc fuit opi. Car.Alexā.in c.j.§.& quia.de his qui feu.da.po.xv. colum. ſed iſtud dicit ex capite ſuo. imò Bald.quem ipſe allega.in l.fi.de epiſc. & cle.v.col.loquitur in caſu,in quo uolumus feudum perpetuò ad
7 monaſter.tranſire. Præterea * dum ponit ſpeciem iſtorum feudorū, intelligit de feudis titulatis, quæ habent ſpeciem ſeparatam, ex quo in eis in infinitum ſucceditur: ut per Bald.in c.j.de feu.mar.& ibi Alua.in
8 §.capitanei.Preterea * in feudis non uenit niſi hæres ſanguinis,& appellatione hæredis is tantum uenit: ut in c.j.§.cum uerò.de his qui feu. da. po.& in ca.j. §.item ſi fuerit.qui.mo. feu.amitt.in c.j.de ſuc.feu.cum ſimi. Quinta opin.eſt, ut in fœmina dica-
9 tur * feudum tranſire ad monaſt. durāte uita monialis, ex quo ſemel fuit habilitata &c.ut ponit Feli.in d.c.in præſentia.xxiij.col.& Cur.tertia par
10 te.uerſi.x. Attamen quando * non ageretur de feudo ipſo perpetuo & dominio per monaſte.retinendo, & eſſet naturæ talis, ꝙ ſeruitiū pro eo debitū poſſet æquè præſtari per monaſter. ſicut per uaſſ. tunc monaſterium habebit illud durante uita feudatarii, quo ad commoditates. ita Bal.in d.c.j.de mi.uaſſal.qui ar. bell. quē refert & ſequitur ibi Alua.ij.col. in d.auth.ingreſsi.Alexā.conſi.x.iiij. col.v.uol.& in hac opi. non datur cō
11 tradictor,ſed ita eſt * ꝙ in omni feudo regulariter eſt in electione uaſſ. an uelit perſonaliter ſeruire,an uerò ſoluere pecuniam:ut Alua.poſt antiquos.in l.j.in fi.de pace iur.& in l.imperialem.§.firmiter. de prohi.alie.p Fede.Iac.in uerſic.& promiſerunt.x. col.in d.trac.An ſit idem,uelle ſoluere pecuniam,uel dare ſubſtitutum, cogita.nam Cur.in d.iij.parte. uerſic. x.& Feli.in d.c.in præſentia.d.ij.fall. tradunt, an poſsit per ſubſtitutū ſeruire.quod locum habet, ubi non eſſet electa induſtria perſonæ, ſecundum Bal.in l.quiſquis.C.de epiſco.& cle.& in c.quæ in eccle. de conſtitu. refert

referent Feli.in d.ca.in preſentia.xxiiij.
12 col.ſubdens, ꝙ *ubicunq; in conceſſione fit mentio hæredis, non uidetur eſſe electa induſtria perſonę: allega. Cy.in d.l.quiſquis. & ꝙ Bal.ibidem facit de hoc feſtum: uidelicet ꝙ indu
13 ſtrialia * non tranſeunt in hæredem. Et ſi dicatur, ꝙ in Regno noſtro eſt in electione uaſſal. dare pecuniam ſeu adoham, cũ feuda dentur ꝓ mi-
14 litari ſeruitio: quod cõſiſtit * ut uaſſ. ſeruiat, quãdo eſt bellum in Regno domino Regi, de perſona ſua cum tribus equis, tribus menſibus in anno: ſi feudum eſt ualoris xx.unc.ut dicit And.in c.j.in fi. quis dicatur dux. & in conſtit.Regni.ſi uaſſal. ulti.col. & ꝙ And.in c.j.§.fi.ij.col.de capi.qui cur.uen. & in c.j.quis dica.dux.ulti.
15 col.dicit, ꝙ Rex non cogetur * recipere pecuniam, ſi nollet feudatarius perſonaliter ſeruire: quia aliud pro alio &c.l.ij.§.j.ff.ſi cert.pet. C.de ſol. l.cum.& l.iuris.cum ſi.& latè in trac. meo. c.feudatarii adhoant. Ad iſtud reſpondeo: nam feudum iam erat
16 tranſlatum in fœminam, * quæ eo ipſo ꝙ habilitata extitit ad ſuccedẽdum uigore inueſtituræ, quæ dicit ꝙ hæredes utriuſque ſexus ex acquiſitoris corpore legitimè deſcendentes: tunc authen.conſtit.Regni.ut de ſucceſsio. uidetur etiã habilitata ad præſtandam adoham, ſeu admittendum ſubſtitutum: ut tenet Spe. etiam in feudo ligio.in titu.de feu. §.quo-
17 niam.uerſ.xxj. & ideo hoc caſu * indubitatè feudum, durante uita monialis, ſtabit quo ad commoditates apud Mon.hoc firmat Felin.in d.ca. in præſentia.xxiiij.col.& refert & ſequitur Curt.ubi ſ.& per hoc reſpondetur nõ obſtare quandam ſentẽtiã aliàs contra monaſte. latam in cauſa don Ber.de Nola monachi Carthuſienſis: nam ibi eramus in monacho, non in moniali, in qua uiget ratio, de qua ſuprà: & tanto magis prædicta procederent, quando illa domina eſſet de ſororibus tertii ordinis: hæ nanq; ſicut & tertii ordinis fratres, ſuccedunt in feudo. Lud.conſil. ccclxvij.pen.col.Barba.in c.ex parte. de feu.Car.Alex.in d. §. & quia.xvj. col.Curt.ij.parte.xx.q.& Alber.in d. authen.ingreſsi.viij.col.& de ordinibus ſancti Franciſ.Bald. conſil.xxxix. ij.uol.& uide deci.d. Maz.cccxx. ubi falsò allega. And.in multis locis tenere, ꝙ Rex poteſt præcisè cogere
18 * uaſſallum ad ſeruiendum perſonaliter. Secundum, quod ſtringit pro monaſt.eſt: nam in præſentiarum nõ agitur de condemnando poſſeſſore, uel abſoluẽdo: ſed ſolum debeat procedi ad ulteriora in cauſa excep. oppoſita ad cauſæ ipſi⁹ deciſionẽ reſeruata: unde ſuccedit, ꝙ ex quo ſaltem de iure articulus principalis cauſæ eſt intricatus ob uarias doctorum
19 opiniones, ius ipſum * redditur incertũ & dubium. & ſicut exceptio requirens altiorẽ facti indaginem, debet ad merita reſeruari.l.iij.§.ibid.ff. ad exhiben.l.ille à quo.§.j.ad Treb. Bar.in l.nam & poſtea, in prin.de iureiur.latè per Feli.in c.exceptionem. vij.col.de iureiur.ita & requirẽs lon-
20 gam * & dubiam iuris altercationẽ, ad inſtar erroris iuris intricati, qui æquiparatur errori facti, ſecundum Butr.& Imo.in c.cum dilectus.de cõſue.Feli.in c.de quarta.ix.col. de præſcrip.ſic dicit Sozi.in c.ij.xvij.col. de
21 libe.obla. ꝙ quãdo * eſt probabile iuris dubiũ, admittitur libellus incertus.

tus. Nec obſtat id qđ dici poſſet, uide licet qa non eſt actum ad cõmoditates, ſed ad dominiũ feudi: nam quã-
22 do * ex narratione facti poſſunt elici plures actiones, quarũ aliqua eſt apta, aliqua inepta, & concluſio ſiat ſuper inepta, ſi in libello adeſt clauſula, ius & iuſti.mi. poterunt fieri ꝓbationes, & ferri ſentẽtia ſuper apta. Abb. in c. cum dilectus. de or. cog. Et dicit Abb. in c. fi. in fi. de iureiur. ꝙ ꝑ
23 hanc clauſulã iudex * põt impartiri officium ſuum, etiã ſi non petatur. & ſine hac clauſula dicit Bald. in l. pen. C. de ſentẽ. in l. j. C. de ſentẽ. quæ pro eo quod inter. ꝙ quãdo non petita
24 * ſunt talia, quæ procedunt ab eodẽ fonte cum petitis, põt ſuper eis pronũtiari. Et facit quod dicimus in leg. Aquil. ut ſi peto dãnum, quia põt ſequi condẽnatio ad pœnã: quia hoc eſt ex natura & aptitudine actionis intẽtatæ. l. contra negantẽ. C. ad leg. Aquil. & ibi Bal. Sic ſi ageret ex mutuo, & ꝓbaretur de commodato, põt ſequi condẽnatio ad cõmodatũ. Bal. in l. fi. C. ſi ex pu. in. lib. x. & in l. j. C. de uſufru. Sic ſi agitur quanto minoris, põt ferri ſentẽtia ſup redhibitoria. l. bona. §. aliquando. de ædil. edi. &
25 facit ꝙ Princeps * ultra contẽta in libello iudicat. Specul. de act. & pet. §. ſupereſt. uer. ſed nunquid. Barto. in l. Aemilius. de mino. Anto. in cap. licet Hely. de ſimo. Accedat pro concluſione uoti, quia eſſe poſſet, ꝙ S. Cõ. in deciſione cauſæ uideretur habendam fore rationem de cõmoditatibus ad uitam monialis. item poſsibile eſſet, ꝙ in proſecutione præſentaretur aliqua habilitatio regia: ideo eſſet bonũ reſeruare omnia ad deciſionẽ cauſæ. In hac cauſa ſi bene recolo, decretum eſt non eſſe procedendũ ad ulteriora, unde actrix mutauit actionẽ agẽdo ad cõmoditates.

SVMMARIVM.

1 *Iudices, aduocati, & procuratores nõ poſſunt pro eorum mercede retinere ſcripturas eis traditas.*
2 *Creditor poteſt retinere rem debitoris pro uerò debito datam, licet datio non teneat: idem in debito putatiuo.*
3 *Feudum datum ſine aſſenſu Regio, non tenet.*
4 *Inſtantia etiam perempta, durat effectus malæ fidei cauſatus ꝑ litis cõteſt. Fallit ſi fuerit facta coram iudice incompetenti. nu. 5.*
6 *Generalis petitio non debet attendi ſtante diuerſitate proſecutionis.*
7 *Inſtantia noua facta ex noua cauſa uel alia, non ſe extendit ad effectus cauſales per litis conteſt.*
8 *Mala fides conuenti an ſit purgata, quo ad fructus, propter incumbentia non probata, uel propter inſtantiam peremptam.*
9 *Inſtantia triennalis uel ſtatutaria, an pereat per curſum tẽporis. & nu. 16.*
10 *Inſtantia utrũ pereat propter incidẽtem quæſtionem præiudicialem, uel ex magnitudine cauſæ, uel per emergentẽ cauſam falſitatis teſtiũ in cauſa capitali, uel per cõpromiſſum factum corã arbitro, & nu. 11. 12. 13. 14. & 16.*
15 *Inſtãtia currit irreparabiliter impedito ſeu per iudicẽ, ſeu per alteram partẽ, ſeu per factũ tertii, licet aliquo caſu ex iuſta cã detur reſtitutio. & nu. 16.*
16 *Inſtantia triennalis iuris cõmunis, differt ab inſtantia ſtatutaria minori.*
17 *Inſtantia cauſæ principalis, & appellationis, differunt inter ſeſe.*

DECISIO XI.

IN cauſa Federici de ſancto Blaſio, hæſitatum

hæſitatum fuit de duobus. primũ an reus conuentus, qui fuit cõdẽnatus ad reſtituendũ dicto Federico caſale Perſani, poſſit aduerſus uictorem uti retẽtione ipſius caſalis ob debitũ uitę & militiæ, quã clarũ eſt uicto deberi. Dubiũ facit: nã licet aliàs creditor, ad cuius manus res debitoris peruenit, etiã ex ipſius debitoris uolũtate, ut ex cauſa cõmodati, pignoris, in ſolutũ dationis &c. non poſſit eam pro alio debito retinere, ut in l. fi. C. cõmod. & in l. ſi nõ inducta. C. in qui. cau. pig. uel hyp. ta. contra. adeo ꝙ procuratores, iudices, & aduoca-
1 ti * nõ poſſint ꝓ eorũ mercede retinere ſcripturas, uel inſtrumẽta eis tradita, ſecundũ Albe. Fulg. & Mod. in l. ſi non ſortẽ. §. ſi centũ. de cõdi. inde. tamẽ pro illomet debito, ꝓ quo data eſt, licet datio non teneat: ut quia res quæ ualet cc. data eſt in ſolutũ ꝓ c. bene retineri poſſet. ut eſt caſus in d. §. ſi cẽtum. cum ibi not. & in l. eleganter. §. qui reprobo. ff. de pig. act. & in l. ſi cum aurum. ff. de ſolu. & idẽ
2 * quãdo res eſſet data pro debito putatiuo: nã põt detineri pro uero debito, ſecundũ gl. in d. l. ſi nõ ſortẽ. §. libertus. in gl. j. iuncto tex. qđ Bart. & alii ibidem notant. Cum igitur cõſtet dictũ caſale Perſani fuiſſe aliàs per eundem Federicum datum in ſolutum authori rei cõuenti pro uita & militia tam præterita quàm futura ipſi authori cõpetente: licet talis datio in ſolutũ non teneat, ex quo fuit
3 datum feudũ * ſine aſſenſu domini Regis. ut uult Bal. in l. j. uerſi. ſed nũquid ex cõſue. de prohi. alie. feu. per Fede. quẽ alleg. Feli. in c. quæ in eccle. xxxiij. col. de conſti. uidetur ſaltẽ poſſe dici, ut pro omni uita & militia feudum ipſum ſaltem retineri poſſit, per d. §. ſi centum. Secundum, de quo princip. dubitabatur, erat, ex quo reus condemnatus extitit ad reſtituẽdum caſale, cum fructibus perceptis à tempore litis conteſtatæ: & reperitur lis cõteſtata bis: poſt primã enim cõteſtationem perempta erat inſtantia: an attendatur tempus litis conteſtatæ prima uice, ut ab eo ueniant dicti fructus. Regula facit ꝙ
4 ſic: nam effectus * malæ fidei cauſatus per litis conteſtationem, durat etiam perempta inſtantia, ſecundum gloſſ. in l. properandum. §. & ſi quidem. in uerſi. iudicii. C. de iudic. Bart. in l. ij. C. de fru. & lit. exp. in l. cum lite mortua. ff. iudi. ſol. Bal. & mod. in d. §. & ſi quidem. & in l. ij. C. de ede. Feli. in cap. cauſam quæ. de teſti. pen. colum. uerſi. fall. primò. & propriè in materia fructuum not. Soz. in tra. de inſtantia. xxvij. princ. arti. Sed obſtat primò: nam prima litis conteſtatio facta fuit coram Cap. Neritoni, qui erat iudex incompetens in cauſa feudi quaternati, iux. conſtitu. regni. magnæ Cur. & conſtit. iuſticiarii. no. in glo. fi. in fine. unde ſuccedit
5 * ꝙ quando lis fuiſſet conteſtata coram iudice incompetente, non affert ſecum dictum effectum, per tex. in l. ſi pater. C. ne de ſta. defunct. not. Bald. in l. fina. C. de præſcrip. xxx. anno. & not. Soz. ubi s. uer. iiij. li. Solutio. præſupponitur quòd Capitaneus procedebat ex commiſſione Comitis Neritoni, qui erat competens uigore priuilegiorum Comitis. Secundò obſtat, quoniam in prima inſtantia licet petitio fuiſſet generalis, uidelicet quia petebatur caſale iure ſucceſſionis in genere: tamen ꝓſecutio fuit

fuit ſpecialis. nam in articulo dicebatur, ꝙ ueniebat ad ſuccedendum ut patruus. at in art. ij. inſtātiæ poſitū eſt, ꝓ uult ſuccedere ut frater: unde uidetur alia cauſa eſſe iſta: præſertim attenta proſecutionis diuerſitate,
6 * quæ debet attendi: non autem debet attendi petitio generalis: ut eſt no. tex. in l. licet. C. de iudic. & ſic ſuccedit quod no. Barto. in l. fiſcus. ff. de
7 iure fiſci. ubi tenet, ꝙ effectus * cauſati per litis conteſtationem, non ſe extendunt ad nouam inſtantiā, ſi fiāt ex noua cauſa uel alia. & Bart. ſequitur Angel. in d. l. cum lite mortua. & Sozi. in loco præalleg. uerſi. ij. conſi. j. li. Solutio. tex. in l. licet. loquitur in actione perſonali: ſecus in reali. Pau. ibi. & in l. eādē. §. actiones. l. ſi mater. §. j. ff. de excep. rei iudi. Tertiò obſtat: nam poſt primū terminū ad ꝓbādum, quem uicem litis cōteſtatio. obtinere dicimus, actor in ſuis arti. & probationibus fundabat ſuam intentionem uenīēdi ut patruus: præſupponendo Franciſ. Antoniam ſuā neptē ſuperuixiſſe Antonello fratri: ſecundum quem modū nedum non erat fundata intentio eius in obtinēdo, uerū cōſtabat de ſua iniuſtitia: unde ſuccedit opi. quam tenet Soz. in d. loco. uer. primo caſu. qui limitat regulam ſuprà poſitam non habere locum, quando poſt litem conteſtatam primo loco, & factis probationibus non erat probatum de iure actoris. ſed apparebat ipſum minimè probaſſe incumbētia, quaſi quòd ex hoc purgata fuerit ſuſpicio ipſius cōuenti, & omnes effectus malæ fidei. & dictus doctor limitat etiam opi. domini Fabiani de monte ſancti Sabini, qui indiſtinctè tenebat, quòd perē-
8 pta * inſtantia perit effectus malæ fidei quo ad fructus, per plures rationes ibidem relatas. Solutio. non fuit habita ratio de opinione Sozini.

Quartò obſtat, quoniam inſtantia in caſu noſtro præſupponitur peremptа, non ob aliquam cauſam ſeu impedimentum iuſtum, ſed culpa & negligētia Federici actoris, qui cauſam proſequi nō curauit, quo caſu nō uēdicat ſibi locū regula de qua ſuprà, quæ tunc obtinet, quando inſtantia ob aliquod impedimentum actoris perēpta fuiſſet. iſtud probatur ex gl. ſing. in c. placuit. lo ij. §. præſcriptionum. in uer. interrupta. xvj. q. ij. quā ad illud allegat, & ſingu. reputat Roma. in l. ſi uero. §. de uiro. xxxiiij. fall. vij. ſpeci. ſol. mat. refert Feli. in d. ca. cauſam quæ. ult. col. de teſti. & Riminaldus in d. l. ij. in j. col. C. de edend. Solutio: hic adparet ꝙ non adfuit negligentia Federici. & ſi dicatur ꝙ inſtantia non periit, ex quo durante prima inſtantia incidit quædā quæſtio de fructibus dicti feudi, in qua dum certo modo fuiſſet pronuntiatum per Capitaneum contra Federicum, fuit ab eius decreto appellatū in concilio prouinciali, & obtentum tam ibi quàm in S. Con. Neap. in fauorem Federici. Vnde durātibus his diſcuſſionibus inſtantia non cucurrit, per ea quæ no. Bal. in l. & poſt edictum. ij. col. ff. de iudic. ubi uult ꝙ in
9 emergentibus * inſtantia triēnio nō pereat. allegat Guil. de Cu. in d. l. ꝓperandum. cuius dicti fuit memor Roma. in ſing. incip. nunquid inſtantia. & idem Bald. in l. contra maiores. ulti. colum. C. de inofficio. teſtamen. dicit, quòd dum diſputatur de mādato, non currit peremptorium.

Et ad

Et ad propoſitum facit multum id, quod not. Abb. in c. pater. de iudic. iiij. col. uer. & ex hoc arguo. uidelicet, ꝙ ſi pendente quæſtione coram
10 laico incideret* queſtio præiudicialis, ut nataliũ uel uſurarum: adeo ꝙ opus eſſet cauſam remitti ad eccleſiaſticũ. iuxt. not. in c. tuam. de ordi. cog. in c. lator. qui fi. ſint leg. durãte cognitione eccleſiaſtici non currit inſtantia in cauſa principali. & magis ad rem facit idem Abb. in loco præalleg. ea. col. uerſ. ſed ego dubi-
11 to. ubi tenet ꝙ ſi lis* protrahitur ultra terminũ præfixũ inſtantiæ à iure cõmuni uel ſtatuto: non ex impedimento alicuius, ſed ex magnitudine ipſius cauſæ, uel propter multas appellationes ab interlocutoria: tunc ultra terminũ inſtantiæ poteſt ferri ſentẽtia: ex quo nõ poteſt imputari parti uel iudici. allegat nõnulla iura & Bal. in l. ſi cum ipſe. ff. de excu. tut. ubi hoc Bal. dicit, loquẽs tamen in inſtantia præfixa à ſtatuto. & cum hac doct. Abb. pertranſit Iaſ. licet eũ non referat, in d. l. properandum, in prin. ulti. col. facit ad hoc Bal. in l. j. prope fi. C. qui acc. nõ poſſ. ubi poſt
12 Cyn. & Ray. concludit*, ꝙ ſi emerſerit cauſa falſitatis teſtiũ, iudex debet ſuperſedere in prima cauſa, & cognoſcere de falſitate, & ꝙ prima inſtantia intelligitur prorogata. & hoc uerũ ſi illi teſtes, qui neceſſariã faciebant probationẽ, redarguãtur
13 de falſo. at ſi* præter eos, qui redarguũtur de falſo, remanẽt in numero ſufficiẽti, nõ ſuperſedetur. per l. j. C. de quæſt. & formãtur prædicta in teſtibus examinatis in cauſa capitali, ubi agebatur de uita hominis. Mari. Sozi. in d. trac. xxiij. prin. arti.
14 Et facit etiã: nam donec partes* altercãtur corã arbitro ex cõpromiſſo, nõ currit inſtãtia corã iudice cœpta. ut in auth. ſi tamẽ. C. de tẽpo. appel. & in cle. quãdiu. de app. Ad hæc & ſimilia reſpondetur. primò, quòd procedũt ubi diſceptaretur de quæſtiõe emergẽti, prout ſunt illæ quæ concernunt proceſſum cauſæ: ut ꝙ libellus ſit ineptus, ꝙ quis ſit procurator, ꝙ quis non poſſit eſſe teſtis. Vel de incidẽti, prout ſunt hæc quæ reſpiciũt factũ principale: ut exceptio præſcriptionis pacti de nõ petendo, illegitimatis &c. ut hæc declarantur per Bal. in l. j. pe. col. C. de ordi. iudi. Abb. in c. j. ult. col. de ord. cognit. ſed in propoſito nõ fuit diſceptatum de huiuſmodi. ergo &c. Secundò reſpõdetur, ꝙ nõ eſt uerũ, ꝙ pendente quæſtione emergente uel incidẽte, inſtãtia triennalis, ſtatuta à iure cõmuni, nõ currat. nã ue-
15 ra eſt cõcluſio, ꝙ* impedito in prima inſtantia omnino currit tempus irreparabiliter. Bar. & Bald. in auth. item ſi appel. C. de tẽpo. app. & in l. petendæ. C. de tẽpo. in integr. reſtit. pet. per d. l. properandũ, in fi. inducendo à ſpeciali in pupillo. Ant. in d. c. uenerabilis. de iudi. & ibi Feli. ij. col. uer. j. cõclu. & Soz. in d. tracta. xxiiij. prin. arti. ubi ponit, an & quãdo detur reſtitutio. Siue enim ſtet
16 per iudicẽ, ſiue* per actorẽ, ſiue per reũ, ſeu per factũ tertii, uel quodlibet impedimẽtũ, inſtãtia cauſæ principalis ſemper currit: licet aliquo caſu ex iuſta cauſa detur reſtitutio: ut per Soz. ubi ſ. xxij. xxiij. & xxiiij. art. Et propterea mirum eſt quomodo Abb. & Iaſon in locis prędictis illud dixerint quod ſuprà retuli, pręcipuè

quia doctrinæ per ipſos adductæ, nõ loquuntur in inſtantia inducta à iure cõmuni, ſed à ſtatuto. eſt enim differẽtia inter inſtantiã triennalẽ, quæ à iure cõmuni ſtatuta eſt: & eam quæ eſt ſtatutaria minor triennali: nam prima nõ poteſt modo aliquo prorogari. glo. ij. in l. ij. §. ſi iudex. ff. de iud. Bald. in l. ꝙ ſi nolit. §. ſi quis ita. de ædi. ædic. Pau. conſi. xv. uer. ij. præmittitur. Bar. in l. Seius & Augerius. ad leg. fal. Feli. in d. c. uenerabilis. iiij. col. uer. inſtãtia cauſæ principalis. Secũda uerò poteſt prorogari, dũmodo nõ ultra trienniũ. Saly. in d. l. properandũ. in princ. quẽ ſequitur Ant. de Alex. Alex. & Iaſ. ibi. Feli. in d. cap. uenerabilis. iiij. col. uer. ſecũda declaratio. Sic etiam eſt 3 differẽtia inter inſtantiã* cauſæ appellatiõis & cauſæ principalis. nam inſtãtia cauſæ appellationis per cõpromiſſum poteſt ſuſpendi. d. auth. ſi tamẽ. C. de tẽpo. appel. & cle. quã. de appel. Sed nõ inſtãtia cauſæ principalis, ſecũdũ Saly. in d. l. prorogandũ. Abb. Imo. & Feli. in d. c. uenerabilis. per quod patet nõ obſtare id quod dictum eſt ſ. uer. & facit etiã, nam donec partes. Fuit uotatũ quo ad primũ dubium, ꝙ actor teneatur ad omnẽ uitã & militiam, ex quo de tota loquitur ſententia condemnatoria feudi. Quo uerò ad ſecundum dubiũ, ꝙ ad rationem de ipſis fructibus habendam attẽdatur tẽpus litis primo loco conteſtatæ.

SVMMARIVM.

1 *Familiares epiſcopi gaudent priuilegio fori, competente ipſi epiſcopo: non ſecus in alijs priuilegiatis nu. 1.*

2 *Familiaris temporalis gaudet priuilegio domini, durante tempore ſui famulatus.*

DECISIO XII.

IN cauſa Hurgonij Hiſpani armigeri Cæſa. maieſtatis, fuit dubitatum, an priuilegiũ dicto Hurgonio, ut armigero cõceſſum, ꝙ poſsit oẽs etiã priuilegiatos trahere in magna curia uicariæ ad inſtar Neapol. extendatur ad eius famulũ. uiſum eſt mihi ꝙ nõ. Nam licet ſpeciale ſit in 1 epiſcopo, *ut eius familiares indiſtinctè gaudeãt priuilegio fori competente domino epiſcopo: ut in c. fi. de offi. archi. & ibi hoc tenẽt cõmuniter doct. tamẽ in familiarib. alio- 2 rũ priuilegiatorum, ut ſunt* clerici, qui priuilegio fori potiuntur, ſi familiares ipſorũ non ſunt perpetui, ſed ſeruitores mercenarij, nõ eſt iure cautũ, quòd dicto fori priuilegio gaudeãt. & ideo doct. uolũt eos nõ gaudere. ita Anto. de Butr. c. ij. j. col. de foro cõp. & ibi hoc clarius Abb. firmat. ij. col. Et ſi dicatur ꝙ Imo. in d. c. ij. ij. col. ſub dubio fortè aſſerat poſſe dici, ꝙ interim dum ſeruiunt ſunt de eccleſia, per d. c. fin. de offic. archi. quod indiſtinctè loquitur: & cum Imol. pertrãſit Capra in eo. c. ij. ij. col. & ꝙ Bal. in l. j. ij. col. de epi. & cle. teneat, ꝙ familiaris temporalis gaudet priuilegio domini durante tẽpore quo erit familiaris. quẽ refert Soz. in c. j. uer. xviij. declaratio. de for. compe. qui pro hac parte affirmatiua affert plures authoritates. Reſpondeo primò, ꝙ præcedẽs opi. eſt magis cõmunis, & eã tenet Spe. in tit. de cõpe. iud. adeu. §. j. uer. xxvij. Soz. in d. c. j. quinta declaratiõe. uer. unde ſit concluſio. Ant. in d. c. ij. de foro cõpe. & ibi dicit Feli. j. col. ꝙ tutior eſt opi. Abb. Secundò reſpond

ſpondeo, ꝙ dato ꝙ opin. Abb. eſſet
51 falſa: tamen* opi. cōtraria procedit in familiari uel ſeruitore clerici. Eſt enim ſpeciale in clericis: non ſic in aliis priuilegiatis, ut corū priuilegia extēdantur ad familiares. Ita in propriis terminis dicit Albe. in d. l. j. C. de epi. & cle. & ibi etiā Paul. licet Albe. mentionem non faciat.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ex officio poteſt informationē capere de quaſi poſſeſſione utriuſque partis nolentis actoris partes ſuſtinere ne ueniant ad arma, ad finem ut diſcernatur quis durante lite perduret in quaſi poſſeßione.*
Poſſeſſorium retinendæ differt à iudicis officio procedentis armorum timore. ibi. eo. nume.

2 *Interdictū retinendæ, & officiū impetratū ab illo qui timet ſpoliari totaliter ſua poſſeſſione, differt inter ſe.*

3 *Minor reſtituitur aduerſus exceptionem dilatoriam omißam opponi.*

4 *Minor & eccleſia utrū reſtituantur, ſi curatores eorū omiſerint infra terminū ſtatutū à iudice uel à lege opponere exceptionē dilatoriā ſeu declinatoriam, cuius omißione ius minoris in agendo uel defendendo non abſorbetur in totū: utrum igitur reſtituatur in ſubſidium curatoribus non exiſtentibus ſoluendo. & nu. 5. 6. 7.*

7 *Dilatio ſecunda non datur ad probandum exceptiones dilatorias.*

9 *Reſtitutio petita ſuper executione dilatoria uel declinatoria, nō cōcernēte merita cauſæ, concedi non debet.*

10 *Mulier ſi omiſit declinatoriam, non reſtituitur, quia eſt uſa iure cōmuni.*

11 *Beneficium primum & ſecundum reſtitutionis datur in cauſa poſſeſſori, quæ eſt ſummaria.*

DECISIO XIII.

IN cauſa illuſtr. Marchionis Laini domini Acerrarum cum uniuerſitate ciuitatis Capuæ pro eius intereſſe. dum eiſdē partibus exiſtentibus in controuerſia quaſi poſſeſſionis iuriſdictionis criminalis in uaſallos feudi Capitis riſii: ac nullo eorū uolente ſuſtinere partes actoris, fuiſſet per ſacrū Cōciliū, ad obuiandū ſcandalis, proceſſum ex officio, ad capiēdas informationes ſuper poſſeſsiōe quis quaſi poßideat, ſcilicet an Marchio, an Capitaneus Capuanus. iuxta theoricam Iac. But. in l. in certi. C. de interdi. quē ſequitur Bal. in l. fi. C. de edi. di. Adri. toll. & refert Lanfran. in rubri. de cauſa poſſ. & proprie. ix. col. uerſi. j. cōcluſio. ad quam uide Iaſ. poſt Bald. in l. quidam extimuerūt. iij. col. ff. ſi cert. pet. & ꝙ iudex timore armorū poſſit ſequeſtrare. uide Franciſ. de Are. cōſi. lx. & Ang. cōſil. cvij. Pau. de Ca. conſi. v. incip. cauſa quæ uertitur. ponit optimè de iſta informatione,
1 quā iudex* ex officio capere debet, ne partes ueniant ad arma: ad finem ut uideatur quis durante lite in poſſeſsione eſſe debeat. & dicit plures differentias inter hoc iudiciū, & iudicium poſſeſſorii retinendæ: & ſignāter ꝙ iſtud requirit ſolum ſummariam cauſæ cognitionem: illud uerò plenariam: & ponit de effectu illius proceſſus. Item ſciendum ꝙ licet agenti interdicto retinendæ ſecundū quoſdā obſtet exceptio dominii, ſecūdum Bal. in l. naturaliter. §. nihil cómune. de acqui. poſſ. Ang. in l. ſi de eo. §. fi. de acqui. poſ. ſaltē quoniā opponēs offert ſe paratum probare in continēti. tamē ſecus eſt

d 2 quan

2 quando aliquis* impetrat officium iudicis, quia timet ſpoliari totaliter ſua poſſeſsione. Bal. ſingulariter in l. requirēdi. in ii. C. de ſer. fug. refert & ſequitur Are. in d. §. fi. ult. colum. Contingit dubitari, an uniuerſitas quæ circa probationes ſuper hoc præparatorio reperit ſe læſam, quia non probauit ſibi incumbētia: poſſit aduerſus probationes nō factas reſtitui. Allegabam ad propoſitum iſtius puncti, tex. in l. minor xxv. annis omiſſam. ff. de mino. ubi ſecundum primā lect. glo. reſtituitur* mi-
3 nor aduerſus exceptionē dilatoriā, omiſſam opponi: ſed ille tex. poſſet intelligi de dilatoria ſolutionis uel pacti de non petendo: non de ea de qua ante litē cōteſt. cognoſci debet. ut de duplici dilatoria ponit Bar. in l. exceptionē. C. de excep. & an reſtitutio competat ad probandū in iudicio poſſeſſorio ſummario, uel in præparatoriis uel dilatoriis, Iaſ. in l. ſi ſuper poſſ. C. de tranſa. ubi ponit etiā de eo qui timet ſibi inferri uim & turbari in tenuta. Item adducebā Ang. in auth. de here. & fal. uer. illud
4 quoque. dicentem, ꝙ ſi curator* minoris omitteret infra terminū ſtatutū à iudice uel à lege, opponere exceptionē dilatoriā, uel declinatoriam: cuius omiſsione ius minoris in agēdo uel defendendo non abſorbetur in totū: tunc minori nō datur reſtitutio, niſi in ſubſidiū, curatore non exiſtente ſoluendo. & notat ipſe hoc ad intellectū d. l. minor xxv. annis. licet cōtra hoc dicat Ant. de Alex. in l. ita demum. iij. col. C. de procu. item Imo. in c. corā. de in in-
5 teg. reſtit. uolentē, quòd eccleſia* nō reſtituitur aduerſus appellationem omiſſam ab interlocutoria, nō admittentē exceptionē excōmunicationis ſpoliationis, uel de falſi ſuggeſtione, & huiuſmodi declinatorias iudicii. arg. ff. de uſu. l. cum quidam. §. ſi à pupillo. ea ratione, quia reſtitutio nō datur nō modicè læſo. l. ſcio. ff. de in inti. reſt. oportet enim ad hoc ut detur reſtitutio, aliquid amittat petens, niſi detur: uel non acquirat quod acquirere poſſet: uel ꝙ oneri quod non expedit, ſe ſubiiciat. ff. de mino. l. nō omnia. & ideo ſecundū eum committitur iudici, ut ſuper his uideat. ff. de mino. l. ꝙ ſi minor. §. j. & illud dictum Imol. ad-
6 ducit Bal. in d. l. ſcio. ꝙ minor non reſtituitur contra interlocutoriam, quæ non ledit ius minoris, ſed ſolū aufert exceptionē declinatoriā. Itē Bal. in l. peremptorias. iiij. colum. C. ſen. reſcin. non po. ubi dicit, ꝙ mi-
7 nor* nō reſtituitur in declinatoriis omiſsis, quæ non tangunt merita cauſæ: quia bonæ fidei nō conuenit de iſtis apicibus diſputare. ff. mand. l. ſi fideiuſſor. §. quædā. & quia non imminet pecuniarum damnū: & allega. Inno. in d. c. corā. & Arch. lxxxviij. diſt. c. religioſi. Illud cōſtat, ꝙ ad
8 probandū exceptiones* dilatorias, non datur ſecunda dilatio. Io. And. in Spec. de teſte. §. qualiter. uer. ſed cum ſuper. Ant. de Butr. & Imo. in c. ultra tertiam. de teſti. & ibi Feli. pe. col. in fi. uer. not. vij. & Iaſ. in l. fi. ix. col. uerſi. item conclu. glo. ff. de feri. item Feli. in c. fraternitatis. v. colum. uerſi. fallit ſecundò. de teſti. qui di-
9 cit* generaliter, ꝙ ſi peteretur reſtitutio ſuper aliqua exceptione dilatoria uel declinatoria, quæ non concerneret merita cauſæ: quia illa dicitur

citur modici præiudicii.d.l.ſcio. nõ debet concedi. & loquitur Feli. de reſtitutione ad examinãdum. & dicit ꝙ ita ſentit Innoc. in d.c.coram. item And.in conſti.obſcuritatẽ. di-
10 cit in ij.col.ꝙ ſi mulier*omiſit declinatoriam, nõ reſtituitur,quia eſt uſa iure cõmuni.Item gl.in l.j.in gl. fin.circa mediũ.C.ſi de mo.poſſ.fu. ap.ubi tenet, ꝙ in ſententia lata ſuper poſſeſſorio, datur reſtitutio, ut ſic propterea in ſummariis reſtitutio cõpetat.& gl.ſequitur ibi Bal.& Saly.& tenet Io.And.in c.j.de in integ.reſti.lib.vj.& remiſsiuè per Car. in d.cap.coram.& uidemus in cauſa
11 *poſſeſſorii,quæ eſt ſummaria,dari primum & ſecundũ beneficiũ. Fuit uotatum & concluſum,ꝙ petita reſtitutio,ſeu beneficium concedi nõ debet: & quidẽ materia hæc arbitraria eſt,ut tenet Inno. in d.c.corã. Et idem fuit uotatũ in cauſa.d.Pauli brancacii cum archi.Capuano.magiſter actorũ Alexãder de Ambr. in qua cauſa utraque pars probauerat aliqua,id eſt examinauerat.Et an in his cauſis cõpetat repulſa,uel impugnatio ſcripturarũ,uide ĩ. deciſi.lv.

SVMMARIVM.

1 *Venditio fundi ad menſuram, quæ reperiatur minor ſeu maior, quando ſuppleatur, uel pretium refundatur. & nume.2.*

3 *Venditio incipiens à corpore, continens plus, tunc imputatur uenditori, qui debet ſcire res ſuas: ſeu quando reperitur minus,ꝙ indiſtincte reficit.*

4 *Inſtrumentorum communis practica eſt, quòd notarij dicant, talem fundum, modiorum tot,ita confinatum.*

5 *Venditio fit ad menſuram, quando conſtituitur pretiũ pro numero menſuræ: ſecus in uenditione prædij per mille,dicendo,quòd eſt centum iugerum.& tunc non dicitur uenditio ad menſuram.*

6 *Venditio ad rationẽ unius terreni pro quolibet palmo,antequam terra menſuretur, non eſt uenditio perfecta:niſi deuentũ ſit ad traditionẽ.& nu.10.*

7 *Venditio rei conſiſtentis in pondere, numero,uel menſura,parificatur cum uenditione fundi ad menſurã uenditi.*

8 *Conſtitutum operatur traditionem rei, & tranſlationem poſseſsionis & dominij.*

9 *Dominium & poſseſsio tranſit per conſtitutum.*

11 *Poſseſsio non transfertur per actus fictos, puta conſtitutum à tutoribus pupillorum.*

12 *Venditor conſtituens ſe tenere rem nomine emptoris, ob hoc liberatus eſt à reali traditione,nec ad eam poterit conueniri actione empti: ſed rei uendicatione,uel uti poſs.*

13 *Debitor qui tenetur realiter offerre rem immobilem,liberatur conſtituendo ſe tenere nomine creditoris.*

14 *Conſtitutum liberat à reali traditione debitorem.*

15 *Cõſtitutũ differt à precario,per quod transfertur ſola poſseſsio ciuilis: per conſtitutũ autem transfertur ciuilis & naturalis,& dominiũ.& nu.16.*

16 *Notarij ponentes in contractibus,conſtituit ſe poſsidere nomine precario, credunt emptori ſe prodeſse,& tamẽ ualde nocent.*

17 *Debitor magis liberatur à rei traditione per actum fictũ,ſcilicet per ſimplex conſtitutum, quàm cum conſtitutione precarij.*

18 *Interpellatio uẽditoris ad menſurandum fundũ, legitimè facta habetur,*

ac ſi fuiſſet uerè facta menſuratio.

19 *Contrahens cum minore, re ipſa conſtituitur in mora ſine interpellatione.*

20 *Minor nondũ uẽdita re tradita, nõ poteſt interpellare maiorẽ ut eũ cõſtituat in mora: quoniã non plus operari poteſt mora irregularis; quàm regularis.*

21 *Emphyteota ita demum tenetur cenſum ſoluere, quando rem ipſam uerè poſſediſſet.*

22 *Emphyteoticus contractus non eſt bonæ fidei.*

DECISIO XIIII.

IN cauſa Domicellæ Helionoræ de Perſico, cũ magiſtro Baldaſare architecto: cũ conſtet eiuſdẽ domicellæ tutores olim ſeruatis ſeruãdis in emphyteoſim cõceſsiſſe prædicto Baldaſari palmos lxxx. cuiuſdam horti, ſiti ad portã Nolanã, ad rationẽ terreni unius pro quolibet palmo, cũ cõſtitutione precarii, ac poteſtate capiendi: lapſiq; fuerint ab inde plures anni: & ad præſens idẽ magiſter Baldaſar, à quo petitur cẽſus annorũ præteritorũ, opponat ſe nõ teneri: ex quo nondũ fuit facta menſuratio, nec tranſlatũ in ipſum dominiũ, nec perfectus contractus. Dubitari cõtingit, an hic conuentus bene excipiat. Old. cõſ. cxcvij. incip. in cõceſsione cuiuſdã. uoluit quòd
1 ſi celebrato * contractu alienationis certæ rei, in eodẽ contractu deſcripta fuerit mẽſura rei illius, uel fundi: & deinde fundus iſte reperiatur minoris menſuræ, an illud plus ſit emptoris uel conceſsionarii, & ſic quãdo reperiretur minoris menſuræ: an illud minus ſuppleri ſeu refundi per uenditores ſiue concedentẽ, aut ſaltẽ pretium illud minus reſtitui, uel ad eandẽ rationem de cenſu deduci debeat. Diſtinguit: quod aut cõtrahẽtes incipiũt explicare conceptum ſuũ à menſura: & tũc nõ uenit maior menſura quã ſpecificata, per l. ſi quis teſtamẽto, in princ. de leg. j. aut uerò incipiũt à corpore: & tunc nõ attendetur numerus, ſeu menſura: & ſi eſt plus quàm ſit expreſſum, eſt emptoris: ſi minus, nõ cedit dãno uenditoris. per l. ſi ſeruus legatus. §. quinque. ff. de lega. j. l. his uerbis. §. pater. de lega. iij. & l. ſi uenditor, in prin. ff. de act. emp. Nõ putarẽ hanc diſtinctiõẽ procedere, quãdo inciperet à corpore, & deinde ponatur menſura cũ adiectione uerbi parũ, plus, ſeu minus. Et cũ hac diſtincti. Old. pertranſeunt omnes. & idẽ dicit Io. And. in Spec. de emp. & uend. §. ſciendũ, in fi. firmat Bal. in rub. de cõtrahen. emp. ult. q. Anca. & Imo. & alii in c. per tuas. de doná. Pau. in l. ij. C. de per. & cõ. rei uen. Alex. in l. Iulia. §. ſi Titius. ff. de act. emp. & in cõſi. lxxiij. ij. col. iij. uol. & cõſi. viij. j. & ij. col. iiij. uol. Et licet Old. nõ loquatur in uenditione, ſed in cõceſſione, quod põderat Imo. in d. c. per tuas. tamẽ doc. in hoc nõ faciũt differentiã. Eſt bene uerũ, & hoc uidi ab aliquibus doctoribus ponderari, q Abb. in d. c. per tuas. & Alex. in d. §. ſi Titius: uolẽtes ponere * differentiã in exẽplis, quãdo eſt, quòd incipitur à mẽſura, & quando à corpore: dicunt quòd à menſura incipitur, quãdo uẽdo tibi terrã tot modiorũ, in talibus confinibus: quo caſu numerus modiorũ præcedit confinia: à corpore uerò, quando uẽdo talẽ fundum, ſic continatum, qui eſt tot modiorũ: quo caſu cõfines præcedunt numerum ſeu menſuram: ſecundum 2

tunudũ quæ exempla uenditio per menſuram, ſeu à menſura incipiens, dicitur, nedum quando uendo x. iugera tallis terræ, ſed etiam quando præpono terrã, & deinde noto per menſuram, dummodo ponam eam antequam ponantur fines. Sed uide Feli. in c. ſignificante. iiij. col. uerſ. & dum Alex. de reſcript. Quidam di-
3 cebant, quod doctrinæ* doctorum, ut ſcilicet uideatur an incipiat à cor pore &c. habẽt locum quando terra reperitur plus: nam tunc imputetur uenditori, qui debet ſcire res ſuas: ſed quando reperitur minus, tenet quòd indiſtinctè debeat refici: pro quo facit text. in l. ea quæ. ff. de contr. emp. Soz. in l. demonſtratio falſa. iij. colũ. de condi. & dem. & nota bene hæc exempla: nã communis practica inſtrumentorum eſt
4 quòd notarii* dicãt, talem fundum, modiorum tot, ita cõfinatum. At præcedens diſtinctio Old. non facit ad propoſitum q. noſtræ, cũ impræ-
5 ſentiarum non agatur de pluri * uel minori ſpatio horti, cuius lucro uel damno cedat. Prẹterea hic ſumus in caſu claro, quod cœptum eſt à menſura: & fuit facta conceſsio ad menſurã, prout declarat Bar. in d. l. Iulianus. §. ſi Titius. de acti. empt. qui dicit, quòd ad menſurã fit, quãdo conſtituitur pretium pro numero menſuræ: ſecus ſi dicerẽ, uendo tale prædium per mille: & dico quòd ſunt centum iugera: quia tunc non dicitur uendi ad menſuram. Et conſtat
6 quòd quando fit* uenditio ſeu conceſsio ad menſuram, puta ad rationem unius terrẽ. pro quolibet palmo, antequam terra mẽſuretur non eſt uenditio perfecta. l. quòd ſepe. §.

in his. ff. de contrahen. emp. qui tex. 7
licet loquatur, ubi uenditur* res conſiſtens in pondere nu. uel menſ. tamen idẽ eſt in fundo ad menſuram uendito, per l. ſi in uenditione. §. ſi. de peric. & com. rei uendi. ſentit gl. in d. §. in his. & in l. j. §. ſed nunc cuſtodiã. eo. ti. de peri. & com. rei uen. & no. Pau. in d. §. ſi Titius. j. col. & in d. l. ij. C. de peric. & com. rei uend. & Saly. per illum tex. in d. l. ſi in uẽditione. & bene Alex. cõſi. xcij. iij. col. v. uol. Et licet gl. in d. l. ij. C. de peri. & com. rei uen. in gl. in uer. imperfecta. ſecundũ opi. Ir. dicat uẽditionem huiuſmodi ad menſurã factam eſſe imperfectã, ſolùm quo ad effectum periculi, ut periculũ ante menſurationẽ pertineat ad uẽditorem; ut ibi in prin. l. ij. in d. §. in his. non autẽ quo ad effectum transferendi dominii, & ad alios effectus: & eam glo. ibi. Saly. ſequitur, & Alex. cum ea pertranſit in d. l. quod ſæpe. §. in his. in addi. tamen alii doct. dictam diſtinctionẽ non faciunt. unde ſi indiſtinctè tenemus uẽditionem eſſe imperfectam ſeu cõceſsionẽ, quando fit ad mẽſuram: dominiũ ex hoc contractu non tranſit. & ex hoc ſequeretur, quòd non tenebitur conceſsionarius magiſter Baldaſar ad cenſum ante menſurã factã. Vnum faciebat dubium: nam in contractu conceſsionis adeſt precariũ & conſtitutum, ex quo * reſultat traditio 8
ipſius horti, & dominii, & poſſeſsionis trãſlatio, ſicut ſi uerè tradit[illegible] fuiſſet. l. certè. §. j. in uerſic. propri[illegible] poſsidere uide. ff. de preca. per qu[illegible] ita inquit Bar. in l. ab emptione, circa fin. ff. de pact. & quòd per conſ[illegible] precarii* trãſeat dominium [illegible] 9

 ſeſsi[illegible]

ſeſsio.not.in l.quamuis.§.ſi condu-
ctor.l.quòd meo.in princ.& in l. in-
terdum.in prin.ff.de acquir.poſſeſ.
cum aliis adductis per Iaſ.in l.quo-
ties.v.limit.C.de rei uend.Vnde ſuc
10 cedit, quòd *confeſsio hoc caſu di-
citur perfecta : nam iura prædicta
uolentia ante menſurationem con-
tractum eſſe imperfectum,limitan-
tur niſi deuentum fuiſſet ad tradi-
tionem.text.eſt in d.l.ij.C.de peri.&
com.rei uend.& ibi no.Ang.& Pau.
de Caſtr. Sed dicta conſideratio
nõ obſtat : quoniam precarium ſeu
conſtitutũ in contractu de quo agi-
11 tur,non potuit ſortiri effectũ*tranſ-
lationis dominii ſeu poſſeſsionis:
ex quo tutores pro pupilla contra-
xerũt,qui per actus fictos nequeunt
poſſeſsionem transferre:prout not.
Bart.in l.j.in princ.penult.col.ff.de
acquir.poſſeſ.quem ſequi.ibi Alexã.
pe.& antepenul.colum.& Aretin.&
alii mod. Præterea & ſecundò fa-
cit aliud dubium, quod not.Barto.
in l.ab emptione.ff.de pact.iij.colũ.
per gl.magnam ibi:uidelicet, quòd
12 ſi uenditor* in inſtrumento conſti-
tuat ſe poſsidere rem nomine em-
ptoris, ob hoc liberatus eſt à reali
traditione : nec conueniri poterit
ad realem traditionem rei, actione
ex uendito ſeu empto:ſed debet con
ueniri rei uẽdicatione, uel uti poſ-
ſid. Et idem ſecundum eum no.glo.
in authen.ſacramenta pub.C.ſi adu.
uendi.in glo.ſi.in uer.cuſtodiantur.
& cum Bart.in d.l.ab emptione.per-
tranſeunt ibi Bald.Salyc.Fulgo. &
Iaſon.viij.colum.dicens, quòd cum
illa tenent ibi communiter doc.Vi-
de tex.& glo.in uer.l.poſſeſsionem.
in l.Iulianus.§.ex uendito.ſuprà al-
legato. Ad materiam uide Areti.in
l.ſi mora.iij.col.ſolut.matrimo.poſt
Paulum ibi:uidelicet,quòd quando
13 eſſemus* in caſu quo res debet reali
ter offerri, & res eſſet immobilis,
quæ nõ poteſt moueri:is qui offer-
re habet,conſtituat ſe poſsidere no
mine creditoris:nam ſic uidetur im-
14 pleuiſſe. *Conſtitutũ ergo liberat
à reali traditione: unde non poteſt
conqueri magiſter Baldaſar, quòd
ſibi realiter hortus nõ fuerit tradi-
tus, poſtquam pupilla in eo ſe non
intromittit. Imò ſecundũ iudicium
motũ uult ut pro tradito habeatur.
At hoc non obſtat, tum per ea quæ
dicta ſunt proximè, uidelicet quòd
conſtitutũ tutoris non parit effectum
traditionis:tum etiã quia in d.con-
15 tractu *conceſsionis nõ fuit dictum
quòd tutores conſtituerunt ſe poſ-
ſidere nomine conceſsionarii, ſed
fuit adiunctum uerbũ, precario : ui-
delicet, quòd conſtituerũt ſe preca-
rio eiuſdem magi.Baldaſaris nomi-
ne tenere & poſsidere:per quę uer-
ba non inducitur conſtitutũ,ſed ſo-
lùm precarium. ideo dicit Ange.in
§.actionum.vj.colũ.inſtitu.de acti.
quem Iaſon.ubi ſuprà.ix.col.refert
16 quòd*notarii in inſtrumẽtis quan-
do dicũt, & conſtituit ſe poſsidere,
addunt precario nomine, dum cre-
dunt ſe prodeſſe emptori,ualde no
cent:cũ ex precario tranſeat ſolum
poſſeſsio ciuilis.l.& habet.§.eũ qui
precario.ff.de preca. Sed per conſti
tutũ trãſferatur ciuilis & naturalis,
& dominiũ:ut declarat Bart.in l.in-
terdũ.in prin.ff.de acq.poſ. Et ideo
ad propoſitũ noſtrum Ang.in d.l.ab
emptione.uult, quòd ita demũ per
17 actum fictum liberatur *uenditor à
reali

reali traditione rei uenditę, quando eſſemus in ſimplici conſtituto. & ꝙ ita intelligi debet gl. ibi: at quando precario nomine cōſtitueret ſe poſſidere, nō liberatur à reali traditione. & ita loquitur gl. in d. l. Iuli. §. ex uēdito. in uer. poſſeſsionē: & eſt in uer. precaria. quam tenet Cy. in l. ij. ult. q. quando liceat ab empt. diſce. Præterea & tertiò facit aliud dubiū:
18 nam quādo pupilla* ſeu eius tutores requiſiuiſſent, & legitimè interpellaſſent magiſtrū Baldaſarē, ut ueniret ad menſurationē uidendā ſeu faciendā, & ille ita interpellatus non ueniſſet, proculdubio fuiſſet in mora: & ideo teneretur, tanquā ſi fuiſſet facta mēſuratio: ex quo haberetur pro menſurata ad commodū interpellantis. argu. l. Labeo ſcribit ſi mihi bibliothecam. ff. de cōtrahen. emp. l. in executione. §. fi. ff. de uerb. ob. & firmare uidetur Alex. in d. cōſ. xc. ult. col. ubi quo ad caſum noſtrū uult, quòd interpellatio ad menſurandū ibi ideo nō operatur: quia nō fuit legitimè facta. Sed ita eſt quan-
19 do* quis cū minore ſeu pupillo contraxiſſet: nam cōſtituitur in mora re ipſa abſque interpellatione. l. in minorū. C. in quibus cau. in integ. reſt. nō eſt nec. ubi Bart. uult hoc procedere etiā in contractu uenditionis, re nondū per minorē tradita: quoniā habere debet uſuras, dūmodo rem poſtea cū fructibus tradat: & facit l. Titia Seio. §. uſuras. de leg. iij. not. Mod. in l. quòd te. ff. ſi cer. pet. Ad hoc etiā dubiū datur reſponſio:
20 primò, quoniā* nō poteſt plus operari mora irregularis quàm regularis, ſed re nondū tradita minor non poteſt interpellare maiorē, ut eum cōſtituat in uera mora. l. qui pēdēte. ff. de act. emp. Et ſi dicatur ꝙ hic nō agitur, ut per morā uideatur fuiſſe res tradita: ſed ut per morā præſumptā ſeu irregularē habeatur pro mēſurata: reſpondeo, ꝙ dato quòd haberetur pro mēſurata: tamē nō haberetur ꝓ tradita. ergo emphyteota nō tenebitur ad penſionē. Illud enī
21 cōſtat in iure, ꝙ in emphyteoſi* rem capiens ita demū tenetur ſoluere, quādo rem ipſam poſſediſſet. Guil. de Cu. & Bal. in l. ſolēnibus. C. de rei uend. facit qđ not. Bar. in l. ſequitur. §. ſi uiā. in fi. ff. de uſuc. no. Pau. cōſil. ccxxv. incip. ſi nō intereſſet iuramētū. in fi. conſilii. Secundū hoc, quādo appareret hunc emphyteotā poſſediſſe hortū, licet nō mēſuratū, eſſet fortè dicendū eum teneri, cum non obſtet exceptio rei nō traditæ, ſtāte ſua poſſeſsione: ſed ſolum exceptio rei nō mēſuratæ, quæ tollitur per dictū motiuū. Secūdò reſpōderi pōt, ꝙ iura inducentia morā irregularē in cōtractu minoris, loquūtur in cōtractibus bonæ fidei, uel debito ex teſtamēto. Ita loquitur tex. in d. l. in minorū. & in §. uſuras. ſed cōtractus emphyteoticus non eſt bonæ fidei, quia nō poſitus in §. actionū. inſtit. de actio. Fuit uotatū, quòd magi. Baldaſar non teneretur ad pēſionē ſeu cenſum præteriti temporis.

SVMMARIVM.

1 *Debitor conuentus ſuper chirographo lapſo termino ad proponendam except. non nume. pecu. non poteſt cōpellere actorem ad iurādum, quòd nō fuerat mutuatum ſeu numeratum.*

2 *Actor excluſus à pbādo p lapſum termini, nō pōt facere poſitionē probādā per confeſsionē aduerſarij. & nu. 7.*

3 *Reus examinatus in cauſa principali, non tenetur reſpōdere in cauſa appellationis ſuper eo, de quo fuerat alias interrogatus.*

4 *Probabilia ſunt, quæ ſunt ponibilia.*

5 *Articulis non eſt reſpondendum, ubi probatio eſt impoſsibilis, per lapſum termini dati ad probandum, uel ob aliquam iuris & naturæ impoſsibilitatem: niſi iudex ex officio ſuo interrogaret. & nu. 6.*

DECISIO XV.

IN cauſa magnifici Antonii Carazioli cum mag. Barone Torolle: dū ipſe Anto. litigaſſet in ſacro Cōcilio ſuper parte cuiuſdā domus cū eodē Barone: eſſetq; prolata ſententia, ageretur q; de liquidatione eius quod iudicatū fuerat: dato termino ad probādum, & facta publicatione, Anto. prædictus petit Baronem ut principalē examinari ſuper articulis, quaſi iiſdem cū articulis cauſæ principalis, ſuper qua fuerat iā iudicatum: Baro negat ſe examinari debere. Text. in l. in contractibus. §. illo. de nō nume. pecu. facit pro Barone. dicitur enim ibi, ꝙ lapſo ter-
1 mino* ſtatuto ad proponēdā exceptionē nō nu. pe. reus cōuētus ſuper ſcriptura propriæ manus, nō poteſt cōpellere actorē ad iurandū ꝙ non fuerat mutuatū ſeu numeratū. & per illū text. dicit expreſsè Pau. in l. ij. §. quod obſeruari. C. de iur. calū. in fin.
2 ꝙ quādo qs eſſet* excluſus à probādo per lapſum termini, nō poſſet facere poſitionē probandā p cōfeſsionem aduerſarii. Et idē firmat Pau. in d. §. illo. allegās Spe. in tit. de dila. §. ſi. uer. itē quid ſi datus eſt terminus. dicens, ꝙ iſta ſunt ſingularia. Pro Antonio adducebatur. nā iura impertinentiū ratione termini, uidetur procedere in teſte ob timorem ſubornationis: qui nō eſt in principali. At cōtra ipſum facit etiā Bal. in l. ampliorem. §. in refutatoriis. C. de app. qui dicit, ꝙ quādo qs reſpōdit
3 *ſemel in cauſa principali, ſi poſtea in cauſa appellationis aduerſarius facit articulos cōtinentes idē, nō tenebitur ille reſpondere: ut ſic nedū in eadē inſtātia, ſed etiā in alia locū habeat id qd' dicitur, nō teneri quē reſpondere in eo de quo aliàs fuerat interrogatus. tamē iſtud dictum nō facit: ex quo Baro nunquàm reſponderat in prima cauſa. Ang. in d. §. quod obſeruari, ubi ex gl. elicitur regula, ꝙ ea tantū ſunt probabilia
4 quæ* ſunt ponibilia. dicit declaran
5 do, ꝙ* ubi eſt impoſsibile fieri probationē, uel per lapſum termini dati ad probandū: aut ob aliā iuris uel naturæ impoſsibilitatem, nō poteſt
6 tunc de tali* improbabili fieri poſitio: & ſubdit. quæ tamē dixi, poſt lapſum terminū nō eſſe reſpōdēdum poſitioni, ſubaudi niſi iudex ex ſuo officio interrogaret: nā tūc etiā poſt cōcluſum in cauſa reſpōdēdū eſſet: per c. Ioānes heremita. de fid. inſtru. uide Iaſ. in l. fi. iiij. col. ff. de feriis. Vide Feli. poſt Inno. in c. ultra tertiam. ult. col. de teſt. ubi tenet poſt d. Car-
7 di. quòd publicatis* atteſtationibus poſſunt fieri poſitiones, etiam ſuper articulis ſuper qbus nō poſſunt produci teſtes, & hoc ad probandū per confeſsionē aduerſarii. & uide Feli. in rubri. de proba. col. ij. & in c. cauſam. xiij. col. uer. limi. viij. eo. titu. de proba. Fuit notatū, ut uideat cōmiſſarius articulos ſiqui ſunt impertinentes: & quòd ſuper impertinētibus

bus etiam principalis nõ interroge tur. Hoc ultimum pono ſub credulitate, quoniam bene non recolo.

SVMMARIVM.

1 *Solennitates extrinſecæ requiſitæ in alienatione, nõ præſumũtur, niſi diuturnitas temporis adſit.*

Præſumitur pro ſententia, à qua non eſſet appellatum. eodem nume.

Præſumitur conſenſu capituli ob antiquitatem. ibi eo nu.

Papa eſt dominus omnium eccleſiarum. eo. nume.

Solennitates requiſitæ in alienatione rerum eccleſiarum, nõ habent locum, quando Papa mandaret fieri alienationem. eodem nume.

2 *Papa non poteſt committere alienationem fieri bonorũ eccleſiarum ſine urgenti cauſa, niſi de plenitudine poteſtatis.*

3 *Capituli cõſenſus in alienatione nõ requiritur, ubi Prælatus nõ habet capitulũ, ſicut Papa & legatus de latere.*

4 *Commiſſarius Papæ ad informãdum ſe de contentis in ſupplicatione, & ſi repererit ea uera, daret Prælato licentiam alienãdi: ſi poſtea dicta licentia ſequatur, ualebit contractus, etiam ſi non appareat de informatione capta.* 1

Solẽnitas alienationis uidetur remiſſa per commiſsionem & indulgentiam Papæ. eodem nume.

5 *Papa poteſt alicui liberè donare aliqua bona eccleſiæ, & præſumitur motus ex iuſta cauſa: & ſatis eſt tutus accipiens quo ad eccleſiam militãtem: cum nemo poſſit in hoc Papã redarguere, poſito quòd cauſa non ſubeſſet legitima. & nu. 6.*

7 *Procurator conſtitutus ad recipiendum ſolutionẽ, non poteſt confiteri ſibi ſolutum à debitore: & ſua cõfeſsio nõ præiudicat domino.*

Fallit ſi procurator eſt cũ libera. nume. 10.

8 *Confeſsio ſolutionis Prælati à debitore, præiudicat eccleſiæ, ſicut cõfeſsio tutoris & adminiſtratoris: cũ iſti ſint generales. & habeãt liberã, & nu. 9.*

DECISIO XVI.

IN cauſa Venerabilis Monaſterii Caſinenſis, cũ nõnullis detẽtoribus terrarũ dicti monaſterii, aſſerẽtibus, ac oſtendẽtibus ſe habere titulũ de terris illis à prædeceſſoribus moderni Abbatis, dũ regebatur monaſterium in cõmẽdã. Quãuis pro monaſterii parte afferãtur in mediũ nõnulli defectus cõtra titulos poſſeſſorum, ut tractatus per ca. tua. de his quæ fiunt à præl. ſine cõſen. cap. & in c. j. de reb. eccle. nõ alie. li. vj. Itẽ citatio eorũ quorũ intereſt. nam Papa mãdabat cõmiſſario, ut ſe informet, & ſi ita eſſe inuenerit &c. per l. de unoquoq;. de re iudi. l. cauſæ. §. cauſa cognita. de mino. Itẽ conſenſus capituli. c. j. & ij. de his quæ fiunt à prælato ſine conſen. ca. c. j. de reb. eccle. nõ alie. Tamen factũ Concilium ob duo cõcluſit titulos antedictos fore ualidos. primò ob *antiquitatem cõceſsionum. Nam licet aliàs ſolẽnitates huiuſmodi tãquàm extrinſecæ, non præſumãtur. l. quæcunq;. §. fi. ff. de Publicia. tamẽ fallit ſi diuturnitas tẽporis adſit. Ang. in l. ſciendũ. ff. de uer. obli. p l. ſi filius. C. de peti. hære. & l. qui in aliena. ff. de acqui. hęre. ut præſumatur ob id etiã p ſentẽtia à qua nõ eſſet appellatũ. c. cũ inter. & ca. ſicut. de re iud. Imo. in c. bene. de elect. Alex. in d. l. ſciendum. v. col. & multo magis pro decreto: in quo non ita diſtinguuntur: ut

ſing.

ſing.not.Spe.in tit.de empt.& uen-
di.§.nũc dicendum.lo primo.uer.&
breuiter.refert & ſequitur Alexã.in
d.l.ſciẽdum.vij.col.Et de cõſenſu ca
pituli quòd ob antiquitatẽ præſuma
tur,tenet Anto.de But.in c.ea noſci
tur.de his quæ fiunt à prælat.ſine cõ
ſen.ca.Et licet Abb.ibi cõtradicat in
multis diſtinctioni.do.Anto.tamen
quo ad iſtud caput antiquitatis,non
uidetur expreſſe cõtradicere,maxi
mè quia impugnationes Abb.fundã
tur per rationẽ,quia ſolennitas ex-
trinſeca non præſumitur:quæ ratio
nõ militat ubi eſſemus in antiquis.
Secunda ratio ualiditatis prædicto-
rum titulorũ fuit:Regulæ enim iu-
ris quæ ſe habẽt,quòd in alie.rerum
eccleſiarũ requirantur iam dictæ,&
aliæ ſolẽnitates,nõ habẽt locũ,quã-
do Papa alienationẽ ipſam fieri mã
daret, ſeu diſponeret.Cũ dominus
ſit omniũ eccleſiarũ.not.in c.propo
ſuit.de cõceſ.prębẽ.in c.j.xxij.diſt.in
ca.conſtitutus.de relig.do.& ponit
Phili.de fra.in d.c.j.de reb.eccle.li.
vj.ult.col.Et licet cõmunis opi.doc.
2 uideatur eſſe,ꝙ Papa*de iure abſq;
poteſtatis plenitudine nõ poſſit alie
nari facere bona eccleſiarum ſine
urgenti cauſa:ut cõcludit Feli.in c.
quæ in eccleſiarũ.xvj.col.de conſti.
Phil.de fra.in c.j.ulti.col.de teſt.lib.
vj.tamẽ hìc non fit alienatio totalis:
nec infertur ex bullis ad totalẽ alie-
nationẽ:ſed ad hoc ſolũ,quòd con-
ſenſus capituli ac aliæ ſolennitates
nõ requirãtur:& facit Phili.in d.c.j.
de reb.eccle.non alie.in vj.vj.colũ.
3 poſt Do.dicens:ꝙ*quãdo prælatus
nõ habet capitulum,ut Papa & Lega
tus de latere,poteſt alienare ſine cõ
ſenſu capituli.Et ad propoſitũ ca-
ſus noſtri in terminis cõſuluit Abb.
in cõſi.xlj.j.uol.ubi concludit,quòd
4 per commiſsionẽ*Papę factã Com-
miſſario,quòd ſe informaret de cõ
tentis in ſupplicatione,& ſi ea repe
rerit uera,daret prælato licentiam
uendẽdi,ſi poſtea licẽtia dicti Com
miſſarii ſequatur,etiam ſi nõ appa-
reat de capta informatione,nec de
tractatu &c.ualebit contractus,quo-
niam diſcuſsio quæ mãdatur Com-
miſſario habetur loco tractatus, &
omnis ſolennitas ſecundũ eũ uide-
tur remiſſa per cõmiſsionem & in-
dulgentiã Papæ:& ſatis eſt ſeruare
uerba reſcripti:unde purè ſine alia
ſolennitate & authoritate potuit iu
ridicè prælatus & cõuentus habita
licentia Cõmiſſarii alienare.Et hoc,
dicit ipſe,uidetur probari ſingula-
riter in ca.ad audientiã.el.ij.de ec-
cle.ed.iuncta gl.& dictis doct.ibi.&
ſentit Archi.in ca.antepe.xij.q.ij.&
5 ſubdit,quòd Papa*poteſt aliqua bo
na eccleſiæ alicui liberè donare,&
quòd pręſumitur motus ex iuſta cau
ſa.duodecima quęſtione ſecunda.c.
cum redẽptor.c.à nobis.de deci.&
ibi per Hoſt.& facit ſecundũ eundẽ
quod no.de præſum.c.cauſæ legiti-
mæ.per legiſtas in l.fi.C.ſi cõtra ius,
uel uti.pub.in l.reſcripta.& in l.prę-
ſcriptione.C.de precib.impe.offi.&
6 pręſuppoſito inquit,quòd cauſa*nõ
ſubeſſet legitima:tamen ſatis eſt tu-
tus accipiens,quo ad eccleſiã mili-
tantẽ:cũ nemo poſsit in hoc Papam
redarguere.Ad hoc allegat glo.no.
in ca.non eſt.de uoto.nec de ipſius
facto iudicare.ix.q.iij.c.nemo.& ca.
aliorum. Sed quoniam ultra in-
ualiditatẽ titulorum per Monaſte-
riũ adducebatur contra cõceſsiona-
rios

rios defectus caducitatis:ideo quia per bienniũ & ultra nõ ſoluerunt, ipſi cõueti ſe tuebãtur ex pluribus. Primò,quia tempore litis cõtra aliquos ex eis cõteſtatæ ſuper caducitate,nõdũ lapſum erat biennium. Sed de hoc nõ fuit habita ratio:quoniam cõnumerato tẽpore litis pendentis,biẽniũ imo trienniũ finitum eſt:& ſic ius ſuperueniẽs actoribus pendẽte iudicio ex cauſa de præterito,debet cõualidare iudicium.l.ſi rẽ.§.fi.ff.de pig.act.l.ſi mandauero tibi aut Titio.ff.mãdati:& not.in l. non poteſt.ff.de iud.glo.& ibi Alex. in l.litis conteſta.ff.de nego.geſt.& per Alex.conſi.lxxviij.ult.col.j.uolu. & præcipuè,quia tẽpore lapſi biennii non erat adhuc in cauſa concluſum.Si enim cõcluſum fuiſſet,nunquàm tale ius ſuffragaretur iudicio intentato:ut not.Bar.in l.ſi mater.§. eandẽ.in fi.ff.de except.rei iud.ar.l. fine.la prima.§.fina.ff.de euict.not. Alex.conſi.cl.xj.col.v.uol. Secundò,rei adducebant ſolutionẽ pluriũ annorũ,ad quam probãdã afferebãtur nonnullæ apodiſſæ procuratorum Monaſterii:ſed de iis etiã apodiſsis ratio habita non fuit:ex quo continebãt cõfeſsionẽ,nõ uerã ſolu-

7 tionem.& cõſtat,ꝙ procurator*cõſtitutus ad recipiendã ſolutionẽ nõ poteſt cõfiteri ſibi ſolutum à debitore,& ſua cõfeſsio nõ præiudicat domino.Bar.in l.non abſtulit.C.de nouat.per illũ tex.& in l.ſi debitorẽ.ff.

8 eo.titu.de noua.Et licet*ſi prælatus confiteretur ſibi eſſe ſolutũ à debitore eccleſiæ,præiudicaret eccleſię. per text.in l.Lucius.§.tutelæ.ff.de admi.tut.& optimè Pau.cõſi.j.Sicut

9 etiam eſſet in confeſsione*tutoris uel adminiſtratoris, qui habent omnes liberã:ut in l.mãdato generali.in glo.fi.ff.de procu.& Bar.in l.inter.de admi.tuto.& not.in l.præſes. C.de tranſact.& in procuratore generali habente liberã:per glo.in d. l.non abſtulit.quæ uult,ꝙ procura-

10 tor*cum libera confitẽdo ſibi ſolutum præiudicat domino.quam glo. ibi ſequitur Iac.But.& ad hoc not. & ponderat Ange.in l.à diuo Pio.§. ſed ſi emptor.ff.de re iudic.& Anto. de Alex.in l.ij.§.fi.ulti.char.ff.ſi cer. peta. Tamen apocæ de quibus agitur,non fuerunt factæ per Abb.ſed per procuratorem ſine libera:ergo non opitulãtur. Tertiò,rei allegabant quaſdã oblationes iudiciales per eos factas ad euitandã ſeu purgandã morã.Sed de his adhuc non

11 fuit curatũ.Nã iura*uolentia oblationem iudicialẽ ſolã ſine depoſitione & conſignatione ſufficere,ut in l.ſi rem alienã.§.fi.ff.de pig.act. ubi eſt tex.ſolennis.uẽdicãt ſibi locum,dũmodo is,qui offert,non habeat pecuniam in manibus: tenet enim hæc oblatio, licet ſit nuda à depoſitione uel conſignatione: & ſufficit.ita Barto.not.in l.item liberatur.ff.quib.mod.pig.uel hypo.ſol. in l.prętor.§.ſiquis paratus.ff.de no. ope.nun.& ibi clarius Pau.de Caſt. per gl.not.in l.ſi reſiduum.C.de diſtrac.pigno.& clarè Barto.in l.cum ſeruus.in ulti.colum.ff.de condi.& demonſtratio.

SVMMARIVM.

1 *Executio ſententiæ fieri non debet oblata etiam cautione:ubi liquidatio facienda eſt in fructibus aut meliorationibus.& nu.10.*

2 *Clauſula,ſi rationes reddiderit,complecti*

plectitur,& reliqua restituerit.

3 *Seruus ſtatuliber conſequitur liberta tem ſibi legatam ſub conditione,ſi rationes reddiderit,offerẽdo cautionem de rationibus reddendis.*

4 *Victus per ſententiam ſoluere praciſe cogitur:nec euitat executionem per ſatiſdationis oblationẽ:fallit niſi debitum eſſet liquidandum.*

5 *Cõdemnatus ad ſolutionem debiti nõ liquidi,ſi comparẽdo dicat,aſſero me debitorem in uno denario,quem offero:& ſi liquebit me plus debere,adſunt actualiter fideiuſſores pro reſiduo,euitat executionem.*

6 *Executio ſententia debet habere cauſam promptam:nec aduerſus eã admittuntur exceptiones requirẽtes altiorem indaginem.fallit niſi orirentur ex uerbis ſententia.& nu.9.*

7 *Poſſeſſor qui melioramenta fecit,poteſt rem melioratam retinere,donec ipſa melioramenta conſequatur.*

8 *Libertas eſt res fauorabilis, ſicut eſt dos.*

DECISIO XVII.

IN CAVSA Reuerẽ.do.Cardinalis de ſancto Seuerino,qui obtinuit pro ſe ſententiam ſuper reſtitutione Caſtri Foſſæcecæ,cum fructibus,ita quòd fructus percepti excomputẽtur in meliorationibus:& quòd ſi meliorationes excedẽt fructus,ipſæ meliorationes reficiantur, liquidandis omnibus tempore executionis. Fuit dubitatũ an do.Cardinalis poſſit petere executionem
1 *ante factam liquidationem,ex quo liquidatio fructuum ac meliorationum requirit altiorem indaginem, dando cautionem idoneam de ipſis meliorationibus ſoluẽdis. Pro do-
2 mino Cardinale facit* tex.in l.ſtatuliber rationem.ff.de ſtatuli.ubi ſi alicui relicta ſit libertas ſub conditione,ſi rationes reddiderit, quæ ha-
3 bet in ſe clauſulã,& reliqua * reſtituerit.per l.cum ſeruus.ff.de condi. & demõſtra.ſi hic ſeruus ſtatuliber offerret fideiuſſores de reddendis rationibus,habebit iam libertatem.
4 *hinc dicebat not.Ang.in l.iiij.§.ait prætor.ff.de re iud.quòd licet damnatus ſoluere per ſententiã, præcisè cogatur ſoluere : nec euitet executionẽ ſi paratus ſit ſatiſdare:ne lites ex litibus oriantur.d.§.ait prætor. ij.l.item liberatur.§.j.ff quib.mod. pig.uel hy.ſol.& in l.promiſſor.§.fi. ff.de conſti.pec.tamen quando de-
5 bitum* non eſſet liquidum, ut quia eſſet cõdemnatus quis ad reddendum adminiſtrationis rationẽ & cõſignationẽ reliquorum,& rationes eſſent intricatæ: ſatis erit ꝙ uictus cõpareat,& dicat:aſſero me debitorem in uno denario,ecce illum:& ſi liquebit me plus debere, adſunt actualiter fideiuſſores pro reſiduo.p tex.ſingu.in d.l.ſtatuliber.cui Ange. addit ſimilẽ in l.ſerues hærede.§.fi. eod.tit.& cum Ang.pertranſit Alex. in d.§.ait prætor.addens Angel. & Imo.eandem practicam ponentes,in l.prætor.§.ſi quis paratus.ff.de noui ope.nuntia.in l.ſi mulier.ſoluto matrimo.in l.ſi inſulam.vij.fal. ultimæ regulæ.ff.de uerbo.obli.Facit etiam
6 pro do. Car.nam executio * debet habere cauſam promptam:nec contra eam admittũtur exceptiones,requirentes altiorem indaginem. l.à diuo Pio.§.ſi ſuper rebus.ff.de re iudica.iuncta l.ille à quo.§.ſi de teſtamento.ad Treb.not.in l.iiij.§.condemnatum.ff.de re iudi.Facit etiam

Pau-

Pau.de Caſt.conſi.cccxxvj.ij.uol.qui
in ſimili themate conſuluit non eſſe
fiendam executionē antequā liqui-
datio fiat.& hoc ideo : quia in caſu
de quo in eodem cōſilio uerba ſen-
tentiæ loquebantur clarè, uidelicet
ſoluta prius æſtimatione melioramē
torum,propter quod nō eſt admittē
da quæſtio uoluntatis.l.ille aut ille.§.
cum uerbis.ff.de lega.iij.quaſi ſi non
eſſent dicta uerba,liquidatio poſſet
& deberet poſtmodū fieri. Mihi ui
7 debatur,ꝙ etiā * ſi in ſententia non
fuiſſet illud uerbū,prius,adhuc exe-
cutio deberet impediri.habemus e
nim regulā,ꝙ poſsidēs qui fecit me
lioramenta, habet retentionē rei in
qua impendit,donec melioramenta
illa ſoluantur.l.ſi in area.ff.de cōdi.
inde.l.Paulus.ff.de doli excep.l.qua
ratione.§.habet.ff.de acquir.re.do.
cum no.per gl.& doc.in l.ſi non ſor
tem.§.ſi centū.ff.de condi.inde.& iu
ra prædicta conſiderauerūt, ꝙ me-
liorationes erant incertæ,& non li-
quidæ:& nihilominus ita ſanxerūt.
ergo &c. Non obſtat l.ſtatuliber ra
8 tionē:nā illud quod dicitur,eſt* ſpe-
ciale fauore libertatis.ut dicit ibi tex.
ne libertates impediātur:ſicut in ſi-
mili dicimus eſſe ſpeciale in his fa-
uore dotis.l.ſi filiofa.ff.ſol.ma.præ-
terea ibi ſumus in eo qui tenebatur
ad factum,uidelicet ad reddendū ra
tionē. unde ſecus dicitur eſſe in eo
qui obligatus erat ad dandum ſim-
pliciter : ut in fin.illius l.dicitur.
9 Non obſtat etiā,ꝙ * cōtra executio-
nē nō poteſt admitti exceptio requi
rens altiorem indaginem : nam fal-
lit,niſi except.illa oriretur ex uerbis
ſententiæ:ut eſt hæc: quia ex uerbis
eius opus erat fieri liquidationē.ita
Pau.de Caſt.in d.cōſi.& facit qđ no.
Bar.& alii in l.ſi unus.§.pactus.ff.de
pac.Nec etiā & aliter obſtat d.conſi
lium Pauli:nam ipſe ſubdit cōtrariū,
dum dicit eſſe fiendā liquidationem
ante:quādo nō eſſet periculū in dif
10 ferenda executione:* ut eſt in caſu
l.ille à quo.§.ſi de teſtamento.ff.ad
Treb.Fuit decretū ꝙ uadat cōmiſ-
ſarius qui liquidet & exequatur iu-
xta formam ſentētiæ ſummariæ de
plano & extraiudicialiter, & ſic fuit
prius liquidatum.

SVMMARIVM.

1 *Reus conuentus ſuper l.diffamari. ad iudicem ſuū remitti debet. & nu.15.*

2 *Actor ſequi debet forum rei regulariter.*

3 *Fideiuſſor unus ex pluribus habētibus beneficium diſcuſsionis,poteſt antequā conueniatur iudicis officium implorare,ne exigatur ultra ſuam ratā aliis exiſtentibus ſoluendo.*

4 *Reus exceptione tutus,antequā conueniatur iud. officium implorare poteſt, ut imponatur actori ſilentium.*

5 *Reus futurus petens teſtes examinari ad futurā rei memoriā,poteſt corā iudice ſuo actorem futurum trahere.*

6 *Abſoluendus à iuramento adibit epiſcopum ſuum:non autem creditoris.*

7 *Sponſa petit licentiam diſcedendi à ſpōſalibus nullis coram iudice ſuo,& non iudice ſponſi.*

8 *Prælatus diffamans trahi pōt per reū diffamatum coram iudice ſeculari.*

9 *Procurator uel adminiſtrator poteſt domino ſuo præiudicare in quærendis ex mora,non ex contractu : quid de aliis.nu.ne.11.*

10 *Rector eccleſiæ recipiēs canonē ab emphyteota pro tēpore præterito,præiudicat eccleſiæ ſuper caducitate rei.*

Quid in aliis iuribus.nu.11.& 14.
13 *Pupillus ſicut nec alienare, ita nec le-*
gatum repudiare poteſt.

DECISIO XVIII.

IN CAVSA Nobilis Alphonſi
Coppulę, ſuper remedio l.diffama
ri.C.de inge.& manu.l. Titia.ff.de
accu.c.tua.de his q ma.accu.poſ.cō-
tra Reueren.Cardinalem de Arago
1 nia. Non uidetur* eſſe dubitan-
dum, an uolens intentare iſtud reme
dium, poſsit illud proponere coram
iudice ſuo, an corā iudice aduerſa-
2 rii: nā licet* regulariter actor debeat
ſequi forū rei l.heres abſens.in prin.
de iudi.l.ij.C.de iur.om.iudi.l.fin.C.
ubi in rem actio. Tamē quādo age-
retur ſuper aliqua exceptione: ut qa
reus originarius antequā cōuenitur,
uult ſuper exceptione agere: tamen
nō debet attēdere iudex cauſam ac-
cidentalem: quia reus ipſe agit etiā,
ſed naturalē: uidelicet quia agit ſu-
per futura exceptione ſibi cōpeten-
te, quę uincit accidētalē.l.qui habet.
in prin.ff.de tuto.c.requiſiſti. de te-
ſta.ut ſic poſsit reus adire eo caſu iu
dicē ſuū, nō actoris futuri: iſta eſt no-
tabilis theorica Bart.in l.ſi ſocietatē.
§.arbitrorū.ff.pro ſocio. & Abb.in
c.ſi quis cōtra clericū.de fo.compet.
3 exemplificat* in uno ex pluribus fi-
deiuſſoribus, qui habēt beneficium
diſcuſsionis per epiſtolā diui Adria.
de quo in §.ſi plures.inſti.de fide in-
ſtru.nā poteſt antequā cōueniatur,
implorare officiū iud.ne exigatur ul
tra quā ſit ſua rata, ſi alii ſunt ſoluē-
do.per l.ſi contendat.cum ibi not.ff.
de fideiuſ.pro qua adducit etiā glo.
in l.Aurelius.§.actum.ff.de lib.lega.
4 quę ſentit quòd tutus* exceptione,
antequā conueniatur, implorare po
teſt officium iudicis, ut actori impo
natur ſilentium.& eam ſequitur Bar-
in l.iij.C.de conue.fiſc.deb. ac alii
quos alleg.Andr. Sic.in d.c.ſi qs cō-
tra clericum. de for.cōpe.iiij.col.&
producuntur hęc coram iudice rei.
Et idem dicit Abb. eſſe in remedio
l.diffamari.quod firmat etiā Ant.de
bu.in pluribus locis, prout eū refert
Alex.conſi.ciij.v.uol.uidelicet in c.ſi
clericus.in c.cum ſit generale.de fo.
cōpe.& in c.quintauallis.de iureiur.
licet Pau.contra in l.inciuile.vj.col.
C.de iur.om.iudi.Sic dicimus in reo
5 futuro, qui uult petere teſtes.* exa-
minari ad futurā rei memo. quoniā
petet corā iudice ſuo trahēdo ibidē
actorem futurū, ſecundū Bart.in l.cū
hi.§.trāſactiones.ff.de trāſa.& Abb.
ubi ſ.adducentem Fed.conſi.ccxxj.
& mouetur Bar.ubi ſ.per d.§.tranſ-
actiones.& l.j.C.ubi & apud quē.&
l.fi.C.de uſur.pup.Sic dicimus in reo
6 * qui iurauit ſoluere uſuras forenſi,
nā pro abſolutione à iuramēto adi-
bit epiſcopum ſuum non forenſis:
tum quia nihil petit ab aduerſario,
tum quia originaliter eſt reus.La-
pus in alleg.x.quem refert & ſequi-
tur Abb.in d.c.ſi quis contra clericū.
7 de fo.cōp.Sic dicimus* in ſpōſa, quæ
ſi contraxerit ſpōſalia nulla, & uult
petere licentiam diſcedendi ab illis
ſponſalibus, non debet eam petere
coram iudice uiri, ſed ſuo: ex quo
coram eo ipſa ueniret principaliter
cōueniēda ſuper matrimonio.Abb.
in cap.ex parte.de reſtitu. ſpolia.ij.
col.alle.no.per Bart.in d.§.arbitro-
rum. Sed maius dubiū uidetur cō-
ſiſtere: an hæc de l.diffamari.obti-
neant contra prælatum diffamantē.
& Alexā.in dicto conſil.ſingulariter
tenet,

tenet, ꝙ ſic:loquẽs in epiſcopo Cremonẽſi,ut in hoc poſsit trahi coram iudice ſeculari, ut ſic poſsit ita præiudicari eccleſiæ non agendo. Pro quo facit,quoniã ſumus in iure quęrendo.ar.in l.iij.C.de hære.inſti.in l.fi.C.de acqui.poſ.in l.ſeruus.cum ibi not.C.de pact.& habetur in l.ſed ſi unius.§.j.ff.iniu.in l.pactum curatoris.C.de pact.Et ideo Bal.in authen. ſi qua mulier.C.de ſacroſan.eccle.te
8 net,ꝙ*prælatus poteſt rẽnũtiare bona ingreſsi.Et dicit Bal.in l.Impera-
9 tores.ff.de pact.ꝙ adminiſtrator*poteſt præiudicare domino in quærendis,quando illa ueniunt ex mora:ſecus ſi ex contractu.per l.qui Romæ. §.Callimachus.de uerb.obli.& facit glo.& Card.in c.potuit.de locato.ꝙ prælatus recipiens canonem ab em-
10 phyteota*eccleſię pro tempore præterito, præiudicat eccleſiæ ſuper caducitate rei. Et dicit Inno.in c.uerũ.
11 de condi.appo.ꝙ prælatus * poteſt non adimplere conditionem, ex cuius implemento ueniebat acquirendum commodum eccleſiæ. Et dicit Salyc.in l. pactum curatoris.j.col.C. de pact.ꝙ curator uel adminiſtra-
12 tor licet* non poſsit expreſsè renunciare peremptoriis,uel declinatoriis domino competentibus:tamen poteſt tacitè ex proceſſu & ordine iudicii.per l.fi.C.ad exhib.Et uidẽdus eſt And.Sicu.in c.ut ſuper.de reb.eccle, ubi nonnulla facientia ad prædicta adducit.Vltimò pro Alexan.affero, quoniã iure canonico expreſsè deciſum non reperitur,ꝙ l.diffamari. non liget bona eccleſiarũ:ergo ſtandũ eſt iuri ciuili.c.j.& ij.de no.oper. nun.cum ſi.Sed contra Alexã.facit l. magis puto,§.fundum.ff.de reb.eo.

13 ubi ſicut pupillus*nõ poteſt alienare,ita nec legatum repudiare.& tex. ibi, appellat hãc alienationem.Item quia habẽs actionem ad rem, uidetur habere ipſam rem.l.qui actionẽ. ff.de regu.iur.Item Abb.in propriis ter.in c.ueniens.de præſcript.vj.col.
14 ꝙ prælatus * non poteſt cum enormi damno eccleſiæ renuntiare iura eccleſiæ. Item Cardi.in cle.gratia.de reſcrip.& in c.de mulcta.de præb.ꝙ prælatus non poteſt renuntiare ius quod habet in re,ſine authoritate ſuperioris. Sed ad omnia iſta reſponderi poteſt, per id quod dixit Sal.in
15 loco proximè allegato.*Fuit remiſſa cauſa ad regiam Cameram ſummariè: ex quo ibidem per prius dictus Alphonſus iudicium inchoauerat ſuper.l.diffamari.cõtra eundem do.Cardinalẽ, & fuerat interlocutũ debere procedi.Sed ꝙ debeat conuẽtus ſuper l.diffamari.remitti ad iudicem ſuum,not.d.Maz.in deciſ.cclxviij.ubi dicit ita fuiſſe notatum.

SVMMARIVM.

1 *Emptor petens intereſſe frumenti, debet ſoluere uſuras uel intereſſe prædii non ſoluti:limita niſi conſtituiſſet in mora uenditorem, offerendo pretium manualiter,uel intus ſacculũ.nu.2.3.*

Venditor nõ poteſt petere uſuras pretii pro tempore quo percepit fructus rei uenditæ.eo.nu.1.

Oblatio emptoris cõſtituentis in mora uenditorem frumenti,an debeat eſſe uerbalis,ſeu manualis, uel in marſupio.nu.2.

3 *Debitor offerens pecuniam, non tenetur eam in manu habere, quando creditor denegat recipere ſolutionẽ: imò non tenetur conſignare, nec oſtendere ꝗ antea fuerat numerata.*

O Mora

4 *Mora quæ poſſet ex æquitate purgari, non purgabitur quando fuiſſet geminata, propter geminatam interpellationem.*
5 *Confeſſio geminata caret exceptione non numeratæ pecuniæ.*
6 *Mendax nõ gaudet beneficiis inductis à legibus, maximè in caſib⁹ expreſſis.*
7 *Intereſſe lucri ceſſantis in ſolito negotiari circa contractus bonæ fidei, an conſideretur.*
8 *Vidua ſolita ponere pecuniam in banchis, utrum poſſit habere intereſſe lucri ceſſantis.*
9 *Intereſſe cuius habetur ratio, poteſt creſcere durante iudicis officio uſq; ad executionem, nedum ad ſententiam.*
10 *Intereſſe non debetur iure actionis, ſed iudicis officio in contractibus bonæ fidei.*

DECISIO XIX.

IN CAVSA Frãciſci Vinaldi cũ Bernardo de Ligorio de Hebulo ſuper intereſſe, ratione moræ per ipſum Bernardum uenditorem frumenti commiſſæ in non conſignando frumentũ in tempore conuento.

Contra actorem faciebat. Nã ipſe
1 retinuit penes ſe, nec* unquàm ſoluit pretium. unde ſi nunc uult intereſſe frumẽti, deberet ſoluere uſuras pretii non ſoluti, ſeu intereſſe illius. per ea quæ no. gl. in l. Iulianus. §. ex uendito. in uer. poſt diẽ. & ibi Bal. ij. col. poſt Barto. & alios. & per Bar. in l. in minorum. C. in qui. cau. in integ. reſti. non eſt neceſſaria. & in l. curabit. C. de act. empt. & facit text. in l. liberalitatis. §. j. ff. de uſur. ubi ecõtra idẽ ſtatuitur in uenditore, ut non poſsit petere uſuras pretii ꝓ tempore, pro quo percepit fructus rei ṽditæ. Sed ad hoc reſpõſum eſt, ꝙ d. iura pro- 2
cederent, quando emptor* nõ conſtituiſſet in mora uenditorem, offerendo pretiũ, prout fuit factũ per Franciſcũ. Nec uidetur poſſe opponi cõtra dictam oblationem, ꝙ nõ fuerit facta modo legitimo, uidelicet cum pecunia in marſupio, prout requiritur etiam in caſu, quo depoſitio non requiritur, prout gl. no. dicit in auth. ut exactione inſtãte dotis. §. fi. in uer. conteſtetur. ad quã remittit ſe Bar. in l. acceptã, in fi. C. de uſuris. quod intelligit, dũmodo teſtes uiderent antea numerari, & in ſacculo poni. ut declarat Bar. in l. cũ ſeruus. ff. de con di. & demon. Nam illud habet locũ, niſi creditor, uel is cui oblatio fiẽda eſt, denegaſſet illã recipere. tũc enim ſufficit ſola uerbalis oblatio, ſecundum Bal. in l. j. ij. col. C. ne liceat tertiò prouo. Paul. & Imol. in l. qui Romæ. in prin. ff. de uerb. oblig. de quo per Aret. in l. ſi mora. ff. ſol. mat. in l. ſi ſeruus, §. j. ff. de uulg. & pu. & in d. l. qui Romæ. j. & ij. col. licet Pau. poſt Raph. in l. qui Romæ, in prin. de uer. obl. j. col. uidetur tenere, ꝙ nõ ſit neceſſe habere pecuniam in manu, qñ creditor denegat recipere ſolutio-
3 nem. Et quamuis poſſet* attentari, ꝙ dicta limitatio intelligatur, dũmodo pecunia manualiter offeratur, ſaltẽ intus ſacculum, etiã ſi non numeratã eam probetur: & hoc ideo, quia creditor denegat recipere: ut inducatſ ſpeciale in odium nolẽtis recipere, hoc uidelicet ꝙ nõ tenetur offerẽs cõſignare, & deponere, nec oſtẽdere, ꝙ antea fuerit numerata, ut colligitur ex his quæ no. Alex. in d. l. ſi mora. vj. col. uer. iuxta prædicta. dum ſaluat Imol. & Pau. Nihilominus hîc habemus duplicem interpellationem,

unam

unam extra iudicium,& aliam in iudicio. unde hæc geminatio debet operari,per l.traiectitia.§.de illo.ſecundum unam lectu.ff.de act.& obl.
4 ubi mora, quę alias ex æquitate* poſſet purgari,non purgabitur quando fuiſſet geminata: ut quia præceſsiſſet geminata interpellatio. refert Rom.in l.ſi uerò.§.de uiro.xxxj.fal. xvj.ſpeciali.& facit l.j.in uer.tráſactionibus.C.de plus peti.ex qua proba-
5 tur, ꝙ*iura concedentia exceptionẽ non nu.pe.nõ obtinent, ubi præceſſit cõfeſsio geminata. Itẽ habemus, ꝙ nedum recuſauit Bernardus recipere ſolutionẽ pretii, imò negabat contractum, & fuit poſtea conuictus de mendacio.unde ſuccedit, ꝙ per
6 mendacium*perdũtur beneficia inducta à lege l.ſi actione.§.fi.ff.ꝓ ſoc. l.ſi dubitetur.§.ita demũ.ff.de fideiuſ.& per Iaſo.in l.uinum.ix.col.ff.ſi cer.pet.quod tamen licet non ſit tutum dicere: nam negans non perdit beneficium,niſi in caſibus expreſsis: ut per Alex.in d.l.uinũ.& Bal.in authen.ex teſtamẽto.j.col.C.de ſecun. nup.quos Iaſo.ubi ſ.refert,& ſequit: attñ ſufficit ad propoſitũ noſtrũ, ꝙ denegauerit recipere ſolutionem. Cum ergo habeamus pro claro, ꝙ debeatur Franciſco intereſſe, dubitari contingit de duobus. Primò, an poſsit conſequi intereſſe etiã lucri ceſſantis.dicit enim,ꝙ ſi in tempore fuiſſet ſibi in loco ſtatuto & cõuento frumentum datum,illud ferri feciſſet Neapo.ubi plus ualuit quàm in dicto loco ubi ſolui debebat, & fundat ſe Franciſcus ipſe:ex quo eſt ſolitus negotiari.Circa hoc dubium ſunt uariæ opiniones:quarũ una eſt,
7 ꝙ in ſolito*negotiari indiſtinctè, ſiue ſimus in arbitrariis ſiue in bonæ fidei actionibus,debeat haberi ratio lucri ceſſantis:& ita tenet Bart.in l.j. xv.col.de ſent.quæ pro eo quod int. per tex.in l.iij.§.fi.ff.de eo quod certo loco.Et ſentit hoc idem Bartol.in dicta.l.iij.§.fin.de eo quod cert.loc. dum opponit de dicto §.cum per uẽditorem.& primò ſoluit, quòd ibi in §.fi.eſt ſpeciale in arbitrariis.deinde dicit:alii dicunt,quòd ibi loquitur in ſolito negotiari: & dicit hoc eſſe notandũ:& idem indiſtinctè firmat Abb.in cap.cõqueſtus.ij.col.de
8 uſu.ubi*fortius uult,idem eſſe in uiduis, quæ ſolẽt ponere pecuniam in banchis,& aliquod lucrum conſequi ex honeſto mercimonio.per capitulum per ueſtras.de dot.poſt diuor.reſti. Alia opin.eſt, quòd non fiat tantum diſtinctio inter ſolitum negotiari,& non ſolitum:ſed debeat etiã cum conſuetudine negotiandi concurrere,ꝙ ſimus in iudiciis ſtricti iuris,& quòd in bonæ fidei iudiciis nõ debeatur lucrum ceſſans.per text.in l.ſterilis.§.cum per uenditorem. ff. de actio.empt.& quòd d.l.iij.§.fi.intelligatur in arbitrariis.& hanc opi. tenet Bald.in d.l.j.xij.oppo.de ſent. quæ pro eo quod intereſt.& ibi etiã Salyc.pen.col.uerſicu.ſed pro ſuſtinenda.gloſ.& ibi Alberi.in vij.colũ. uerſicu.ſed ibi ſpeciale propter naturam illius actionis.& Paul.de Caſt. in dicto §.fin.ij.col.& in dict.§.cum per uenditorem. Et ſecundum hanc opinio.fuit uotatum. Secundò dubitari contingit in dicta cauſa,an de intereſſe,quod Franciſ.prætendit ſe fuiſſe paſſum poſt ſententiam uſque ad illius executionẽ, ratio debeat haberi.& clarum eſt in iure, ꝙ quando

9 habetur ratio* intereſſe ſeu æſtimationis, iudicis officio, tunc poteſt creſcere quo uſq; iudicis officiū durat: quod eſt non ſolùm uſq; ad ſententiam, ſed & uſq; ad executionē. l. in fideicōmiſ. in princ. ff. de uſuris. & in l. datio. §. ſi per uēditorē. ff. de actio. empt. iſta ſunt uerba Bar. quē omnes ſequūtur. in l. iij. §. in hac. ix. col. ff. cōmo. Conſtat etiam q in cōtractibus
10 bonæ fidei æſtimatio * non debetur iure actionis, ſed offi. iud. gl. no. in d. l. uinum. in uer. petitum. ibi, bonitas extrinſeca. & ibi Iaſ. ponderat. x. col. Et hoc pro Franciſ. Tamen non fuit habita ratio per ſac. Con. de hoc intereſſe, quia non apparuit petitum.

SVMMARIVM.

1 *Fructus ſemper intelligūtur deductis expenſis.* Expenſæ *non deducuntur à decimis prædialibus.*

2 *Decimæ perſonales ſunt, quæ ex induſtria & miniſterio hominis proueniunt: ut piſcatio, uenatio, & negotiatio. & nu. ſeq.*

4 *Decimæ perſonales debentur eccleſiæ parochiali.*

5 *Decimæ piſcationis debentur expenſis non deductis.*

Decima debetur Deo de iure diuino, in recognitionem uniuerſalis dominii.

6 *Principum ſeu Regum diſpoſitio regulari debet ſecundum legalem: ut perinde ſit ac ſi à lege mētio facta fuerit.*

7 *Rex eſt lex animata in terris.*

8 *Tributum ſeu gabella de fructibus ſoluēda, debet intelligi deductis expēſis.*

9 *Decimæ ſeu fructus eccleſiæ uel piæ cauſæ, debiti ex diſpoſitione legis, ſtatuti, uel hominis, ſemper debentur expenſis non deductis.*

Fructuū appellatio debet intelligi non deductis expenſis, ubicunq; uertit fauor animæ uel piæ cauſæ. eo. nu. et n. 8.

10 *Decimæ qua ratione non ſubiacent expenſis.*

11 *Fructus in aliqua parte ſoluendi, & non uniuerſaliter, ex conuentione debentur expenſis non deductis.*

Mitius agitur cum lege, quàm cū homine. eo. nu.

12 *Fructuum appellatio ubicunq; refertur ad quotam partē, intelligitur expenſis non deductis.*

13 *Fructus omnes obligati quando intelligantur deductis expenſis. & nu. 16.*

14 *Colonus obligatus pro certa quota, nō deducit expenſas.*

15 *Statutum uolens q de qualibet corbe frumenti ſoluatur tantum pro gabella, non deducentur expenſæ, ſecus ſi diceret de fructibus.*

17 *Sententia lata contra prædeceſſorem quando noceat ſucceſſori alicuius caſtri ex cauſa deuolutionis. & nu. 23.*

18 *Sententia lata contra unum ex duobus dominis alicuius caſtri adinuicem litigantibus ſuper iuriſdictione, non præiudicat hominibus eiuſdem caſtri.*

19 *Dominus uenire non poteſt contra ſentētiā ſuper re feudali, ut ſeruitute, uel ſuper re tanquàm feudo ex perſona uaſſalli ex cauſa deuolutionis, ſiue ſciens fuerit, ſiue ignorans litis uertentis inter duos uaſſallos, recognoſcentes feudum à ſe domino. ſecus ſi ueniat ex perſona propria, dummodo litis fuerit ignorans.*

20 *Vaſſallus conuentus ab aliquo aſſerente rem eſſe propriam uel allodialem: ipſe uero excipiat rem eſſe feudalem, & recognoſcere à tali domino ſi ſuccumbat: dominus poſtea ueniens ex perſona uaſſalli uicti data litis ſcientia, repellitur excep. rei iud. & nu. 22.*

21 *Dominus ex perſona uaſſalli uenire nō poteſt contra ſententiam latam aduerſus eundem uaſſal. actorem aſſerētem*

rem

rem feudalem ab ipſo domino: reo autem excipiente rẽ eſſe ſuã & allodialem, ſiue ſciuerit lit: ſiue ignorauerit: ſecus autẽ ſi ex perſona ſuã etiã ſciente petat rẽ tanquàm ſuã iure proprio.

24 *Tertius poſſeſſor citari debet, & cauſã cognita procedi.*

25 *Actio quæ oritur ex ſententia, dicitur habere naturam actionis, ſuper qua ſententia lata eſt.*

26 *Decima eſt in dominio eccleſiæ: & ideo pro ea datur actio realis, ſeu in rẽ ſcripta, contra quẽlibet prædii poſſeſſorem, etiã pro tempore præterito, quo ſuus author poſſediſſet.*

27 *Decima eſt onus reale, & ſequitur fructuum detentorem, dato quòd ex cõuentione teneatur uenditor prædii, & non emptor.*

Sententia transfert quaſi dominium, & quaſi poſſeſſionẽ in uictorem: & hoc in corporalibus, ſicut iuramentũ. eod. nu. & nu. 16.

28 *Officiũ iudicis nobile, datur etiã cõtra ſingularem ſucceſſorem, in actione in rem ſcriptam, ubi eadem eſt æquitas.*

29 *Succeſſor in caſtro, territorio, uel iuriſdictione, dicitur uniuerſalis, & nõ particularis.*

30 *Sẽtẽtia lata cõtra authorẽ ante trãſlationẽ, nocet ſingulari ſucceſſori.*

DECISIO XX.

IN CAVSA Venerabilis Mon. ſanctæ Mariæ de Tremito, cõtra mag. Galeatiũ Caracciolũ, ſup eo ui delicet, an uigore ſentẽtiæ aliàs latæ contra priorẽ utilẽ dominũ lãcus Barani, ſuper ſolutione integræ decimæ piſciũ, ſine deduct. expenſarum, poſſit Galeatius ad eandẽ ſolutionẽ integrè faciendã cõpelli. Primò dubitatũ fuit, an in d. caſu decima debita ſit ſine detractione expẽſarũ, quæ in piſcãdo fiunt. Et quidem 1 in alia* materia & generaliter ac regulariter, fructus ſemper intelliguntur deductis expenſis: ut in l. ſi à domino. §. fi. ff. de pet. hære. in l fundus qui dotis, in fi. princ. ff. fami. erci. in l. fructus. ff. ſol. mat. ubi eſt materia bene p doc. enucleata. & hæc iura ſunt contra Mon. At circa materiã decimarum adhibetur per Papam diſtin- 2 ctio, q à decimis* prædialibus expenſæ nõ deducantur. ut in c. cũ homines. c. nõ eſt. c. tua nobis. de decimis: à lucris uerò negotiationum ſic: ut in c. paſtoralis. eo. tit. eſt gloſſ. iuris ciuilis in d. l. ſi à domino. §. fi. in uer. deductis, in fi. alle. d. c. paſtoralis. quę circa hoc diſtinguit inter decimas pdiales & pſonales, Videtur in fauorẽ Galeatii, uidelicet q poſsit deducere expẽſas, quas facit pro piſcãdo, 3 afferri poſſe duo. Primũ*, quia decimæ piſcandi ſeu piſcationum ſunt perſonales, ſecundum Inn. in d. c. nõ eſt. de decimis: ex quo miniſterio hominis & induſtria proueniunt, licet in mari uel aqua nutriantur: ex quo 4 infert, q decima* de his piſcationibus, ſicut etiam de uenat. debet pręſtari eccle. parochiali, ad quam decimæ perſonales ſpectãt: ut in cap. ad apoſtolicæ. eod. titu. non autem eccle. prædiali. & cum Inno. tenent ibi Anto. de But. & Car. & etiam Abbas: licet aliud dicatur in piſcibus uiuario ſeu ſtagno, & animalibus terra foreſta incluſis: ut ibi per eoſdẽ doc. quod euenit, quandò quis aliũde piſces & animalia capiendo recludit & nutrit in uiuariis: ſed decimę perſonales debentur deductis expenſis: ut dictum eſt per gloſ. in d l. ſi à domino. §. fin. ergo &c. Ad hoc po-

teſt reſponderi, ut gl. illa nõ bene diſtinguat: quod oſtendo. Clarum eſt
5 ut & ſ. dixi, ꝙ * decima piſcationum eſt perſonalis: & tamẽ nos habemus q. iſtã, an piſcationũ decimæ debeantur expẽſis non deductis, propoſitam in d. c. paſtoralis. & per illum tex. determinatur, ꝙ non debent deduci à decima expẽſæ, propriè loquẽdo de expenſis retium & mercenariorum, ſeu piſcatorum, & aliis quę fiunt cauſa fructuum habendorum. & in hac opi. fuit ibi gl. Inn. Hoſt. Ant. de But. iij. col. Card. in iiij. q. & etiã Io. And. dum diſtinguit inter fructus qui germinant, & qui non germinant. Secũdum, quod pro Galeatio facit, eſt: nam dato quòd d. deductio fieri non debeat, illud procedit: ex quo loquimur ibi in decima. quæ debetur Deo de iure diuino, in recognitionẽ uniuerſalis dominii: ut in c. tua. de deci. & not. glo. in d. c. paſtoralis. in uerb. credimus. & facit Bald. in l. j. ij. col. de fruc. & lit. expẽſ. Et pro hoc eſt quod no. Bar. in d. l. fructus. in ſua diſtinctione: dum dicit, quòd licet uer. fructus, prolatum à lege, intelligitur deductis expenſis: ut in iuribus in prin. allegatis: tamẽ fall. hoc in decima. Et ad rẽ noſtrã facit adhuc: nam decima iſta prætenditur debita de fructibus lacus & fluminis ex priuilegio Regum
6 prædeceſſorum, * quorũ Regum diſpoſitio debet regulari ſecũdũ legalẽ: ut perinde ſit, ac ſi à lege fructuũ
7 mentio facta fuerit, ex quo Rex * eſt lex animata in terris, in auth. de conſuli. §. pe. gl. in l. more. & in l. ij. ff. de iur. om. iud. unde ſicut uerbum, fructus, prolatum à lege, debet intelligi deductis expenſis: ita & ſi proferatur à Principe. & hoc in ſpecie dicit Bal. in l. j. iij. col. C. de fru. & lit. expen. no. Pau. de Caſt. & Alex. in l. nõ amplius. in prin. ff. de leg. j. & Iaſ. in d. l. fructus. iiij. col. Item pro hoc etiã eſt quod no. Ang. in d. l. fructus. ſolu. ma. dum per regulã illius l. & per l. fundi Tre
8 batiani. de uſufru. leg. tenet, ꝙ * etiã ſi ageretur de commodo reipub. & fiſcali, ſeu Principis: ut quia ſibi deberet ſolui gabella, uel tributum de fructibus, debet intelligi deductis expenſis. & idem tenent ibidem Imol. Are. Alex. & Iaſ. Ad hoc etiã reſponderi poſſet. primò, quòd canones qui ſanxerunt deberi decimam non deductis expenſis, illud ſtatuerunt fauore animarum: ut patet in d. c. tua. ubi dicitur, ꝙ decimę ſunt tributa egentium animarum: & expon. egentiũ, ſcilicet, diuina gratia, ſecundum gl. xvj. q. j. c. decimæ. colligitur ex his quæ no. Imo. Ale. & Iaſ. in d. l. fructus. qui fauor uiget in caſu noſtro, cum apparet ex lectura priuilegiorum talem decimæ conceſſionem factã per Retroreges pro remiſſione peccatorum. Soz. in d. l. fructus. prima cõclu. ſolu. ma. infert ex limitatione Bar. ibi
9 dum dicit, fall. in uerbis, quòd ſi * ex diſpoſitione legis uel ſtatuti deberẽtur fructus alicuius rei eccle. uel piæ cauſæ, intelligeretur non deductis expenſis. Infert etiam, quòd ſi decimæ deberentur ex diſpoſitione hominis eccleſiæ, uel piæ cauſæ, deberentur nõ deductis expenſis: quæ notat ad ampliationem d. iurium, uidelicet c. tua. & c. paſtoralis cũ ſit: quia adhuc non reperi alium ita in ſpecie extendentem: ideo dabam iſtas rationes ſeu reſponſiones. & no. quia primam illat. facit Bal. no. in d. l. fructus. uidelicet, quòd ubicunque uerteretur

10 teretur* fauor animæ uel piæ cauſæ, fructuum appellatio intelligi debet nõ deductis expenſis. Secundò reſ. per id quòd no. Inno. in d.c. paſtoralis. dum ponit cauſam quare in decimis non detrahuntur expenſæ: quæ eſt, quia uerbum, fructus, ut decima fructuum, intelligitur ibi naturaliter: quicquid enim percipitur ex re, eſt in fructu ſeu reditu. ſed in leg. fructus interpretatur ciuiliter, hîc ſumus in donatione Principis, in qua debet fieri latiſsima interpretatio in præiudi. concedentis, quando non concernit præiud. tertii. l. fi. de conſti. prin. l. nec auus. & ibi Bal. C. de eman. lib. c. cum dilecti. de dona. quod maximè procedit in dona. quæ fiunt eccleſiis & locis religioſis. c. ij. de dolo. l. fi. C. de ſacroſan. eccle. l. ſunt perſonæ. ff. de relig. Card. in d.c. cum dilecti. j. col. Et ob hoc uerba debent naturaliter accipi. Hinc dicimus, quòd Princeps ligatur ex promiſsione facta ſine cauſa, ſecundum Inn. & Io. And. in c. grãdi. de ſup. negli. præla. refert Laud. de prin. no. ccxlix. & ex confeſsione facta parte abſente: perinde enim eſt ac ſi in iudicio eſſet confeſſus. l. omnium. C. de teſta. Laud. ubi ſ. no. cclx. Alb. in d. l. ſi à domino. §. fi. dicit, ꝙ
11 * quando quis conuenitur ex conuentione, quam fecit de ſoluẽda certa parte fructuum, non deducit expenſas: quãdo autẽ ex eo ſolo quod poſsidet, nulla facta cõuentione deducit expenſas: ut ſic mitius agatur cum authoritate ſola legis obligato, quàm cum obligato ex cõuentione propria. l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria. ff. qui ſatiſ. cog. Tertiò reſp. ꝙ non ſit aliquo modo ſpeciale in decimis diuino iure debitis, id de quo
12 agitur, uidelicet ut ſoluantur* non deductis expẽſis: nam ideo eſt illud, quia uerbum fructuũ, refertur ad aliquotam partem, & ubi uerbum fructus refertur ad aliquotam partẽ, nõ deducuntur expenſæ: nam decima redditur eccleſiæ, & nouem partes remanent apud dominum, & ita loquũtur c. paſtoralis. & c. tua & hic eſt caſus noſter. At ubi quis obligatus eſ
13 ſet* ſoluere ſeu reſtituere omnes fructus, tunc debent ante omnia deduci expenſæ, ne quis locupletetur cũ aliena iactura, quia fecit expenſas, & reſtituit omnes fructus. ar. l. nam natura. ff. de condi. inde. Et iſta fuit opi. Hoſt. in d.c. paſtoralis: quæ placet d. Cardinali ibi, in prima opi. & Abb. ibidem eam ſequitur. & Soz. in d. l. fructus. ſol. ma. in j. & iiij. cõcluſione, tenet quòd etiam ubi decimæ deberentur ex diſpoſitione hominis, non detrahantur expenſæ ex modo ante dicto, qui fit in illo tex. ubi arguitur à conceſsione domini temporalis: & ſic à diſpoſitione hominis ad conceſſionem domini ſpiritualis, id eſt dei. & hæc interpretatur ob hoc, ꝙ conceſsio dei ſub onere decimarum intelligatur facta non deductis expenſis. Et pro hoc Abb. adducit tex. in d. c. tua. de decimis. ubi Papa æquiparat uerbum decimarum, prolatum ab ipſo Deo, uerbo prolato à domino particulari. Hinc notant omnes in
14 d. c. tua. quòd dominus* tradens fundum excolendum pro certa quota fructuum, debet habere illam quotã non deductis expenſis. Eſt ergo facienda differentia an uerbũ fructus proferatur indeterminatè, an uerò determinatè. Et hoc apertè uidetur Bar. uoluiſſe in d. l. fructus. dum pri-

mò facit diſtinctionem, an uerbū fru
ctus proferatur à lege, an ab homi-
ne. Et deinde ſubdit, & hoc uerū quā
do uerbū fructus indeterminatè pro
fertur &c. Subdens inferendo, quòd
15 ſi ſtatutum * uellet, quòd de qualibet
corbe frumenti ſoluatur tantum pro
gabella: nō deducentur expenſæ: ſe-
cus ſi in eo diceret de fructibus. per
l. ſi debitor. §. uerisimile. ff. de cōtrah.
emp. aliud enim eſt quādo uerba re-
feruntur ad certā quantitatem, aliud
quando indefinitè. adeò quòd Bal. in
d. l. j. pe. co. uer. pone dono. C. de fru.
16 & lit. expen. dicit, quòd ſi dono * o-
mnes fructus qui ſunt in tali agro
meo, nō deducentur expenſæ ex eo:
quia uerbū fructus, non eſt poſitum
ibi indefinitè, ſed tanquā certū cor-
pus per dictionem, omnes. Secun-
17 dò principaliter dubitatū eſt, an* di-
cta ſententia præiudicare habuerit
domino Regi directo domino lacus,
ad quem poſtea lacus ipſe ob rebel-
lionē utilis domini deuolutus eſt: &
cōſequēter an noceat ipſi Galeatio,
qui à Rege cauſam habet. Regulę iu-
ris faciunt, ꝙ dicta ſentētia nō præiu
dicet: ut ca. res inter alios acta. in ru-
bro & nigro. & in l. ſæpe. ff. de re iu-
di. l. Lucius. ff. de his qui. no. infa. c. cū
olim. in fi. de cauſa poſ. & propr. c.
quāuis, cum ibi not. de re iudi. & c. cū
ſuper. eo. tit. Item quod dicit Bal. in
tit. de pace Conſt. in uerbo, opizoni:
quòd ſi inter duo caſtra uicina erat
quæſtio de aquæ publicæ ductu, &
fuerit inter ſe lata ſententia: deinde
imperator conceſsit mihi unum ex il
lis caſtris, ego non tenebor ſeruare
dictam ſentētiam. Refert & ſequitur
Alex. in l. ſi tertius. §. ſi quis prius. ff.
de aqua plu. arc. in addit. Item quod
decidit Bal. in l. j. C. de lib. cauſa. uide
18 licet, quòd ſi inter duos nobiles * eſt
contentio de iuriſdictione ſuper ali-
quo caſtro, ſententia inter eos lata
nō præiudicabit hominibus dicti ca-
ſtri ſuper ſubiectione. refert & ſequi
tur Abb. in d. c. quāuis. x. co. de re iud.
Hoc dubiū uidetur decidi ex his quę
habentur in c. ſi uaſſallus de feudo. ſi
de feu. fue. contro. & in c. j. de cōtro.
inter uaſſ. & alium. ſecundū quod in
telligit An. dicta iura. Et breuiter ap
plicādo dicta Andreæ in d. c. ſi uaſſal
lus. ad caſum noſtrum, an ſententia
19 lata * contra uaſſallum noceat domi
no. Quandoq; uaſſallus ſuper re feu
dali, ſeu eius parte, aut ſeruitute agit:
& iſte nō eſt caſus noſter, ex quo præ
deceſſores Galeatii fuerant conuen
ti. Quandoq; uaſſallus conuenitur,
& tunc ſubdiſtinguit. nam aut is qui
agit, dicebat rem illā quam petit, ſeu
ſeruitutē eſſe de feudo ſuo, quod ab
eodē domino recognoſcebat, & cō-
uentus econtra aſſerebat eſſe de feu
do ſuo, quod ab eodem domino te-
nebat: uel fuiſſet ſibi ab eodē domi-
no datum in feudum, & ſic uterq; fa-
tetur eundē in dominum: & tunc ſen
tentia inde lata fuiſſet, ſiquidem do
minus uult poſtea uenire contra ſen
tentiam, aſſerendo feudum ex eius
perſona ſibi pertinere, ut quia uaſ-
ſallus deceſsit ſine hærede, uel com-
miſit culpam dignam deuolutione,
& non poterit: ſiue ſciens fuerit de
lite, ſiue ignorans. obſtabit enim ſibi
quod obſtabat defuncto uel rebelli:
per l. ſi actu. §. Iulianus. ff. de except.
rei iudi. ubi exceptio rei iudi. tranſit
ad eum qui habet cauſam retrogra-
dā ab eo, qui à ſe habuerat cauſam, ſe
cundū opi. Io. & Azo. Si uerò domi-

nus uult uenire cõtra ſententiã, aſſerendo rem ſeu feudũ eſſe ſuũ, aliter quàm ex deuolutione, & ab antiquo, & ꝙ ſentẽtia ſibi ob hoc nõ potuit ꝑiudicare: & iſto caſu poterit dominus per exceptionẽ ſeu replicationẽ rei iudicatę repelli, ita demũ ſi fuerit ſciẽs, non ſi ignorãs. And. in d. c. j. de cõtr. inter uaſſ. & al. ij. col. ibi, certè. ſi nõ eſt corruptus dicit clarè ꝙ ſi uincẽs egiſſet cõtra uaſſallũ uendicãdo rem ut ſuã allodialem, ſi propterea dominus ageret, nõ ex perſona uaſſalli ſed ſua: talis ſentẽtia non nocebit ſibi, etiam ſcienti: quod eſt cõtra id, qđ dixit in d. c. ſi uaſſallus. iij. col. ibi, ſed ſi uendicauit. Aut is qui agit
20 aſſerebat rem * non eſſe de illo feudo, ſed ſuã ꝓpriã, & de ſuo allodio: poſſeſſor uerò econtra dicẽs rem ſe recognoſcere à tali domino, & actor uinceret obtinendo rem, ut de allodio, ad ſe ſpectare. ſi deinde dominus uelit rem illã petere non ex perſona uicti uaſſalli, ſed ueluti rem ſuã, & tunc data ſcientia litis poterit repelli: ex quo defenſio cauſæ principaliter ad eum ſpectabat, & non defendit. d. l. ſæpe. de re iud. & multo fortius repelletur, quãdo uult uenire ex perſona uaſſalli, ſecus autẽ ſi fuiſſet ignorans. Et uide bene, quoniam nec Andr. nec aliquis in dictis locis aperit, quòd ſi dominus uelit uenire ex perſona uaſſalli, & eſſet ignorãs, an poſſet repelli. in caſu præcedenti fuerat dictũ, quòd ſic: ſed ille eſt diuerſus, quia ibi petebatur res ut feudum, & ambo fatebantur eum domi
21 num. Aut econtra is * qui agit, aſſerit rem ut feudalẽ ab iſto domino: is uerò qui poſsidet, aſſerit eſſe ſuam & allodialem, & uincitur actor, ſi deinde feudo actoris ad dominũ deuoluto, uellet dominus agere cõtra eũ qui tenebat rem ut allodialem, uendicãdo ex perſona uicti uaſſalli, & repelli poterit per exceptionẽ rei iud. ſiue ſciuerit, ſiue ignorauerit: ut in d. c. ſi uaſſallus. quia uaſſallus uictus potuit litigare de iure ſuo quod prætendebat. c. j. §. j. de inue. de re. alie. facta. At ſi uelit uendicare ex perſona ſuam rem tanquã ſuã iure proprio, & tunc non poterit ſibi obiici de ſentẽtia etiã ſcienti, per d. l. ſæpe. §. cur autem. Caſus præſentis dubii, uidetur
22 poſſe decidi ex his * quæ dicta ſunt in ſecundo membro ante præcedentem, cum ſimus in uaſſallo conuento, tenente rem ut feudalem, & conueniebatur ab alio qui nõ agebat ut uaſſallus, & pretẽdebat rem, ſeu ſeruitutẽ deberi, ut allodialem, ſeu iure allodiali. Tamen non apparet clarè an Galeatius tueatur ſe ex iure primæuo curiæ, an uerò ex iure deuoluto per rebellionem uaſſalli uicti. nihilominus dico ſententiam hanc nocere Galeatio, & poſſe de ea replicari. Aut enim uolumus dicere, quòd
23 Galeatius * uelit ſe tueri, ſeu allegare, quòd tenet ex perſona uaſſalli, uidelicet Henrici Bulgarelli olim domini medietatis lacus uicti per monaſteriũ, & tunc ſententia indiſtinctè ſibi noceret: ſiue fiſcus directus dominus, ad quem poſtea feudum deuolutum eſt: & deinde Galeatio conceſſum ſciuerit, ſiue ignorauerit: per dicta duo. c. ſcilicet c. primum. de cõtro. inter uaſſal. & alium. & c. ſi uaſſallus. ſi de feudo fue. contr. Aut quòd Galeatius uelit ſe tueri ſeu allegare, quòd tenet ex iure regio. Et hoc caſu, quia conſtat de ſcientia domini

regis:dum nomine ſuo lata eſt ſententia,dum priuilegiū ſentētiæ cū ſuo ſigillo demonſtratur,& cū manu ſecretarii dicentis,dominus Rex mandauit mihi &c.itē dum per plures literas proprias mādauit,ut dicta ſententia exequeretur. Idem dicendum eſt,ꝙ ſentētia prius iudicauerit Curiæ Regiæ,& cōſequenter Galeatio, qui ab ea cauſam habet,per dicta per Andreæ.ita declarantem in d.c. ſi uaſſallus. & c.i. cum qua declaratione Alua.& Car.Ale.in eo.c.ſi uaſſallus,per tranſeunt. Potuit ergo monaſterium uigore dictæ ſentētiæ agere actione iudicati,ut fecit, & quoniā Galeatius fuit citatus,& fecit ſuper hac actione ſuas defenſiones, fuitq; auditus,nilque attulit,ob quod ſentētia exequi non poſſet, bene ſequitur, ꝙ debet pronuntiari ſententiā exequendam. Nec ob.quòd ipſe eſt tertius poſſeſ-
24 ſor:nam ſatis * in fauorē tertii poſſeſſoris inductū eſt,ut citari debeat, & cauſa cognita procedi,ut ꝑ mod. uidelicet Alexā.in l.à diuo Pio.§.in uenditione.xiij.col.de re iud.dum alleg.Inn.in c.quia u.de iud.& ibi per
25 Felin.Et facit,nam actio* quæ oritur ex ſententia,dicitur habere naturam actionis ſuper qua ſententia lata eſt. l.miles.§.j.& ibi Pau.ff.de re iud.ſed
26 actio * ſuper qua ſententia poſtea lata fuit,uidelicet pro decimis competens,erat realis,cū decima ſit in dominio eccleſiæ:ut in c.commiſſum. & ibi per Abb.de decimis & per eūdē in c.parochianos,in fi.& in c.tua. ij.col.eo.titu.aut ſaltem in rem ſcriptam:datur enim contra quemlibet poſſeſſorem prædii,etiam pro decima temporis præteriti quo ille non poſſediſſet:ut Hoſt.Io.And.Card.& Abb.in d.c.paſtoralis.alleg. Card.& Abb.Fed.conſi.lxxxj.ubi dicit,quòd non eſt omnino obligatio perſonalis.& dicit Soz.in conſi.cclxviij.j.
27 col.ij.uolu.quòd decima * eſt onus reale,& ſequitur fructuum detentorē,& quòd pro eis poteſt agi actione reali.adeo quòd gl.in c.in aliquibus.de dec.quam ſequitur ibi Abb. j.col.dicit,quòd etiā ſi fuerit factum pactum,ꝙ alienans prædiū teneatur ad decimam,& non emptor,nō ualet hoc in præiudi.eccl.uolentis agere contra emptorem.Ergo actio quę oritur ex d.ſentētia,debet etiā poſſe dari contra tertiū uel ſingularē ſucceſſorē,ſicut actio principalis. Imo ipſamet ſententia tranſtulit in Mon. quaſi dominium,& quaſi poſſeſsionem,quia ſententia in corporalibus iſtud operatur.Inn.in c.in noſtris.de cōceſ.præbē.maximè in eccleſiā.l.fi. ubi Bal.C.de ſac.ſan.eccle. Item fa-
28 cit:nam offi.iud nobile * datur etiā contra ſingularē ſucceſſorē, ubi eſt eadem æquitas,quādo eſt in rē ſcriptū.Bar.in l.ſi tertius.§.ſi quis prius. iij.col.de aqua plu.arcen.uide Bal. in conſi.lxv.ij.colū.j.uol.ubi optimè
29 loquens dicit,quòd is * qui ſuccedit in caſtro,territorio, uel iuriſdictione,dicitur ſucceſſor uniuerſalis, non particularis. Item facit:nam ex ſentētia lata ſuper actione reali oritur utilis in rem,ſicut ex iuramento. l.ſed & ſi poſſeſſore.§.fi.uer.utilis, & ibi glo.ff.de iureiur.Imo.& Alex. in d.l.miles.§.fi.ff.de re iudica. Item
30 facit,ꝙ ſentētia*lata contra authorem ante trāſlationē,nocet ſingulari ſucceſſori.Inn.in c.quamuis.de re iu.facit l.ſi ſuperatus.& ibi Bar.ff.de pigno.& l.ſi à te.§.fi.de exceptione

rei

rei iudi.ſequit' Alexã.in l.ſæpe.xxiij. col.de re iudi. ꝙ ſi non poſſet cõtra eum exequi,non noceret. Fuit cõcluſum pariter ꝙ ſententia mittatur executioni cõtra d.Galeatium, quãuis ſingularẽ ſucceſſorem,ſed ſolum pro tempore quo ipſe poſſedit,non autẽ pro futuro,nec ꝓ preterito quo ipſe nõ poſſederat:& hoc ideo,quia procurator Monaſterii ſe aſtrinxit ſolùm ad illud tempus.

SVMMARIVM.

1 *Neptis ſubintrat in gradum patris quo ad ſucceſſionem: nec non & in perſonam in tota hæreditate, excludendo amitã.limita ut infra eo.nu. 8. & 10.*

2 *Neptis ſuccedens aſcendentibus,ingreditur ex perſona & ſexu patris, & non ſuo:quod ſecus eſt ſuccedendo trãſuerſalibus.*

3 *Clauſula in fine poſita, debet referri ad omnia præcedentia:dummodo non reſultet correctio iuris:nã tũc ſufficit ut poßit inferri ad aliquid.& nu.11.*

4 *Statuto ſtante,quòd fratre decedente ab inteſtato ſine aſcendentibus, ſuccedant fratres excluſis fœminis:niſi moritur frater cum aſcendentibus, & fratribus,& ſororibus:adhuc ſorores excluduntur:licet de iure communi uenirent cum aſcendentibus.*

5 *Statutum debet ita ſtrictè intelligi,ut ius commune non lædatur.*

Argumentũ à contrario ſenſu,non habet locum in ſtatutis,quæ loquũtur in caſu prouiſo à iure communi.eo.nu.

7 *Nepotes ſuccedendo in locum parentum,debẽt intelligi in locũ,id eſt gradũ:licet in ueritate ſuccedant ex propria perſona,& non patris,cui nondũ fuerat hæreditas delata.& nu.ſeq.*

8 *Filiorum appellatione quando ueniũt nepotes. Filius maſculus in ſtatutis nõ excludit ſororẽ,quia filius ſimpliciter,ſed quia filius maſculus:quæ qualitas maſculus non tranſit in neptem.eo.nu.*

9 *Statuto ſtante,& exiſtente filio maſculo,filia fœmina non ſuccedat: ſi filius prædecedit relicto nepote,nepos excludit amitam:quod procedit quando in ſtatuto eßet expreßa ratio.*

DECISIO XXI.

IN CAVSA Liſæ Seuerinæ cum Iac.Seuerina eius amita,fuit dubitatum:utrũ ſtãte cõſuet.ciuitatis Neapo.quæ incip.ſi qs,uel ſi qua:in qua diſponitur,ꝙ decedẽti ab inteſtato ſine liberis ſuccedũt fratres, ac nepotes,& neptes,& ꝓnepotes deſcendẽtes ex fratre uel fratribus pręmortuis,æqualiter cũ fratribus ſuperſtitibus in ſtirpẽ.Si ad hæreditatẽ defuncti cõcurreret ſoror defuncti cũ filia fratris alterius prædefuncti, an filia fratris excludat amitam. Et quidẽ ꝙ excludat multa faciunt,& ſic contra amitam. Primò: nam certum eſt
1 quòd ſi*pater huius neptis uiueret, excluderet amitam illius,eãdémque ſuam ſororem uigore conſuet.iam dictæ:ſed iſta neptis intrat in gradũ patris ſui,tum quia conſuet.eam uocat:tum quia iura ita diſponunt.l.ſi nepotes.ff.de collatio.bono.inſtitu. de hære.quæ ab inteſta.defe. §.cum filius.& in authen.ceſſante.C.de legi.hære.& nedum in gradum:ut ſcilicet ſuccedat æquè ac pater ſucceſſurus erat:uidelicet non obſtante,ꝙ ſit ipſa in remotiori gradu: uerum etiam in perſonam,ut ſcilicet ueniat ad totam hæredi.excluſiuè ad amitam ut maſculus. probatur per text. in authentica,de hæredi.ab inteſta. §.reliquum.inducendo, prout facit

Aret.

Aret.conſi.clxiiij.v.col.& Soz.conſi. cclij.vij.col.uer.iij.itẽ per tex.in l.j.§. ſi filius.de cõiũ.cũ ema.lib.put inducũt Are.in d.cõſi.vj.col.in fi.& Sozi. ubi ſ.vj.col.uer.ij.& p plures rationes,& iura,& authoritates,q̃ in dictis cõſiliis referuntur:& in conſi.Pau.de ca.conſil.clxj.incip.in præſenti cã.Itẽ probatur ex authoritate Neapolitani,in gl.in uer.ex maſculis.uer. item quæro utrum filia primogeniti. in conſuetudine, ſi moriatur.qui dicit,
2 ꝙ de iure* municipali Neapolis fœmina ingrediens locum patris, ſuccedit auo ex perſona, & ſexu patris, & non ſuo:& ad idem gl.in conſuetudine,ſi quis uel ſi qua.in uerſicu. alii deſcendentes.Item facit idem Neapo.in rub.de ſucce.ab inteſt. ubi ponit hæc uerba uidelicet:& ex hoc reſultat terminatio alterius q.uidelicet, quando quis deceſsit relictis filiabus & neptibus & nepotibus ex filiis maſculis præmortuis,ꝙ nepotes & neptes ex maſculis excludunt amitam, quamuis proximiorem in gradu:niſi ſtringas hæc ad lineam aſcẽdentium: quia illa gloſſ. loquitur in linea aſcendente, in qua nos non ſumus,& ꝙ ſit fienda differẽtia: an ſuccedatur aſcendentibus, & tunc filia ſubintrat ſexum: an tranſuerſalibus, & tunc non.uide Caro.in longobarda, ſi quis habuit filios.circa mediũ. & in longob.ſi quis longobardus ſororem.in fi.in tit.de ſucceſ. Secundò facit:nam in fi.d.conſuet.ſunt uerba:& in præmiſsis app.fratris ſoror non continetur: quaſi uelit ꝙ dum ſupradictum erat, quòd nepotes, ac neptes,& fratres ueniunt ad ſuccedendum defuncto,una cum illius altero fratre ſeu fratribus, non habeat locum in ſorore: quoniam illa cum his, uel horum altero non admitti-
3 tur.& hoc ideo,quia* clauſula in fine poſita,debet referri ad omnia præcedentia.l.iij. §.filius. ff.de liber. & poſthu.l.j.in princ.iuncta l.ij.§.quod ait prætor.ff.de incen.rui.nau.l.j. C. de lib.præte.Item quia uerba ipſa in caſu directo nihil operarentur: quo caſu etiam in correctoriis ex eis argui poſſet.gl.in l.nulla.iuncta authẽ. diaconiſſam. C.de epiſc.& cle.Bald. in l.obſeruare.§.proficiſci.iij.q.ad fi. ff.de offi.procon.& le.Ideo Bal.in l. conuenticulam. C.de epiſco. & cler. tenet ſtante ſtatu.Flo.ꝙ non extantibus maſculis fœminæ ſuccedãt, ex quo in caſu proprio nihil operatur: quia ſine ſtatuto fœminæ non extantibus maſcu.ſuccederent:operabitur à contrario ſenſu:& extat ad propoſitum gloſ.Neapo.in d.conſu.in uer. ſoror.quæ expreſsè dicit,quòd in caſu iſtius conſue.& præcedentis, appellatione fratris ſoror non continetur. Tertiò facit:qđ uoluit Lud. conſi.cccxcix.incip. præſens conſultatio.ubi uoluit, ꝙ ſtante ſtatuto,ꝙ
4 fratre* decedente ab inteſtato ſine aſcendentibus,ſuccedant fratres excluſis fœminis:ſi moritur frater cum aſcendentibus,& fratribus, & ſororibus,adhuc ſorores ipſæ non ueniũt: licet de iure communi uenirẽt cum aſcendẽtibus.refert Iaſ.in l.j.in prin.
5 xix.col.de offic.eius. Quartò* facit:quoniam hic non ſumus in ſtatuto,cuius uerba debent ſtrictè intelligi,ut ius commune non lædatur: ſed ſumus potius in pacto ciuium: & ſic quodammodo in contractu. & clarũ eſt ꝙ latius interpretamur cõtractus quàm ſtatuta, quod patet: nam licet in ſtatutis,

in ſtatutis,quæ loquuntur in caſu ꝓ-uiſo à iure cõmuni,non habeant locum arg.à contrario ſenſu, ſecundũ Bart.in l.omnes populi.vj.q.prin. de iuſti.& iur.in d.l.j.in princ.ff.de offi. eius. tamen in contractibus non ita diſtinguitur. l.inter ſocerum. §.cum inter.ff.de pact.do. l.pecuniam. ff.ſi cer.peta.etiam ſi ſint ſtricti iuris.Ludo.cõſi.præall.cccxxxix. Pro amita uerò,ꝙ * non excludatur in totũ,
6 facit primò: nam leges quæ dicunt, quòd nepotes ſuccedunt in locum parentum,debent intelligi in locum id eſt gradum,ut perinde ſuccedant, & tantum omnes nepotes quantum ſolus pater.d.§.cum filius.inſtitu.de hære.quæ ab inteſt.defe.d.auth. ceſſante.& c.j.de gra.ſucc.in feud.In ueritate autem ſuccedunt ex perſona propria,non patris, cui nondum fuerat delata hæreditas.ita Barto. in l.j. §.ſi ſit filius.ff.de colla.bono.& in l. j.§.ſi filius.ff.de coniun.cum em. lib. & in l.ij.C.de lib.præte.inducit Alex. conſi.iiij.iiij.col.iiij.uolu.Et iſtud uidetur eſſe uerius, quàm id quod dictum eſt ſuprà in primo motiuo pro nepte.& uide Alex.conſi.xx.pen.col. j.uol.uer.non obſtat octauum argu. ubi limitat doctrinam Bar.in iſtis locis.Idcirco Iac.de are.& Salyc.in l.j. C.de adult.tenent ſtante ſtatu.ꝙ filii
7 maſculi *.excludant fœminas,ſi mortuo patre ſuperſtitibus ſibi filio & filia ſua, deinde moritur filius ſuperſtite ſibi ſua filia, ſi hæc neptis hæreditatem auitam totam uellet ex perſona patris, qui nõdum agnouerat, nõ poſſet obtinere:ſed diuidet cum amita:unde nõ intrat perſonam patris,ſed ſolum gradum. de quo uide Iaſ.in l.ſi cum mota.C.de tranſ.& idẽ

firmat Bar.in l.liberorum.vij.colum. uerſi.quæro pone per rationẽ: quo-
8 niam tunc * appellatio filii de iure cõmuni porrigitur ad nepotes, quãdo profertur ſimpliciter ſub ea appellatione,quia filius: ſecus ſi reſpectu alterius qualitatis, ꝑ l.fi. C.de na. lib.ſed filius maſculus non excludebat ſororem,ideo quia filius ſimpliciter, ſed quia filius maſculus: quæ qualitas maſculus non tranſit in neptem:ergo in ea non tranſit diſpoſitio ſtatuti,ſic nõ poteſt aſſumere locum patris:& ꝙ amita cum nepte cõcurrat, uide Alber.in ij. parte ſtatut. q.cij.Idcirco licet Bart.in d.l.liberorum.teneat,ꝙ ſtante ſtatu. ꝙ exiſten
9 te * filio maſculo, filia fœmina non ſuccedat,ſi filius ꝑdecedit relicto nepote,nepos excludet amitam: ea potiſsima ratione, quia nepos aſſumit perſonam patris ſui, ut in d.§.cum filius. tamen Imo.in l.ſi uerò.§.de uiro.ult.col.ſolu.ma.limitat dictũ Bar. non habere locũ,niſi quando in ſtatuto eſſet expreſſa ratio:ex quo ſtatutum eſt ualde præiudiciale, & correctorium iuris communis,& in dubio debet reſtringi, ut quãto minus poteſt, lædat ius cõmune.c.cũ dilectus. de conſue.l.ij. C.de noxa. Secũdò
10 facit:nam iura * prædicta,quæ dicũt filium ſuccedere in locum patris,loquuntur qñ ageretur de excludẽdo patruo à parte,non à toto.ut eſt inſt. de hære.quæ ab inteſt. §.cum filius. & d.authẽ ceſſante. & d.c.j.de grad. ſucce.in feu.ita Alexan.no.in conſi. cxxiij.ij.col.j.uol. & conſil.xx.iij.col. eo.uol.Sed in caſu noſtro tractat̃ de excludenda amita à toto:& ſumus in re diuidua,nõ autẽ in feudo indiuiduo,prout loquuntur conſilia Pauli,

Soz.&

Soz.& Are.prealleg.ergo &c. Tertiò facit:nam ſtatuta debēt interpretari, ut minus lædant ius commune quàm fieri poſſet.d.c.cū dilectus. de cōſuet.d.l.ij.C.de noxa.unde debet ſumi intellectus ad illa uerba, & in præmiſsis etiā: ut tunc appellatione fratris nō contineatur ſoror, quādo ipſemet alius frater, uel filius maſculus fratris, cum ea concurreret, non ſi neptis. unde non obſtat, ꝙ in caſu directo uerba illa, & in præmiſsis, nihil operarētur: nam ſatis operabuntur: ut ſuperius dictum eſt. Poſſet etiam intelligi hoc modo, uidelicet, ꝙ dū ſupra in conſuet. dictum erat, filii & filiæ, nepotes & neptes ex fratre uocantur cū alio fratre uiuo: illud uerbum, & in præmiſsis, appellatione fratris referatur ad fratrē prædefunctum, patrem illorum uel illarū quæ uolūt ſuccedere, ut ſi hi tales eſſent nati ex ſorore, nō uenirent. Et facit:
11 nam licet clauſula * in fi.poſita, debeat referri ad omnia: ut ſuprà dictū eſt: illud tamen debet intelligi, dummodo non reſultet correctio iuris: nam tunc ſufficit, ut poſsit inferri ad aliquid. Abb.no.in c.eccleſia.de elec. Iaſ.in l.ſi idē cum eo.in fi.de iur.om. iudi. Et ad propo. facit optimè gl.in c.cupiētes.§.ꝙ ſi per.xx.in uerbo petere. de elect.li.vj. & ꝙ per illam dicit Alex.cōſi.lxxxvij.ij.col. j.uol.uer. corroborantur. ubi decidit quaſi ſimilem quæſtionem. Fuit concluſum & uotatum, ꝙ amita cum nepte concurrat: & ꝙ ambæ ſuccedant. Et quidem rationabilis eſt deciſio: nam utraq; pars erat in iure ſuſtentabilis: æquior igitur eſt ſententia ut omnes admittantur. & nota: quia hic eſt caſus nunquam deciſus, niſi nunc.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatus adhibita clauſula, ſine præiudicio uenientiū ab inteſtato: ſuccedit patri, ne dum ex teſtamento ſi inſtituatur, uerum etiā ab inteſtato, excluſis uenientibus ab inteſtato. Limita, niſi uenietes ab inteſtato ſint de deſcendentibus.nu.ſeq.& 5.7.& 8.*

3 *Princeps incipiēs cognoſcere de cauſa, uidetur ob hoc totum negocium ad ſe reuocaſſe perpetuò.*

4 *Clauſula in legitimatione appoſita, uidelicet, abſq; præiudicio uenientium ab inteſtato, operatur ꝙ præteritus uel exhæredatus non ueniet contra teſtamentum.*

6 *Legitimatus cum clauſula, ſine præiudicio &c.nō ſuccedit, niſi inſtituatur: ex quo per eam uidetur Princeps cogitaſſe, ꝙ erāt alii ſucceſſuri. & nu.ſeq.*

8 *Legitimatus cum clauſula ſine præiudicio &c.excludetur à fratribus legitimis & naturalibus: eis uerò non exiſtentibus, excludet agnatos & tranſuerſales.*

DECISIO XXII.

FVIT apud me propoſita dubitatio per Reuerendiſſ.Cardinalem Surrentinum de clauſula in legitimatione appoſita: uidelicet, abſq; præiudicio uenientium ab inteſtato, quid operetur: & an ſi pater ab inteſtato decedat, hic legitimatus excludat proximiores: qui debuiſſent defuncto ſuccedere, ſi legitimatio non adeſſet. Ang.in conſi.clxiij.incip.uiſo puncto & literis. Pet. de anch.cōſi. cliij.incip. pro fratribus defuncti.te-
1 nent * ꝙ hic legitimatus ne dum ex teſtamēto ſi inſtituatur, uerumetiam ab inteſtato ſuccedat excluſis uenientibus ab inteſtato. & ſi dicatur, ꝙ hęc
2 clauſula * eſſet ſuperflua: ita intelligendo.

gendo.reſpon.ſecundum Ang.ubi ſ. 5 ꝙ non ſuperabũdat.operatur enim, ꝙ ſi aliquibus ab inteſta. ueniẽtibus eſſet quæſitum ius tempore legitima 6 tionis ſuccedendi in bonis perſonæ defunctæ, his per uirtutẽ dictæ clauſulæ non præiudicabit. Item reſpondetur ſecundò, ſecundũ Ancha.in d. conſi ult.col.nam ſaltem dubitanter potuiſſet attentari, ꝙ agnati per hãc 7 legitimationẽ forẽt perpetuò excluſi, etiá ſi legitimatus patri ſuccederet: ex quo Princeps in hac ſucce. appoſuit manus, ſicut dicimus,* quòd
3 quãdo Princeps incipit cognoſcere de cauſa, uidetur ob hoc totum negotium ad ſe reuocaſſe perpetuò. c. ut noſtrum.de appell.Per hanc ergo clauſulam remouetur tale obſtaculũ perpetuæ excluſionis: & idem ſi legitimatus iſte morte, repudiatiõe, uel aliter excluderetur, tunc agnati uenirent ob uirtutem eiuſdem clauſulæ.l.peto.§.fratre.ff.de lega. ij. Item reſpondetur tertiò, ſecundum Ang. in præalleg. conſil.clxiij. ꝙ operari poſſet etiam in caſu, quo aliquibus ab inteſt.uenientibus quæſitum eſſet ius aliquod in ſucceſsiõe, quæ defertur poſt legitimationẽ ex cauſa, etiá de præterito: ut ſi hi uenientes ab inteſtato eſſent uocati per fideicõmiſſum, cuius dies nondum ceſſerat tẽpore quo fiebat legitimatio. Item re
4 ſpondetur quartò: nam licet * aliàs quando prædicta clauſula non adeſſet, ſi pater inſtituens uenientibus ab inteſtato filium legitimatum præteriſſet uel exhæredaſſet, poſſet legitimatus auocare hæreditatem per ius dicẽdi nullum, uel per querelam inofficioſi: tamẽ clauſula hæc operabitur, ꝙ iſte præteritus, uel exhæredatus * non ueniet contra teſtamentũ: ita Ang.d.conſi.ij.col.At Bal.in quodã ſuo cõſ. poſito inter cõſ. Ang.cõſ. cclxiiij.tenet, ꝙ hic* legitimatus cũ d. clauſula nõ ueniat ab inteſt.ad excludẽdos proximiores uſq; ad quartũ gradum. Et ꝙ ab inteſta.hic non ſuccedat, firmat Pau.de ca.conſi. ccxxv.incip.uidendũ eſt primò. ubi tenet, ꝙ * ita demũ ſuccedit, ſi inſtituat. Ancha.conſi.ccxlj.ij.col.tenet generaliter, ꝙ clauſula prædicta operat pro ut ſonat.i.ꝙ ab inteſt.nec ex teſtamẽto ueniet legitimatus in præiudiciũ ueniẽtium ab inteſtato: ſed in caſu d. cõſilii, is qui ueniebat ab inteſta. erat de deſcendentibus: item non fuerat expoſitum legitimãti, ꝙ ille extabat, prout uidet requiri: ut per Anto.de But.in c.uenerabilẽ.xviij.col.qui filii ſint legi.& per Abb.ibidẽ.vj.col.in fi. per Aret.plenè, cõſi.pe.circa fi.& Iaſ. in l.Gallus. §.& quid ſi tantũ. ff.de li. & poſthu.& Laud.de legitimatione. v.char.licet iſtud ulti. non uideretur neceſſarium, quãdo in legitimatione eſt d.clauſula, ex quo per eam uidetur Princeps cogitaſſe, ꝙ erant alii ſucceſſuri. Nico.de ur.in tract.de ſucceſ.ab inteſta.xij.charta tenet: ꝙ hic legitimatus cum iſta clauſula nõ ueniat niſi ex teſtamentò, allegat idẽ tenere Petr.de ubal. in quodam ſuo conſil.& d. Onufrium de bartolinis, qui ſuo tempore dicebatur doctor ueritatis. & Ioan. Petrutius in l.fina. C.de codici. Concludit tamen eſſe bene cogitandum, & conſulendam curiam Roma.à qua emanant d.priuilegia. Idem quod prædicti tenet Soz.in dicto §. & quid ſi tantum.ix. colum. & in conſilio ccxij.in quibus locis dicit, ꝙ iſta eſt communis opin.

Alex.

Alex.uerò in conſi.clxxxvij.iij.col.v. uol.& cõſi.clxxxviij. iij.col. prope fi.
8 eo.uolu.dicit,ꝙ licet* aliàs, qñ hæc clauſula adiecta nõ fuiſſet,patri aliis filiis legitimis & naturalibus ſuperſtitibus decedẽti,hic legitimatus una cum dictis filiis ſucceſsiſſet ab inteſtato:tamẽ clauſula iſta operabitur,ꝙ ſi pater ipſe ſuperextãtibus dictis aliis filiis legitimis & naturalibus decederet,iſte legitimatus non ſuccedet ab inteſta.niſi inſtituatur:unde ſecundũ eum ab inteſt.excludetur à fratribus: eis uerò non exiſtentibus, excludet tranſuerſales & agnatos. Dixi, ꝙ mihi placebat opinio prima cũ declaratione Alexan. per rationes per eum adductas.

SVMMARIVM.

1 *Quarta legatorum ad pias cauſas eſt duplex:altera parochialis, altera epiſcopalis.*

2 *Quarta parochialis & epiſcopalis differentia.*

3 *Quarta parochialis petitur ab hærede:epiſcopalis autem ab eccleſia legataria.*

4 *Quarta epiſcopalis non detrahitur de miſsis legatis, nec de relictis ad perpetuum cultum diuinum.*

5 *Ciuitas non habens aliam parochiam, niſi maiorem eccleſiam, quæ ſuſtinet onera parochialia,dicitur habere unicam parochiam, & per cõſequens epiſcopus habet quartam parochialem. Eccleſia parochialis habet orare pro parochianis, quorum peccata cancellat.eo.num.*

6 *Vita laicorum clericis eſt paſsio : ſed mors eſt conſolatio.*

7 *Legatario cui aliquid in diem eſt relictum,debet caueri, ſicut creditori uſque ad aduentum termini. & nu.6.*

DECISIO XXIII.

ADHVC Per literas eiuſdẽ Reuerendiſsimi d.conſultus,quid ſentirẽ de legato ad perpetuas miſſas, facto in ciuitate Surr. per quondam d.Anellum Raparium doctorẽ, an poſſet ipſe Reuerendiſsimus dominus detrahere quartam. Reſpondi* quòd cùm duæ ſint ad propoſitum noſtrum quartæ:alia parochialis,de qua in c.ij. & in c. in noſtra. de ſepul.in c.ij.de ſepul. in vj. & in Cle. dudum.§.uerum.eo.ti. & alia epiſcopalis,de qua in c. requiſiuiſti: & in c. fi.de teſta.& in c.de his.cum ſequenti.x.q.j.& uide Bal.conſi.clxvj.ij.uol. 1
2 Inter illas plures* aſsignãt doctores differentias, quarum duæ ſunt quæ ad propoſitum noſtrum faciũt.Vna, ꝙ de his quæ ad perpetuum cultum diuinum relinquuntur, quarta epiſcopalis non ſoluitur.d.c.fi.& exemplificat ibi Abb.in eo quod legatur, ut die quolibet celebraretur in certo altari : ſed bene ſoluetur quarta parochialis, per text.in d.Cle.dudũ, §.uerum.ibi,de quibuſcunq; & quomodocunq; relictis. & in hoc uidetur Summa angelica,in uerſic.canonica portio, §.j.uer.tertius caſus.nõ bene locuta, dum æquiparat in hoc quartam epiſcopalem, & parochialem. Alia differentia:quoniam quar
3 tam* epiſcopalem nequit prælatus petere ab hærede, ſed ab eccleſia legataria(ſibi enim defunctus aliquid relinquere tenebatur :) ſed eccleſia legataria ratione cõmunionis, quã cum epiſcopo habet, cõmunicat ſibi legatum.d.c.requiſiuiſti.de teſta. Quartam uerò parochialem de directo ab ipſo hærede curatus percipiet,

pìet, ſecundũ gl. in d. §. uerum. uer. largiri. quam ibi ſequuntur Cardin. Anch. & Imo. & hanc differentiã ponit Abb. in c. de his. ij. col. de ſepult. Ad propoſitũ, ſi eſſemus in quarta epiſcopali, foret dicendũ, quòd ipſe Reuerend. dominus nõ ualeret eam
4 petere: tũ quia ſumus in re* ad perpetuum diuinũ cultũ relicta, per d. c. fi. Et cõſtat quod d. cle. procedens correctoriè ad illud capitulum, prout not. ibi Imol. in xvij. col. poſt glo. & alios, non habet locũ niſi in quarta parochiali: prout tenet Barb. in eo. c. fi. iiij. col. Rom. cõſil. ccxxxiij. inci. præmiſſa quæſtio. Abb. in cõſil. xxxvij. incip. tria. j. uolu. & in d. c. fin. de teſt. Tum etiã, quia ſumus in miſsis, de quibus dicit Bald. in l. ſi quis ad declinandã. ix. col. C. de epiſc. & cle. quod non detrahitur quarta epiſcopalis, limitans gl. in d. §. uerũ. in uer. funeralibus. in fi. ut loquatur in quarta parochiali: quod indiſtinctè de miſsis detracta hac quarta reperio, quod tenet Anto. Corſ. in reperto. Abb. in uerbo, canonica portio, cũ ſim. At in caſu de quo agitur, eſt bene conſiderandum, quod non tractatur de quarta epiſcopali, ſed parochiali: cum ciuitas Surr. nõ habeat aliam parochiam niſi maiorẽ eccl. & ab ea ſuſcipit ſacramenta: ſicut Neapolis, in qua licet nominentur plures parochiæ, tamẽ una tantũ eſt: & illa eſt quæ ſuſtinet onera parochialia, quę conſiſtunt in exhibitione ſacramentorũ & aliorũ diuinorũ, cum orare habeat eccle. pro parochianis. unde ſcribitur, cãcellat peccata populi. de pœni. diſt. j. quẽ pœnitet. j. q. j. dictũ. Et ideo ipſa eccleſia, ſacerdotes &
6 prędicatores ciuitati dat: quod* ſpectat ad parochianum. d. §. uerum. in prin. hinc text. in c. j. de ſepult. dicit, quod uita laicorum clericis eſt paſsio, ſed mors eſt cõſolatio. Ideo teneo, quod ipſe Reuerendiſsimus dominus quartã ab iſto legato detrahere poteſt, per d. Cle. quæ licet loquatur in relictis factis minoribus, & prædicatoribus: tamẽ Clemẽs quintus prorogauit eam ad eremitanos, ſecũdũ Io. And. ibi in apoſtillis: & in c. conſtitutionẽ. de regula. lib. vj. referunt, & ſequuntur Car. Ancha. & Imol. in ea. Cle. fi. & Abb. in d. cap. fi. de teſta. Sed quoniã præſupponitur, quod teſtator poſuerit diem in tali legato, uidelicet bienniũ: uidetur, quod ex quo ipſe Reuerendiſsimus poſſet cõpellere hæredem ad ſoluẽdũ tempore adueniente: nec tenetur petere ab eccleſia, ſeu monaſterio, per ea quæ dicta ſunt, ſi hæres ipſe uult recuperare pignus captũ, cauere teneatur de ſoluẽdo quartã adueniente termino duorum annorum. Sicut dici-
7 mus in eo* cui aliquid in diem legatum eſt: nam debet ei caueri. l. j. ut lega. no. caue. ſicut etiam ſtatuũt iura in hærede, qui ſoluerit integrum legatũ: nã ſi rationabiliter dubitaretur an falcidia locũ habeat, debet ſibi caueri de reſtituendo id, quod per leg. Falc. defalcari poterat. l. j. in prin. ff. ſi cui plus quã per leg. Falc.

SVMMARIVM.

1 *Filÿ hæredes tenẽtur alere matrẽ poſt mortẽ patris de iure cõmuni, & in ciuitate Neapol. de iure municip. iuxta quod nõ tenentur extranei alere uiduam, etiam infra annum reſtituẽdæ dotis, conſiſtentis in rebus mobilibus. Limita, niſi mulier eſſet inops, nec haberet unde ſe aleret, tũc hæredes uiri*

f tenentur

tenētur ſibi dare tantū de dotibus, ꝙ ex eo poßit ali necnō: poteſt ſibi dici, tu habes patrē, alaris à patre. nu. 11.

2 *Hæredes uiri extranei de iure communi tenentur uxori ad alimenta, ſi uolūt gaudere annali dilatione: dummodo non habeat uxor unde ſe alat de introitibus ſuis.*

3 *Alimēta debētur uxori ſiue dos ſit in pecunia, ſiue in rebus mobilibus fructū dantibus, ut pecudibus, nauibus.*

4 *Dos conſiſtens in rebus mobilibus lapſo anno debet reſtitui cum ſuis fructibus: non ſic in pecunia: licet tanto minus de fructibus, quantum fuerit expenſum pro alimentis datis uxori.*

5 *Alimenta non debentur uxori ultra fructus prouenientes ex rebus mobilibus, qui non ſufficerent.*

6 *Hæredis eſt electio ſoluere dotem, an dare alimenta infra annum.*

Alimenta utrū præſtentur ſalua ſubſtantia dotis: an uerò poßit hæres dicere uxori: ecce tibi tot pecunias pro alimentis, quas uolo quòd excomputes in dotem. eod nu.

7 *Hæres tenetur ad alimenta, ſi mulier non habet aliunde: poſito quòd habeat patrem etiam diuitem.*

8 *Alimenta præſtantur uxori extra domum hæredis, ſiue debeantur ex diſpoſitione teſtatoris, ſiue legis ad ſuam electionem: poſito quòd poſsit honeſtè uiuere cum hærede.*

9 *Alimēta debētur pro tēpore præterito, quādo mulier interpellaßet hæredem, & accepißet mutuo pecuniam.*

10 *Vidua recipiens alimēta, tenetur hæredibus operari de omni opere quod ſcit, ut ſuere, filare, texere: alias de alimētis tantū deduci debet, quantū intereſt hæredum ipſam operari domi.*

11 *Limita ſi mulieris conditio repugnaret: puta ꝙ eßet magna domina, cuius nullæ ſunt operæ: & tunc nō tenetur ad operādū, nec ad excōputandū.*

12 *Hæredes uiri quare poßit uxori dicere in ciuitate Neapo. & non alibi: tu habes patrē diuitem, alaris à patre.*

DECISIO XXIIII.

IN cauſa Lucentis Pappalardæ uiduæ relictæ quondā lac. Antonii Nicolai, petentis ab hæredibus dicti eius uiri alimenta ſibi præſtari, durante primo anno ſol. matr. infrà 1 quem * dotē exigere nō poteſt: cum hic ſimus in hæredibus extraneis, nō filiis ipſius mulieris: quoniā de filiis eſt cautum per conſuetu. Neap. quæ incipit, uiro mortuo, ꝙ incontinēti ad alimenta teneantur: quæ ſe conformat cū iure communi, quia filii debēt alere matrē. l. fi. §. ipſi autem. C. de bo. quæ lib. gl. & doct. in l. unica. §. exactio. C. de rei uxo. actio. uide Bal. cōſi. cclij. ij. uol. & cōſ. cclviij. v. uolu. Et claræ ſunt doctrinæ * in 2 hærede etiā extraneo, quòd ſi uxor quæ ſoluerat dotem uult alimenta, ꝙ ipſi hæredes teneantur, ſi uolunt gaudere dilatione annali. de qua in d. l. unica. §. exactio. dummodo non habeat uxor ipſa unde ſe alat. Nec conſideratur ad uidendū ſi habeat unde ſe alat, an habeat bona quæ uendere poteſt, ſed an habeat introitus. Bal. conſi. cxcvj. ij. uol. ita gl. in e. §. exactio. in l. diuortio. in prin. in gl. in uer. facto. ff. ſol. mat. in l. pe. ff. ut in po. leg. & per Spe. in titu. qui filii ſint legi. § j. uerſi. ſed nec dicamus. Et licet præfata uideantur procedere, quando * eſſemus in dote 3 conſiſtēte in re mobili, quæ fructus dat: ut in naui, equo, pecudibus &c. ad quæ reſtituēda etiam annus datur.

tur.d.§.exactio. quaſi ꝙ ideo hæres teneturꝰ, quia percipit ex his rebus fructus,ut conſiderant omnes:ut ſic non ſit idem in dote conſiſtente in pecunia,ſaltem quando ex d.pecunia fructus nõ percipit. Tamẽ doct. in locis prædictis, uidelicet in d.l. diuortio.& in §.exactio.non uidentur facere differentiã,an dos conſiſtat in pecunia,an in rebus mobilibus.Io.de Imo.ibidem.ij.col. explicat, uidelicet in d.l.diuortio.pariſicando caſum, quo pecunia uel res mobilis datur in dotem. Quinimò
4 *arguendo uidetur maior ratio uigere in pecunia: nam ſi dos cõſiſtit in mobilibus,hæres uiri lapſo anno debet ipſa mobilia reſtituere cũ fructibus.d.l.diuortio.§.non ſolum. & d.§.exactio.cum ſeq.& no.Bart.in l. ſi conſtante.§.quoties.ff.ſolu.matr. licet tãto minus debet de fructibus reſtitui, quantum fuerit expenſum pro alimentis.ut no.in d.§.exactio. per Saly.poſt Dy.in uer.hor.attende. At quando dos erat in pecunia, quodcũque interuſurium hæres infra annũ habuit,non attenditur,nec uenit modo aliquo reſtituẽdum. ut declarat Bar.in d.§.quoties.l.ſi conſtante. Ergo ſi hæres indiſtinctè nõ cedet interuſuriũ quãdo eueniſſet, tanto fortius debet ligari ad alendum, cum iura quæ alendi neceſſitatem ingerunt, id potiſſimè faciãt ob cõmoditatẽ quam hæres ex dotibus percipit medio tempore,& ꝙ quando dos in pecunia conſiſtit, ſi mulier nõ habet unde ſe alat,debet infrà annum ali ab hære.uiri.firmat Alex.conſi.xxvij. in princ.ij.col.iiij. uol.allegans doct.in d.locis. uidelicet in §.exactio.& in l.diuortio.Li-
5 cet* in cõtrarium faciat:nam eſt deciſum,ꝙ quãdo fructus ex ipſis mobilibus uenientes non ſufficerẽt ad alimenta,hæredes uiri non tenẽtur contribuere ad ea ultra dictos fructus:prout tenet Alex. in d.l.diuortio.in prin.viij.& ix.col.poſt.Iacob. But.& Pau.de Caſt.cõtra Bar.& Angel.in ea.l.diuortio.Et dicit Saly.in d.§.exactio. ꝙ opi.Bar.eſt rigoroſa:prima autẽ eſt æqua. Contra Bar. tenet Iaſ.in d.l.diuortio.viij.colum. Alex.ſaluat Bart.dicẽs,ꝙ poteſt intelligi ubi aliqua eſſet dos, licet nõ tanta,cuius fructus ad alimenta ſufficiunt: ut ubi nulla eſſet dos, tunc procedit ꝙ non tenentur hæredes ad alimẽta. Alex.ibidem.ix.col.quia non reperitur hoc caſu iure cautũ. Retenta ergo opi. ꝙ hæc uidua debebat in primo anno ali, ſi non habet aliunde, uidendũ eſt primò, an
6 debeat* ali ſalua ſubſtãtia dotium, an uerò poſsit hæres dicere,ecce tibi tot pecunias pro alimentis,quas uolo ꝙ excõputes in dotem. Pet.& Cy.in d.§.exactio.tenent, ꝙ hæres poſsit hoc dicere, & dare mulieri tot mobilia, quando dos in mobilibus fuiſſet:ut ſe inde alat & excõputet.ſequitur Alex.in d.l.diuortio. viij.col.uerſi.ex prædictis igitur. At Imo.Are.& Iaſo poſt Ant.dicunt,ꝙ hæredes uiri tenẽtur alere uxorem ob reuerẽtiam prioris matrimonii, iſtud de reuerẽtia nihil eſſet: quoniam excomputare deberet uxor in dotẽ id quod recipit. Quòd ſit hoc in electione hæredis,an ſoluere dotem,an dare alimenta infrà annum, tenet Bal. in authen.ei qui.xvij.col. uer.quæro minor.C.de bo. author. iu.poſſ.ſequitur Alex.in d.l.diuortio.

tio.ix.col.ſed hi loquuntur,quando hæres offerret totā dotem. Præterea ex opinione eorum quos retuli proximè,qui tenent, quòd quando fructus dotis non ſufficiunt, adhuc infra annum debet ali mulier,infertur quòd niſi hæres ſoluat totā dotem,non poteſt ſoluere partē,& facere quòd excomputet uxor in do-
7 te. Secundò uidendū eſt,*ex quo omnes tenent tunc uxorem debere ali infra annum ſi non habet aliunde.pone prout in caſu noſtro eſt,ꝙ uxor habet patrem:an poſsint ei hæredes dicere,prout hic dicūt, alaris per patrem: maximè ſi eſſet diues: quia tenetur alere filios. l. ſi quis à lib.§.ſi uel parens.ff.de lib.ag.Saly. in d.§.exactio.tenet ꝙ adhuc debet ali ab hæredibus uiri.ſequitur Ale. in d.l.diuortio. in princi.vij.colum.
8 Tertiò, an debeat*iſta recipi in domo hæredis, ſi non uult ibi ſtare:& in hoc Bar.in d.l.diuortio. in princ, dicit quòd text.in l. libertis quos.§, ſi.ff.de ali.& cib.lega.uidetur:quòd non imponatur neceſsitas ſtandi cū hæredibus:ſed quòd debet alibi alimentari.idem clarius ponit Bart.in eo.tit.l.libertis.§. ſi. in ſi. firmat Bal. in l.in annalibus.C.de lega.in ſi.dicēs eſſe caſum in l. cum hi. §.in cauſæ.ff.de tranſact.ſubdēs, quòd ſi teſtator habebat domos proprias,nō tenebitur hæres ad conducendum alienas:& ꝙ debeantur extra domū hæredis,tenet Pau.in l.j.C.de lega. & Iaſ.in d.l.diuortio. in princi.viij. col.dicit hanc eſſe cōmunem opin. doc.ſiue alimēta debeātur ex diſpoſitione legis, ſiue teſtatoris:& allegat eum ibi dicere, ꝙ ſemper uidit ita in practica cōmuniter obſeruari: quòd licet mulier poſsit honeſtè uiuere cum hærede uiri:poſsit tamen ſeparatim petere alimēta, quamuis ratio ſit in contrariū ſecundū eum.
9 Quartò, an*poſsit hæc uxor petere alimenta pro tempore præterito. Bal.in l. de alimentis.C.de tranſact. tenet quòd ſic : loquendo in uidua quæ ſe aluit:ſed hoc debet intelligi,ſecundum Paul. in d. l. diuortio. quando mulier interpellaſſet hæredes uiri, & fuiſſet in mora: & propter hoc uxor ipſa pecuniā mutuo accepiſſet. & cum hac limitatione tranſit Alex.in dicta l.de alimentis.
10 Quintò,*an durante hoc tempore mulier debeat operari hæredibus uiri, dum alimenta recipit ab eis. Bart.in ea.l.diuortio,in princ.tenet quòd ſic, & ideo dicit,quòd de alimentis debet deduci tantū, quantū intereſt hæredū eam in domo eorū operari.alleg.d.l.ſi cōſtante.§.quoties. quod limit. procedere in muliere,quæ operaretur ſecundum ſuā conditionem. & ideo dicit Pau.ibidem , ꝙ hæredibus tenebitur uxor uidua de omni opere quod ſcit facere,ut ſuere, filare, texere &c. per gl.in l.ſi ſic.de opc.lib. Si uerò eſſet aliqua magna domina, cuius nullæ ſunt operæ,dicit Bar. quòd iſta non tenebitur ad aliquid operādum uel excomputandum,per l.ſi.ff.de ope.
11 liber. Sextò,*an prædicta uendicēt ſibi locum in ciuita.Neap.ubi uiget conſuetud.in ſcriptis redacta,quòd infra primos ſex mēſes à morte uiri ſi fuerint hæredes filii cōmunes,teneātur uxorem eandémq; matrem alere:ſed ſi fuerint alii hæredes,nō teneantur ipſam alere. Et cōtra mulierem facit, quia uerba conſuetud.

clare

clarè loquuntur: ꝙ hæredes non teneantur. Crederē, ꝙ quando eſſet inops, nec haberet unde alimenta percipere poſſet, cogerentur hæredes uiri dare ſibi tantũ de dotibus, ꝙ ex illa ali poſsit, prout Alex. in d. l. diuortio. vij. col. uer. ex prædictis.
11 Et* ꝙ poſsit ſibi dici, ſi habes patrē, alaris à patre: nam ratio ob quã circunſcripta conſuetud. de iure communi nõ põt allegari uxori, ꝙ alatur à patre, eſt: quia pater potuiſſet ſibi dicere, nõ teneor, quia hæredes uiri tenentur: ut Alex. in d. l. diuortio. vij. col. & Sal. in d. §. exactio. hoc quidē ꝙ hæredes uiri tenerentur, ceſſat in ciuit. Neap. ergo &c.

SVMMARIVM.

1 *Falſitatis iudicium motum contra teſtes, uel contra principalem dum pendet, facit ſuperſederi in cauſa principali, ne ſententia proferatur.*
Limita in regno procedere in cauſa etiam poßeßorij propter pragmaticam, quòd cauſa perdatur, ubi quis producit falſos teſtes, quare congruit expectari finem falſitatis, ut ſciatur de amißione cauſæ. nu. 6.
2 *Falſitatis iudicium retardat cauſam principalem in ſententia, non autem in concluſione.*
3 *Limita ſecundò, dummodo illi teſtes faciebant probationem neceßariam: nam ſi præter eos, qui de falſo redarguuntur, remanerent in ſufficienti numero, non ſuſpenditur ſententia.*
4 *Limita tertiò, dummodo non appareat accuſationem fieri malitiosè, patenter, & non præſumptè.*
5 *Limita quartò, dummodo accuſator ſe nimium arctauerit tardando accuſationem poſt cõcluſionem: nam tunc non differtur deciſio. & nu. ſeq.*

DECISIO XXV.

IN cauſa Reuerēdi Prioris Baruli contra mag. Ioannē de Tupho ac uniuerſi. Lauelli: ipſi dominus Ioannes ac uniuerſitas accuſauerũt teſtes domini Prioris, eundémq; d. Priorem de falſo. dum autē pro d. Prioris parte inſtaretur pro concluſione in cauſa, fuit per conuentos oppoſitum, quòd * non poteſt ad aliquem actum in cauſa procedi pendente quæſtione falſitatis. conſtat enim quòd iudicium falſitatis dum pendet, ſi modo motum ſit tam cõtra teſtes quàm cõtra principalem, facit ſuperſederi in cauſa principali: ut tenēt Cy. in l. j. pe. & ulti. col. C. qui accu. non poſſ. Bar. in l. diuus. & l. ſeq. ff. de peti. hære. Bal. in l. ſi quis teſtibus. pe. col. C. de teſtib. & in l. fi. prope fi. C. de fide inſtrumen. Fuit uotatum, quòd procedatur ad concluſionem: & præfatæ doctrinæ nõ uetant procedi uſque ad concluſionem incluſiuè: ſed bene impediunt quo minus poſsit ſententia ferri. Et uerba Cy. in loco præallegato iſtud ſonant, dum dicit, quòd per talem accuſationē differtur diffinitio cauſæ principalis. ſic etiam uer. Bart. in d. loco, dum quærit, an per iſtã accuſationem differatur condemnatio. ſic uerba Bal. in d. l. fin. dum quærit an pendēte accuſatione, poſsit expediri principalis proceſſus. Eſt ergo una & ſic prima limitatio,* ut ſuperſedeatur in ſententia, nõ autem in cõcluſione. Secũda limitatio eſt,
3 *dummodo illi teſtes redarguantur de falſo, qui neceſſariam faciebant probationē. nam ſi præter eos, qui redarguuntur de falſo, remanerent in numero ſufficienti, nõ ſuſpēditur

etiam deciſio cauſæ. Cy.& Bal.in d. l.j.C.qui accu.non poſ.refert, & ſequitur Soz.in tract.de inſtãtia.xxiij. principali articulo.uerſi.ſed quæro
4 &c. Tertia limit.eſt, * dũmodo non appareat iſtã accuſationẽ fieri malitioſè, ita quòd malitia ſit clara, patens, & non præſumpta.Bal.in d.l.j.
5 ult.col. Quarta limita.eſt* dũmodo accuſator nimiũ ſe arctauerit, retardando accuſationẽ.Bal.ubi ſuprà,ut quia eſſet concluſum in cauſa principali:nam ſi tũc accuſat, nõ differtur pronunciatio. Quinta limit.eſt,
6 *niſi eſſemus in cauſa poſſeſſorii: nam eius deciſio nõ ſuſpenditur per accuſationẽ de falſo.gl.in l.ij.in uer. falſum.C.de edi.diui Adr.tol.quam ſequuntur Bart.& Salyc.& procedit ſecundũ Cor.ibi.etiam ſi principalis criminaliter intentaretur,allega. Rapha.licet Dyn.contrà.Tamen in cauſa oppidi inter Berardum Caraciolũ & Vincentiũ de mandato iud. fuit decretũ per commiſſarios cauſæ,quòd ſuperſederi debeat etiã in cauſa poſſeſſorii, præcipuè quia in regno eſt pragmatica, quòd cauſa perdatur, ubi quis producit falſos teſtes:unde congruit expectare finẽ falſitatis, ad hoc ut ſciatur de amiſſione cauſæ.

SVMMARIVM.

1 *Vidua utrũ de domo uiri debeat expenſis hæredum habere ueſtes lugubres, ſeu uiduales, ſi conſuetudo loci, & conditio perſonarum hoc importat: cum triſtis habitus ſibi competat ob uiri ſui mortem.*

2 *Cõſuetudo loci, quòd uxori uiduæ debeantur ueſtimenta uidualia, eſt probanda per hæredes in Regno, an per uiduam.*

DECISIO XXVI.

IN cauſa Lucẽtis Pappalardæ petentis ueſtes lugubres ab hæredibus quondam uiri ſui, non adducta nec probata aliqua cõſuetudine per quam debeantur. Ang.in l.decreto. C.ex quib.cau.infa.irrog.dicit & eſt
1 arg.hac l.*quòd mulier de domo uiri debeat habere ueſtimenta uidualia. ſi conſuetudo loci & conditio perſonarũ hoc importat:nam triſtis habitus ſibi cõpetit ob uiri mortẽ. Ange.in l.ſed uſufr.§.dos legata.ff. ad leg.Falci.quẽ refert ibi Imol.tenet idem:uidelicet,quòd iſtæ ueſtes lugubres ſpectant ad onus hæredũ, ſi ſecundũ cõſuetudinem regionis conſuetum eſt uiduã uxorem indui talibus ueſtimentis, ſed loquitur in ueſtimentis iam emptis & traditis. Imo.in intus alleg.l.ſi uſufruc.§.dos leg.ff.ad legẽ Fal.loquens in ueſtimentis iam traditis, dicit quòd ita demũ ſunt uxoris, ſi ſunt quotidiana. quòd ſi eſſent feſtiua & magni ualoris,uidentur non data, ſed potius tradita, quòd uxor ſeruet honorem mariti, quandiu ſit uidua.& ideo ſi mulier nuberet, hæres poſſet tales ueſtes repetere. At Alex.dicit referẽdo Imo.ut eũ:ſed Imo.hoc non dicit,uidelicet ꝙ in caſibus in quibus hæredes uiri tenẽtur ad alendũ, tenentur prouidere de dictis ueſtibus uxori ſtanti in uiduitate ſecundum conditionẽ ſuam:aliàs non poſſent cogi ad ueſtiendũ de rigore iuris ceſſante conſuetudine: & dicit ita etiã eſſe de mente Romani in auth. ex teſtam.C.de coll.nec placet Alex. id quod dicit Imo.de ueſtibus quotidianis,quòd illæ uideantur donatæ pro toto tempore, etiã finita uiduitate.

duitate. Alex.in l.ſi ex re.§.illud.ff. de ſtipul.ſer.in addi. dicit, quòd ex his quæ traduntur, uidetur decidi, quòd uxori defuncti emēda ſint per hæredem ueſtimenta lugubria, niſi cōſuetudo aliud diſpoſuerit.allega. not.per doct.in d.l.decreto. Areti.in §.fuerat.antepe.col.inſti.de acti.dicit, ꝙ mulier debet ueſtiri pannis lugubribus & uelis expenſis hęredū uiri uiro mortuo,ſecundū qualitatē perſonarū & quantitatem patrimonii,ſi & in quantum in regione eſt talis conſuetudo ſic ueſtiendi:aliàs hæredes uiri ad iſtā impenſam non tenentur.alleg.not.per Bar.& Ang. in d.l.decreto. Ex uerbis Alex.in d.
2 §.illud. colligitur, *quòd uxori petenti ueſtes lugubres non incumbit probare aliquā conſuetudinem:ſed incumbit hæredibus probare conſuetudinē de cōtrario. At ex uerbis Ange.& Areti.ſuprà relatis,uidetur inferri, quòd uxor probare debeat conſuetudinē eſſe, ut uiduæ ab hæredibus ueſtiantur.Poſſet dici,quòd illa exceptio probandæ conſuetudinis, de qua per d. doct.proximè relatos non referatur, ut uxor debeat probare conſuetudinem,quòd hæredes uiri ueſtire ſoleant ſecundum conſuetudinē, quòd uiduæ ita ueſtitæ ire conſueuerunt in loco. Et ita fuit uotatum pro uidua.

SVMMARIVM.

1 *Cuſtodia ciuitatis tēpore belli ex pluribus dominis habentibus iuriſdictionem,ſpectat ad habētem merum imperium, & iuriſdictionē. intellige ut infrà eo.nu.8.*

2 *Belli tempore pro quolibet etiam modico pœna capitis imponitur.*

3 *Cuſtodia rei in qua ſunt plures Domini,debet eſſe penes digniorem.*

4 *Comeſtabilis magnus de iure cōmuni uocatur magiſter militū,ſub quo ſunt etiam omnes Mareſcalli,qui uocabantur tribuni militum.*

Rex ſolus. ad quem ſpectat indicere bellum,poteſt creare Capitaneum ſeu ducem exercitus.& nu ſeq.

5 *Domini ciuitatum hodie poſſunt ex iuſta cauſa bellū indicere ſtante Imperatoris abſentia: tamen in regno non licet,tum ob præſentiā regalium officiorum, tum per conſtit.quæ incipit,comes uel baro.*

6 *Dominus poteſt cuſtodire caſtrū tempore neceſſitatis inuito uaſſallo, & ſimul cum uaſſallo: ſine ullo tamen malo ingenio.*

Dominus directus poteſt caſtrum feudale reficere & fortificare,ſua tamen forma non mutata.eo.nu.

Dominus temporalis tēpore belli, & neceſſitatis poſſet eccleſiam incaſtellare,& maximè campanile.

7 *Rex aut Princeps poteſt caſtrū ſitum in confinio debile & non aptum ad bellum,dirui facere à fundamentis.*

8 *Sigillū caſtri debet eſſe penes digniorem:ſicut regimen quo ad ſtatum,penes nobiles tanquam digniores.*

9 *Dominis duobus exiſtētib. inſolidū in eod.caſtro, alter nō pōt alterū punire delinquētē.Fallit ſi alter habet maiores gradus meri imperij.& nu.11.*

Par ī parē nō habet imperiū.& n.11.

10 *Officialiū exceſſus in Regno ſola magna curia cognoſcit, maximè in officio commiſſos.& nu.11.*

11 *Præuentioni locus eſt inter duos habentes æqualem iuriſdictionem.*

Iuriſdictio acceſſit alteri adueniente inhabilitate ſuo collegæ.eo.nu.

12 *Pœna pecuniaria ſubrogata ſeu mutata*

tata de pœna corporali utrum ſit Baronis, uel alterius domini iuriſdictionis.& nu.18.

22 *Iudex inhabilis ad imponendam pœnã ex defectu iuriſdictionis, debet facere eam imponi per iudicẽ habilem.*

24 *Pœnarum cõmutatio aut fit ex uoluntate, puta quòd ex meritis proceſſus debet mori: tunc per Baronẽ commutatio in pecuniam fieri non poteſt: aut ex neceſſitate, & minorari pœna poſſet ex aliqua iuſta cauſa, puta in homicida ſponte confeſſo ad ſui defenſionem: & tunc pœna capitalis mutaretur in pecuniariam.& nu.17.*

25 *Pœnæ condemnationũ & bona confiſcata ſunt fructus iuriſdictionis.*

26 *Iuriſdictionis fructus, ſicut alij fructus diuidi debent proportionibus domini uel quaſi.*

27 *Pœnæ pecuniariæ pro delictis impoſitæ nõ ſunt de mero imperio: & ideo ſunt domini iuriſdictionis, excepta pœna confiſcationis bonorum: uel niſi habeat quis merum imperium in feudo.*

28 *Incendiario non habenti dignitatem imponitur pœna deportationis, quando incendium fiat extra ciuitatem.*

29 *Pœna ciuilis pecuniaria propter impotentiam non ſoluentis ut luatur in corpus, iudicabitur à iudice criminali: licet ſi poſſet ſoluere, iudicaretur à iudice ciuili.*

20 *Salariũ, prouiſio, & domus officiali dari ſolita, utrum diuidatur accedẽte altero officiale deputato per aliũ Dominum loci eiuſdem.& nu.21.*
Officialis unus ſi fuiſſet in duobus caſtris cũ prouiſione centũ florenorum: deinde dominus Caſtrorum in quolibet deputaſſet unum officialem: tunc ſalarium diuidi debet.eo.nu.

21 *Salarium aut debetur ſolum ratione laboris: aut eius cauſa non eſt labor, ſed dignitas & induſtria.*

22 *Conciliũ uniuerſitatis congregari debet per rectorem loci, ſeu poteſtatem.*
Officialis criminalis an ciuilis intereſſe poſſit in cõcilio uniuerſitatis.eo.n.
Decretũ uel authoritas ſuperioris in actu, quo per uniuerſitatem cõuocatam requireretur, cuius officialis, ciuilis, an criminalis debet eſſe.eo.nu.

23 *Officialis ciuilis an criminalis habet præcedere ubicunque requiritur eorum præſentia uel authoritas.*
Nobilior quiſque eſt, quanto nobilius habet ſubiectum.eo.nu.

24 *Epiſcopus in ſua Diœceſi debet honorari ab Archiepiſcopo, imò à Cardinali debetur reuerentia.*

25 *Patriarcha ſubeſſe debet Archidiacono in territorio ipſius Archidiaconi.*

26 *Doctores in actibus militaribus non gaudent priuilegio Doctorum.*

27 *Epiſcopus, idémque Canonicus in aliqua eccleſia debet ſedere ut Canonicus, non ut Epiſcopus.*
Canonicus, idẽque uicarius Epiſcopi, ſedebit ut Canonicus in actibus Canonicorũ, non autẽ ut uicarius.eo.nu.

28 *Eccleſia fit ſubdita & uaſſalla ex quo recipit feudum ab aliquo Domino.*
Eccleſiæ iudex utrum præcedere debeat iudici alterius Domini, ex quo ipſa eccleſia eſt dignior Domino.e.nu.

29 *Banna criminalia proferri debent ab officiali criminalium: ciuilia uerò ab officiali ciuilium.*

30 *Banna cõferunt ad iuriſdictionẽ exercendã, cũ ſint inſtar interlocutoriarũ.*
Bãna ſunt fructus iuriſdictionis illius à quo ea manant: eo.nu.
Iuriſdictionis quaſi poſſeſſio probatur per bannum, etiam non probato, quòd ſit ei paritum.eo.nu.

Dominus

31 *Dominus uel quaſi alicuius caſtri quãdo & quomodo dicatur, & per quos actus. & nu. ſeq.*

32 *Vxor dicitur domina rerum uiri, ratione connexitatis uitæ. Publicanus habens ius exigendi gabellá in loco, oſtendit imperiũ & præeminentiam. eo nu. & nu preced.*

33 *Baro habẽs cauſas criminales tantum limitatas reſeruatione in aliquo caſtro, utrũ poßit ibi tenere capitaneũ, qui ius dicat in prædictis cauſis, & nu. 36. & 40.*

34 *Præſes prouinciæ prohibetur in locis particularibus prouinciæ tenere officialẽ, qui ſuo nomine cognoſcat: quod hodie non ſeruatur.*

Archiepiſcopus non poteſt tenere officialem in Diœceſi ſui ſuffraganei: ut cognoſcat de cauſis appellationũ, antequam occurrant. eo. nu.

35 *Potentioribus pares eſſe nõ poßumus: quia ubi Leo tenet pedem, cætera animalia quieſcunt.*

36 *Iuriſdictio utrũ cohæreat territorio.*

Iuriſdictio non dicitur uendita uenditis prædijs continentibus iuriſdictionem. eod. nu.

37 *Iuriſdictio cohæret caſtro: & quatuor elementis.*

38 *Decimæ ius habens in territorio, poteſt ibidem tenere cuſtodes, familiam, & officialem.*

39 *Officiales plures, etiã diuerſi, poßunt habere iuriſdictionẽ in uno loco: puta inquiſitor in cauſis hæreticorum: præfectus annonæ in contrahentibus annonam: conſul in cauſis mercatorum: dux armorum in cauſis militaribus: & rector in cauſis criminalibus.*

40 *Capitanei dicuntur propriè Barones, qui feudum titulatum a Principe recognoſcunt: impropriè autem multipliciter.*

41 *Arma alicuius poſita ſeu affixa in aliqua eccleſia, utrũ poßint fratres inuito domino mutare, & ponere aliena.*

42 *Executio fieri non poteſt in mœnijs: quia ſunt ſancta & extra commercium: propter debitum ciuitatis.*

Mœnia uiolare capitale eſt. eod. nu.

43 *Muros ſeu mœnia de nouo in terra facere nemo poteſt abſque Principis licentia.*

Mœnia ſeu muri ſunt ciuium. eo. nu.

44 *Barones habentes tantùm cauſas criminales in ciuitate, poßunt arma apponere, ſeu depingi facere permittentibus ciuibus: non alias.*

45 *Baro habens tantũ cauſas criminales in loco, cuius iuriſdictio eſt alterius, non poteſt uexillum ſuum promere ſeu promi facere tempore nundinarum.*

46 *Vexillũ illius, qui eſt in maiori dignitate, debet præcedere ſtantibus cæteris paribus: quia per uexillũ denotatur præeminentia.*

47 *Inueſtitura comitatus fit per uexillũ.*

DECISIO XXVII.

IN cauſa Reuerẽdi prioris Barẽſis cũ magnifico Marcãtonio filimarino, plura ſunt ſuper quibus uotãdũ eſt. Primũ de cuſtodia terrę Rutiliani tẽpore belli, & ſic de creatiõe Capitanei ad guerram in terra ipſa, ad quẽ pertineat ex prędictis. Lucas in l. ij. C. de exac. & exec. lib. x. ij. col.
1 mouet q. in duobꝰ dominis, * quorũ quilibet in ſua parte habebat iuriſd. ſimplicẽ, unus autẽ eorum in parte ſua ultra iuriſ. habebat etiã merum imperium, & concludit, quòd is qui habet merũ imperium, debet cuſtodire totã ciuitatem, & multo fortius quando in tota haberet merũ imperium. Bal. in l. ſi ita. § dominus. ff. de

uſu &ha.dicit per illum text.quòd quilibet habens ius in re,poteſt cuſtodire rē.Et quòd licet Comes conceſſerit mihi caſtrum in feudum,tamen poteſt ponere ibi cuſtodes tēpore neceſsitatis,& quòd in omnibus terris,in quibus aliquam iuriſdictionem habemus,poſſumus licite mittere milites ad cuſtodiā. Ratio:
2 *nam in bellicis pro quolibet etiā modico imponitur pœna capitis.l. deſertorem.§.in bello.de re milita. unde ſi eccleſia tunc nō poſſet punire,minimè mādaret,& teneret capitaneum.ubi enim nō cadit pœna, non cadit diſpoſitio ſeu prohibitio. gloſ.in l.mancipia.uer.ad uocandū. de ſer.fu.& ibi Iac.But.Rap.& Pau.
3 de Caſt.Item ratio: *quia cuſtodia rei,in qua ſunt plures Domini,debet ſtare apud digniorē.l.ſi quæ.ff. fami.ercif.l.fi.ff.de fide inſtru.l.cum pater.§.pater pluribus:ubi Bar.ff.de lega.ij.ſed d.Marcanto. eſt dignior ratione maiorit.graduū meri imperii,quod ſibi competit:ergo &c.Viſum eſt mihi,quòd ſi quidem partes intelligunt de Capitaneo ad guerram,qui habeat poteſtatē mouendi bellum,ſeu indicēdi,de quo loquitur text.in l.cōuentionum.in fi.ff.de pac.ubi appellatur Dux belli.l.officium regētis exercitū.ff.de re milit. ubi appellatur regens exercitum.& Luc.in l.tamen collatores.C.de re re mili.lib.xij.ubi dicit,cum Ducem belli.& in l.neminē.eo.tit.ubi ponit de magno Comeſtabili,ꝙ poſsit de una prouincia in aliam non expectato iuſſu regis exercitum cōducere.& in l.fin.eo.tit.ubi dicit,*ꝙ ſub 4
magno Comeſtabili ſunt omnes mareſcalchi Regni,q iure cōmuni uocabantur Tribuni militū,& ꝙ ipſe uocaretur Magiſter militū.de quo in l.j.ff.de offic.præfe.prætō.Et huius Capitanei creatio ſpectat ad Regem,ad quem pertinet bellū indicere:ut in l.ex hoc iure.ubi gloſ.ff.de iuſti.& iur.in l.hoſtes.ff.de cap.And. in l.j.§.ſed nec eſt alia.quæ fuit prica.bene.ami.Nam licet Alua.in c.j. j.col.hic finitur lex.per illū text.no-
5 ter,quòd*hodie Domini ciuitatum poſsint ex iuſta cauſa bellū indicere ſtante abſentia Imperatoris,tamē in Regno eſt prohibitum,tum ob præſentiā regalium officiorū,tū per cōſtit.quę incip.comes uel Baro.Et de creatione huius Capitanei, ꝙ ſpectet ad do.Regem,ponit And.in tit. quæ ſint rega.in uer.ad iuſtitiam faciendā.allegat in aut.de ar.in princ. & in l.j.& in rub.C.de ar.uſus.Si uerò partes intelligerent de eo Capitaneo,qui belli tempore habeat cuſtodiam & curā ciuitatis,mœnium, & portarum ad eius tuitionē:tūc dicerem,ꝙ ſi quidē dominus Rex uelit ipſe eū ponere ob aliquam iuſtā timoris uel ſuſpicionis cauſam: & poterit ſecūdū Bal.in c.j.§.quid ergo.de inue. de re alie.fa.ubi dicit,
6 *ꝙ Dominus poteſt cuſtodire caſtrum inuito uaſſallo tempore neceſsitatis, per l.ſi ita.§.dominus.de uſu.& ha.& quidē ſimul cū uaſſallo. ff.uſuf.quemad.ca.l.pen.ſine ullo tamē malo ingenio.l.quoniā.de probi.alie.per Lo.Poſſet etiam directus Dominus caſtrum feudale eius forma non mutata reficere & fortificare.Alb.de Roſa.in l.fi.per illū tex.ff. de uſu & habi.Quinimo Dominus temporalis tempore belli & neceſſitatis poſſet eccleſiam incaſtellare,

ſecun

ſecũdũ Luc.in l.ſi diuina.C.de exa-
cto.tri.lib.x.& Cy.in l.nullus hære-
ticus.C.de ſum.tri.ubi de turri & cã-
panili loquitur:quod Bald.in conſi.
ccclviij.j.uol.limitat,data mora uel
negligentia poſſeſſoris.Et Bal.cõſi.
7 ccxxij.iiij.uol.dicit,*quòd Princeps
poteſt caſtrum ſitum in cõfinio ho-
ſtium debile,nõ aptum ad bellum,
dirui facere à fundamentis. Sin au-
tem do.Rex non curaret de iſta cu-
ſtodia,ut quia confideret domino,
putarem,quòd Marcantonius ſolus
non poſſet Capitaneũ ponere.quia
Luc.in d.l.ij.C.de exacto.& execu.
lib.xij.dum dicit quod ſupra poſitũ
eſt,loquitur in eo,qui ultra merum
imperium habebat etiã utile domi-
nium in parte caſtri.& Bal.in d.§.do
minus.nõ dicit,quòd cuſtodia ſpe-
ctat ad ſolũ eum,qui habet ius in re.
Eccleſia ſola minimè:nam eſt alius
qui in hac habet ius & iuriſdictio-
nem,qui eſt dignior: & habet cla-
8 ues portarũ.Et*ſigillum caſtri de-
bet ſtare penes digniorem,ſecundũ
Bal.in c.ſi.de fra.de no.bene.inueſti.
& Andr.in l.j.in princi.de pa.iur.fir.
tenet ꝙ regimen ciuitatis quo ad
ſtatum,debet eſſe apud nobiles tan
quam digniores.Ideo uidetur,ꝙ ec
cleſia poſsit cuſtodire,& do.Marc-
anto.quilibet ſuam iuriſdictionem
exercẽdo.Fuit uotatũ, quòd ſpectet
ad Regem. Secundum principale
erat:an officialis do.Marcanto.con
tra officiales eccleſię habeat cogni-
tionem in criminibus ſibi reſerua-
9 tis.Quòd nõ,facit:* nã quando ſunt
in eodẽ caſtro duo Domini etiã in-
ſolidum,unus nõ poteſt punire aliũ
delinquentẽ:ut dicit Bar.in l.fi.in fi.
ff.de rerũ diui.in l.inter tutores.ff.
de adminiſt.tuto.Bal.in l.cætera.§.ſi
duobus.ff.de lega.j.in l.j.§.prętereà
ſi inter.de prohi.alie.feu.per Fede.
Pau.in l.eſt receptum.ff.de iuriſdict.
om.iud.Abb.in c.prudentiã.de offi.
10 deleg.Item*quia de exceſsibus of-
ficialium,in Regno ſola Magna Cu
ria cognoſcit,ut in ritu qui incipit,
Item quòd d.curiæ. In contrarium
uidetur,ꝙ offic.Marcanto.cognoſ-
cere ualeat contra ſupradictos,ſicut
poterat d.Rex priuſquàm Marcan-
to.iuriſdictio.cõcederet.Nã hic non
ſumus in duobus Dominis æquali-
bus,ut loquũtur doctrinæ ſuprà ad-
ductæ:ſed in ſuperiore & inferiore:
conſtat enim iuriſdi.Marcanto.eſſe
maiorem:quia cõtinet maiores gra
dus meri imperij,iuxta theo.Bart.&
aliorum in l.imperiũ.ff.de iuriſ.om.
iudi.Et facit Luc.in d.l.ij.de exacto.
pe.col.dicẽs,quòd ſi ex duobus Do-
minis unius caſtri,alter qui habebat
imperium merum ſolus in parte ſua
accepiſſet cuſtodiã totius ob bellũ,
poteſt illud imperium exercere in
alium Dominum.Ratione enim me
ri imperii quod ipſe habet,alius nõ
uidetur hoc poſſe facere. Et facit:
11 nam*quãdo ſunt duo habẽtes ęqua-
lem iuriſdictionẽ,quo caſu quilibet
cognoſcit,& eſt locus præuentioni:
ſi ueniret caſus in quo alter eorum
eſſet inhabilis,tota iuriſdictio quo
ad caſum illum,accreſcet alteri ha-
bili.l.j.ff.de offic.conſul.per quẽ ita
dicit Bald.in l.j.C.quando non pet.
par.ult.col.Cum ergo d.Prior in ca
ſu quo officialis ſuus delinqueret
crimine capitali,ſit inhabilis: ergo
d.Marcanto.cognoſcet.Et facit: nã
an par in parem habeat imperium,
attẽditur parilitas in ipſa iuriſdictio
ne,

ne,quam unus cōtra aliū uult exercere.l.j.C.ne lice.pot.Vnus clariſsimus punit alium,qui illi æqualē in loco iuriſdi.non habebat.ita Bart.in d.l.fi.ff.de rer.diui.ubi etiam Albe. & alii.Ritus mag.curiæ de exceſsibus offic.uidetur loqui in officialibus regiis.Item habet locū quando officialis in iure dicendo deliquiſſet,non aliàs. Fuit uotatū,ꝙ poſſit cognoſcere officialis d.Marcanto.contra officiales eccleſiæ,de delictis tamen extra officium cōmiſ-
12 ſis. Tertium principale* d.Marcanto.ſunt reſeruatæ cauſæ criminales,pro quibus pœna mortis,aut priuationis membri,uel exilii debebit inferri.Modo euenit,quòd Capitaneus ſeu officialis ipſius Marcanto. cōmutat harum pœnarū aliquam in pœnam pecuniariam,dubitatur ad quem pœna iſta pecuniaria ſpectabit.Pro Priore adducitur:nā d.Rex in prima conceſsione facta eccleſiæ de terra Rutiliani, dum reſeruauit ſupradictos caſus mortis, membri, & exilii: uidetur habuiſſe reſpectū ad pœnam corporalē,quæ nō conueniebat eccleſiaſticis.Non autē ad pecuniariam quæ forte quādoq; in locum corporalis ſubrogaretur:per c.ſententiā ſanguinis.ne cle.uel mo.
13 Item adducitur,nā*quādo pro aliquo delicto uel facto iudex aliàs habens poteſtatē cognoſcendi nō poteſt imponere pœnā ex defectu iuriſdictionis,debet facere eā imponi per iudicem habilē.c.j.de homi. lib.vj.ubi Ioan.And.iij.col.allega.c. ij.de male.& c.poſtulaſti.de Iudæis. Itē adducitur tertiò quædā ſententia aliàs lata tempore regis Ferdinandi primi ſuper hoc,in quodā caſu incendii,quæ tanquàm lata ſuper iuriſdictione & publico officio,& his quæ ſapiunt publicā utilitatem,debet facere ius quo ad omnes,ſecundum Bal.in l.ingenuū.de ſtat.homi. Alex.in l.ſæpe.xv.col.de re iudic.& maximè debet nocere Marcantonio quia lata cōtra prædeceſſorem ſuū,uel fiſcum.c.ſi uaſſallus de feu.ſi de feu.fue.contro.c.j.ſi de feu.inter uaſſal.& alium contro.fue.Videtur
14 quòd*iſtud de pœnarū cōmutationibus poſsit intelligi duobus modis.Primò quando fit ex uoluntate, ut ſi quis ex meritis proceſſus debet mori,crederem quòd hæc pœna mortis non poſsit cōmutari in pecuniariam per Baronē:quia hoc ſpectat ad Regem,ut tenet And.in tit. quę ſint rega.uer.bona cōmittentiū. iij.& iiij.col.Bal.in l.ij.C.de uſu.rei iudi.Inno.in c.licet.de pœn.In caſu autē quando Regi placeret cōmutationem facere,uel eſſemus in ſecundo membro ſeu modo,ſcilicet quādo fieret ex neceſsitate: ut quia ob aliquam iuſtam cauſam eſſet mitior pœna imponenda:ſic quando eſſet incertum à quo de pluribus fuit cōmiſſum delictū.ut per Bart.in l.ſi rixa.ff.de ſicar.uel in homicida ſponte cōfeſſo quòd fecit ad ſui defenſionem.ut per Abb.in ca.auditis.de præſcrip.uel ex qualibet iuſta cauſa: ut per Spe.in ti.de accu.§.j.uer.quid ſi in iudicio.Et hoc caſu ſi per ſententiā pœna capitalis mutaretur in pecuniariā,credo quòd hæc pœna pecuniaria eſſet d.Marcanto.Conſtat
15 enim*quòd cōdemnationes,& bona cōfiſcata ſunt fructus iuriſdictionis:ut per Barto.in l.fi.ff.ſolu.matri. Bal.in l.j.C.de fruc.& lit.expen.Bal. in ca.

in ca.j.§.econtrario.de inue.de re. al.fa. Ange.& Alex.in l.diuortio.§.ſi uir.ff.ſolu.matri.Et Bal.in l.ſi ſeruus cōmunis.ff.de ſtipu.ſer.ubi per illū
16 text.dicit,quòd*debent diuidi pro portionibus dominii ſeu quaſi ipſi⁹ iuriſdictionis,ſicut alii fructus, de quo etiā per And.in l.j.§.poſt natale.de pac.ten.& in conſti.poſt mortē.& per Alua.in d.c.j.§ ſiquis aliū. ult.col.And.uerò in c.j.§.quicunq;. aliàs,ſi qui alium.uerſi.quicunq;.de
17 pace ten.tenet*ꝙ condemnationes & pœnæ pecuniariæ ſunt domini iuriſdictionis:& firmat in hoc attendi debere quod conſuetū eſt.Eſt bene uerum,ꝙ glo.magna poſt medium in l.imperiū.tenet,ꝙ pœnæ pecuniariæ & mulctę non ſunt de mero imperio:& eam ſequitur Bald.in l.fi.ff. de offic.præ.urb.dicens ex hoc,ꝙ ſi Rex donaſſet mihi reditus talis caſtri,reſeruato ſibi mero imperio, pœnæ pecuniariæ pro delictis impoſitæ ad me ſpectabunt:quia non ſunt de mero imperio,cū ſint redactæ inſtar cauſarum ciuliū:excepta pœna confiſcationis bonorū,ſecundum eū:& idē Bald.hoc tenet in d.l. imperium.vij.col.ſed Alex.& Iaſon ibidē tenent cōtra Bal.& gloſ.Quidam dicebāt,ꝙ pœnæ nō ſunt Baronis,nec domini iuriſdictiōis,ſed Regis.per ea quæ habentur in l.fi.C.ne ſine iuſ.princ.per Bal.& Sali.ubi dicunt,ꝙ condēnandus ad mortē nō poteſt per iudicē habentē cauſam iudicare cōdemnari ad cōfiſcationē bonorum.ſed hoc nihil facit.Alii ad hoc allegabant Bar.in l.j.C.de excu. mu.ubi uult,ꝙ pœnæ & mulctæ non ſunt illius,qui habet merū imperiū: ſed fiſci.per cap.j.quæ ſint reg.ibi, mulctarum &c.Sed dictæ authoritates loquuntur in eo qui habet imperium nō iure proprio:nā ſi haberet merum imperiū in feudū,pœnæ erunt ſuæ,ut dicit Ang.in authen.ut nul.iud.§.fi.Cogitandū tamē eſt,an dici poſsit,ꝙ in ſecundo caſu,uidelicet quādo cōmutatio fieret ex neceſsitate,quòd pœna ſpectet ad eccleſiam:ex quo tūc de iure nō debebat mors inferri,uel abſciſio membri,aut exilium. Ad primū pro eccleſia adductum reſpōdetur per ca. archiep.de rap.Ad ſecundū ꝙ doct. in d.c.j.loquuntur quādo ille iudex, qui de crimine cognouerat,erat inhabilis:quod non eſt hic.Ad tertiū
18 reſpondetur,ꝙ* ſententia loquitur in caſu quo non ueniebat imponenda pœna corporalis:uidelicet in incendiario,qui poſuit ignem in uilla, & non fecit dānum,iuxta doct.Bart. in l.fi.ff.de offi.præfe.uig.Bal.& Sali.in l.data opera.C.qui accuſa.non poſ.Sed poſſet dici,ꝙ ex tali incendio poterat imponi pœna deportationis:quæ habet locum,quando fit incendiū extra ciuitatem per perſonam nō habētē dignitatē:ut in l.capitalium.§.nōnunquàm.de pœn.& per do.in d.locis.ergo debebat pœna applicari fiſco, & nihilominus fuit lata ſententia in fauorē eccleſiæ:niſi dicatur,quòd illa cōmutatio fuit facta ex neceſsitate,ut quia erat cauſa aliqua habilis ad pœnam moderandā in pecunia.in caſu cō-
19 trario*quādo eſſet cauſa ciuilis de pœna applicanda parti,ut in caſu l. fi.& pen.ff.de in ius uoc.ſi contigerit quòd propter inopiā eſſet deueniendum ad pœnā corporalē,iudex cauſæ ciuilis non poteſt eam imponere,

ponere, ſed iudex criminalis. Ange. in d.l.fi.per tex.ibi.Iaſo.in l.ſiquis id quod.ix.col.de iuriſdict.om.iudi.& habetur per Bar.in d.l.imperiũ. Fuit notatum, quòd quando de corporali deuenitur ad pecuniariã ex uoluntate, non ſpectet ad Baronem, id eſt ecclesiam: quãdo uerò ex neceſsita
20 te, ſic. Quartũ* principale eſt de domo & prouiſione hactenus dari ſolita Capitaneo do. Marcantonii, dum tenebat ciuilem & omnẽ criminalẽ iuriſdictionẽ. an nunc quòd eccleſia obtinuit ſententiã in cauſis ciuilibus & parte criminalium, pro quibus poſsit tenere Capitaneũ, ualeat dicere quòd uult habere prouiſionem & habitationẽ totam uel partem. facit quod dicit Bal. per illũ text. in l.binos.C.de aduo.diuer.iudi. ubi uult, quòd ſi in duobus caſtris fuiſſet unus uicarius cum prouiſione centum florenorũ, & deinde dominus caſtrorum in quolibet deputaſſet unum uicariũ: tunc ſalarium debet diuidi. Et idem eſſet ſecundũ eum, ſi duo aſſumerentur ad unam præbendam authoritate apoſtolica. argu.de præben.c.maioribus. Vnde facient hi ſibi partes per cõcurſum. & idem not. Alber. in l.ſi quos.C.de offic.præfe.præ.Orien. Et facit illud generale, quòd labor, & pecunia &c.l.Seio.ff.de an.leg. Circa hoc tamen uiſum eſt mihi debere diſtingui: quòd aut prouiſio ſolita tanta eſt, quòd ex ea poſsit ſolui ſalarium utriq; Capitaneo: & tunc diuidatur per ſupra allegata: aliàs q; eã habet Capitaneus d. Marcantonii, cũ habitatione, quæ eſt indiuidua. Et hoc primò, quia Barto. in d.l.Seio. in fin. princip. dicit in his attendi debere arbitrium, dum poſuit quæſtionẽ de famulo conducto ad ſeruiendũ tribus ſcholaribus, quorum unus diſcederet, an deberet minui ſalariũ. Secundò, quoniam iſta prouiſio ſolui ſolita eſt per uniuerſitatẽ, quæ percipere conſueuit prouentus & pœnas criminales in caſibus d. Marcantonio reſeruatis. quæ pœnæ ad eum ſpectare debẽt, ut ſuprà dictum eſt. Tertiò, nam hic ſumus in ſalario: cuius cauſa non eſt labor, ſed induſtria & dignitas: ſed illa l.Seio. lo-
21 quitur* quando ſalarium debebatur ſolum ratione laboris, prout hanc diuerſitatem ad alium effectũ conſiderant doctores in l.diem functo. de off.aſſ.ubi Alex.v.col.uerſic. tamen puto ueram. & Iaſ.x.colum. Et ibi allegatur Barto. in l.prima.ij.oppo.C.de leg. quòd cauſa finalis dictæ l.Seio. erat ex quo ſalarium debebatur medico ob laborem. Fuit deciſum, quòd ſalarium diuidatur inter utrũque Capitaneum: & quòd domus uniuerſitatis ſeruiat Capitaneo domini Marcantonii: ex quo fortelicii poteſt deſeruire Capitaneo eccleſiæ. Quintum principale, an in conciliis terræ Rutiliani dũ populus ſeu cõſiliarii congregantur pro ipſius uniuerſitatis negotiis, debeat interuenire Capitaneus eccleſię ſolus: an etiã Capitaneus d. Marcantonii, quia in concilio non ſunt uocandi, niſi illi quorum cauſæ agũtur.xviij.diſtinctione.capitu.propter eccleſiaſtica. & quorum conſenſus requiritur.lxiij.diſtinctio.abeuntibus.& in rub.& in l.j.C.de decur.lib. x. Sed Capitaneus domini Marcantonii non eſt huiuſmodi, ergo &c. cum in concilio non tractentur cau-

ſæ cri

ſæ criminales,nec criminalia. Viſum eſt mihi quòd conuocatio concilii ſpectare debeat ad Capitaneũ eccleſiæ,quæ eſt utilis domina terræ: & habet ciuilem iuriſdictionem.infertur hoc per tex.in l.ij.C.de decu.iuncta gl.ibi in uer.magiſtratus.quæ expo-
22 nit pro defenſore ciuitatis,*q ſimiliter iuriſdictionem ciuilẽ habebat cum coërtione:& quòd rector ciuitatis ſeu poteſtas debeat conuocare cõcilium,habetur in d.rub.ubi doct. & per Bar.& alios in l.nulli.ff.quod cuiuſq; uniuer.nomi.per doc.in c.fi. de procu.ubi Abb.ij.not.c.j.de ſind. & d.Paris in ſindi.in rub.de offi.ſindi.uerſic.pone quòd uniuerſitas. Sic quoq; quando eſſemus in caſu quo in actu gerendo per uniuerſitatem conuocatã requireretur decretũ uel authoritas ſuperioris.de quo p Bar. in l.actor.ff.rem rat.hab.Inn.& doc. in d.c.fi.& c.j.quòd talis authoritas interponi debeat per Capitaneum eccleſiæ.Sed quòd ſi in tali concilio uelit interuenire Capitaneus domi. Marcantonii,poſsit:nõ enim poteſt ſibi denegari aſsiſtẽtia in concilio: pręcipuè,quia ipſe etiam eſt Capitaneus:& ſic de uniuerſitate:ut cõſiderat Abb.in d.c.fin.de procu. Et ita in ſupradicto q̃nto principali deciſum fuit. Sextũ correlariè ex prædictis
23 inſurgit, uidelicet* quis iſtorũ Capitaneorũ præcedere debeat in cõciliis & aliis locis. Quando in loco ſunt officiales,qs pręcedere debeat, uide Bal.conſi.cccxxxv.iij.uol. Et in hoc uidetur,ꝙ p̃cedere debeat Capitaneus Marcantonii tanquam dignior,ex quo habet dignius ſubiectũ,uidelicet cauſas criminales maioris gradus quàm Capitaneus eccleſiæ,ac etiã aliqua regalia,ut ſunt functiones fiſcales:ut in titu.quę ſint reg.in uer.extraordinaria.ubi And. j.col.& per gl.in rub.& de ſuperin. & eo quis eſt nobilior,quo nobilius ſubiectum habet,ſecundum Philo.j. de ani & in auth.de mona. §.fi.Nec obſtat ſi diceretur,quòd in terra Rutiliani eccleſia eſt domina:ergo debet eius officialis honorari à Capitaneo do.Marcantonii licet diginiori: ſicut dicimus in Archiepiſcopo,
24 * qui dum eſt in diœceſi Epiſcopi, debet ipſum Epiſcopum honorare, ſecundum gl.in l.nihil omnino.uer. ab inferioribus. C.de pala.ſa. larg. lib.xij.ubi dicit Ioã.de pla.quòd etiã Cardinalis debet reuerentiam Epiſcopo in ſua diœceſi.Et no.Bar.in c.
25 ſtuduiſti.viij.colũ.de offi.leg.*quòd Patriarcha debet ſubeſſe Archidiacono in territorio ipſius Archi.alle. Bal.in c.pen.de offi.deleg.& docto.
26 in* actibus militaribus non gaudẽt priuilegiis doctorum.l.in ciuilibus. de offi.uica.& Epiſcopus idẽmq; canonicus in aliqua eccleſia debet ſedere ut canonicus: non ut epiſcopus.glo.ſingu.in c.à collatione. de
27 appellatio.lib.vj. Sic* ſi aliquis eſt canonicus,& uicarius Epiſcopi,ſedebit ut canonicus in actibus canonicorum.Domi.in d.cap.à collatione.Nam ad hoc reſpondetur, quòd officialis do. Marcantonii in hacmet terra & loco habet ſuperioritates,ut ſupradictum eſt, priuatiuè ad eccleſiam.Nec etiam obſtat,ſi dica-
28 tur,* quòd eccleſia ex quo eſt dignior laico,iudex eccleſię pręcedere debet.c.ſolitæ.de maio.& obed. nam in caſu noſtro eccleſia eſt ſubdita domino Regi ut feudataria, à quo

quo Rege d. Marcant. habet iuriſdictionem criminalē. & quòd ſit ſubdita, patet per c. cęterum. de iud. & c. uerum. de fo. compe. Quinimo ſi ecclesia Romana, cui imperator iurat fidelitatē, recognoſceret ab eo feudum, eſſet eius uaſalla. Bal. in l. ſed & ſi. §. liberto. in ſi. ff. de in ius uocā. & tenetur ad ea ad quę alii, ſecūdū Bal. in l. fi. ad fi. C. ſine cen. uel reliq. Et ita ſecundū Capitaneū d. Marcantonii
29 deciſum fuit. Septimū, circa* promulgationē bānorū, à quo ſcilicet & cuius nomine ꝓferātur. Et uiſum eſt mihi eſſe dubitatū, quòd in ſpectātibus ad cauſas criminales ꝓferri debeat per officialē d. Marcantonii. in aliis uerò per officialem eccleſiæ.
30 * banna enim conferunt ad iuriſdictionem exercendā, cum ſint inſtar interlocutoriarum. l. j. & ij. C. de cō. uel epi. l. iij. C. de modo mul. Bald. in l. j. pen. col. C. de fur. in l. pen. x. colū. C. de condi. inſer. Itē banna ſunt fructus iuriſdictionis illius à quo emanāt, quia iuriſdictio eſt eorū productiua. Bal. not. in l. j. ij. col. in fin. C. de fruc. & li. expen. Itē per bannū etiam non probato quòd ſit paritū, probatur quaſi poſſeſsio iuriſdictionis. Secūdū Bal. in marg. in uer. poſſeſsio. Et cum hac diſtinctione fuit per Sac.
31 Cōſi. deciſum. Octauū,* an d. Marcantonius in dictis bānis, ſentētiis, ac aliis actibus poſsit dici do. terrę Rutiliani. Et ꝙ ſic, adducitur Bald. in l. proprietatis. j. col. C. de proba. qui dicit, quòd habentes præeminentiā in ſubditos, appellantur Domini. Facit melius Ang. conſi. cclxviij. j. uolu. dicēs, quòd is qui habet merum & mixtum imperium in loco, dicitur Dominus illius loci. Et facit: nam is qui habet iuriſdictionis exercitium, dicitur habere ius in territorio. Soz. cōſi. clxxj. iij. col. ij. uol. alleg. l. pupillus. §. territorium. de uerbo. ſig. clemen. Romanæ. de elec. gl. in l. quicūq; de fun. limit. lib. xj. & dominium dicitur ius in re. Bal. in l. error. C. ad legem Fal. Facit: nam ſi ſolum ius exigendi gabellam in loco oſtendit imperium. l. uectigalia. C. de uectigalibus. Bal. in c. j. de pac. ten. Canoni. in c. ſuper quibuſdam. §. præterea. de uer. ſig. Sozi. conſi. clxxvij. circa medium. ij. uolu. multò fortius iuriſdictio criminalis, & ius foculariorum. Videtur mihi, quòd non poſsit dici dominus terræ, & quòd iura prædicta loquantur in eo, qui largo mo-
32 do dominus dicitur. Nam* & ratione connexitatis uitæ, uxor etiam dicitur domina rerum uiri. l. j. ff. rerum amota. Ratione præeminentiæ ſeu gubernationis, publicanus dicitur dominus uectigalis. l. iij. §. primo. ff. de public. Ratione adminiſtrationis ſine dignitate, tutor dicitur dominus rerum pupilli. l. interdum. §. qui tutelam. ff. de furtis. l. qui fundum. §. ſi tutor. ff. pro emptore. Ratione honoris, patronus dicitur dominus liberti. l. cum quis. §. Seiam. ubi gloſſ. in uerbo, dominum. & ibi Bar. ff. de legatis tertio. & tamen nemo dixerit præfatos uocari poſſe dominos in actibus, contractibus, & commerciis, quæ per ipſos geruntur. Vocabitur ergo quaſi dominus iuriſdictionis in caſibus ſibi reſeruatis, & fiſcalium functionum. Et ſic fuit deciſum, non poſſe dici dominum Ru-
33 tiliani. Nonum * an domi. Marcanto. poſsit in terra Rutiliani tenere Capitaneum: qui in cauſis prædictis

ctis ius dicat. ꝙ non, adducit text. in authen. de colla. §. ad hoc prohibe-
34 mus.* ubi Præſes prouinciæ prohibetur in locis particularibus prouinciæ tenere officialem, qui ſuo nomine cognoſcat: & facit in authenti. de manda. prin. §. eos. & in authē. ut iu. ſine quoquo ſuffra. §. ut nulli quoq;. & ut nulli iudi. in prin. Item text. in c. j. de offi. ordi. libr. vj. ubi patet, ꝙ is q habet iuriſdictionem limitatā in certis caſibus in loco, ut eſt Archiepiſcopus in cauſis appellationum in diœceſi ſuffraganei ſui, nō poteſt tenere in loco illo officialē, qui in cauſis illis, antequàm occurrant, cognoſcat: & dicit ibi Hoſt. hoc eſſe contra Principes & prouinciarum Pręſides, qui licet in aliquibus locis ſibi ſubiectis nō habeant iuriſdictionem, niſi in certis caſibus: tamen quo ad illos caſus, conſtituunt tales officiales, qui quodammodo per alluuionem & latenter trahunt ad ſe omnem iu-
35 riſdictionem. Nam * potentioribus pares eſſe non poſſumus. ff. de alie. iud. l. iij. & uulgo dicitur, Vbi leo tenet pedē, cętera animalia quieſcunt. Et in hac illatione inſiſtunt ibidē Io. And. Gemi. Anch & Phili. de Fran. Et ex his infert eccleſia, ꝙ Marcanto. poſsit tenere Baiulum, ſeu alium, qui notet crimina, & illa deferat: iuxta l. j. §. pen. uer. & ſane. ff. de offi. præfec. urb. Pręſuppono ꝙ donatio eccleſię fuit eodem tempore facta, quo & reſeruatio cauſarum criminaliū cū d. limitatione, unde dictæ cauſæ apud dominum Regem remanſerūt, & ſic etiam ad d. Marcanto. tranſiuerūt cū eo iure & prærogatiua, prout erant ante donationem. Item ꝙ nedum d. cauſæ reſeruatę ſunt, ſed collationes feudorum quaternatorum: & adoha in ſuffeudatarios cum certa modificatione: & littora quo ad ciuilem & criminalē iuriſdictionē: quæ omnia demū conceſſa ſunt d. Marcanto. Videtur mihi ꝙ etiam ſi d. Marcanto. nihil aliud haberet, quàm dictas cauſas, poſsit ibi tenere Capitaneum: nihil enim prohibet, cum ſit iam utilis Dominus huius iuriſdictionis, quæ à principio erat libera apud regem, & pro ea potuiſſet ponere Capitaneū ſeparatum: ut idem poſsit etiā poſt conceſsionem ipſe & habentes cauſam ab eo: & qualitas hæc denotat diuerſitatem inter hunc caſum, & caſus iurium primo loco pro eccleſia
36 adductorum. Et ſi dicatur, ꝙ * dicta iuriſdictio nō cohæret territorio, ꝑ ea, quæ no. Bald. in c. j. §. econtrario. de inue. de re alien. fa. ubi not. quòd ſi aliquis habens caſtrum, emit in eo iuriſdictionē, iuriſdictio illa ſtabit ꝑ ſe: quia mœnia caſtri poſſunt eſſe unius, & iuriſdictio alteri⁹. Et ſic ſunt ad inuicem non ſolum ſeparabilia, ſed etiam ſeparata. argu. not. per Innocen. in cap. dilecto. de app. Et pro hoc facit, quod dixit Bald. in cap. j. §. fin. quib. mod. feu. amit. ubi dicit, ꝙ ſi aliquis habens prædia, & iuriſdictionem in prędiis, illa uendit, non trāſit iuriſdictio: quod firmat idem Bal. in cōſi. cxxxiij. iij. uol. facit etiam quod not. Curt. conſil. lvj. ix. colū. Reſponderi poteſt, quòd prædictæ doctrinæ nō arguunt iuriſdictionem non cohærere territorio, ſed quòd poteſt cōſiderari, ꝙ iuriſdictio Domini poteſt conſiderari ſeparata: id eſt, quòd unus habeat territorium, & alius iuriſdictionē ī eo: uidelicet ꝙ poſſunt eſſe domini: un⁹ reſpectu territorii,

 & redd

& redditıuum eius:alius reſpectu iuriſdictionis,& redditū eius:aliâs ſequeretur, ꝙ ſi forenſis in hac terra delinqueret, nō poſſet d.Marcanto. cognoſcere,& ꝙ poſsit tenere Capitaneum,facit Bal.cōſil.ccclxix.ij.uol. dicens ꝙ iuriſdictio cohæret caſtro.
37 Imo * iuriſdictio cohæret quatuor elementis,idem Bald.in conſil.cxlj.v. uol. Propter neceſsitatem & utilitatem ibidem habitātium; quia hoc modo defendi debet caſtrum à malis hominibus.l.congruit.ff.de offic. præſi.quod quidem non poſſet commodè fieri, ſi in eo non adeſſet Capi
38 taneus.facit:nam* ſi habēs decimam in territorio poteſt ibi tenere officialem,ſeu familiam, & cuſtodes,ut dicit Albe.in d.l.ſi ita.§.dominus.de uſu.& habi.per illum text.Iac.in uer. de Caſt.ij.col.ubi alleg.Ang.in auth. nec hæres.C.de litigio,qui nihil de hoc dicit.multofortius & is, qui habet iuriſdictionem.facit Luc.in l.fin. C.de loc.præd.lib.xj.qui in quæſtione illa,an dominus,qui cōceſsit ciuitatem in feudum,poſsit ibi tenere iudicem,dicit deciſionem pendere ab eo, an Papa in regno Siciliæ infeudato domino Regi poſsit tenere legatum ratione eccleſię.in quo refert tenere ꝙ ſic, per d.l.ſi ita.§.dn̄s,& l. ij.ff.de no.oper.nunt.licet ipſe hoc de Papa non affirmet.facit Laud.in tract.de confed.no.xvij.dicēs ꝙ ſtante conuentione, ꝙ ciuitas Florentina non poſsit derogare iuriſdictioni poteſtatis Aretii.ciuitas Florentina poterit nihilominus mittere Vicarium ad unum caſtrum ſubiectum dictæ ciuitati,per no.in l.collatores.C. de re milit.lib.xij.ubi Bart.facit.nam
39 *non inconuenit, ꝙ in loco ſeu ciuitate ſit aliquis habens iuriſdictionē in certis cauſis ſeu caſibus, prout ſunt rector militum in cauſis militaribus.l.fi.C.de iur.om.iud.Præfectus annonæ in contrahentibus annonā. l.j.C.de offi.pręfe.urb.ubi Bar.de officiali ſuper damnis datis.Conſul argentariorum ſeu mercatorum.l.uiri.ubi Bal.ff.de offi.pręfe.urb.inquiſitor in cauſis hæreticorum.c.ſuper hoc.de hære.lib.vj.Cle.j.eo.ti.cognitor criminalium cauſarum tantum.l. ſolemus.§.latrunculator.ff.de iudi. Peruſina ciuitas habet Baricellos cū poteſtate cōtra omnes bannitos Peruſii.Angel.in l.præcipit.C.de cano. largi.tit.lib.x.Meſſanenſes habēt officialem particularem cum pleno arbitrio in certis ſpeciebus maleficiorum. Bald.in c.pe.de offic.deleg.Et multa de his ponit Lud.conſi.cccxciij.incip.præſens conſultatio.Barba. in c.ſtuduiſti.de offi.leg.Fely.in c.pa-
40 ſtoralis.de offi.ordi.Et*licet Capitanei propriè dicātur ii qui feudum titulatum à Principe recognoſcunt, qui dicuntur Barones.Bal.in cap.j.in prin.de his qui feu.da.poſſ.ac etiam illi qui à dictis titulatis feuda recognoſcunt.d.c.j.in prin.c.j.de nat.feu. c.j.quis dicatur dux.in c.j.§.ſi Capitanei.de feu.march.Item illi qui de capitania,uel poteſtaria,uel rectoria alicuius populi ad uitā inueſtiretur, ut prouentus iuriſdictionis ſint ſui, ut dicit Andr.in d.cap.j.in prin.quis dic.dux.prout tēporibus antiquis de terris Baronū in iſto Regno fiebat. tn̄ hoc fuit extenſum,ut hodie Capitanei etiam uocentur.ij, qui abſq; ꝙ de poteſtaria inueſtiantur ad uitam, poteſtates etiam ad annum creātur: ideo And.in d.c.j.de nat.feu.j.col.dicit,ꝙ

eit, ꝙ hodie ex uſu iſta nomina attenduntur. l. Labeo. de ſuppell. lega.

Fuit uotatum ꝙ ſic. Decimum, an in mœnibus Rutiliani poſsit prohibere eccleſia, ꝙ depingãtur arma d. Marcantonii, cum per talem affixionem ſeu picturam deſignari uideatur res eſſe illius, cuius ſunt inſignia. l. qui libertatem. §. fi. & l. fi. ff. de oper. pu. quæ iura ad hoc affert Bar. Vero. in tra. ſerui. urb. in rub. de pa-
41 riete ſiue muro. iiij. col. Nec * uideatur conueniens, ꝙ Marcantonius, q nõ eſt dominus, habeat in muris ſua arma. Anch. in conſi. cxiij. concludit, ꝙ ſi habeo capellam in eccleſia, poſſunt fratres mutare ibi arma & ponere aliena me inuito: loquitur tamẽ in capellis ſitis in eccleſiis mendicantium. Itẽ loquitur in caſu, quo is qui uolebat ponere arma, erat de deſcẽdentibus ex fœminis fundatoris capellæ ſeu ſepulchri. & uide Bart. in l. j. §. pen. ff. de uentre in poſſ. mitt. Et ſi capella eſt ſub nomine Titii, an rector uel conuentus poſsit mutare nomen illius, & ponere ſub nomine alterius, & concedere alteri, Bart. in l. ij. §. fi. ff. de op. pub. ut refert Ang. in trac. de teſt. in uerbo. item mandauit conſtrui cap. unam. dicit ꝙ non poteſt illa arma antiqua mutare: ſed ego non reperi. Hoc uiſum eſt mihi ꝙ pendeat ab eo, uidelicet, an dominium murorum terræ uel ciuitatis ſit ciuium, an uerò Principis, an nullius. & ꝙ ſit nullius, eſt text. in l. in tãtum. §. ſacr. iũcta l. ſanctum. §. fi. ff. de rer. diui. & in §. ſanctæ. inſti. eo. ti. ꝓ quo eſt quod dicit Bald. in l. etiam. iij. col.
42 de execu. rei iudi. & * ꝙ ob debitum ciuitatis non poteſt fieri executio in muris eius: quoniam ſunt ſancti, & extra commercium, per d. l. ſanctum. quos uiolare capitale eſt. d. l. ſacra. §. fi. & l. fin. eo. tit. Quòd ſint principis,
43 facit: nam * nemo poteſt muros de nouo in terra uel ciuitate conſtruere ſine licentia Principis. l. opus nouum. uerſicu. publico. ff. de ope. pub. d. l. ſacra. §. pen. ff. de rerum diuiſio. l. nemo poteſt. C. de oper. pub. & Salyce. in l. per prouincias. C. de ædifi. priua. Et quòd ſint ciuium, facit tex. in d. l. per prouincias. C. de ædifi. priua. in l. omnes prouinciarum. C. de oper. pub. & ita tenet gloſ. in dicta l. per prouincias. clare loquens. & hoc ultimum uidetur mihi uerius, ut ſcilicet ſint ciuium: tamen quo ad eorum uiolationem ac alienationem, ſint ſancti. Nec obſtat dicta. l. opus nouum. cum ſimil. nam prohibitio, de qua in illis ll. locum habet contra priuatum, non autem contra uniuerſitatem. ita intelligit gloſ. in d. l. ſacra. §. pen. in uerbo, licet. gloſ. in d. l. opus nouum. uer. publico. glo. in d. l. per prouincias. in uerbo, ſui. gloſ. in d. §. ſanctæ. in gloſ. j. inſtitu. de rer.
44 diui. Si * ergo muri ſunt ciuitatis ſeu terrę, & ciues uolunt, ſeu permittunt arma do. Marcantonii apponi, non
45 debet prohiberi. Fuit deciſum, * ꝙ cum dicta regalis eccleſia ſancti Nicolai de Baro habeat uaſſallos & utile dominium dictæ terræ Rutiliani, & ſic dicitur & nominatur domina dictæ terræ, quòd nõ liceat d. Marcantonio ſua arma ſeu inſignia affigi ſeu depingi facere in parietibus & portubus dictæ terræ: ſed tantum in domo, ubi reſidebit ſuus Capitaneus pro iuſtitia miniſtranda. Vndecimum, an dictus Marcantonius
46 * habeat ius immittendi uexillum

ſuum tempore nundinarum, quæ in Rutiliano celebrantur. Et uidetur ꝙ ſic, ratione iurium quæ in territorio
47 habet; licet* dici ſoleat, ꝙ inueſtitura de comitatu fiat per uexillum, ſecundum And. in prologo, liquet uit. col. & hic non habet titulum comitatus. Et quòd inueſtitura de poteſtate gladii in territorio fiat per enſem, Bal. in c. j. ij. col. quæ ſit inueſtit. Et uidetur ꝙ debeat uexillum dñi Marcantonii præcedere, quoniam cæteris paribus debet præcedere uexilla illius, qui eſt in maiori dignitate ſecundum Bar. in trac. de inſig. & arm. in ij. col. arg. ff. de al. ſcrib. l. j. & C. de conſul. l. j. libr. xij. Fuit deciſum, ꝙ tempore & die nundinarũ, quæ fiunt in dicta terra Rutiliani, non liceat dicto Marcantonio, nec eius officialibus portare uexillum ſeu banderam in dictis nundinis.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſorio intentato per ſpoliatũ, qui paſſus eſt diſcuti de exceptionibus cõuenti concernentibus dominium uel quaſi, unde ſuccubuit in prima inſtantia: poteſt in ſecunda petere ut ſolum pronuntietur ſuper poſſeſſorio per ſe intentato, ſuſpenſo petitorio in exceptionibus deducto & nu. 11.*

2 *Poſſeſſorio & petitorio ſimul intentatis ab eodem in eadem inſtantia, poteſt actor petere petitorium ſuſpendi uſq; ad concluſionem in odium ſpoliantis ſaltem doloſi.*

3 *Concluſio in cauſa in prima inſtãtia, eſt ſuſpẽſa in appellationis cauſa: cum appellatio reſcindat omnia uſq; ad publicationem teſtium.*

4 *Inſtrumenta quæ non poſſunt produci poſt concluſum, lata ſententia in cauſa appellationis producentur.*

5 *Confeſſio criminis quæ poſt cõcluſum non poteſt propter crimen reuocari: lata ſententia in appellationis cauſa reuocabitur.*

6 *Appellatio reducit rem ad terminos, in quibus erat poſt litem conteſta. non autem ante.*

7 *Spoliatus conuentus petitorio à ſpoliante, poteſt uſq; ad concluſionem mouere iudicium ſpoliationis, quod quidem habet uim ſuſpenſiuam dicti petitorii: etiã ſi poſt litẽ cõte proponatur.*

8 *Poſſidere & non poſſidere quãdo habilitet aliquem ad proponendum poſſeſſorium.*

9 *Articulis impertinẽtibus productis & notificatis aduerſæ parti, quæ non opponit ante concluſum: non poterit amplius opponere.*

10 *Proceſſus ualet parte non appellante ab interlocutoria iudicis pronunciante articulos etiam impertinentes non eſſe reiiciẽdos iuxta oppoſitionẽ factã.*

11 *Supplicatio & appellatio ſunt ſimiles, & pari paſſu ambulant: exceptis quinq; caſibus, in quibus expenſæ differunt.*

DECISIO XXVIII.

IN CAVSA Magnifici Ioannis Philippi de afflictis cum Saluideis fuit dubitatum. Ioan. Philippus egerat in prima inſtantia contra prædictos de Saluideis ſuper* poſſeſſorio 1
officii cuſtodiæ maritimarum Calabriæ: & dum rei conuenti in eorum articulis ſeu exceptionibus poſuiſſent quædam cõcernentia dominiũ ſeu quaſi: Io. Philip. paſſus eſt de illis diſcuti, nec aliquid oppoſuit, unde ſibi preiudicauit: eſt enim hęc una ex limitationibus ad l. ſiquis ad ſe fundũ. C. ad leg. Iul. de ui, ut ſcilicet nõ procedat, qñ agens patiatur diſcuti de do

de dominio.c.j.de reſt.ſpo.Bar.in l. ſi duo patroni.§.idē Iulianus.in fin. de iureiur.Alex.in l.naturaliter.§.ni hil cōmune.xiiij.lim. de acqui.poſ. Lata fuit ſententia cōtra Io.Phil.ab ea extitit reclamatū ſeu ſupplicatū, an in iſta cauſa reclamationis poſsit Io. Phil.petere,ut ſolū pronūtietur ſuper poſſeſſorio primo loco per eum intētato,ſuſpēſo petitorio deducto in articulis:ac exceptionibus contentorū. Et certè quando ſumus in eo
2 * qui intētat petitoriū & poſſeſſorium,& in ea inſtantia uult ſuſpendere petitorium,eſt deciſum per c. paſtoralis.de cauſa poſſ.& proprieta.quòd poſsit uſq; ad cōcluſionem in odium uiolenti uel ſaltem doloſi. Illud c non loquitur in eo qui uult ſuſpēdere petitorium intentatū per partē,nec loquitur in cauſa appellationis,pro quo expreſſe Car. ibi.& Ancha.in d.cle.j. At tex.in cle.unica,de cau.poſſ.& propriet. ſtatuit q̄ in odiū ſpoliantis poſsit quis etiā in cauſa appellationis ſuſpēdere petitoriū etiam intentatū ab aduerſario, & econtra.Rota deciſi.ccv.in nouis tenet,q̄ illa cle.non habeat locum niſi in beneficialibus,uidelicet dum loquitur de ſuſpēſione petitorii intentati ab aduerſario : fatetur tamē, q̄ etiā ante illam cle.poterat quis in ſecūda inſtātia ſuſpēdere petitoriū, à ſe tamē intentatū,per d.c.paſtoralis.quod generaliter loqtur.& uult Rota in deciſi.cclxxxij.in nouis,incip.fuit dubitatum.q̄ nedū in prima & ſecūda inſtantia,uerū in tertia poteſt ſuſpendi petitorium:& loquitur de petitorio intentato ab eo qui illud ſuſpēdit:quòd d.cle.obtineat ſolū in beneficialibus,tenēt gl.j.ibi.& Io.And.& Pe.de Ancha.ult.colū.& Car.vj.col.uer.quartò quæro.firmās idē tenere Matth.idē tenet ibi Imo. ij.& iij.col.ſed quòd etiam in profanis idem ſit,tenet But.in d.c.paſtora-
3 lis.§.ſi uerò.ij.col.quia * concluſio in cauſa in prima inſtantia eſt ſuſpenſa in appellationis cauſa:cum appellatio reſcindat omnia uſq; ad publicationē teſtium:ut de teſti.c.fraternitatis.de iureiur.c.ueniens.de fid.inſtru.c.cum Io.C.de tempo.app.l.per hāc.& in hoc uidetur ſe firmare etiā Car.in d.c.paſtoralis.ante pē.colū.& Abb.ibidem ulti.col.uer.& aduerte. ubi alleg.Rotam,d.deci.ccv.& eam
4 reprobat.Inſtrumenta* quę nō poſſunt produci poſt cōcluſum,lata ſententia in cauſa appellationis producentur.Pau.in l.admonēdi.de iure-
5 iur.Confeſsio * quę poſt concluſum non poteſt propter errorem reuocari, lata ſententia in cā appellationis reuocabitur.not.in l.non fatetur.de cōfeſ.& in l.creditor.§.iuſſus.quan. app.ſit.Iaſ.in d.l.admonendi.xxviij.
6 col.in repetitione.Appellatio*reducit rem ad terminos, in quibus erat poſt lit.conteſt.nō aūt ante.Bart.in l. ita demū.de procur.& ibi Iaſ.iij.col. infert ad multa:& ideo ea quæ debebant opponi in cā principali ante litem conte.nō poſſunt opponi in cā appellationis : & uide infrà in fine iſtius deciſionis. Primò ergo contra Ioan Philipp.facit id quod ſuprà dictum eſt, uidelicet quia dicta Cle. prima,quæ permittit ſuſpendi petitorium partis aduerſæ in alia inſtantia, non habet locum in profanis. Niſi dicatur quòd in iure iſtud non procedat, uidelicet dicta limitatio ad Clemen.primam, ob contrarias

authoritates. Secundò facit cōtra Io.Philip.quoniā Abb.qui in c.ex conqueſtione.de reſti.ſpolia.iiij.co.uer.
7 quo ad ſecundum dubium.tenet* ꝙ ſpoliatus conuentus petitorio à ſpoliante, poteſt uſque ad cōcluſionem in cauſa mouere iudicium ſpoliationis ac reſtitutionis:& quòd tale poſſeſſoriū habet uim ſuſpēſiuam petitorii,etiam ſi poſt litem conteſt.proponatur.per tex.in d.c.ex cōqueſtione.& per d.Cle.j.reprobatur ꝑ Aret.& Iaſ.in d.§. nihil cōmune:ubi Aret. xiiij.col.& Iaſ.xix.col.tenēt cum Bar. ibi in iiij.cōbina. ubi uult, quòd ſi intentatur remedium recuperādæ poſſeſsionis poſt litem conteſt. in petitorio, procedetur ſuper utroque. & Bar.ſequuntur ibi Alex. poſt Imo. ac cæteri. Sed poteſt dari ſolutio. Nam
8 Are.& Iaſ.loquuntur in caſu quo* is qui mouere uult poſſeſſoriū lite pendente, non argueret ſpolium eius, quem conuenire intendit:quod non eſt in caſu noſtro.Item doctrina Bar. in d.iiij.combinatione limitatur per Imo.ibi.cum quo pertranſit Ale.ibidē.xxviij.col.ut non procedat,quando cōuentus petitorio, & agēs poſtea poſſeſſorio recuperandæ,diceret ſe nō poſsidere, per l.qui petitorio. cum gl.ff.de rei uendi.in qua Ale.dicit non probari hoc,ſed probari in l. is qui ſe obtulit.cum glo. eo.tit. hæc enim qualitas, uidelicet quia nō poſſidet,habilitare uidetur eum ad proponendum poſſeſſorium:quæ quidē qualitas ineſt Io. Philip. ex quo non poſsidet, & dicit ſe non poſsidere.

At in preſenti cauſa principaliter de duobus eſt hæſitatio. Prima, eſto 9 quòd poſsit quis etiam in ſecūda inſtantia ſuſpendere petitorium,etiam per aduerſarium intentatum: quod uidetur dubium, adhuc per notata per Aretin. in d. §. nihil commune. xv. col. qui dicit opinionem legiſtarum eſſe,quòd poſſeſſorium propoſitum poſt litem conteſtatam non ſuſpendit petitorium:& quòd c.ex cōqueſtione. loquitur in ſpiritualibus: &Cle.j.in beneficialibus.alleg.etiam pro ea Io.And.in Spe.de peti.& poſ. §.j.uer.ſed penè.ubi dicit, quòd hoc nunquam practicabitur:& magis firmat idem Aret. ibidem. xviij.col.qui dicit ſibi uideri uerum de iure ciuili, quòd exceptio ut prius cognoſcatur de poſſeſſorio,eſt præponenda ante litem conteſtatam, & quòd cōtraria loquūtur in ſpiritualibus uel beneficialibus de ęquitate canonica.& per notata per Pau. conſil. cclxxij. incip. quia per primum.j.& ij.col.ubi multa conſiderat contra opi. canoniſtarum tenentium communiter ſecundum eum, quòd habeat locum ſuſpēſio poſt litem conteſ. tamen hic non ſumus in petitorio principaliter intentato per aduerſarium, ſed excipiendo & incidēter:in quo gl. in c.j. de reſti.ſpoli.in gl.j.dicit,quòd actor qui conſentit ut reus faciat probationes de dominio,uidetur renūciare poſſeſſorio:aut ſaltem ſecundum Capram in priuilegio poſſeſſorii, quod non reperitur in eo qui poſſeſſorio agens contra illū qui prius egerat petitorio, pateretur procedi in utroq;,ut ſcilicet uideatur renunciare poſſeſſorio:nam ſi hoc eſſet uerū, non poſſet ſuſpēdere petitoriū,prout tenēt cano. in d.c.ex cōqueſtione. Quinimo uidetur,* ꝙ ſi poſt habitā notitiam articulorum impertinentiū pars contra quam producti ſunt, nō opponit

opponit; ſed patitur procedi ad aliquem actũ etiã ante concluſum, non poterit amplius opponere. nam dicit Are. in d. §. nihil commune. v. col. ꝙ
10 * ſi oppoſito ꝙ articuli impertinentes reiiciantur, iudex interloquitur non eſſe reiiciẽdos, uel procedit ad ulteriora: ſi pars non appellat; ualet proceſſus, & ſibi debet imputari: & tamen ſumus in actibus ante concluſionẽ. Bal. in l. certi condictio. §. quoniam igitur. ult. col. dicit quòd proteſtatio de impertinẽtibus ſeu nõ admittẽdis operatur, ut pars quæ tacet, non uideatur cõſentire. & Bart. in §. nihil commune. in v. combi. ſentit ꝙ qui patitur hoc, uidetur renunciare.

11 Secunda dubitatio eſt,* ex quo d. Cle. j. & Abb. loquuntur in cauſa appellationis: at hic nos ſumus in cauſa reclamationis ſeu ſupplicationis. Et licet dicatur ꝙ appellatio & ſupplicatio pari paſſu ambulant, ut Andræ. in c. j. §. his enim. ij. col. ſi de feu. inter do. & uaſſal. lis ori. & in l. imperialem. §. præterea ſi inter duos. xij. col. de phi. alie. per Fede. & in proœ. conſtitutionũ regni. v. col. niſi in caſibus expreſſæ differentiæ, qui ſunt quinque poſiti per Iaſ. in l. ſiquis aduerſus. C. de precib. impe. offe. & differẽtias inter ſupplicationẽ & appellationẽ ponit Imo. in c. ex literis. de in integ. reſti. & uide Imo. cõſi. cxlvj. iiij. col. in fi. ꝙ ſupplicatio eſt ſimilis appellationi, niſi in caſibus in quibus reperitur expreſſa differentia. Tamẽ inter alias differẽtias ponitur ea, uidelicet, ꝙ ſupplicatio conceditur ex gratia, & præſupponit ſententiã ualere: appellatio uerò dicit ſententiã nullam, uel iniquã: unde appellatio quamuis ſuſpendat ſententiã & concluſionem. l. j. in fi. ad Turpilia. & reducat ob id cauſam ad terminos, in quibus erat ante publicatum: ut Imo. in d. Cle. j. x. no. & ibi Card. & Abb. in d. c. paſtoralis. pe. col. & Rot. deci. ccclxxxij. in nouis. nihilominus hoc non uidetur poſſe dici in ſupplicatione: ut ſcilicet reſcindat uel ſuſpendat.

Fuit deciſum per omnes de conſilio, quòd d. ſuſpenſio locũ habeat.

SVMMARIVM.

1 *Teſtium ſubſcriptio de iure communi non requiritur.*

2 *Teſtium ſubſcriptio in Regno eſt de ſubſtantia, & in negocio excedente libram auri, debent eſſe tres teſtes ad minus ſubſcripti.*

3 *Notario & iudice mortuis ſuperuiuentibus, tamen ad minus duobus teſtibus poteſt inſtrumẽtum reaſſumi per aliũ notarium.*

4 *Teſte uno ſuperuiuente & notario, qui habet poteſtatem reaſſumendi ſua inſtrumenta: ſi teſtis aſſerat ſe interfuiſſe, tale inſtrumentum reaſſumi poteſt: ſin autem dicat ſe non recordari, compelli minimè poteſt ad ſe ſubſcribendam. & num. 9.*

5 *Teſtis teſtamenti tenetur præciſe ſigillum ſuum recognoſcere, & dicere ſi eſt uel non: nec ſufficit ei dicere ſe non recordari.*

6 *Teſtis inſtrumenti de iure communi dicendo ſe non recordari, non ob hoc minus ſtabitur inſtrumento: tanta enim fides eſt Notarii, quòd ei credi debet de præſentia teſtis: licet ipſe dicat ſe non recordari.*

7 *Scriptura, quã oportet coadiuuari teſtibus, & de per ſe fidem nõ faceret: ſi teſtis diceret ſe non recordari, uitiatur.*

8 *Teſtes aut ſunt neceſſarii in ſcriptura, aut ſupernumerarii: & quid ſiquis*

ipſorum deficit.

9 *Iudex in Regno non dat fidem notario, niſi fuerit ipſe præſens: nec notarius iudici.*

10 *Dotale inſtrumentum ſolus* Notarius, *etiam ſi omnes teſtes ſint cum iudice mortui, poteſt reaſſumere ad inſtantiam mulieris, de cuius dote ageretur: & non alterius.*

DECISIO XXIX.

IN CAVSA Honorabilis Pyrrhi Antonii Toraglies prætendentis, quòd Magnificus Nicolaus Agneſius, qui reperitur deſcriptus pro teſte in quodā inſtrumento ſeu protocollo, cōpeliatur ad ſe ſubſcribēdum in inſtrumēto, in quo ſuperuiuit ſolus Notarius & ipſe Nicolaus. Quātumcunq; ad mādatum ſibi de ſe ſubſcribendo factum cōparens, aſſeruit ſe nō recordari ſi interfuit pro teſte ita
1 an non. Conſtat & eſt indubitatū,* ꝙ de iure cōmuni non requiritur, quòd in inſtrumento teſtes ſe ſubſcribant. Pau.conſi.ccv.incip. non multum uidetur.j.col.ubi dicit quòd non reperit gl.uel doctorē aliquem dicentem requiri teſtiū ſubſcriptionē. & notatur in gl.cōſtit.inſtrumentorū robur. ſuper uerbo, ſubſcribāt. At in Regno eſt data forma per d.conſti.inſtrumē
2 torū robur. quòd * debet oſtendi inſtrumentū cum ſigno notarii & ſubſcriptione teſtium & iudicis: & quòd ſint teſtes tres ad minus in negocio excedente librā auri: Alia conſti. ba-
3 iulos diſpenſat, * quòd ſi mortui eſſent notarius, iudex: & ex teſtibus ſaltem duo ſuperuiuāt, poſsit inſtrumētū reaſſumi per aliū notariū. Modo
4 * ſumus in caſu quo ſuperuiuit unus teſtis, & in quo notarius habebat poteſtatem reaſſumēdi inſtrumēta ſua, in quibus unus teſtis uiueret, teſtis ipſe dicit ſe non recordari. Quòd teneatur præciſe ſe ſubſcribere, facit tex.in l.cum ab initio.cū l.ſeq.ff. quē
5 ad teſt.aper. quo cauetur, quòd * teſtis teſtamenti tenetur præciſe ſigillum ſuum recognoſcere, & dicere, ſi eſt, uel non eſt: non ergo ualet dicere quòd non recordatur: ſi non negat. Facit etiā Bar.in eo.ti.l.j.§.fi. ubi
6 tenet, quòd* ſi teſtis inſtrumēti diceret ſe non recordari, non ob hoc minus ſtabitur inſtrumēto. & cum Bart. tenent Ang.Bal.& Imo. idem tenent Inn.Ant.de But.& Imo.in c.cum Ioānes.de fide inſtr.ubi per Feli.pe.col. tanta enim eſt fides notarii, quòd ei debet credi de præſentia teſtis: licet teſtis ipſe dicat ſe nō recordari, prout clare ponit Pau. poſt prædictos in d.conſi. ccv. Quòd non, facit: nam prædictæ doctrinæ loquuntur de iure cōmuni, ſecundū quòd ſoli protocollo uel ſumpto ſine aliqua teſtium ſubſcriptione fides adhibetur. At hic ſumus in loco in quo teſtes debent eſſe ſubſcripti, & ad minus duo: unde hoc inſtrumētū ita à notario ſumptum per ſe fidem non faceret, adeo
7 quòd * quando teſtes non eſſent, habetur quodammodo tanquā ſcriptura priuata. & Bal.& Imo.in d.§.ſi quis neget. ac Feli.in loco præalleg. tenēt ꝙ quādo eſſemus in ſcriptura, quam oporteret coadiuuari teſtibus, & de per ſe fidem nō faceret, ſi teſtis diceret quòd nō recordatur, uitiatur ſcriptura: & idē uidetur clarè ponere Sa li.l.in exercēdis pe.col.C. de fide inſtru.ubi uolēs plenè materiā diſcutere, facit duo capita, primum de teſtibus neceſſariis ad inſtrumēti ualidi-
8 tatē: & dicit, quòd* ſi unus deficit, inſtru

ſtru ma

ſtrumētū uacillat, per d.l.j.§.fi.q.ēad teſta.aper.ſecundum capût ponit de teſtibus ſuper numerarus, & non neceſſariis:& hoc ſecundo caſu ſubdiſtinguit:aut teſtis dicit ſe non recordari,aut ſe non interfuiſſe. Vnde ſenſus ſuus eſt,quòd in primo capite nō diſtinguatur quomodocunq; teſtis dicat,uel quòd nō recordatur,uel ꝙ nō interfuit:ut utrobiq; inſtrumentū uitietur. Facit etiā c.regni, Itē caueāt
9 iuſtitiarii.in fi.ubi dicitur, * quòd iudex non det fidem notario, niſi ipſe fuerit præſens:nec notarius iudici.& quòd idē intelligatur de teſtibus, bona gl.eſt ibi.Domini de conſilio habuerunt pro claro,quòd teſtis iſte nō poſsit cōpelli ad ſe ſubſcribendum: tandē per Pyrrhum Antonium fuit productum quoddā c. ſeu litera Re-
10 gis,qua ſtatuitur,quòd *quādo inſtrumentū eſt dotale,prout erat illud,de quo nūc agimus,notarius ſolus, etiā ſi omnes teſtes ſint cum iudice mortui,ſi ipſe ſupereſt, poteſt reaſſumere. ſed ad hoc fuit dictū, quòd is qui petit reaſſumptionem, nō eſt mulier ipſa,de cuius dotibus ageretur.

SVMMARIVM.

1 *Carcerari quis non poteſt,uel accuſari,uel in tormentis poni:niſi præcedentibus indiciis,& diffamatióne in cauſa criminali.*

2 *Fideiuſſoribus relaxari quando poſsit inquiſitus in criminibus,in q̄bus impo nitur pœna corporis afflictiua. et nu.7.*

3 *Literas Papæ ſiue Regias de falſo dubias gerens debet cuſtodiri.dummodo taliter ſuſpectus non det idoneam cautionem fideiuſſoriam.& nu.ſeq.*

4 *Falſitatis crimen habet ſpeciale, quòd ſuſpitio habetur pro ueritate, ſi adſit aliqualis diffamatio.& nu.7.*

5 *Fideiuſſoribus non committitur inquiſitus propter ſceleris magnitudinem.& num.7.*

6 *Falſificanti literas Papæ utrum detur pœna mortis.& num.ſeq.*

7 *Coniecturæ quando ſufficiant ad pœnam, & quando ad probandum in cauſa ciuili & criminali.*

DECISIO XXX.

IN CAVSA Nobilis Gaſparis de Reſtaino inculpati de fabricatiōe falſi priuilegii:uiſo per S.C.ac plures expertos priuilegio, ac præſuppoſito quòd omnibus uiſum fuit eſſe ſuſpectum de falſo:dubitatū eſt an Gaſpar poſsit detineri.uide Cæp. conſi. xl.xj.col.dum alleg.gl. xxiiij.q.v.c.cū homo. Aduertendum tamē eſt,quòd
1 * oportet quòd diffamatio ſiue indicia præcedant:ſine indiciis autem, & ſine ſuſpicionibus præcedentibus,& diffamatione in criminali nō poteſt ad aliquem actum iudex procedere uel capturæ,uel accuſationis perſonæ,uel tormentorum. Ang.in tracta. mal.uerbo, fama publ.ij.col. in prin. & ibi in eadē col.in fi. Et de eo * qui 2
petit ſe fideiuſſoribus relaxari, uide Aretinum in d. uerbo,fama publica. xviij. col. quòd nō poteſt in criminibus,in quibus ueniret imponēda pœna corporis afflictiua:quod intelligendū fortè eſt,ubi conſtaret ne cōtradicat antedictis. In quęſtione igitur præpoſita,quòd poſsit detineri, facit tex.in c.in memoriā.xix.diſt. ubi
3 ſi * aliquis produceret literas Papæ de falſo dubias, debet cuſtodiri. & idem firmat text. in c.ij.de reſcrip.in fi. & in c.ij. de falſ. & Andr. in conſt. per literas. extendens dictos canones etiam ad literas regias. Item fa-
4 cit:nam* in crimine falſi eſt ſpeciale,

 quòd

quòd ſuſpicio habetur pro ueritate & falſitate: ut in d.c. in memoriam. per glo.magnam,dum alleg.l. iubemus. C. de proba. ſequuntur ibi Archi.& Gemi. uterque in ult. col.in fi. quos refert Alex.conſi.lxxvij.ij.col.j. uol. Ad primum poteſt reſponderi,quòd licet iura prædicta dicant debere detineri taliter dantem uel præſentantem:tamen hic non præſentauit Gaſpar,ſed coactus dedit: item quòd Arch.in d.c.in memoriam. iſta limitat, quando taliter ſuſpectus nõ poteſt dare idoneam cautionem fideiuſſoriã.& ſequuntur Gem.& Car. Alex. ibidem. & Feli.in d.c.ij.x.& xj. col.de reſcript.Et licet Archi.in loco
5 præallegato ſubdat,quòd* quandoque propter ſceleris magnitudinem nõ committitur quis fideiuſſoribus. l.diuus.ff.de custo.reo, tamen nõ uidetur diſcedere ab eo quod primò dixerat:ſed uide bene,quoniã Arch. ac cæteri qui eũ referũt & ſequũtur,
6 uidentur tenere,ꝙ*in falſificante literas Papæ,non ſit pœna mortis,ſed ſolum ea quæ de iure cõmuni ſtatuitur in quolibet falſum committente, iuxta terminos cap.falſariorum. de falſis.qnimo Car.Alex.in d.c.in memoriã.in pen.col.in falſante literas Principis dat pœnã deportationis, & publicationem omnium bonorũ: quod ſentit etiã Fel.in d.c.ij.dum dicit,ꝙ in hoc falſantem literas Papæ poteſt ſequi pœna mortis comparabilis prçuia degradatione,iuxta c.ad falſariorum.& hoc etiam uidetur tenere gl.in d.c.ad falſariorum. unde non ſine myſterio dicit Arch.quòd ob ſceleris magnitudinem quis non committitur fideiuſſoribus, quoniã hoc ſcelus in quo non uenit pœna mortis naturalis,non habuit pro magno,& licet quandoq; pœna falſi ſit mors naturalis,ut no.Cy.in l.j.C.eo. & Ancha.in d.c.ad falſariorũ.iij.col. tamen iſtud delictum in falſificante literas Papæ, non ponitur inter illa, in quibus eſt pœna mortis naturalis: & de iure canonico falſans ſigillum Regis debet bullari.c.ad audientiã. de falſis.quamuis Sal.in l.maiorem. C.de fal.teneat,quòd ſit pœna mortis naturalis,per tex.illum qui dicit maiorem.contra quod tenet gl.in d. conſtit.qui literas. At nos hic ſumus in caſu,in quo ſecũdum iura ciuilia attenta opinione Sal.item ſecundum iura Regni,ut in d.c.ut quę ab excellẽtia noſtra.aliàs incipit cõſtitutionem,eſt pœna mortis: unde uidetur,ꝙ ſimus in caſu quo ſit ſceleris magnitudo. & iſtud fulcitur,
7 quoniam* de iure quando ſumus in crimine in quo uenit imponẽda pœna corporalis,non uenit quis relaxandus fideiuſſoribus.Bart.in l.prima.de custo.reo.gloſſ.xxv.q.iij.cum homo.Imo.in rubri.de fideiuſſorib. cum concord.de quibus per Feli.in d.capitu.ij.ſed hæc reſolui uidentur pro Gaſpare,per conſtitu.Regni,humanitate.qua ſtatuitur, ut etiam in caſibus ubi eſt pœna mortis naturalis,quibuſdam exceptis, habeat locum fideiuſsio. Ad ſecundum etiam reſpõderi poteſt,quòd ad hoc,ut in crimine falſi ſuſpicio pro ueritate habeatur,requiritur diffamatio ſaltem aliqualis.ita Pet. & Cy.in l.ubi. C.de falſis.refert Ana.ubi ſuprà.iiij. colum.qui clarius & proprius loquuntur,quàm Fede.ad hoc allegatus.conſi.ccxix.præterea Ana.in cõ-
3 ſilio xlix.uidetur firmare, ꝙ * tunc

in

in iſtis arduis & atrocioribus ſuffi-
ciant coniecturæ ad illa probanda,
quãdo ageretur ciuiliter: & ponit in
crimine uſurarum & falſi. ſed hoc
non uidetur procedere: nam Archi.
in d.c.in memoriam. & alii ſuprà al-
legati dicunt, ꝙ ex tali ſuſpicione
proceditur ad pœnam.

SVMMARIVM.

1 *Feudum tranſit ad monaſterium ſaltem quo ad commoditates durante uita uaßalli: quando ſeruitium poteſt æquè præſtari per monaſterium, ſicut poterat per ipſum uaßallum. & nu. 3. Fallit ſi deberetur militia: quia tunc non tranſit etiam momento. eo. nu.*

2 *Feuda perduntur per ingreßum religionis.*

3 *Feudatarius qui aliàs eßet inhabilis, ſi per inueſtituram uocatur ad feudũ: & ſic admittitur ad ſeruiendum per ſubſtitutum: licet aliàs ex natura feudi non admitteretur: & tunc feudum dicetur nõ habere propriam naturam feudi.*

4 *Feudum, quod nõ poteſt pertinere niſi ad hæredes ſanguinis: ut regnũ, ducatus, & baronia, non tranſit ad monaſteriũ, ſed remanet ſuo generi, ut fuit in beato Ludouico.*

5 *Feudũ dignitatis, quod non tranſit niſi ad hæredes ſanguinis, non tranſit ad monaſterium, etiam quo ad commoditates durante uita ingreßi.*

DECISIO XXXI.

IN CAVSA Sancti Coſmati de
Vrbe ueteri: ex quo propoſuit de
commoditatibus, uera uidetur deci
ſio, ꝙ quãdo ſeruitiũ iuxta feudi cõ-
ditionẽ poteſt æquè præſtari p mo-
naſteriũ, ſicut poterat per ipſum ua-
ſallũ: ut quia nõ eſſet militare ſerui-
1 tiũ, feudũ* ipſum tranſit ad monaſte
riũ, ſaltẽ quo ad cõmoditates durãte
uita uaſſalli. ita Bal. in c.j.j.col. de mi
li. uaſal. qui ar. bel. depo. refert & ſe-
quitur ibi. Alua. iij. col. Si enim debe
retur militia, non trãſit etiam momẽ
to: & ita loquitur d.c.j. & ſic reſoluã
2 tur omnia iura uolentia ꝙ * per in-
greſſum religionis feuda perdũtur,
ac omnes authoritates, & præcipuè
cõſtitutio Regni, errores eorũ. in fi.
idẽ firmat Bal. in auth. niſi rogati. C.
ad Treb. quẽ refert, & ſequitur Ale-
xã. conſi. x. iij. col. v. uol. & Anto. in c.
in pręſentia. xvj. col. de proba. tam in
primo mẽbro, ubi clarè hoc dicit:
quàm in iij. col. xvij. ubi dum dicit,
quód quãdo feudũ haberet annexũ
tale ſeruitium, quod nõ poſſet præ-
ſtari per monachum, uel per mona-
ſteriũ in illius perſona, licet poſſet
præſtari per ſubſtitutum, non admit
titur ad feudum monachus, etiã ipſo
uiuente. ſubiungit hæc uerba, uide-
licet, quod eſt contra dicta doctorũ.
fatetur Aret. doctores tenere præce-
dentem opinionẽ, de qua ſuprà pri-
mo loco dictum eſt. Itẽ uera uidetur
3 concluſio, ꝙ * quando per inueſtitu
ram uocatur aliquis ad feudum, qui
aliàs eſſet inhabilis: licet aliàs ex na-
tura feudi nõ admitteretur quis ad
ſeruiendum per ſubſtitutũ: tamẽ iſte
inhabilis admittitur. Andr. in c.j. de
mili. uaſal. qui ar. bell. depo. in c. qui
clericus. ſi de feu. fue. contro. in c. ſi
quis deceſſerit. j. col. eodem tit. in c.
j. in fin. de benefi. fra. in c.j. in fin. de
cleri. qui inueſti. fec. in c.j.j. colum.
an mutus. in l.j. §. firmiter. iiij. & v. co
lum. de prohi. alien. feu. per Fede. &
quo ad hoc dicetur feudũ nõ habẽs
propriam feudi naturam, de quo in
cap.j. de feu. non habe. propr. natu.
feu.

feu. & in multis aliis locis. Bald. in c. qui cleric. ſi de feu. fue. controuer. tenet ꝙ ſi uaſſallus eſt factus clericus in ſacris, ita demũ perdit, ſi dominus uelit: ſed ſi eſt factus monachus, omnino uacat, quia habetur pro mortuo. Bal. in c. inter dilectos. de fid. inſtru. tenet ꝙ ſi habens quis feudũ ab Imperatore, etiã comitatus, illud nõ perdit per adeptionem epiſcopatus. Feli. ibi. in iij. col. dicit aliud eſſe, qñ quis efficeretur profeſſus, quia tunc perdit comitatum & omnẽ nobilitatem, per gl. in c. ſcripſit. per illũ text. xxvij. q. ij. & nõnulla alia iura. His præſuppoſitis reſultat, ꝙ quantumcunq; feudũ eſſet talis naturæ, ꝙ in eo ſubſtitutus nõ admitteretur, & ꝙ non poſſet ſeruitium æquè præſtari per monaſteriũ: & ob id ſi maſculus feudatarius efficeretur monachus, illud incontinenti amitteret, adeo ꝙ etiã commoditates ad monaſterium non tranſirent: ut ſuprà dictum eſt: quoniã feudum uerũ & regulare nõ trãſit ad monaſterium: tamẽ quando is qui haberet hoc feudum, eſſet fœmina: ex quo ipſa fœmina ſemel fuit habilitata per legẽ ad ſeruiendũ per alium, quod ſcilicet ſeruire per aliũ, põt ita cõmode fieri per monaſteriũ, ſicut per ipſam: feudũ tale quo ad cõmoditates in eccleſiã debet tranſire: & hac illatione utitur Feli. in d. c. in præſentia. xxiiij. col. & eum ſequitur Cur. ij. parte ſui tract. q. xx. Cõtra hęc ſtringit Bal. in l. deo nobis. v. col. uerſicu. iiij. no. de epi. & cle. & in l. data opera. xvij. col. C. qui accu. non poſſ.
4 ubi uult, ꝙ * quando ſubſtantia ingreſsi eſt naturæ talis, ꝙ non poteſt pertinere niſi ad hæredes ſanguinis, ut Regnum, Ducatus, & Baronia, huiuſmodi non tranſeunt ad monaſterium, ſed remanet generi, ut fuit in beato Ludouico: licet ibi fuerit alia ratio, uidelicet quia de ordine mino-
5 rum: & * ꝙ talia feuda quæ nõ trãſeũt niſi ad hæredes ſanguinis, non trãſeãt ad monaſteriũ, etiam quo ad cõmoditates durante uita ingreſsi, tenet in propriis terminis Car. Alex. in c. j. §. & quia. xv. col. de his qui feuda. poſ. Inueſtitura autẽ in feudis ſeu caſtris de quibus agitur, dicebat hoc modo, patri roganti pro ſe & hæredibus ex ſuo corpore legitimè deſcẽdentibus: ergo &c. Sed ad hoc patet reſponſum, ꝙ Bal. loquitur in perpetua tranſlatione, non de ea quæ eſt ad uitam feudatarii. & hoc dictũ ita ſtringit Ale. in d. conſi. x. ulti. col. Secundò reſpondetur, ꝙ Bal. non habuit reſpectum ad feuda omnia, ſed ſolum ad feuda dignitatũ, quæ multa habent ſpecialia, ut in ca. j. de feu. March. per Bal. & Alua. ibi. in §. Capitanei. præterea ſi dictũ Bal. ſimpliciter intelligeretur, eſſet contra eã quę dixit in d. c. j. de mili. uaſſall. & in d. authẽ. niſi rogati cum in omnibus feudis non ueniunt niſi hæredis ſanguinis. & appellatione hæredis, is tã tum uenit. c. j. §. cum uero. de his qui feu. da. poſ. c. j. §. item ſi fuerit. quib. mod. feu. amit. c. j. de ſucceſſ. feu. cum ſimilibus.

SVMMARIVM.

1 *Clericus de iure communi non ſuccedit in feudo: ſecus eſt in Regno, in quo præcisè Rex poteſt compellere feudatarios ad ſeruiendum perſonaliter.*

2 *Vaſſallus habet electionem de iure cõmuni ſeruire perſonaliter, uel ſoluere adoham: quod non eſt in regno.*

3 *Feudum ſi eſt exiguum, non præſtatur ſeruit*

ſeruitium militare integrum, ſed ſit ſolutio in pecunia.

4 *Hæredes plures unius uaſſalli, qui diuiſiſſent ſibi feudum, dabunt unum de ſeipſis ad ſeruitium domino præſtādū.*

5 *Feudum debet aſcendere ad ſummam unc.xx.ut præſtetur integrum ſeruitium militare.*

6 *Naturalis filius largo ſumpto uocabulo dicitur natus ex ſoluto & ſoluta: ſic etiam inceſtuoſus, & adulterinus, & natus ex ſerua etiam aliena: ſed filius uerè naturalis dicitur, qui naſcitur ex concubina.*

7 *Spurius an ſit infamis, & incapax feudi: & quid de naturali tantum. nume.9.& 10.*

8 *Infames à dignitate repelluntur.*

9 *Nobilitas acquiritur per inueſtiturā feudi habentis uaſſallos, & annexam iuriſdictionem.*

10 *Spurius poteſt eſſe decurio, ſi non habet naturalem & legitimam.*

11 *Feudum, quod non habet uaſſallos, nō dat nobilitatem.*

12 *Soror uenit appellatione fratris.*

13 *Reſcriptum debet continere ea quæ potuiſſent mouere Principem ad non cōcedendū, uel ad difficilius cōcedēdū.*

14 *Supplicatio ſi exprimat falſum: & taceat uerum, differt inter ſe: nam primo caſu uitiatur gratia: ſecundo caſu non, ſi taceantur ea de quibus reperitur iure expreſſum, quod Princeps eis expreſſis adhuc gratiam conceſſiſſet.*

16 *Reſcriptum continens aliquid falſum, quo ſi fuiſſet expoſita ueritas, multo fortius Princeps conceſſiſſet, nō uitiatur.*

17 *Princeps an & quādo fuiſſet aliquid conceſſurus: attenditur communis ſtilus Cancellariæ.*

DECISIO XXXII.

IN cauſa magnificæ Mariellæ Morimilis cum Andræa Morimili ſuper feudo Fautiani, quod Andræas ipſe tenet ex donatione ſibi facta ꝑ quōdam Reuerendū Nardum Morimilē Archiepiſcopum Surrentinum eius patruum, mediāte quodā aſſenſu regis Ferdinandi primi. Obſtat primò prefato Andrææ, quoniā in dicto aſſenſu narratum eſt & expoſitū, ꝙ idem Archiepiſcopus tenebat feudū legitimè & pleno iure ex ſucceſ-
1 ſione paterna: nam * clericus prout erat ipſe Nardus, qui tēpore delati feudi erat prælatus, non ſuccedit in feudo, & afferendo iura quæ loquūtur in clerico, eſt text. in c.j. de bene. fra. in c.j. an mutus: & in c. qui clericus. ſi de feu. fue. cōtro. nam tex. in c. j. de mili. uaſſal. qui ar. bene. depo. loquitur in intrāte religionē, & ſic in clerico regulari. At contra hoc faciunt nonnullæ authoritates relatæ per Laud. & Car. Alexā. in c.j. §. & q̃a. de his qui feu. da. po. Feli. in c. in pręſentia. de proba. Barb. in rub. de feu. Iac. in tracta. feud. in uerſi. & quibuſcunq; hæredibus. & Cur. in tract. feu. iij. parte. uerſi.x. & in ſpecie Bald. loquēs de epiſcopo in c. inter dilectos. de fid. inſtr. ubi etiam Felin. & etiam Abb. qui loquitur de Archiepiſcopo Neapolitano, qui erat Comes: quæ quidē authoritates eſto ꝙ in Regno nō obtinerēt, in quo præcisè d. Rex poteſt cōpellere feudatarios ad ſeruiendum perſonaliter, ſecūdū And. in c.j. ulti. col. q̃s dicatur dux. & in c. j. §. fi. ij. col. de cap. qui cur. uendi. q̃d
2 nō erat de iure * communi, ſecundū quod eſt in electione uaſſali: ut in l. imperialem. §. firmiter. ubi Alua. de prohi. feudi alie. per Fede. & in l.j. in fi. ubi etiam Alua. & alii. de pace iur.

hi &

ſir.& in c.j.§.ſimiliter.de cap.Corra.
2 Tamen* in feudis in quibus ſeruitiũ militare integrum ob feudi exiguitatem nõ põt exhiberi, quo caſu fiat ſolutio in pecunia:ut in c.j.in prin.v. col.de cõtro.feu.apud pa.ter. & per And.pro quo eſt c.Regis Roberti,qđ incipit,comiti &c.ut idem Andr. qui in c.omnes.ſi de feu.fue.cõtro.ij.col.
4 dicit,quòd* quando ſunt plures hæredes unius uaſſalli,qui diuiſiſſent ſibi feudũ,dabunt unum ex ſe ad ſeruitium domino præſtandũ. & in d.c. j.de contro.feud.apud pa.ter.ubi dicit,ꝙ adunabunt ſe tot, quot facient unum militẽ:uel ſoluent ꝓ parte &c. loquitur in pluribus, qui ut hæredes unius feudum tenent, licet diuiſum: quod nõ eſt hic, cũ neſciatur origo qualiter hoc feudum,& quo iure diminutum ſeu diuiſum extiterit: præ-
5 cipuè * cum totum feudũ unitum nõ aſcẽdat ad ſummã unc.xx.prout ſunt feuda,pro quibus integrũ ſeruitium militare præſtatur:ut per And.in c.j. §.ſi quis de mãſo.de contro. inueſti. in c.j.iij.col.de uaſſal.decrepi.æta.in d.c.j.§.fi.ij.col.de capi.qui cur.uẽ. & in c.j.§. fi.v.col.de contro. inter maſcu. & fœmi. ac in aliis locis uidetur poſſe ſuſtineri,ꝙ clericus ſeu epiſcopus ſuccedat. Obſtat ſecundò: nã in aſſenſu prædicto narrať ꝙ Andr. erat filius naturalis duntaxat quondã Berardini eius patris, & in uerita
6 te erat ſpurius:licet* enim poſsit dici, ꝙ largo ſumpto uocabulo, quilibet natus ex ſoluto & ſoluta dicatur naturalis filius,ſecundũ Abb.in c.per uenerabilem.vij.colũ.qui fil.ſint leg. & ibi Car. Alex. vj.col. & ſic etiã inceſtuoſi, & adulterini, per gloſ.ibi.in uerbo,non naturalibus.& no.per Io. And.in Speculo. qui fil.ſint legi.circa prin.& tenet expreſsè Bal. conſi.ccc-xliiij.iiij.uolu.adeo ꝙ etiam ſi natus quis ſit ex ſerua, quem iura ipſa naturalem uocent:ut eſt tex.in l.ſi ex liberta.C.de lib. cau.in l.Lucius.§.fi.ff.de lega.ij.in l.ſi rogatus.§.mulieri. ff.de manu.uindi.in l.ſi quis ingenuam.ff. de capt.etiã ſi ex ancilla aliena ſit natus,ſecundum gloſſ.in l.fi.in glo.j.ff. de iur.deli.& eſt tex.in l.naturalis. in fi.iũcta gl.j.ff.de præſcrip.uer.de quo per Lud.conſi.cxciiij.ij.col. q loquitur de nato ex ſerua propria. & per Ludo.de ſardis in tract.de legitimatione.ij.parte.ij.col.& iiij.parte. uerſextò quæritur. ut ſic dicať filius naturalis ad differentiam legitimi & naturalis:ut dicit glo. in l.idẽ ſermo. ff.de reg.iu. ſecundum quæ non fuit erratum in expoſitione,dum dictum eſt Andræam eſſe filium naturalem, id eſt,non legitimum:tamen uerè filius naturalis eſt is qui ex cõcubina naſcitur.Io. And.in loco præallegato.& Abb.in d.c.per uenerabilem.vj. col.Bal.in l.eam quam. C.de fideicõ.
7 ſi* ergo Andræas erat ſpurius, erat infamis ſaltem infamia facti, ſecundum Azo.in ſum.ex quib. cau.infam. irro.j.col.& Car. Alex.in c.naturales. ſi de feu.fue.contro.in prin.ubi allegat plures authoritates de hoc: & etiam Bal.ibidem, qui hoc nõ dicit:&
8 ſic erat incapax feudi, ex * quo infames à dignitatibus repelluntur. regula,infamibus.de reg.iur.in c. inter dilectos.de exceſſ.præl.& l.neq;. C.de dignita.lib.xij.& à iudicando. l.cum prætor.§.non autem omnes. ff.de iudi.ſuccedit quod no.Bal.in quibuſdã libris,in c.j.in princ.de his qui feuda.po.uidelicet ꝙ ſi ſpurius eſt inueſtitu

ſtitus à domino de feudo paterno ignoranter, non debet habere feudum, ſi dominus credebat eum legi-
9 timum. Præcipuè * quia per infeudationem acquiritur nobilitas: ut in c.j. de his qui feu.da. poſ. in princ. & ibi Aluar.j.col. & c.j. quis dicat dux. ubi etiã Alua.ij.col. At cõtra hæc facit: nam attentis prædictis, etiam naturalis natus ex concubina eſſet infamis. Ita loquitur Azo. & Car. Alexã. & tamen in aſſenſu dicitur hunc eſſe naturalem. Item facit: nam non reperio ſpurium eſſe incapacem feudi acquirendi de nouo, etiam ab ignorante eum ſpurium: Si enim eſſet uſquequaque infamis, repelleretur à teſtificando: quod tamen nõ eſt iure cautum. Non enim omnis infamia eſt ſufficiens ad feudi priuationem. l. j. §. illud. quæ fuit pri. cau. bene. amit.
10 Item * ſpurii poſſunt eſſe decuriones, ſi non habent naturalem legitimũ. l. generaliter. §. ſpurios. & l. ſpurii. ff. de decur. & Bal. in l. j. viij. col. ff. ſoluto mat. Item maximè debent eſſe capaces feudi, in quo nõ ſunt uaſ-
11 ſalli: nam illa * feuda ſolum habent dignitatem, quæ ſunt titulata: uel habent annexam iuriſdictionem: ut no. in d. cap. j. quis dicatur dux. quinimo feuda, quæ non habent uaſſallos, nõ præſtant etiam nobilitatem, ut tenet expreſſe Lucas in l. mulieres. C. de dignita. lib. xij. Obſtat tertiò prædicto Andreæ, dum in aſſenſu narratũ eſt, quòd Archiepiſcopus non habebat fratres: & ſic nedum fuit tacitum de ſorore quæ extabat, uerum fuit
12 negatum: cum * appellatione fratris ſoror etiam contineatur. l. tres fratres. C. de pact. ubi docto. cum aliis, quę multa adducuntur. Exprimenda
13 enim ſunt ea * quæ potuiſſent mouere Principem ad non concedendum, uel ad difficilius concedendũ. c. poſtulaſti. de reſcrip. c. ſi motu proprio. de præben. in vj. Abb. in c. ſuper literis. de reſcrip. & ibi Feli. vj. colũ. Rex aut non dediſſet aſſenſum, aut cum maiori difficultate, quando ſciuiſſet ſupereſſe ſororem. At contra hoc facit deciſio Egidii Bellemeræ, deciſ. dcxcviij. ult. col. quam alleg. Feli. in dicto c. poſtulaſti. iiij. col. ſed hæc eſt potius contra Andr. cum fa-
14 ciat differentiam, an * exprimatur falſum, an taceatur uerum: ut primo caſu uitietur gratia: ſecũdo caſu nõ: niſi taceantur ea de quibus reperitur iure expreſſum, quòd Princeps eis expreſsis adhuc gratiam conceſſiſſet: & faci t Salyc. in l. præſcriptione. C. ſi contra ius uel uti. pu. iij. col. quem alleg. Feli. in c. ij. uerſi. clauſula, ſi preces ueritate nitantur. de re-
15 ſcrip. qui dicit, ꝙ iſta clauſula locum ſibi uendicat, quando Princeps non fuiſſet aliàs conceſſurus. Item facit, &
16 melius iudicio meo. Nam * quando in literis gratiæ etiam exprimitur aliquid falſum, quod ſi fuiſſet expoſitũ uerum, multo fortius Princeps conceſsiſſet, nõ uitiatur gratia. Feli. no. in d. c. ſuper literis. ij. col. allegat Rotam deciſi. lxvij. in antiquis. in tit. de reſcrip. ſed ſi in aſſenſu fuiſſet expoſitum, ꝙ extabat ſoror: Princeps multo fortius conceſsiſſet quàm in caſu deficientis ſororis: ex quo in primo caſu feudum non fuiſſet deuoluendum ad curiam: in ſecundo ſic; & tamen dedit aſſenſum: Ergo multo fortius dediſſet, maximè quia paſsim omnibus dari conſueuit, ubi feudum non erat Regi aperiendum. Item facit Lapus in allega. lxxxvij. duo prælati, quem allegat Feli. in d. c. ſuper

17 literis.vj.colum.dum uult,quòd* ad cognoſcendum an Princeps fuiſſet conceſſurus an non, attenditur communis ſtilus Cancellariæ. Fuerunt uaria uota.

SVMMARIVM.

1 *Variare non poteſt creditor,qui ſemel egerit ſuper aßiſtentia certorum bonorum uigore inſtrumenti, & ſententiam reportauerit: modo intendit pro eadem quantitate agere aßiſtentia ſuper aliis bonis in prima lite non contentis.& nu.3.*

2 *Hypothecaria non tollitur niſi ſecuta ſolutione: etiam ſi fuerit iudicatum ſuper debito.*

3 *Creditor uariare non poteſt, ſi ſemel eſt lis cõteſtata ſuper una ſpecie bonorum:uel ſuper re electa iudex pronunciauerit fore fiendam executionem.*

DECISIO XXXIII.

IN cauſa magnificorum Leonardi & Franciſci comi.cum magnifico Ioanne Angelo de ſancta ſede fuit dubitatum : an dominus Leonardus & Franc. qui ſemel egerunt contra præfatum Ioan. Ang.ſuper aſsiſten-
1 tia,*& appretio certorum bonorum 3
uigore inſtrumenti, ſententiámque in eorum fauorem obtinuerunt:poſſint ad præſens pro eadem quantitate & debito uariare,& agere aſsiſtẽtia, & appretio ſuper aliis bonis in prima lite non contentis:omiſsis primis. Pro parte affirmatiua facit tex. in l. grege. §. etiam.ff.de pigno. ubi
2 habetur, quòd* actio hypothecaria nunquam tollitur, niſi ſecuta ſolutione,etiam ſi ſuper debito fuerit iudicatum.Ad quod etiam tex. in l.quamuis.C.eo.ti.ſed ad hoc poſſet reſponderi. Nam poteſt eſſe uerum, prout eſt,quòd non tollatur hypothecaria, niſi ſecuta ſolutione:& tamen quòd iſta hypothecaria ita manens non poſsit moueri ad alia bona,donec uideatur,an primo electa ſufficiãt: aut ſaltem ſub conditione, ſi prima non ſufficerent:nec dicitur in d. iuribus, quòd lata ſententia ſuper hypothecaria ad unam rem, poſsit eadem actione agi ad aliam:non aliter diſcuſſo debito,ſcilicet,an res primo petita ſufficiat.Sed bene dicitur,quòd lata ſententia ſuper perſonali, hypothecaria durat. Secundò pro hac eadem parte affirmatiua adducitur Bar.in l.conſentaneum.C.quomo.& quando iud.Bal.in l.ignorare.C.de reſti.mili.Anch.in c.j.de eo,qui mitt. in poſſeſsio.uolentes ꝙ ſi feci capi debitorem meum,& demum petam me mitti in poſſeſsionem bonorum ſuorũ, poſſum hoc petere: quia iſta duo remedia tendunt ad eũdem finem.Sed ad hoc poſſet reſponderi, ꝙ illud eſt ratione cõtumaciæ perſeuerantis,prout not.Alexan.conſil. cxxx.iiij.uol.vj.col.dum alleg.Ange. in l.nemo carcerem.de exacto.tribu.

Pro negatiua uerò facit:nam*ſemel eſt conteſtata lis ſuper una ſpecie bonorum, non uidetur,ut poſsit creditor uariare . l . ſiquis ſtipulatus ſit Stichũ.ff.de uer.obli. Secundò facit, quando in caſibus in quibus licitum eſt uariare , id non habet locum, quando quis ſemel elegit:& ſuper re electa iudex pronũciauit fiendam eſſe executionem.ita Bart.not. in l.eum qui certarum.§.j.iij.col.ff. de uerb.oblig. Tertiò facit text.in l.j.§.fin.ff.ſi fa.fur.feci.dica.ubi ſi familia ſeruorum fecit furtũ:quo caſu eſt in electione damnũ paſsi agere contra dominum ad furtũ tanquàm

factum ab uno ex eiſdē ſeruis quem dicet: ſi egerit modo hic paſſus dānum contra dominū tanquam ſi Stichus feciſſet furtum, non poteſt uariare poſt litem cōteſtatum, & agere tanquam pro furto facto à Pamphilo: ſed debet expectari, ꝙ feratur ſentētia, & etiā ꝙ fiat executio, ad hoc ut ſciatur: an per hoc primū iudicium ualeat actor conſequi id quod cōſecuturus foret, ſi liber furtum feciſſet. Fuit deciſum dictam uarietatem non eſſe admittendam.

SVMMARIVM.

1 *Appellari nō poteſt à ſentētia ſeu decreto lato ſuper poſſeſſorio: quia daretur proceſſus in infinitū. & nu. 5.*

2 *Sentētiæ duæ quando ſic ſe habent ꝙ ſecūda eſt executio primæ: ſi non pōt appellari à prima: ita nec à ſecunda.*

3 *Appellatio prohibita per ſtatutū debet intelligi nedū quo ad effectū ſuſpenſiuū, ut ſcilicet per appellationē nō ſuſpendatur ſententia nec executio: uerū etiā quoad effectū deuolutiuum: nam nō deuoluetur negotiū ad iudicē ad quem, etiam facta executione.*

4 *Appellari non poteſt à ſententia de exequendo: limitatur niſi talis ſententia inferret nouum grauamē: uel niſi poſſeſſori nō poſſet aliter eſſe cōſultū, quam per retentionem. & nu. ſeq.*

6 *Procurator non appellans in caſibus permiſſis præiudicat ſuo principali.*

7 *Appellās reiectus ab appellatione debet iterū appellare ab ipſa reiectione, ſeu nō admiſſione, maximè ſi fuerit præſens & uocatus ſeu citatus.*

8 *Citatio an requiratur ubi quis eſt præſens, & certioratus per iudicem de eo ſuper quo uult interloqui.*

9 *Appellatio à decreto de exequendo dicitur appellatio ab interlocutoria: & cōſequenter debet in ſcriptis fieri.*

10 *Appellatio ab interlocutoria ſi fuerit uiua uoce facta: deinde fiat in ſcriptis præualet ſecunda: ex quo prima non fuit rite interpoſita.*

11 *Appellans non admiſſus per iudicem à quo, poteſt iterū appellare ad iudicem ad quem: & ab eo dependet admittere uel non, cū cauſæ cognitione.*

12 *Appellans nō admiſſus per iudicem à quo, dicendo, ego inſiſto appellationi meæ licet nō appellet ab ipſa non admiſſione, intelligitur ac ſi appellaſſet.*

13 *Appellatio non poteſt fieri niſi ſemel in caſibus, in quibus ab executione poteſt appellari.*

DECISIO XXXIIII.

IN cauſa magnifici Andr. de Ebullo cum domino Comite Triuēti iterum poſtquam decretum de exequendo latum in magna Curia uicariæ in fauorē dicti Comitis, fuit iam executum non obſtante appellatione, uult idem Andraeas appellationem prædictam proſequi: & ꝙ non poſſit. Opponitur primò, ꝙ
1 * à ſententia lata ſeu decreto ſuper poſſeſſorio non poteſt appellari. l. j. C. ſi de mo. po. fu. ap. & propriè in ſententia de exequēdo tenet Spec. & Io. And. in tit. de exec. ſentētiæ. §. pe. uer. ſed ſi cōdū eū quæritur. quia daretur proceſſus in infinitū. Ange. Imol. & Aret. in l. ab executore. ff. de app. cum cōcor. adductis per Alex. cōſi. xcv. ij. col. ij. uol. ubi dicit hanc eſſe cōmunē opinionē: & per Feli. in c. quo ad cōſultationem. x. col. de re iud. qui idem firmat: & tanto magis, quia ſententia ſuper cuius executione latum eſt hoc decretū, erat ſuper poſſeſſorio: unde ſuccedit quod dicit Bald. in l. ſi cum executione.

tione. §. hæc autem, ff. de eo quod
2 met.cau.uidelicet,ꝙ * quando duæ ſententiæ ſic ſe habent, quòd ſecunda eſt executio primæ, ſi non poteſt appellari à prima, nec à ſecũda appellatur. Et tantò magis, quia aliàs magna Curia dederat ſentẽtiam de exequendo ſententiam primi commiſſarii: à qua ſententia magnæ curiæ cum appellatum fuiſſet: appellatio fuit deſerta: & eſt decretũ ſacri Conſilii appellationem illam fore
3 deſertam: & facit* optimè pro hac parte quod not. Abb. in c. ad repriprimendam. pẽnul. col. de offi. ordi. uerſi. ſed ego, hoc dictum uidelicet, quòd in caſibus in quibus ualẽt ſtatuta prohibẽtia appellationem debet talis prohibitio intelligi, nedũ quo ad effectum ſuſpenſiuum, ut ſcilicet per appellationem nõ ſuſpendatur ſententia & executio: uerum etiam quo ad effectum deuolutiuũ: nam non deuoluetur modo aliquo negotiũ ad iudicẽ ad quem, etiam facta executione: alleg. text. in c. paſtoralis. §. præterea. de offic. deleg. & in c. paſtoralis. de appel. Sed ad hæc reſpondetur: nam ſtante uera
4 illa opinione quòd * à ſententia de exequendo nõ poſſit appellari: limitatur ut non habeat locum quando talis ſententia inferret nouum grauamen: ut quia decretum ſe extenderet ultra ſententiam, de cuius executiõe tractatur: & iudex in decreto non haberet rationem de aliqua exceptione ad impediendam executionem oppoſita. ita Bartol. & Imo. in l. ab executore. j. colum. ff. de app. Ang. in l. ſi cum executione. §. hæc autem. ff. de eo quod met. cau. & ibi Bal. j. col. Alex. conſil. lxxxv. ij. col. v. uol. Feli. in d. c. quod ad conſultationem. xj. col. de re iudi. Bal. in addi. Spec. in tit. de appella. uerſic. à
5 pronũtiatione. Imò* à ſententia ſuper poſſeſſorio etiam de iure ciuili appellatur, quando non poſſet poſſeſſori eſſe conſultum aliter quàm per retentionem. Barto. in l. ij. ff. de appel. recipi. refert & ſequitur Abb. in c. cum ad ſedem. xij. col. de reſtit. ſpolia. & idem dicit in ſententia de exequendo. Sic eſt in caſu noſtro, ubi decretum magnæ curiæ de exequendo excedit terminos ſentẽtiæ, uolens ut illa exequatur cõtra eum qui in illa non eſt nominatus. Non obſtat quod dictũ eſt de ſententia aliàs lata in magna curia de exequenda ſententia primi cõmiſſarii quòd tranſiuerat in rem iudicatam: nam nunc non agitur de exequenda ſententia contra Carolũ in illa ſententia magnæ curiæ nominatum tunc Dominũ, ſed contra Andræam nouum poſſeſſorẽ. Nec etiam obſtat ꝙ decretum de exequendo eſt latũ ſuper exequenda ſententia lata in poſſeſſorio: unde debet ſapere eius naturam: nam eſſet hoc uerũ quando latũ eſſet de exequenda ſententia cõtra illum, contra quẽ lata eſt, non contra tertium: Nec obſtat etiã id ſuper quo fuit allegatus Abb. in d. c. ad reprimendã, nam hic nõ ſumus in caſu in quo eſt prohibita appellatio: imò eſt permiſſa ubi continet nouum grauamen. Opponitur ſecundò: nam magna curia, cum à ſuo decreto fuit appellatũ, appellationem nõ admiſit, ſed reiecit: & procurator domini Andrææ à tali reiectione non appellauit. Ex quo
6 ſequitur, quòd* etiam ſi appellare à

decreto

decreto de exequẽdo potuiſſet procurator prædictus, in hoc præiudicauit ſuo principali, quia non appellauit à non admiſsione. per id quod dicit Inno. in d.c.paſtoralis.§.præterea.ij.col.de offi.deleg.uidelicet: ꝙ quãdo iudex interloquitur ſuper nõ admiſsione appellationis, præ-
7 iudicat appellanti:* niſi iterum à dicta non admiſsione appelletur, unde do.Car.ibi.vj.col.dicit, ꝙ ad hoc euitandum debet appellans appellare etiam à reiectione, & ſic quando iudex reiicit: dicet notario, ſcribe me præſente & cõtradicente, & inquantũ expediat ab hac reiectione iterum appellante, & apoſtolos petente. Sed ad hæc reſpondetur primò, ꝙ Inno. dicit partibus præ-
8 ſentibus & uocatis: * & ſic iſta duo copulatiua requiruntur: quòd non eſt factũ in caſu noſtro:& licet dici ſoleat, ꝙ quãdo quis eſt præſens in iudicio, non debet uocari.per text. in l.etiam.§.j.uerſic.parte præſente uel euocata.& l.in cauſis.§.cauſa cognita.de mino.per Ange.& Imo.in l.de unoquoque. de re iudic.Anto. de Butr.in c.j.de iudic. tamen illud obtinet dũmodo is qui præſens eſt fuerit ante actũ certioratus per iudicẽ de eo ſuper quo debebat ſeu uolebat interloqui. ita Bart.in l.furioſo,ad fi.ff de re iudi.But.in d.c.j. de iudi.Sed quia hoc eſt in iure dubiũ: de quo per Iaſ.in rubr.C.de in ius uocan.ulti.colum.ideo ſecundò
9 reſpondetur, quòd*ex quo hæc appellatio à decreto de exequẽdo dicitur appellatio ab interlocutoria: ut per Ang.in l.v.in prin.ff.de uerb. obli.& cõſi.cxv.ij.col.& conſequenter debebat in ſcriptis fieri.c.cordi. de app.Bart.& doct. in l.litigatoribus.& in l.eos.§.ſi autem.C.de app. non mirum ſi cum appellatio ſine ſcriptis emanata admiſſa nõ fuerit: appellatum à tali non admiſsione non ſit: ex quo ſequitur, ꝙ licuerit poſtea in ſcriptis appellare:& dicit Phil.de Fran.in c.tua nobis.v.col.de
10 appel.ꝙ* ſi ab interlocutoria fuerit appellatũ uiua uoce, deinde appelletur ab eadem in ſcriptis, præualet ſecunda: ex quo prima non fuit rite interpoſita.alleg.Bar.in l.cum procurator. §.j.ff.de ope.no.nũcia. Bal. in l.appellatiõe.iij.col.de ap.Sal.in l.ſi quis libellos.ij.co.e.tit.quare ſequitur ꝙ etiam in magna curia potuiſſet do.Andr.in ſcriptis appellare, & facere id quod fecit in ſacro Concilio. Tertiò reſpondetur, ꝙ
11 *quando appellatio non admittitur per iudicem à quo, licitum eſt iterũ appellare ad iudicẽ ad quem, & ab eo dependet admittere, uel non.l.ſi cuius.& l.ſciendum. de appell.reci. Bar.in l.chirographis.§.j.in j.not.ff. de admi.tuto.quamuis Bart.poſt gl. in l.j.in fi.C.quando appel.non recip.dixerit in hoc an ſit admittẽda, requiri cauſæ cognitionem: ſed ſacrum Cõcilium ſeu do.Vicerex appellationem d.Andr.infra terminũ appellãdi factam admiſit, ergo &c. Hinc dicit Card.in Cle.j.ulti.oppo. de dolo & contumacia, ꝙ ſi iudex à quo reiicit appellationem, poteſt eam iudex ad quem admittere. & facit idem Cardin.in d.§.præterea.
12 dicens, ꝙ* quando appellatio reiicitur per iudicẽ à quo, ſufficit quòd appellans dicat, ego inſiſto appellationi meæ: licet non appellet à nõ admiſsione:& dat rationem, uidelicet:

licet: quia appellatio uidetur repetita etiam cõtra hanc reiectionem, uide Phil. in c. constitutis. ulti. col. de appell. qui dicit quòd ab appell. non admiſſa non eſt neceſſe appellare per tex. in c. cum ſuper abbatia. de offi. deleg. Quartò reſpondetur de eo quod dictum eſt per aduocadó. And. uidelicet: quòd is qui non appellauit à decreto non admiſsionis, non erat procurator ad proſequendum appellationem à decreto
13 executiuo, & * ꝙ appellare à nõ admiſsione eſt tantum quantum proſequi primã appellationẽ. Opponitur tertiò: nam in caſibus in quibus ab executione poſsit appellari, illud non poteſt fieri niſi ſemel, ſecundũ Ange. de Aret. in l. ab executore. iij. col. ff. de appel. quem refert & ſequitur Feli. in d. c. quod ad conſultationem. xiij. col. de re iudi. qui dicit ſe hoc alibi non reperiſſe. Poſt tamẽ longã diſcuſsionẽ fuit pronũtiatũ in fauorẽ d. Andr. & admiſſus ad proſequendam appellationem.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ex officio utrum poſsit deferre iuramentum ſuppletorium, & ſi non petatur, dum uidet probationes dubias: quòd non, niſi petatur.*

2 *Iuramentũ ſuppletoriũ non defertur poſt concluſionẽ, etiam ad inſtantiam petentis; & ita ſe habet conſuetudo.*

3 *Citari debet pars in delatione iuramẽti ſupplet. aliàs foret delatio nulla: & ideo ſit cautus aduocatus in hoc.*

4 *Iuramentum ſupplet non petitum in cauſa principali, poteſt peti in cauſa appellationis, & ſic in ſecunda & tertia inſtantia: licet poſt concluſum peti non poſſit. & nu. 6.*

5 *Errores omnes purgari poſſunt in cauſa appellat. qui cauſas cauſarum concernunt.*

6 *Petitorij ſuſpenſio, quæ non poteſt in cauſa principali fieri poſt concluſum: fieri poteſt in cauſa appellationis: & in tertia inſtantia.*

7 *Teſtis examinatus parte non citata ad uidendum ipſum iurare, quo caſu nulliter depoſuit: an conſulatur producenti petendo quòd teſtis ille repetatur parte citata.*

DECISIO XXXV.

IN cauſa magiſtri Antonini friſcaroli cum magiſtro Alphonſo ametrano. Primò dubitari contingit: an * iudex ex officio dum uidet 1 probationes dubias, poſsit deferre magiſtro Antonio iuramentum ſuppletorium, etiam ſi non petatur. in hoc Barto. in l. admonendi. penulti. col. de iureiur. tenet quòd pars debet tale iuramentum petere. allega. l. iij. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. inf. ẽt. idem firmant Ang. in d. l. admonendi. j. colum. Anto. de Butr. in c. fi. ulti. colum. de iureiur. & licet Abb. in d. c. fin. §. ſanè. ad fi. de iureiur. teneat quòd etiam parte nõ petente iudex poſsit deferre. & Alex. in cõſi. liij. ij. colum. dicat idem: per l. ubicunque. ff. de interrog. actio. & per not per Bald. in l. actor. in prin. C. de proba. tamen Iaſ. in dicta l. admonendi. in repetitione, in antepe. chart. tenet quòd opi. Bart. eſt uera & communis, confirmans illam certis mediis. Secunda dubitatio eſt, 2 * eſto quòd pars uelit petere: an illud procedat poſtquam fuit in cauſa concluſum? Bart. in loco prællegato pen. col. tenet quòd non: ſubdens quòd ita ſe habet conſuetudo: idem tenet Bal. in c. j. §. item ſi uaſſallus.

ſallus.ult.col. de controuer.inueſti. & Ange.in d.l.admonendi j.col.m. Bald.in l.in bonæ fidei.pen.colū.C. de iureiuran. & in l. generaliter.in prin.v.no.eo.ti.& quāuis Saly.in d. l.admonēdi.& in d.l. in bonæ fidei. xviij.col.teneat q peti poſsit etiam poſt concluſum. & idem uideatur firmare Alex.in d.conſil.liij.allegās Anto.de But. & Imo.in c j.de iudic. nihilominus Iaſ.in d.l.admonendi. pen.char. dicit primam eſſe cōmunem opinionem. Tertia eſt dubita
3 tio:* an in delatione iuramenti ſuppletorii debeat pars citari. Arge.in hoc in l.certum.§.ſi quis abſente.ff. de confeſſ.per gloſ.ibi,tenet quòd ſic:idem firmat in d.l.in bonæ fidei. per illum tex.ibi,cauſa cognita:aliàs ſecundum eum delatio foret nulla: & infert,quòd cautus debet eſſe aduocatus in hoc:& idem tenet Alex. conſi.cxxij.penul.colū.ij.uolumine.
4 Quarta dubitatio eſt:*an iuramentum ſuppletorium non petitum in cauſa principali,poſsit peti in cauſa appellationis. Audiui pleroſque tenere quòd non:tamen Bal. in d.c. j.§.item ſi uaſſallus.ulti.co. de controuer inueſti.dicit : quòd licet iuramentum hoc non poſsit peti poſt concluſum : tamē ſi poſt concluſionem eſt lata ſententia:& eſt appellatum:poteſt ſuppleri omiſſum. per not.in l.j.in princ.ff.de actio empt.
5 nam* in cauſa appellationis ſecundū eū omnes errores purgari poſſunt, qui cauſas cauſarum concernunt:ut no.ff.de app.l.creditor.§.iuſſus : &
6 facit:nam* ſuſpēſio petitorii quæ nō poteſt in cauſa principali fieri poſt cōcluſum in cauſa : ut in c.paſtoralis.de cau.poſſ. & propr.fieri poſſet in cauſa appellatiōis:ut firmat Abb. in d.c.paſtoralis.pe.& ult.col.& nedum in ij ſed etiam in tertia inſtantia,ſecundū Rotā deciſ.ccclxxxij. in
7 nouis. Quintò fuit dubitatū,an* ex quo dictus magiſter Antonius fecit in cauſa examinari unum teſtē inter alios non citata parte ad uidendum ipſum iurare, quo caſu nulliter teſtis ille depoſuit.l. ſi quando. C. de teſti.c.ij.e.ti.l.iudices.C de fide inſtr.& l.generaliter.§.eiſdē.C.de reb. cre.Lanfr.in c.quoniā contra.in uerbo,teſtiū depo.ij.col.tamē poſsit ſibi conſulere, petendo q teſtis ille parte citata repetatur.text.in Cle.ij. de teſt.ibi,rite à cōtrario ſenſu probat q ſic:& ad idē facit tex.in auth. de teſt.§.quia uerò.firmat latè Soz. in c.fraternitatis.iiij.principali arti. prima cōcluſione.Mihi tamen facit in cauſa iſta dubiū:quia eſt facta cōcluſio quæ claudit os partibus:ut nihil amplius probare poſsint.c.cum Ioan.de fide inſtr. & c.auditis.eo.ti.

SVMMARIVM.

1 *Diuiſio ubi commodè fieri non poteſt: tūc deueniendum eſt ad licitationem, in qua obtinet is qui habet maiorem partem offerēdo pretiū æquale, quod pars aduerſa obtulit.*

2 *Communis rei exiſtentis inter duos, quorū unus habet duas partes, alius uerò tertiam:is autē,qui habet duas, uult tertiam alterius partem iure licitationis,quando poſsit habere.*

3 *Creditoribus pluribus exiſtentibus data paritate crediti,præualet numerus perſonarum : adeo quòd duo creditores in centum præferētur uni creditori in aliis centum.*

4 *Licitatio expeditur ſpatio. xx. uel xxx.dierū in uenditione rerum fiſcalium,*

lium, eccleſiæ, uel minoris: in alijs ſtatur arbitrio iudicis.

5 *Licitatio fieri non poteſt niſi ſemel elapſo termino in præiudicium tertij, cui ius quæſitum eſt ex oblatione. Fallit niſi perſona, quæ licitationē petit iterari, eſſet priuilegiata ut minor eccleſia. ſecūdò niſi in primo termino nemo obtuliſſet. tertiò niſi ex uerbis ſtatuti aliud induceretur. eo. nu.*

DECISIO XXXVI.

IN cauſa Magnificorū Diomedis Marichondæ, & Hieronymi de Angelo cum Ioanne Paulo Papa & Lucretia brācaleone eius uxore, cū agatur de diuiſione molendini in quo do. Diomedes & Hieronymus habent medietatē, & dicta Lucretia aliam medietatē, & ſit facienda diuiſio huius molēdini. Fuit primò
1 dubitatū, an* ex quo molendinū hoc non recipit commodā diuiſionem, quo caſu deueniendū eſt ad licitationē: ut is in licitādo obtineat, qui habet maiorem partem, offerendo æquale pretium quod pars aduerſa obtulit. l. ſancimus. §. ſinautem amplioris: ubi gl. C. de dona. l. ij. C. quādo & qui quar. pa. l. ij. C. de metatis. lib. xij. Pet. de Vbal. in trac. ſocie. xij. parte princi. xij. q. poſsit. d. Lucretia præferri in licitando: ex quo habet medietatē illis duobus habentibus aliā: quòd ſic, faciūt dicta iura. item facit Albe. in l. ad officiū. C. commu.
2 diui. ubi quærit, quid* ſi res eſt communis inter duos, quorū unus habet duas partes, alius tertiā: & is qui habet duas uult partē tertiam alterius iure licitationis. dicit ꝙ poteſt: ex quo habet maiorem partē: deinde ſubdit alios diſtinguere, quòd iſtud procedat, tūc demū quādo is qui habet duas partes, eas habet iure proprio: ſecus ſi acquiſiuiſſet unā à ſocio, quoniā tunc non poteſt petere, ſicut nec potuiſſet ſocius à quo cauſam habet. l. traditio. ff. de acqui. rer. do. In contrariū autē facit text. in l.
3 maiorem. ff. de pact. ubi* in cōſideranda maiori parte creditorū data paritate crediti præualet numerus perſonarū, adeo quòd duo creditores in centū præferentur uni creditori in aliis centū. Et per illū tex. ita in materia diuiſionis & licitationis tenet Are. conſi. clvij. iij. uol. uerſi. &
4 dato quòd ille ſolus. Ad* licitationem autē prędictam quantū tempus ſtatutū ſit, hoc eſt ſecundū dubium: nam tempus. xx. uel xxx. dierū, aliàs xl. de quo per gl. in l. j. C. de uen. re. uni. & glo. in l. j. de fide inſtru. & iur. haſt. fiſca. libr. x. non habet locū niſi in uenditione rerū fiſcalium, eccleſię, uel minoris: in aliis ergo uidetur quòd habeat locū arbitriū iudicis: ut in l. ſi tempora. per Ioā. de plateaeo. tit. de fide inſtr. unde ſecundum Neapo. in conſuetu. ſi fratres. cōmu. diu. in glo. in uerſi. licitationis. non bene locutus uidetur, dū dicit, quòd debet ſtatui tempus. xx. ſeu. xxx. die-
5 rum. Tertiò dubitatū eſt, an* plures poſsit hæc licitatio fieri. glo. in d. l. ſi tempore. in gloſſ. j. in fin. tenet quòd nō: per. l. ij. C. de loc. pred. ciui. ſequitur ibi Io. de pla. dans limitationes, primò niſi nullus obtuliſſet in primo termino: nā ſi aliquis obtuliſſet, ei eſſet ius quæſitum ex illa oblatione: ideo nō poteſt amplius licitari elapſo termino in præiudicium tertii: per. l. meritos. §. ſi quis à principe. ff. ne quid in loco publico. ſecūdò niſi perſona quæ poſt termi-

num

nũ uult licitare eſſet priuilegiata: ut eccleſia minor. per l. & ſi ſine. §. cer tis. ff. de mino. tertiã limitationẽ dat Neap. ubi ſuprà, niſi ex uerbis ſtatuti aliud induceretur: ut patet in con ſuetudine illa Neap. quæ dicit eum præferri in eligendo qui in licitãdo uincit, ut illud uerbũ uincere inducat pluralitatem licitationis. ſed uide: quia in l. prima. & in l. ad officium. C. cõmu. diui. tex. utitur etiam iſto termino uincere: quare ſecundũ hæc pluries licitatio fieri poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes deponẽtes quòd Titius poſſedit ſemper & cõtinue poſt mortẽ Sempronij: & in ueritate poſſedit Seius immediate poſt mortẽ: licet ipſe Titius ſucceſſiue poſſederit quomodo ſaluãtur.*

2 *Dictio, poſt, quãdoque denotat actum mediatum, quandoque immediatum.*

3 *Dictio, poſt, à teſte prolata poteſt referri etiam ad longum interuallum.*

4 *Dictiones, continue, quotidie, & ſemper, à teſtibus prolatæ intelliguntur ab initio poſſeſsionis, non autẽ a morte prædeceſſoris.*

5 *Teſtes deponentes quòd Titius poſſedit ſemper, cõtinue, uel quotidie, utrũ uitientur, poſito quòd per aliquod interuallum Titius non poſſederit.*

DECISIO XXXVII.

IN cauſa falſitatis motæ per magnifi. Troianũ Morimilẽ contra quoſdã teſtes magnificæ Corneliæ de Marra, ſuper eo quòd dixerint, 5
1 *qualiter poſt mortẽ quondam magnifici Nicolai de Marra ipſa Cornelia poſſederit ſemper & cõtinue caſtra Cagnani, & Caprini, cũ apparere prætẽdatur qualiter poſt mortẽ. d. Nicolai immediate poſſederit Iulius de Marra, ac deinde Regius fiſcus: pro ſaluandis dictis teſtibus facit: nam illa uerba, quòd poſt mortem Nicolai d. Cornelia poſſederit ad hoc ne teſtes in falſum incidant, intelligentur non de poſſeſsione immediata, ſed de mediata. ca. j. de cõſti. in vj. per gl. in c. cũ Vintorieñſis. de elect. in uer. ſed iij. & facit. c. fi. de exc. præla. & not. Domi. per. d. iura in d. c. j. j. colũ. pro teſte qui dicit, ꝙ Titius poſſedit poſt illũ, quia immediate non uidetur per hoc includere, quòd Titius poſt illum poſſederit. Et licet hæc dictio poſt, quandoque denotet actũ immediatũ: ut no. idẽ Domi. in c. frequens. in prin. de reſti. ſpol. eo. lib. & Phili. ibidẽ. ij. colũ. tamen ſufficit ꝙ poſsit referri ad actũ mediatũ. & facit quod not. Alex. conſi. ultimo. ult. col. ij. uol. ubi
3 in teſte loquẽs dicit, ꝙ *hæc dictio, poſt, prolata à teſte poteſt referri etiã ad lõgũ interuallũ. alleg. l. nam & poſtea. ff. de iureiu. & l. poſt idẽ. ff. ad legem Cor. de Fal. & licet teſtes prædicti dicãt quòd poſt mortẽ Nicolai. d. Cornelia cõtinue poſſede-
4 rit: *tamẽ ego referam illud uerbũ, continue, nõ à morte Nicolai, ſed à tẽpore à quo cœpit poſſidere, quãtuncunque attẽtari poſſet, quod & ſi hoc uerbũ referatur ad tempus à morte Nicolai: non ideò teſtes eſſent falſi, per ea quæ. not. Bart. in l. j. ſol. mat. ubi oẽs: & Ant. de But. Imo. & Abb. in procem. decret. dicẽtes* ꝙ dictũ teſtis qui dicit ꝙ quis ſemper poſſedit, ſeu cõtinue, uel quotidie, non uitiatur, etiã ſi per aliquod interuallũ ille non poſſederit: ſuper quo adducũt infinita facietia. Iaſ. in d. l. j. ix. & x. col. & Fel. in d. proœ. xij. col. iſtud tamẽ attentare nõ eſt tutũ:

ex quo uidetur, q; à morte Nicolai ad initiũ poſſeſsionis.d.Cor. fluxerit longũ interuallũ,in quo non poteſt uerificari dictio,ſemper, ſeu cõtinue.per id quod conſuluit Anch. cõſi.ccxcj.incip.uiſis articulis:quem referũt & ſequũtur Feli.in d.proœ. ult.col.& Iaſ.in d.l.j.x.col.unde melius eſt referre uerbum continue,ad tempus,quo cœpit dicta Cornelia poſsidere: & hoc pro ſaluandis teſtibus: pro quorũ ſaluatione ſunt uidenda multa facientia quæ ponit Lud.conſ.cccj.quod conſilium allegatur per Feli.in d.loco.

SVMMARIVM.

1 *Iuris cõgrui fraus præſumitur ſi uenditor ſibi reſeruauerit fruſtum terræ trium paſsuũ latitudinis circumcirca terram a ſe uenditam, & non poterat intrari ad terram reſeruatã, niſi per terram uenditam.& nu.ſeq.*

2 *Venditor habẽs plures domos aut mẽbra, quorũ ſeu quarum una confinat cum uicino, alia ſtat iuxta illã confinatã:primo uendit domũ quæ nõ confinat,deinde illã quæ confinat,uidetur egiſſe in fraudẽ iuris cõgrui.ratio eſt, quòd ſicut alienatio totalis ſemel facta eſſet contra ſtatutũ:ita ſi fiat ſimpliciter per patres.*

DECISIO XXXVIII.

IN cauſa illius de Angria qui emerat terrã,&*uẽditor reſeruauerat 1 ſibi quoddã fruſtũ terræ trium paſſuũ latitudinis circũcirca:modo uicinus agit cõtra emptorẽ iure congrui. Opponitur ſibi q nõ confinat: ex quo dictũ fruſtũ eſt in medio.uicinus replicat quòd illa reſeruatio fuit facta in fraudẽ iuris congrui: & ad hoc fundãdum adducit, quòd dicta reſeruatio eſt inutilis uẽditori: ex quo ex relatu cõmiſſarii apparet quòd nõ haberet acceſſum ad dictã terram reſeruatã uenditori.
2 Ancha.conſi.clx.ponit.q.in eo *qui habet plura mẽbra ſeu domos,quarum una confinat cũ uicino,alia ſtat iuxta illam confinatã:& primò uendit domũ quæ non confinat:deinde illam quæ cõfinat, uidetur egiſſe in fraudem ſtatuti: adeo ſicuti totalis alienatio ſemel facta eſſet cõtra ſtatutũ,ita ſi ſimpliciter fiat per partes. l.omnes. §. Lucius. ff.de his quæ in fraud. credi.cõiuncta.l.nomẽ debitoris. ff. de lega.iij.& quod ibi per Bart.& Bal.no.in l.ſeruus dotalis.ff. ſol.mat.in fi.uidetur tenere contrariũ:& quòd dicta cautela non uenit fraude,ſed magis & iuris ſubtilitate proceſsit ad euitandã exorbitantiã ſtatuti,cõtra.l.nec emere. C. de iur. delib.cum ſi.& per id quod habetur in l.dudũ. C. de reſci.uendi.& quia principaliter non fuit factũ in iniuriã uicini, ſed magis pro maiori cõmoditate uẽdentis & emẽtis:ac eius quod habetur in l.ij.§.denique.ff.de aqua plu.arc.& in l.Proculus. ff. de dam.infec.at in caſu ſuo Pet.de Ancha.ponit quòd ad domũ ſeu mẽbra primo loco uẽdita non poterat intrari, niſi per aliã domũ contentam in ſecundo inſtrumẽto, licet rationes ſuę ſint generales:ſed quia ut dictum eſt ad dictã terram reſeruatam non poterat intrari niſi per terram uenditã: fuit iudicatũ eſſe locũ iuri congrui ob fraudem præſumptam.

SVMMARIVM.

1 *Teſtium productio id operatur, quòd producens eos citatos & iuratos compellatur ad examinari faciendum.*

2 *Teſtes debẽt iurare & dicere ueritatẽ*

pro

pro utraque parte in omni cauſa.

3 *Teſtis productus ſi nõ examinatur ad inſtantiam producentis: poteſt altera pars illum examinari facere.*

DECISIO XXXIX.

IN cauſa Frãciſci Viualdi cũ Ioanne de Auignone fuit dubitatum:
1 ex* quo d.Ioannes citari fecit teſtes, & deinde nõ intendit quoſdã ex teſtibus illis examinari facere: an poſſit cõpelli per d. Franciſcũ ad illos examinari faciendũ? quòd producẽs teſtes poſsit cõpelli ad illos examinari faciendũ, allegabatur Inn.in c. præſentium.de teſti.ij.col.ubi dicit formaliter, hoc autẽ fixè tenendum eſt, quòd poſtquam induxerit teſtes ad reprobationẽ teſtiũ à parte altera productorũ, ulterius non poteſt pœnitere: nã cũ teſtes pro utraque parte iurẽt.xiiij.q.v.non ſane.poteſt
2 eſſe quòd* teſtes reprobatorii ea dicerent quæ potius facerẽt ad confirmationẽ ſuorũ teſtium quàm ad reprobationẽ.& licet Inn.loquatur in teſtibus productis ad repulſam, tamẽ ratio uiget in omni caſu: ex quo teſtis debet dicere in omni cauſa ueritatẽ pro utraque parte. Dominis de conſilio uiſum eſt quòd dictũ Inno.intelligi debeat quando teſtis iuraſſet, ut tũc teneatur producens illum examinari facere: & ita illud dictũ uidetur intelligere Aret.conſ. cxxxx.ex cuius dictis etiam colligi-
3 tur.quòd d.* doctrina non imponit neceſſitatem producenti, quòd faciat ipſe examinari teſtẽ: ſed quòd altera pars poteſt illum examinari facere.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum producens ſolẽniter publicatum manu & ſigno Notarii, cogitur ad exhibendũ & oſtendendum protocollum ad inſtantiam partis petentis redarguere de falſo per inſpectionem protocolli. & nu.4.*

2 *Inſtrumentum ſemel præſentatum, cuius eſt in actis relicta copia authenticata fidẽ faciens, debet iterato præſentari ad inſtantiam partis petentis redarguere de falſo: ſeruatis tamẽ his de quibus &c.*

3 *Originale dicitur ſumptũ à protocollo.*

4 *Scriptura, quæ eſt penes partem, non ea quæ eſt penes notariũ ſi fuerit perdita, ſtatur iuramento perdentis.*

5 *Durum eſt contra ſtimulũ calcitrare.*

DECISIO XL.

IN cauſa Hippolitæ de Campora & Antoniæ de Roſa actricũ cum Carolo de Roſa cõuẽto*, nũquid d.
1 Carolus poſſit præciſe cogere prædictas actrices quæ præſentauerũt teſtamentũ Hectoris de Roſa cum manu & ſigno Notarii ad oſtẽdendum & producendũ protocollũ, ex quo prætendit, ꝙ inſtrumentũ præſentatum ſit falſum.text.in l.fi.C.de
2 fide inſtr.decidit, ꝙ* quãdo produxerit quis pro ſe inſtrumentũ in iudicio, & reliquerit in actis copiã authẽticatã, licet copia illa fidẽ faciat: ſi tamen alia pars uelit inſtrumentũ illud productũ redarguere de falſo: pars quę ſemel produxit, tenetur iterato præſentare, ſeruatis his de quibus in d.l.fi.caſus illius l.non uidetur poſſe applicari ad hanc cauſam.
3 nã* hic productũ eſt originale.i.ſumptũ à protocollo, quod adhuc originale dicitur: ut no.Bar.in auf.ſi quis in aliquo.ij oppo.C.de edend. præterea omnes in d.l.fi.imo text.ibi in
4 uerſi.ſin autem dicat.uult quòd* data impoſsibilitate producendi: ut

h 5 quia

quia iurat quis, ꝙ nõ habet, nõ tenetur producere. Ex quo patet text. illum loqui de ſcriptura quæ eſſet apud partem, nõ de ea quæ eſt apud notarium. Bar. uerò, Bal. & Ange. in eadem. l. fi. ij. not. colligũt ex illo tex. ꝙ is qui produxit inſtrumentũ ſolẽniter publicatum, cogitur ad exhibendũ & oſtẽdẽdum protocollum, quãdo petens editionẽ uelit inſtrumẽtum redarguere de falſo per inſpectionem protocolli: & ſequitur
5 ibi Pau. de Ca. in d. l. fi. &* durum eſt cõtra ſtimulum calcitrare. Si iſti nõ dicerẽt hoc, omnes tenuiſſemus cõtrarium per prædicta.

SVMMARIVM.

1 *Ius offerendi pecuniam condemnato cõpetit in actione hypothecaria, etiã poſt ſententiam: & competit cuilibet poſſeſſori.*

2 *Limitatur ut non habeat locum tale ius, quando in ſententia res ipſa pure adiudicaretur.*

3 *Limitatur ſecundò niſi poſt ſententiã ſuper hypothecaria latam uictor inſtaret pro executione, & uictus ſuſciperet tale iudicium. nume. 3.*

Limitatur tertiò niſi eſſet erratum in appretio: nam tunc uicto ſe aggrauante de appretio, ſi committeretur iterum appretium, & illud reuocatur, uidetur quòd res reponatur in ſtatu quo erat ante appretium: unde debet habere locum ius offerendi etiam poſt executionem, aliàs non. nu. 8.

Limitatur quartò, uidelicet, quòd poſſeſſor non habet ius offerendi contra mulierem agentem hypothecaria conſtante matrimonio propter uiri uergentiam ad inopiam. nu. 11. & eſt ratio ut uxor alat ſe & filios & uirũ, unde potius intereſt habere bona hypothecata quàm pecuniã: & diclaratione ceſſante locus eſt iuri eff. nu. 14.

Limitatur quintò ſi à ſententia pendet appellatio: nam tunc poſſet in appellationis cauſa etiam ſecuta executione locum habere ius offerendi: alias non: nam conſtat quòd appellatio ſuſpendit ſententiam, & reducit cauſam ad terminos in quibus erat ante publicationem. nu. 11. 13.

4 *Hypothecaria facit quòd res ſit in obligatione: pecunia uerò in ſolutione. non enim poteſt ita cõuentus compelli ad ſolutionem inuitus per ſententiam latam in hypothecaria.*

5 *Debitor cõdẽnatus hypothecaria, electionem habet ex diſpoſitione legali ſoluendi rẽ uel pecuniã donec agatur iudicati, & iudicium ſuſcipiatur.*

6 *Debitor uictus hypothecaria ſit cautus ut offerat antequam ſuſcipiat cõtrouerſiam ſuper executione.*

7 *Debitor patiens creditorem petentem executionẽ ſuper hypothecaria: & ſit deſtinari expertos ad æſtimandũ, nõ habet ius offerẽdi: niſi cautus ſit ut interueniat in executione appretij. &c.*

9 *Adiudicatio utrũ uitietur tota ſi facta fuerit plus debito, an locus ſit retẽtioni pro cõcurrenti quãtitate debiti.*

10 *Decretũ ſecundũ adiudicatiuũ facit, ut uictus non habeat poſtea ius offerendi: niſi reus uellet oſtẽdere decretũ fuiſſe interpoſitum ex falſa cauſa.*

13 *Aſſecuratio præſtari debet pro pretio, quo emptores reperiuntur, licet appretium fuerat lõge minoris: ut fuit aliàs iudicatum in ſacro Conſilio, quòd fuerat terra appretiata duc. 6. pro modio, & emptores obtulerunt. xij.*

14 *Debitor, qui obtulit creditori pluries dare rem, utrum poſſit uariare & ſoluere pecuniam.*

DEC

DECISIO XLI.

IN CAVSA magnifici Buffili
Criſpani cum magnifico Ioanne
franciſco criſpano. In iure clarũ eſt,
1 quòd* ius offerēdi pecuniã cõdem-
nato in actione hypothecaria com-
petit: ut in l.ij.ff.quib.mod.pign.uel
hypo.ſolu.& habet tale ius quilibet
poſſeſſor, ut in l.Paulus.§.j.ff.eo.ti.
& dicit Bald.in l.ij.C.ſi unus ex plu.
hære.& competit etiã poſt ſentētiã:
ut per Spe.in tit.de execu.ſen.§.fin.
uer.item quid ſi mihi.& per Bart.in
l.ſi quis ſtipu.fuerit decē.ff.de ſolut.
in ultimis uerbis. Limitatur tamē
2 hoc* ut nõ habeat locum quãdo in
ſententia res ipſa pure adiudicare-
tur: ut uult Spe.in tit.de primo & ſe-
cundo decre.§.iuxta.uer.ſed quid ſi
ille redeat.loquēs in ſecundo decre
to adiudicatiuo.firmat Imo.in l.de-
bitoribus.ff.de re iudic.& Alex.in l.
ſi finita.§.Iulia.pe.& ulti.colũ.ff.de
dam.infec.& ideo cum in ſentētiis
aſsiſtentiæ & adiudicationis, quæ
quotidie in ſacrã Cõſi.feruntur, di-
cantur rē appretiandã & appretiatã
adiudicandam, prout per præſentes
adiudicamus &c.Ex quo iſta uerba
habēt cõditionē appretii fiendi, ad-
mittimus poſſeſſorē offerentē, etiã
poſt ſentētiam, ante tamē quàm fiat
appretiũ. Limitatur ſecundò illud
3 *niſi poſt ſentētiã latã ſuper hypo-
thecaria uictor inſtaret pro execu-
tione petenda ad eã procedi,& ui-
ctus ſuſciperet tale iudicium execu
tiuũ.& hoc dico, quoniã quãdo agi-
tur hypothecaria, res eſt in obliga-
tione & ſentētia: pecunia uerò in ſo
4 lutione: Nõ enim* poteſt ita cõuen-
tus cõpelli ad ſoluendũ inuitus per
talem ſentētiã in hypothecaria latã:
unde ſuccedit quod dicit Bar.in d.l.
ſi quis ſtipu.fue.x.in mille.circa me-
dium: per tex.in l.itē ueniũt.§.idem
rectè ait:& in l.miles.§.decē.de re
5 iudi.ꝙ* quãdo unum eſt in obliga.
aliud in ſolu.ex diſpoſitione legali,
facultas ſoluēdi poſt ſententiã durat
donec agatur iudicati & iudicium
ſuſcipiatur. Et idē firmat Pau.in l.nõ
amplius.§.cũ bonorũ.iij.col.de leg.
6 j.ſit* ergo cautus ſecũdũ hoc uictus,
ut antequàm ſuſcipiat controuerſiã
ſuper executione, offerat. Cogitan-
7 dũ tamē eſt,* an ſi uictor petit execu
tionem,& uictus nõ cõtradicit: ſed
patitur exequi & ſic deſtinari exper
tos ad æſtimãdum, habeat ius offe-
rēdi ante appretiũ.& uidetur quòd
ſic, quoniam nõ poteſt dici lis cõte-
ſtata ſuper actione iudi. poſtquàm
non cõtradicitur. fortè cõtrariũ eſt
uerius, maximè in Regno, ubi pro-
ceditur in cõtumaciã. Cautius igitur
uidetur ut cõpareat uictus & inter-
ueniat in executione appretii, non
cõtradicēdo executioni. Limitatur
8 & tertiò, niſi* eſſet in appretio erra-
tum. Nã tũc ſi uicto ſe aggrauãte de
appretio, cõmitteretur iterũ appre-
tium,& illud reuocatur: uidetur ꝙ
res reponatur ad ſtatum in quo erat
ante appretium: unde debet habere
locum ius offerēdi, etiã poſt execu-
tionē. Et dubito an hic poſsint ca-
dere ea quæ habētur in l.ſi non for-
tem.§.ſi centũ.de cõdi.indebi.ubi ſi
9 adiudicatio ſit plus debito, tota ui-
tiatur: licet ſit locus retētioni: quo-
niã hic adiudicatio ſit per ſentētiã,
licet conditionaliter,& ſit pro con-
currenti quantitate referendo ſe ad
appretiũ: unde ſi in appretio datur
plus, ſeu ſit miſsio in plus: non pro-
pterea

pterea uitiari debet adiudicatio, à qua pendet miſsio: ſed ꝙ miſsio uitietur in eo quod excedit. & ad hoc uide quod ſingulariter concludit Bar. poſt glo. in l. Fulcinius. §. ij. qui. ex cau. in poſſe. ea. quẽ refert Alexã. in d. §. Iulia. ulti. colũ. ubi per plura
10 iura tenet, ꝙ* licet uictus poſt ſecũdum decretũ adiudicatiuũ non habeat ius offerẽdi: tamẽ hoc intelligitur, niſi reus, cõtra quẽ eſſet proceſſum ad ſecundũ decretum, uellet oſtendere illud eſſe interpoſitũ ex falſa cauſa. Limitatur & quartò:
11 nam* muliere agente hypothecaria cõſtãte matrimonio ob uergẽtiã uiri ad inopiã, poſſeſſor nõ habet ius offerendi. Cy. in l. cũ tibi. C. qui. po. in pig. habe. & in l. ubi adhuc. xiij. q. C. de iur. do. Paul. de Caſt. in l. ij. in prin. ff. ſol. mat Bald. no. in priuileg. dotiũ cõſtãte matrimonio. xlvij. priuilegio. Limitatur & quintò: nam
12 * ſi à ſententia pẽdet appellatio uel reclamatio, poſſet in cauſa reclamationis etiã ſecuta executione, & ſic appellationis habere locũ ius offerendi. cõſtat enim quòd appellatio ſuſpẽdit ſentẽtiã. l. j. in fi. ad Turpil. & reducit cauſam ad terminos in quibus erat ante publicatũ in cauſa: ut Imo. in Cle. j. x. not. de cau. poſ. & proprie. & ibi Car. & Car. in c. paſtoralis pe. col. eo. titu. & Rota deci. ccclxxxij. in nouis. & propterea tenent omnes in d. locis, quòd etiã in cauſa appellationis habet locũ ſuſpenſio petitorii: licet in cauſa principali poſt concluſum in cauſa non
13 haberet. quid autẽ* ſi res in qua petitur aſſecuratio, eſt appretiata certo pretio, & reperitur plus? eo quia emptor aliquis cõparet offerendo plus. extat in ſac. Cõſilio decretũ in anno. M. cccclxxxviij. xxiij. decẽ. in cauſa Thomaſinæ uirgariæ cũ Baſcarello ſabbatino de Marigliano: eſt actorum magiſter Marinus rota, & dicitur ibi quòd aſſecuratio præſtetur pro pretio quo emptores reperiuntur: etiã ſi ſit plus longe pretio quo appretiatur: eſt hoc decretũ in proceſſu cauſæ inter Marcũ ſaxi, & d. Ioannẽ de Tupho ſuper terra Caliſti, & fuerat terra appretiata ducatis vj. pro modio, & emptores fuerunt qui obtulerũt duc. xij. pro modio. Modo ad cauſam Buſhillus habuit contra ſe ſentẽtiã in hypothecaria: ab ea reclamauit: nondum eſt deuentũ ad executionẽ: ipſe tamen obtulit ter, quòd ſententia mittatur executioni, citra tamẽ præiudicium reuiſionis, inde offert pecuniã debitam. Ioã. fran. dicit hãc oblationẽ nõ
4 eſſe admittendã: tũ quia* ipſe uictus obtulit ter, & ſic quodãmodo uidetur elegiſſe dare rem bis & ultra: quo caſu non poteſt uariare per ea quæ dicit Bar. in l. eũ qui certarũ. §. fi. iij. col. de uerb. obli. tum etiã quia ſentẽtia lata eſt pro muliere pro dotibus cõſtante matrimonio, per d. ſ. in iiij. limita. Tandẽ uotauimus eſſe locũ oblationi. nõ obſtat quod not. Bar. in d. l. eum qui certarũ: nam illa oblatio erat facta citra præiudiciũ reclamationis, quæ iam pẽdet. non obſtat, quod dictũ eſt in iiij. limit. nã illa loquitur, quando mulier egiſſet conſtãte matrimonio ob uergentiã uiri ad inopiã: quo caſu fit aſſecuratio ad hoc ut uxor alat ſe & filios ac uirũ, & potius intereſt habere bona hypothecata quàm pecuniam. & iſta ratio cõſideratur per Bal. ubi ſ.

qui

qui ſubdit, quòd quando illa bona eſſent mobilia ut mercantiæ, quę nõ fructificarent niſi ad pecuniã redigerentur, eſſet tamẽ locus iuri offerendi, quia ceſſaret dicta ratio.

SVMMARIVM.

1 *Diuiſione facta domus communis, ſi modo ſocij diſcrepant inter ſe circa electionẽ unius eiuſdemq; partis: qui habet aliam domum contiguam illi parti, debet obtinere.*

2 *Socius habens fundum prope fundum diuidendum: alius uerò nõ: debet habere portionem iuxta fundum proprium. & nu. 6.*

3 *Mulier poteſt pro dotario petere ſibi aſsignari terras ſuas uicinas & cohærentes.*

4 *Creditor ponendo ſe in poſſeſsionem immobilium in contumacia rei, poteſt petere bona uicina ſibi.*

5 *Creditor, cui debitor uult in ſolutum dare bona, poteſt petere quæ ſunt meliora ſibi.*

DECISIO XLII.

IN CAVSA magnifici Antonii Caracioli cum Barone Torellæ:
1 *habent iſti domũ cõmunẽ quę iam diuiſa eſt: differũt modo in electione partiũ: quia unus uult unã partẽ, alius eamnet. Anto. iuxta unam ex illis partibus ita diuiſis habet aliam domum, uult eligere partẽ quæ cõfinat cũ alia domo ſua. Fuit iudicatum in eius fauorẽ per dictũ Angeli de Periglis, qui in l. non amplius. §. cũ bonorũ. ult. col. ff. de leg. j. ubi di-
2 cit hæc uerba: Et ideo ſi* unus ex diuidẽtibus haberet fundũ prope fundum diuidẽdũ, & alius non, deberet portio aſsignari eidem iuxta fundũ propriũ. l. ij. C. de meta. lib. xij. & facit l. ſi cui fundus. in ti. j. Et facit. l. quicunq;. C. de omni agro deſerto. lib.
3 xj. per quẽ Luc. in viij. col. dicit* mulierem poſſe pro dotario petere ſibi aſsignari terras & caſtra uicina utriq;, & ſibi cohærẽtia. Itẽ dicit, ꝙ
4 actor* ponẽdus in poſſe. immobiliũ in cõtumacia rei ex primo decreto poteſt petere uicina ſibi. Itẽ dicit, ꝙ
5 creditor, cui debitor uult dare bona in ſolutum, poteſt petere ea quæ ſunt meliora ſibi. Niſi. d. l. quicunq;. & Lucã ibi intelligas in uicinis inter ſe, ut ſcilicet nõ unũ pretium in uno loco, aliud in alio loco: res autem uicina erat hic rei actoris. Et facit pro hoc Nico. de ubal. ſeu Pet. in tract. ſocieta. in xj. parte. uer. xij. quęro. ubi dicit, &* ſi unus ex diuidenti-
6 bus habet fundũ prope fundũ diuidẽdũ, & alius nõ, debet portio aſsignari eidem iuxta fundũ propriũ. l. ij. C. de murilegul. lib. xij. & dicit ꝙ facit. l. ſi fundus. ff. de leg. ij. Et idem fuit iudicatum pro Mezeo arcella contra Alphonſum Caracciolum.

SVMMARIVM.

1 *Mulier nõ poteſt agere ſuper aſsiſtẽtia uigore dotalis hypothecæ cõtra creditorẽ habentẽ hypothecã anteriorem.*

2 *Creditor emens rem ſibi hypothecatã irreuocabiliter, fit dominus per emptionem: & hypotheca extinguitur, niſi quo ad retentionem, nec recuperatur euictione.*

3 *Creditor prior emens irreuocabiliter à debitore, tuebitur ſe à poſterioribus creditoribus: quia ſua diligentia ſibi obeſſe non debet.*

4 *Creditor ſecundus ſuccedens in locum primi circa rem, quam emerat à debitore: cũ pecunia ſoluta ſit illi primo creditori, habet rem emptam adhuc obligatam, ex quo non eſt factus dominus*

minus irreuocabiliter, cũ poſſit à ſecundis creditoribus conueniri.

6 *Hypotheca primi creditoris ementis rem à debitore utrum extinguatur.*

DECISIO XLIII.

IN cauſa Aureliæ de Summonte cũ Iaco. de mauro eius cognato poſſidente terrã quæ fuit Stephani de mauro uenditã eidẽ Iacobo per di-
2 ctum Stephanũ. Dubiũ eſt an* agẽte dicta Aurelia ſuper iure aſsiſtẽtiæ & adiudicationis uigore hypothecæ dotalis cõtra dictum Iacobũ ut poſſeſſorẽ terræ, quæ fuit dicti quondã Stephani uiri ſui, poſsit Iaco. qui habet anteriorẽ hypothecã, dicta Aurelia uti ea anteriori hypotheca.
2 Et uidebatur, ꝙ non: nã* dum Iaco. ipſe emit à Stephano rem ſibi hypothecatam: ſua hypotheca eſt extincta, ex quo res ſua nemini obligata eſſe poteſt: fuit factus dominus per emptionẽ: igitur hypotheca ceſſat. l. rẽ pignus. ff. de reg. iur. Et ideo Bal. in l. libera. C. de ſentẽ. opponens de d. l. elegãter. ff. de pig. actio. dicit ꝙ in re euicta agebatur utili ex empto, & ꝙ actio prima & hypotheca ei accedẽs eſt finita à principio: nec per euictionẽ recuperatur. Et Bal. in d. l. elegãter, in fi. prin. dicit hæc uerba. itẽ colligitur ex iſto textu, ꝙ dominiũ ſuperueniens creditori tollit pignus: dato, ꝙ res poſsit euinci: hoc ideo, quia res nõ poterat euinci iure dominii. ſ. ſed per hypothecariã quæ nudã poſſeſſionẽ auocat. ff. de acqui. poſ. l. i j. §. genera. l. ſi cũ uẽditor. ff. de euic. & ſic nõ obſtãt. de exceptione rei iudi. l. ex ſext. §. latinus. & de capt. l. in bello. §. ſi quis ſeruũ.
3 In cõtrariũ facit* principaliter gloſ. in l. qui à debitore. ff. qui. mo. pign. uel hypo. ſol. quæ dicit clare, quòd ſi prior creditor emit à debitore, tuebitur ſe à poſterioribus creditoribus: quia ſua diligentia ei obeſſe nõ debet: & qa uidetur uelle diſceſſiſſe à uinculo pignoris, ſi irreuocabilis eſſet datio ſibi à debitore facta: ut arg. ff. de ſepara. l. debitor. & ſ. eo. titu. l. ſi prior. & eſt expreſſum ſecundum eam. C. ſi ante. cre. l. j. in fi. Alber. poſt Cy. in l. j. C. de his qui in prior. cre. loc. ſucced. dicit: ꝙ* ſuccedens in locũ primi creditoris in re 4
quam emerat à debitore, ut quia de pecunia pretii ſatis fecit primo creditori, habebit rem illã adhuc obligatã: ex quo nõ eſt factus dominus irreuocabiliter: cum poſsit cõueniri à ſecundis creditoribus. Pau. in d. l. eleganter. dicit, ꝙ in §. latinus. fuit creditor effectus dominus reuocabiliter, nõ quo ad dñiũ ſed iure hypothecæ, qa ſuberat ſecũdus creditor: qui habebat rẽ hypothecatã. unde ſi fit primus creditor dominus: ſi dicamus: ꝙ ſit finitũ pignus: ſecũdus creditor poſſet ab eo rẽ auocare: qa ubi erat ſecũdus, nũc efficeretur prim9, & ſic primus creditor efficeret deterioris cõditionis ex eo ꝙ eſſet fact9 dñs: qđ eſſe non debet. l. j. C. ſi ante. cre. ideo cã pignoris nõ finit. & idẽ Pau. in l. debitor. ff. ad Treb. iſtud firmat. tenẽt ergo pdicti doc. poſt gl. in
5 d. l. libera, ꝙ hypotheca primi creditoris q emit rẽ à debitore, nõ extinguitur. At Iac. de Aret. Cy. & Albe. in d. l. j. C. ſi ante. cre. tenent ꝙ confunditur obligatio pignoris propter iuris neceſsitatẽ ut per acquiſitionem dominii: tamẽ effectus obligationis durat tã excipiẽdo quàm etiã agẽdo, & ꝙ iſta actio erit datiua. Ang. in d.

l.libera.tenet, ꝙ hypotheca eſt in totũ extincta: ſed creditor prim⁹ ideq; emptor habebit ius retẽtionis. Fuit uotatũ in fauorẽ Iacobi, ꝙ liceat retinere terrã pro ſua hypotheca. Nõ obſtat text.in l.neq; pignus.cũ ſimi. nã durat effectus hypo.quo ad retẽtionẽ, ſecundũ opi.Ang.uel quo ad agendũ, & hoc ex priuilegio, ſecundũ opi.Ia.de Aret.præterea illa iura loquũtur, quãdo quis eſt factus dominus irreuocabiliter: ut ſoluit glo. in l.qui à debitore.Nõ obſt.Bal in l. libera.quia eodẽ modo poteſt reſpõ deri.Non obſtat etiã Bal.d.l.elegan ter.Nã illa differẽtia quã ipſe uidetur facere, an res euincatur iure dominii, an iure hypothecę, eſt falſa: ut colligitur ex ſupradictis dum allegaui Cy.& Alb.in l.j.de his qui in prio. cre.lo.ſucce.& Pau.in l.eleganter & in l.debitor.

SVMMARIVM.

1 *Mulier inhoneſte uiuens nõ gaudet priuilegiis matrisfami.niſi nupta ſit, etiã luxurioſe uiuens.*

2 *Iniuria illata meretrici aliqua conſti. impunibilis: impunitas reſtringitur ad non nuptam.*

3 *Mulier nupta etiam ſi eſſet meretrix, capi non poſſet pro debito ciuili.*

4 *Adulterium cum meretrice etiam nupta, quo ad ipſam eſt punibile: non autem quo ad accedentem ad ipſam.*

5 *Mulier meretrix nupta poteſt ſaltem à uiro, patre, & ab aliis propinquis accuſari de adulterio: licet nõ ab aliis extraneis.*

DECISIO XLIIII.

IN CAVSA Cõſtãtiæ Valentianæ meretricis præſuppoſito priuilegio excellẽtis Gaſparis de Toralto ſuper iuriſdictione priuatiua in meretrices. Fuit dubitatum an ad inſtantiã mariti prædictæ Valẽtianę, qui detulit dictam eius uxorem de adulterio in magna Curia uicarii, poſsit dictus Gaſpar eã repetere. mihi uiſum eſt ꝙ nõ, per ea quæ no.Io. And.in Spe.de iniur.& dam.dato ſuper rub.uidelicet: ꝙ iura uolẽtia mulierem inhoneſte uiuentem nõ gaudere priuileg.matrisfami.ut argu.in auth.de reſti.& ea quæ parit.§.fi.Bal. in l.conſentaneũ.ult.col.C.quomodo & quãdo iud.non habent locum 1 in nupta, quamuis* luxurioſe uiuẽte: & illud dictũ exclamat Ro.in.§.de uiro.ij.fal.in fi.& infert Ioã.And.ubi 2 ſuprà, ꝙ* cõſtitutio reddẽs iniuriam illatam meretrici impunibilẽ reſtringitur, ut non extendatur ad meretricem nuptam.per l.ſi uxor.§.i.ff.de adul.Ex quibus Alex.Iaſ.& Anto.de Alex.in l.plerique.ff.de in ius uoc.te- 3 nent, ꝙ* mulier nupta etiam ſi eſſet meretrix nõ poſſet capi pro debito ciuili.unde Io.b.de cazz.ti.de debito.ſuſpe.v.q.ante fi. Sed contra hęc faciunt quæ no.Bar.in l.quæ adulterium.C.de adul.& in d.l.ſi uxor.§.j. 4 in * quibus locis uidetur concludere ꝙ cum meretrice etiam nupta nõ puniatur adulterium.& iſtud firmat Sal.in d.l.quæ adulterium.unde meretrix etiam nupta regulatur ſecundum ll.meretricales, ideo debet hæc remitti ad iudicẽ meretricum. Hoc non obſtãte fuit uotatum, quòd cauſa huiuſmodi non debebat remitti: ex quo hæc meretricando nõ potuit auferre uiro ius faciendæ querelæ in magna Curia.Et non eſt uerũ ꝙ cum meretrice committatur adulterium impunibile: nam gl.in d.l.quæ adulteriũ.tenet quòd eſt punibile. idem

ſequit

ſequitur Cy.ibi.& But.& Ang.in d.l. quæ adulterium.tenet, quòd quo ad ipſam meretricem eſt punibile, ſed quo ad accedentẽ ad eã, non. Et Io. de Ana.in c.j.de adul.ul.col.poſt recitatas omnes opiniones concludit: 9 * quòd mulier meretrix nupta poteſt ſaltem à uiro, patre, & ab aliis ꝓpinquis accuſari de adulterio: licet non ab extraneis.

SVMMARIVM.

1 *Animalia dãnum dãtia in terris meis poßũm retinere donec ſciam dominũ, cui debeo reſtituere data cautione de ſoluendo damnum: & hæc eſt uera practica.*

Fallit in ſida & diſſida: nam non debeo reſtituere niſi prius ſoluta diſſida. & nu.4.& 6.

2 *Iuramẽto damnum paßi creditur habentis in manu animalia damnũ dantia: uel nõ habentis in manu dicta animalia, niſi unũ teſtem de uiſu, adhuc eius iuramento ſtatur in Regno.*

3 *Officiali ſolum creditur inueniẽti animalia damnum dantia.*

4 *Ius commune pro ſe, uel iuris communis præſumptionem habentes præferũtur innitentibus priuilegio, conſuetudini, ſeu præſcriptioni.*

5 *Præſumptione uериſimili cõtra agentẽ poſſeſſorio recuperandæ, ꝙ poſſeſſionẽ, ad quam petit ſe reſtitui, occupauerat iniuſtè, quæ iniuſtitia conſtat ex eius aßertione: reſtitutio non ſit ei, niſi iuſtam probet poſſeſſionem.*

6 *Animalia reſtitui debent data cautione de ſoluenda diſſida, ubi dominus terræ non habet intentionem ſuã fundatam de iure communi.*

DECISIO XLV.

IN CAVSA illuſtriſ. Marchionis Laini cum nobili Herrico Oliuerio ſuper reſtitutione boum captorũ per officiales dicti Marchionis tanquã diſſidatos. Pro Herrico facit Spec.in tit.de actore.xx.col.uerſi. 1 ſed * pone inuenio pecudẽ. qui dicit, quòd animal captũ in terra mea poſſum retinere, donec ſciam dominũ contra quem agere poſſim: ergo cũ ſcio, debeo reſtituere. idẽ tenet Bart. in l.prætor ait. §.de his.ff.de dã.infect. Ang.in l.ratis.ff.de incẽ.rui.nau fra. Flo.in l.quintus.ff.ad leg. Aquil. hinc practica inoleuit, ꝙ data cautione de ſoluẽdo animalia reſtituũtur. Animalia damnum dantia capta an debeant ſine emenda reſtitui, uel ſine cautione, uide prag. Fer. primi: ultimam inordinationem. de offic. 2 baiuli: qua ſtatuitur, ꝙ * in cauſis dãnorum datorum ſi pars quæ dicit ſe paſſam dãnum ab animalibus uadat cum animalibus in manu, & iurat ſe inueniſſe in ſuo dãnum dantia, debet ſibi credi, & ſolui damnũ. Quòd ſi animalia in manu ſua non habeat, & habet unum teſtem, ſufficiet ſibi cum iuramẽto ſuo quòd inuẽta ſint 3 in ſuo damnũ dãtia. * Quòd ſi officialis animalia inuenerit ſic dãnum dantia, hoc ſolũ ſufficiet. Pro Marchione facit c.cum perſonæ: in fi.de priui.lib.vj. ubi quãdo aliquis habet ius cõe ꝓ ſe, ſeu iuris cõis ꝓſumptionẽ, & alius innititur priuilegio, cõſuetudini, uel præſcriptioni, non eſt aliquid innouãdũ contra habentem præſumptionẽ iuris cõis. Vnde cum 4 conſtet * ex partiũ confeſsione boues captos in territorio Acerrarum, in quo de iure communi Marchio habet fidam & diſſidã: nõ debet reſtituere boues, niſi prius ſoluta diſſida. & ex illo.c. inoleuit practica, ꝙ quan

quando in loco ſeu territorio diffidato animalia reperiuntur: adeo ꝙ dominus animalium nõ negat illum eſſe locum Baronis:ſed fundat ſe ex aliquo priuilegio, contractu, ſeu poſſeſsione, non debent ſibi reſtitui animalia niſi ſoluta fida. Et doctrinę allegatæ pro Herrico militant, quando eſt incertum quid debeat ſolui: ut quia dominus uolebat damnum, quod eſt illiquidũ: ſecus uidetur eſſe quando ſumus in fida & diffida, quę ſunt ſemper certa. Et facit Gemin. in c. ad decimas. de reſt. ſpo. lib. vj. j. col.
5 ubi dicit no. arg. ꝙ* ubi eſt uerisimilis præſumptio contra agentem poſſeſſorio recuperandę, quòd poſſeſsionem, ad quam petit ſe reſtitui, iniuſtè occupauerat, & de iniuſtitia cõſtat ex eius aſſertione, non fit reſtitutio, niſi iuſtam probet poſſeſsionẽ. & uide ibidem eundem. iij. col. uer. ſi autem hoc non conſtat. Fuit uo-
6 tatum, ꝙ* animalia data cautione de ſoluenda diffida reſtituantur, & hoc ideo quia Marchio non habebat intentionem fundatam de iure cõmuni, ꝙ in terris Acerrarum patronatus haberet fidam prout prætendebatur eſſe terra illa, in qua dicti boues capti fuerant.

SVMMARIVM.

1 *Vxor aſſecurata pro dote cõſtante matrimonio ſuper aliqua re uiri, non liberat eum, nec alia eius bona ab hypothecis: nec in tali aſſecuratione procedi poteſt ad ſecundum decretum: & ſi maritus aſsignaret rem, dominium non transfertur. & nu. 3.*

2 *Dos aſſecurata priuſquàm maritus efficeretur diues, adhuc remanet penes uxorem.*

4 *Vir aut filii cum uxore & matre permanentes in re aſſecurata pro dote, præſumentur iure familiaritatis permanſiſſe.*

5 *Vxor aſſecurata pro dote in una re uiri ſemel electa non poteſt uariare, et eligere alia bona licet hypothecata ſibi. & nu. 13.*

6 *Creditor, cui plures res obligatæ ſunt alternatiuè, habẽs electionem ex prouiſione ſua, ſiue legali, ſi ſemel elegit litem conte. ſuper una re, nõ poteſt amplius uariare, & aliam rem eligere.*

7 *Hypothecaria habet ſua ſpecialia, inter quæ eſt ut nõ tollatur niſi ſolutione, adeo ꝙ lata ſententia condemnatoria ſuper perſonali, pignora non liberantur quo ad ſupplementum, & non alias. & nu. 10.*

8 *Creditor faciẽs capi debitorem, poteſt adhuc eo exiſtẽte in carceribus cumulare petitionem miſsionis in poſ. bonorum: nam iſta duo remedia tendunt ad eundem finem.*

9 *Debitor mercator ceſſans non liberabitur, nec ſui fideiuſſores: quãuis creditores ſtatim capiant omnia eius bona.*

11 *Hypothecaria electa nõ tollitur actio perſonalis quo ad ſupplementum hypothecariæ.*

12 *Argumentum ualet de pluribus actiobus ad plures res. Hypothecaria & perſonalis actio ut competant, & cumulatiuè moueri poſſint, in eodem libello cumulari debent. eo. nu.*

DECISIO XLVI.

IN CAVSA Magnificæ Dianæ Carlinæ cum dño Iaco. de Capua. Primò attendẽdũ eſt: an* domina
1 Diana aſſecurata ſemel, ut prætenditur, ſuper domibus ſedilis nidi poſsit dici facta dña irreuocabiliter, adeo ꝙ qñ appareret uirũ perueniſſe ad pinguiorẽ fortunã, poſsit dici dñiũ

non reuocari ab ea, ſaltē quo ad effectum:ut nō poſsit ſol.mat.ire cōtra poſſeſſores aliorū bonorum uiri.Et hoc deciditur per Bart.in l.ſi cōſtāte.
2 in prin.pe.col.ſol.ma.ubi dicit, ꝙ* ſi uir poſt aſſecurationem eſt factus diues, dos adhuc remanet penes uxorem,& ſequuntur ibi Pau.Alex.Bald. no.& Decius.licet Are.in l.pluribus.§.& ſi placeat.ff.de uer.obli.diſtinguat, idē ꝙ Bar.tenet.Cum in conſi.xcij.j.col.cū glo.in l.ubi adhuc.& ibi Bal.in c.j.ut lit.nō conteſt.ij.col.dicit
3 ꝙ* aſſecuratio iſta nō eſt plena reſtitutio dotis:unde nō liberatur uir, nec alia eius bona ab hypothecis:& dicit ꝙ in cā aſſecurationis dotiū nō poteſt procedi ad ſecundū decretū: quia etiā ſi maritus aſsignaret,dominium nō trāsfertur:ut not.Guliel.de Cuneo.in l.ſi noxali.§.deniq;. ff. de pecu.& ſup hoc:uide etiā Bal.nouel. in vij.parte ſui tract.At Soz.cōſi.lx.j. uol.ij.& iij.col.ubi plus uult,ſcilicet,
4 ꝙ* etiā ſi uir aut filii cū uxore & matre in re tali permanſerint,præſumētur iure fami.remāſiſſe. Sed qn̄ ſit dubiū in facto,nunquid ſit probatū, d.Dianā fuiſſe cū effectu aſſecuratā: ex quo nō apparet clarè domos fuiſſe appretiatas, nec ipſam ex cā aſſecurationis in poſſeſsionem miſſam, ideo procedamus ulterius. Vnde
5 ſecundò uidetur cōſiderandū,* utrū qn̄ per tranſlationē dn̄ii nō eſſet ſecuta liberatio aliorū bonorū, poſsit d.Dianæ opponi de prohibita uariatione,uidelicet,ꝙ ſemel elegit agere ſup domibus.Cōſtat* enim (quic-
6 quid dici ſoleat in debitore alternatiuo,an poſtquàm elegit unā rē,poſſit uariare, & eligere aliā) ꝙ qn̄ ſumus in creditore, cui plures res alternatiuè obligatæ ſunt,& habet electionē,ꝙ ſi ſemel elegit litē cōteſtando ſuper una re, nō poteſt ampli⁹ uariare,& eligere aliam rē,ſiue habeat electionē ex prouiſione ſua,ut in l.ſi quis ſtipulatus ſit Stichū.ff.de uerb.obli.ſiue ex prouiſione legali:ut in l.iij.§.& generaliter.ff.de eo qd' certo loco.& per Bar.in l.eū qui certarum.§.fin.ff.eo.tit.de uerb.obl.idem enim importat electio collata à lege ſimpliciter, qd' electio collata ab homine per futurū indicatiui:ut in d.l. eum qui certarū.§.fi.per gl.& Bar.Et facere uidetur optime tex.in l.j.§.fi. ff.ſi fa.fur.fe.dica.ubi ſi is qui à familia ſeruorū Titii paſſus eſt furtū,egerit cōtra dn̄m actione furti tanquàm facti à Sticho, & ſic nomine Stichi, nō pōt pendente lite, imo nec finita per ſententiā cumulare actionē eādē nomine aliorū, ſed debet expectare exitū rei,an per executionem ſibi de tota litis æſtimatione ſatisfiat.Et certum eſt,ꝙ à principio potuiſſet agere pro furto nomine omniū, id eſt, tanquàm facto ab omnibus, cuius actionis effectus erat:ꝙ dn̄s ſolueret totum furtū,uel dederit oēs:iſta inferunt cōtra d.Dianā. At pro ea faciūt uulgata iura, quibus cauetur,ꝙ
7 * actio hypothecaria habet ſpecialia ſua,inter quæ eſt:ut non tollatur niſi ſolutione,adeo ꝙ etiā lata ſententia condēnatoria in perſonali, pignora nō liberantur.l.grege.§.etiā.ff.de pigno.l.quāuis.la ij.C.eo.ti.l.ſolutū.ff. de pign.act.Facit etiam quod uoluit Bart.in l.cōſentaneū.C.quomodo & qn̄ iudex.pe.col.uer.quæro ſecūdò. Bal.in l.ignorare.C.de re mili.Anc. in c.j.de eo qui mitt.in po.ca.rei ſer.
8 ꝙ* ſi feci capere debitorē meū,poſſum

ſum eo exiſtente in carceribus cumulare petitionem miſsionis in po.bonorũ: quia hæc duo remedia ueniũt ad eũdẽ finem. Facit etiã quod dicit Pau.de Caſt.per illũ text.in l.hæres à debitore.§.ꝙ ſi ſtipulator. ff. de fi-
9 deiuſſo.ꝙ* ſi mercator aliquis ceſſaret: quãuis creditores ſtatim caperẽt omnia eius bona,nõ propterea liberabitur ipſe mercator,nec ſui fideiuſſores. Stringendo materiã duo cõſiderabam.Primum eſt,ꝙ l.grege.§.etiam.cũ ſimi.dũ diceret,ꝙ data ſententia cõdẽnatoria ſuper perſonali: adhuc durat hypothecaria: non in-
10 fert,* ꝙ poſsit moueri illa hypothecaria indiſtinctè, ſed tũc demũ,qñ p executionẽ ſententię latę ſuper perſonali nõ põt eſſe ſatisfactũ debito, ut ſcilicet in eo, quod deficit, poſsit moueri hypothecaria. Hoc fulcitur per tex.in l.aduerſus.C.de act.& obl.
11 ubi dicitur,* ꝙ ſi intentaui,& elegi hypothecariã, nõ tollitur ideo actio perſonalis:ſed illã potero intentare ad id, quod per hypothecariã cõſe-
12 qui nõ potui. Secũdũ eſt* arguendo de pluribus actionibus ad plures res.l.ſi idẽ cum eodẽ.in prin.ff.de iuriſd.om.iudi.ꝙ actio hypothecaria, & perſonalis ad hoc ut cõpetant, & moueri cumulatiuè poſsint,debẽt in eo libello cumulari:ut in auth.de fide.§.ſed neq;.ibi,morũ.& per Dyn. in c.nullus plurib⁹.de reg.iur.& Bar. & alios in l.edita.de eden.lo.Fab.in §.item Seruiana.inſti.de actio. Fuit uotatum contra d.Dianam, ut non poſsit uariare.

SVMMARIVM.

1 *Publicatione teſtium facta coram arbitris,expiratóq; compromiſſo:& cauſa introducta coram iudice,utrum ex partibus altera poſſit alia inuita examinare nouos teſtes.& nu.3.*

2 *Arbitri ſententia,uel eius acta nõ ualent coram iudice,coram quo debet de nouo libellus produci,lis cõteſtari,& iurari de calumnia,niſi Princeps &c. nume.5.*

4 *Teſtes examinatos coram arbitro, poteſt quis repeti facere coram iudice:ſi pars contra quam producũtur, nollet eis ſtare:nam ipſa uolente ſtare,nõ debet ille admitti ad ulteriorem examinationem.*

6 *Reſcriptum, & decretatio intelligitur.& refertur ſecundum quod ſupplicatur.*

7 *Plenitudo poteſtatis non procedit à Principis conſiſtorio.*

DECISIO XLVII.

IN CAVSA Baronis Morimilis cum Marco Pappalardo cõtingit
1 dubitari:an* facta publicatione teſtium corã arbitris,expiratóq; compromiſſo,& cã introducta coram iudice,poſsit altera ex partib⁹ alia inuita examinare nouos teſtes:& habere terminum ad faciẽdas probationes,prout uult facere dict⁹ Marcus.
Pro Marco prædicto facit: Nam
2 *publicatio eſt de actis ordinatoriis: & clarum eſt ꝙ acta ordinatoria facta coram arbitro nõ ualent coram iudice:cum & ſententia arbitri corã ipſo non ualeat.l.j.C.de arbi.& iſtud uidentur tenere Innocen.Pet.Imo.d. Ant.& Abb.in c.præſentata.de teſti. & in eo.c.iij.colũ.maxime ea ratione:quia cum ſit noua inſtãtia,neceſſe eſt omnia acta litis ordinatoria reiterare:ad quod l.ij.&l.cum apud. ff.iudi.ſol.& l.pen.C.de arbi.ubi per Bart.qui hoc idem tenuit,hoc etiam dicit Capra, ꝙ coram iudice debe-

bit de nouo libellus produci, lis conteſtari, iurari de calum.&c. Si ergo publicatio, ut de actis ordi. fuit, ergo nõ eſt impedimento quo minus poſſint de nouo fieri probationes. Secundò pro eo Marco facit autoritas Cy. in l. per hanc. ij. col. C. de tempo.
3 appell. ubi dicit,* ꝙ productis teſtibus corã arbitro & apertis, poſſunt alii produci coram iudice: alleg. l. fi. C. de teſti. licet ibi non loquatur de aliis: ſed de eiſdem, & in caſu quo pars nollet ſtare examinationi factę coram arbi. & dictum Cyn. ubi ſ. refert Alex. conſi. lxxxiiij. j. col. iiij. uol. licet Alexã. loqui uideatur, ꝙ quãdo is uellet nouos teſtes producere, cõtra quem teſtes coram arbitro fuerant producti. Pro Barone faciunt tex. in d. l. fin. C. de teſti. & in d. c. præ-
4 ſentata. extrà, eod. tit. in* quibus iuribus ſolum permittitur repetitio teſtium examinatorum corã arbitro, quando pars contra quã producuntur, nollet eis ſtare, & uiuerent. Secundò facit quoddam uerbũ Abba. in c. præſentata. ij. col. ubi dicit, ꝙ iudex ſuccedit loco arbitri, unde in fauorem illius, contra quem fit ut iterum non producantur, maximè publicatis atteſtationibus. poteſt ergo huic fauori renuntiare &c. Pro Barone facit Mar. Soz. in repe. cap. fraternitatis. antep. char. uer. circa quintum & ultimum. ibi, ſecũdo caſu. ubi expreſſe tenet, ꝙ publicatio facta coram arbitro, impedit productionem coram iudice: niſi pars contra quam producti fuerãt, nolit eis ſtare: & idẽ tenet ibidem in xxvj. limit. Pro Barone facit Pau. in l. fin. C. de teſt. pen. colũ. ubi dum not. limit. ad auth. qui ſemel. de teſt. dat rationem, uidelicet, quòd ideo in d. l. fina. admittitur quis ad examinandum eoſdem uel alios teſtes contra diſpo. d. auth. poſt pub. in cauſa. quia pars recuſat ſtare teſtibus examinatis coram arbitro: ergo quãdo pars uellet illis ſtare, ut uult Baro: non debet ille alius admitti ad ulteriorẽ examinationẽ. Hęc
5 non* uidentur eneruare motiua præcedentia: quæ pro parte Baronis adducebantur: nam pars aduerſa expirato compromiſſo adiuit Sacr. Conſilium & ſupplicauit, ꝙ uult cauſam proſequi, aſſerendo in ea eſſe publicatũ: & decretatio dicit, ꝙ cauſa cõmittitur, & ꝙ commiſſarius faciat iuſtitiã: & ſic eſſemus in terminis eorum, quæ dicuntur in d. c. pręſentata. ubi ſecundum unum intellectũ Princeps poteſt facere, ꝙ eam proſequatur cum iiſdem actis ordinatoriis, & ꝙ illa nõ pereant &c. Ad hoc poteſt reſpon. primò, ꝙ Sa. Conſilium non expreſsit, ꝙ cauſa uideatur ex eiſdẽ actis: ſed ꝙ fiat iuſtitia. Sed cõtra dictam reſponſionem adduci poſſet:
6 quia* decretatio intelligitur & refertur ſecundum quod ſupplicatur. l. ſi defenſor. §. qui interrogatus. ff. de interro. act. ſed in ſupplicatione dicitur, ꝙ cauſam proſequi debebat, & ſic ex eiſdem actis, ergo &c. Secũdò reſponderi poteſt: ꝙ id quod dicitur per d. c. pręſentata. procedit de plenitudine po. ut exprimit Capra in eo. c. & dicunt Abb. & Feli. ibidem,
7 ꝙ* procedebat ex ſpeciali mandato Papæ, & in caſu noſtro nõ cadit ſpeciale mandatum Sacri Conſilii: nec plenitudo po. qua uti non poteſt conſiſtorium Principis. Nec etiam poteſt ſe iuuare pars Baronis de conſenſu partis aduerſæ reſultantis ex illa

ſta ſupplicatione. nam in his partis conſenſus non poteſt operari, uidelicet, ꝙ acta ordinatoria ualeant, ut tenet Abb. in d. c. pſentata. de quo tamẽ per Feli. ibi. pro & cõtra in j. limi. uer. ij. limita. Præterea eſt uidendum, an concurrerit ſimul cõſenſus utriuſq; partis, quoniã pcurator Baronis prætendit, ꝙ antequã ipſe Baro acceptauerit ſupplicationẽ, ipſum reuocauit, inſtando pro termino ad prob. Fuit notatũ quòd dictus Marcus non poſsit producere teſtes ſuper ueteribus articulis, ſed ſuper nouis, ſi uoluerit, dummodo articuli non ſint de directo contrarii articulis ueteribus dicti Ladislai.

SVMMARIVM.

1 *Cõpromiſsum peti non poteſt, ubi agitur ex inſtrumento liquido: & teſtamentum licet ſit liquidãdum per probationem mortis teſtatoris, & aditionis hæredi. &c. procedit quo ad executionem: nam ad impediendum cõpromiſsum dicitur liquidum. & nu. 5.*

2 *Paria ſunt inſtrumentum liquidum, & de breui liquidandum.*

3 *Inſtrumenta guarentigiæ habẽtia conditionem reuera purificatam, ſed in iudicio nõdum probatam, dicũtur inſtrumenta pura, & non cõditionalia.*

4 *Compromiſsum fieri peti poteſt etiam poſt terminum datum ad probãdũ in Regno, dummodo nõ ſit ulterius proceſsum, ſcilicet ad citationem teſtiũ, uel articulorum præſentationem.*

5 *Compromiſsum fieri peti poteſt de iure communi lite conteſtata, tamen ante publicationem.*

DECISIO XLVIII.

IN CAVSA magnificæ Camillæ Carraphæ cũ Federico, & Io. Vincentio fratribus ſuis contentis ab ea ſuper legato materno, & petentibus fieri compromiſſum uigore pragmaticæ. Pro conuentis facit: nã * ex tenore pragmaticæ, ubi agitur ex inſtrumẽto liquido, nõ poteſt peti cõpromiſſum: ſed agens ex teſtamẽto, non agit ex inſtrumento liquido: ex quo debẽt probari adhuc aliqua: ut mors teſtatoris, aditio hæreditatis &c. & ꝙ mors probãda, & aditio hæreditatis reddãt inſtrumentũ illiquidum, allegabatur conſilium Areti. xxxij. dum in j. col. allegat ipſe Bal. in l. ſi cauſam iudicati. in fi. C. de exe cu. rei iud. & in l. per diuerſas. C. mãdati. ergo ſequitur, ꝙ ſi inſtrumẽtũ teſtamenti nõ eſt liquidũ, habet locum exceptio cõpromiſsi. Fuit nihilominus notatũ, quòd* nõ ſit locus cõpromiſſo, nam paria ſunt, eſſe inſtrumentũ liquidũ, uel de breui liquidandũ. l. fi. cum ibi no. C. de compẽſ. alleg. Alexã. in l. quidam. ex iij. col. ff. ſi cer. peta. & facit not. dictum Bal. in l. cum teſtamẽto. C. de teſta. manu. in fi. qui dicit, ꝙ* inſtrumenta guarentigiæ ſi habent conditionẽ re uera purificatam, ſed in iudicio nondũ probatam, dicuntur inſtrumenta pura & non conditionalia. Ad contraria reſpondetur: quia procedũt, quo ad executionẽ fiendam: nõ debet enim fieri executio inſtrumenti: niſi illa conſtent, ut mors, aditio &c. Sed ad litis conteſta. & ſic ad excluſionem compromiſsi ſufficit, ꝙ inſtrumentum teſtamẽti appareat. Fuit* etiã in d. cauſa incidenter diſcuſſum uſq; ad quãtum tempus poſsit peti ut fiat d. compromiſſum. Bal. in authen. habita. C. ne fi. pro pa. dicit, ꝙ receſſus ab uno iudice, ut eatur ad aliũ, dicit quædã exceptio declinatoria, & ſic

dilatoria: & in dilatoriis pragmatica regni uult, quod proponantur infra triduũ: alia pragmatica quę incipit odia &c. uult, quod poſsit peti uſque ad dationem termini ad prob. & ſic ſecundũ hoc iſta exceptio non regulabitur ſecundum alios: ſi igitur poteſt opponi in termino ad prob. quod æquiparatur ſecundum nos litis conteſtationi: ergo etiam poſt datum terminum petitur, dummodo non ſit factus aliquis actus alius, ex his qui incumbũt poſt terminum ad probãdum dationem: ut eſt præſentatio articulorum: citatio teſtium &c. iuxta no. in Cle. ſępe. uer. non ſic tamen: de uerb. ſigni. & ibi per Car. xij. q. ult. col. Et hoc credo uerum, quando pragmatica non diceret prout dicit, quòd petatur ante dationem termini ad probãdum: ſtandum eſt ergo pragmaticæ.

5 De * iure communi circunſcripta pragmatica cõpromiſſum ex forma ſtatuti poteſt peti etiam poſt litẽ conte. dummodo antequã fiat publicatio in cauſa. no. Bal. in l. j. ff. de tranſactio. Pau. in procœ. C. in prin. j. col. ad fi. Ro. in l. prætor ait. in princi. in addi. no. ff. de no. ope. nun. & uide Lãfr. in ti. de arbi. in fi. ubi ponit quoddam conſiliũ d. Ia. de Zocchis. & Iaſ. in d. l. j. iiij. notabili. ff. de tranſact.

SVMMARIVM.

1 *Vſurarius contractus an præſumatur continens pecuniam debitam ex mutuo, & ex uenditione alicuius rei: & cõſtat in facto quod confeſsio dicta rei fuit facta ſub ſpe futuræ cõſignationis, & quòd creditor non erat aliter mutuaturus.*

2 *Vſurarii, qui recipiunt promiſsionẽ de uera ſorte habentes rem ſterilẽ, uel nomina debitorum inania, non ſoluendo, uendunt ea receptori mutui certo pretio: & re uera contractus emptionis non fuiſſet celebratus, niſi propter mutuum: quòd iſta fraus reſcindetur.*

3 *Vtile per inutile quando uitiatur.*

4 *Creditor petens plus debito, ut amittat debitum, quatuor requiruntur.*

DECISIO XLIX.

IN CAVSA Nicolai Anelli imperati cum domino Comite Magdaloni. Apparet * cõtra d. Comitem inſtrumentum, in quo recipit certam pecunię quantitatẽ ex cauſa mutui à Nico. Anel. & conſtituit in eo inſtrumento ſe debitorem eidem Nicolao Anello in certa alia ſumma pecuniæ ex cauſa emptionis certorum armorum, quæ confitetur ſe recepiſſe, & etiam perularum quas confitetur ſe recepiſſe: & conſtat in facto, quòd confeſsio de armis fuit facta ſub ſpe futurę conſignationis: & cõſtat etiam in facto, quòd perulæ ſunt longè minoris pretii quàm ſit pretium conuentum, itẽ quòd Nicolaus Anellus non erat aliter mutuaturus. 1

Quo ad contractum quòd ſit uſurarius, fuit adducta deciſio Bal. in l. cum alleg. iiij. col. C. de uſur. ubi dicit contra fœneratores * qui recipiũt promiſsionem de uera ſorte, & habentes res ſteriles uel nomina debitorum inania, id eſt, non ſoluendo, uendunt ea receptori mutui pro certo pretio: & re uera iſte contractus emptionis non fuiſſet aliàs celebratus, niſi propter mutuũ, quòd iſta talis fraus reſcindetur, per tex. in l. cũ uidetur. ff. de iur. dot. Quod dictum allegat Laud. de rod. in trac. de uſur. q. lxiij. Ex quo inferebatur contractũ eſſe nullum, & nedum contractum uenditionis, ſed etiam mutui, ut ſic non poſsit per creditorẽ peti intereſſe, ſaltẽ pecuniæ mutuatæ per ela- 2

pſum dici appoſiti in contractu. Sed hoc mihi non fuit uiſum, uidelicet, quòd etiam contractus mutui ſit nullus, quoniam iſta ſunt ſeparabilia, ui
3 delicet mutuum & uenditio, & * utile per inutile non uitiatur. l. j. §. ſed ſi mihi. ff. de uer. obl. ubi per omnes. & eſt text. in d. l. cum allegas. & in l. pecuniæ. C. de uſur. & tanto magis, quia Bal. dicit, ꝙ reſcinditur fraus, id eſt illa uenditio facta in fraudem uſurarum. & Lau. ubi s. ſentit expreſsè, quòd reſcinditur contractus loquens de uenditione: & pro hoc eſt tex. in l. rogaſti. §. ſi tibi. ff. ſi cert. peta. & expreſsè diſpu. firmat Laud. de rod. q. cxxxv. Adducebatur etiam contra Nico. Ane. quòd ipſe in ſua ſupplicatione petebat nedum pecuniā uerè mutuatam, uerum etiam & pretium armorum & perularum. unde inferebatur ad dictum Bal. in l. j. in prin. C. de plus pet. ubi notans quatuor quæ
4 dicuntur concurrere ad hoc, * ut petens plus debito amittat debitum, uidelicet quòd cautio ex qua agitur, ſit extorta de maiori ſumma: & ꝙ propter dolum: & quòd reus ſit uocatus in iudicium, & lis conteſtata: & quòd in probationibus liqueat de dolo actoris: ſubdit hæc eſſe notanda contra fœneratores qui extorquent inſtrumenta de duplo, nec poſſunt excuſari à dolo, quia faciunt in fraudē uſurarum &c. & idem ponderant ibi Saly. & Pau. de Caſt. ſed prout notat Saly. ibi in fi. debet hoc peti. ꝑ parte Comitis non fuit petitum: ut ſcilicet Nico. Ane. cadat à toto debito.

SVMMARIVM.

1 *Tutores antequam adminiſtrent, debent nouem requiſita ſolennia obſeruare.*

2 *Tutor ſi non confecit inuentarium, nō priuatur adminiſtratione, niſi prius accuſetur ut ſuſpectus.*

3 *Tutor qui per plura tempora non fecerat inuentarium, ſi poſtea facit, admittitur ad agendum.*

4 *Tutor debet expreſſe promittere defenſionem pro pupillo ſuſcipere: & dicit Bar. quòd propter huiuſmodi promiſſionis defectum uidit multas tutelas caſſari.*

5 *Mater & auia petentes tutelam, debent promittere ſolēnia cum expreſſa hypotheca ſuorum bonorum: aliàs talis omiſſio uitiaret tutelam.*

6 *Mater & auia petentes tutelam debent renuntiare ſecundis nuptiis, ſine iuramento tamen: aliàs omiſſio talis uitiaret.*

7 *Mater & auia tutelam petentes debent expreſſe renuntiare omni legum auxilio: quæ clauſula eſt de ſubſtantia.*

DECISIO L.

IN CAVSA Iacobi Luciani cum hæredibus quondam Pyrrhi Antonii de Cōſtantio, dubitatum eſt * quæ
1 ſint ſolennia, ad quæ tenentur tutores antequam adminiſtrent. Primò requiritur decretum iudicis: debet enim decerni tutela, ſeu, ut rectius loquar, adminiſtratio cuilibet tutori etiam teſtamentario: ut in l. fi. §. fi. C. arbitrium tutelæ: & per gl. & Sal. in l. fi. §. ſed cum antiquitas. C. de cura. furi. in matre quòd nō indigeat. uide Bar. in authē. ma. & aui. iiij. col. Secundò quòd confecerit inuentariū.
2 l. tutores. C. de admi. tuto. Si * tutor non confecit inuentarium, poteſt ut ſuſpectus remoueri, tamen antequā accuſatur ut ſuſpectus, non interdicitur adminiſtratio eius. Cum. conſ. xv. incip. auia paterna. alleg. Bar. in l. tu-

tor.qui rep.ij.col.uer. cõtrarium puto.de adm.tu.& uide Fulg. conſi. ccxxxiij.incip.proponitur. ubi dicit. ꝙ ſi quis aut uerus tutor nõ fuerit, aut fuerit, ſed legitimè non cauerit: aut tutelæ adminiſtrationem non acceperit,ut oportuit:hoc eſt iudicis decreto, & facto inuentario,ſecũdum l. ult.C.ar. tu. uel no.ut lege cautũ eſt, iurauerat,palàm eſt quod geſsit, uel ipſi pupillo nocere potuiſſet.ut ff.de legi. tu.l. legitimos. & quod ibi not. per Dy.Bar.Bal.& Ia.de Are.poſt gl. & per Cy.& cæteros.C. de admi. tuto.l.fi. §.fi. & ex hoc quidã inferebãt, quòd tutor etiã ſine ſolennibus poſſit agere antequam ut ſuſpectus recuſetur:ſed contrariũ uidetur.& Bar. in d.l.tutor qui reperto.ij.col.mouet

3 q.de *tutore,qui per plura tempora non fecerat inuentarium,ſi poſtea facit,an admittatur ad agẽdum:& determinat,quòd ſic.quaſi quòd ſi non feciſſet.non admitteretur. Tertiò, quòd ſatiſdet rem pub. ſaluam fore. l.j.C.de tuto.& cu.qui non ſatis ded. quod non habet locum in tutore teſtamẽtario:ut ibi per doct. dic ut ibi.

Quartò, quòd iuret utilia facere, & inutilia prætermittere.in auth. ut hi qui obli.hab.perhib.res mi.§.fi.ij. col.& de cur.fu.d.l.fi.§.ſed cum antiquitas.

4 Quintò,* ꝙ expreſſe promittat defenſionem pro pupillo ſuſcipere.l. fi.§. defenſionem.C.eo.tit. de admi.tut.& dicit Bart. quòd propter huiuſmodi promiſsionis defectũ uidit multas tutelas caſſari. Sextò,

5 quòd * quando mater ſeu auia eſt illa quæ tutelã gerere uult, faciat dictas promiſsiones cũ expreſſa hypotheca bonorum ſuorum, in auth. ut ſine prohi.mat.Bart. in auth. mat. & aui.iiij.col.uer.quero quòd ſi in tutela.dicens, quòd hæc omiſsio uitiaret. Septimò, quòd mater ſeu auia renuntiet Velleiano ſenatuſconſulto:ut in auth. matri &auiæ.& hoc eſt etiam de ſubſtantia ſecundum Bart. ibi.& Sal. ſequitur in vj.col. Octauò,quòd renuntiet mater & auia ſecundis nuptiis:ut in d. auth. matri & auiæ.& dicit etiam ibi Bar.quòd hoc eſt de ſubſtantia:& omiſsio uitiaret. & ſequitur Sal.ibidem.vj.col.hæc autem renunciatio fiet ſine iuramento: ut ibi.& in auth. ſacramenta. Nonò, quòd mater & auia renunciet omni legum auxilio:& iſtud eſt etiam de ſubſtantia,ut in auth. ut ſine prohibi.mat. & eſt gl.in d.auth. matri & auiæ.in uer. Velleiani. & quòd ſit de ſubſtãtia,dicit Bar.ibi.& ſequitur Sali.uidelicet in d. auth. matri & auiæ. vij.col. In cauſa huius Troianæ omnia hæc fecerat mulier excepto octauo: quia nõ renuntiauerat ſecundis nuptiis:attamẽ in actu erat clauſula, quòd promittebat obſeruare omnia ad quæ de iure tenebatur: item erat clauſula,quòd ſe obligabat in forma curiæ conſuet. Fuit concluſum: ꝙ ex quo pars non opponit de defectu dictæ clauſulæ,ꝙ ualeat proceſſus.

SVMMARIVM.

1 *Decretum latum ex cauſa partim uera,partim falſa,ruit in totum:licet ſententia lata ex falſa cauſa contra ius litigatoris peccãs in iuſtitia nõ ſit nulla.*

2 *Decreta quæ hodie interponuntur ſuper appretio uel aſsiſtentia uirtute l. creditores.C.de pign.ſunt in totũ nulla,& etiam adiudicatio quæ inde ſequitur,eſt nulla, ſi fuerit petitum aliquid plus debito.*

3 *Decreta quæ proferuntur officio iudicis nobi*

cis nobili ſunt reuocabilia: ſecus ſi proferantur officio iudi. mercenarii de ſeruiente actioni intentatæ ut hypothecariæ, condictioni ex l. certi condictioni. quæ naſcitur ex ſtipulatione appoſita in inſtrumento. &c.

4 *Decretum latum officio iudicis nobili, & mercenarii, & ſententia, in quo differant inter ſe.*

5 *Decretum interpoſitum poſt litem conteſta. in uim diffinitiuæ, ualet ut diffinitiua: ante lit. uerò conteſt. in uim interlocutoriæ.*

6 *Decretum nullo modo poteſt dici nullum ratione falſitatis cauſæ: quando ante decreti interpoſitionē fuiſſet plenè diſputatum & cognitum de ueritate ſeu falſitate cauſæ.*

7 *Solutio pecuniæ in totali ſpecie, quæ non erat niſi pro parte debita, facit quòd non poſſit tota pecunia repeti, ſed tantū pro rata partis ſpecici nō debitæ: ſecus in datione in ſolutū. et nu. 1.*

8 *Ceſſionarius actionis agens contra tertios poſſeſſores, debet pro rata ſibi diminuere de debito, quando reperitur etiam ipſe inter ipſos poſſeſſores.*

9 *Ceſſio actionis contra debitorem & eius bona facta per creditorem, cui debitor obligauerat omnia bona, deinde uendit Titio domū, poſtea Paulo fundum: creditor agit hypothec. cōtra Titium petendo domum, Titius offert debitū, fit ceſſio ſupradicta, utrum poſſit intentari contra Paulum.*

10 *Aſſenſus regius generaliter conceſſus alienationi, poteſt alienatio cuicunq; fieri, uel quādo in inſtrumēto debiti eſt data poteſtas capiēdi authoritate propria, uendendi, & alienandi, & Rex ſimpliciter aſſentit.*

Creditor poteſt cedere: & in ceſſione non requiritur aſſenſus regius. eod. nu.

11 *Aſſenſus regius utrū requiratur quo ad aſſiſtentiam, uel quo ad adiudicationem, & quid ſi fuerit interpoſitus poſt concluſionem cauſæ. num. 9.*

12 *Priuilegium emptionis alicuius Ciuitatis emanatum à Rege cum clauſula quòd derogetur omnibus etiā dotibus, & quòd pro bono pacis fuit facta uenditio, ut de illa pecunia ſubueniatur bello, intelligitur in dotibus non ueris.*

13 *Princeps ex cauſa utrum poſſit tollere ius alterius: cum in dubio præſumatur motus ex cauſa rationabili.*

14 *Priuilegium continens clauſulas abdicatiuas iurium aliorum, & beneficium l. bene à Zenone. non præiudicat iuribus tertii, etiam ſi dicatur pro bono pacis factum.*

DECISIO LI.

IN CAVSA Antoniæ Palmiſanę cum Illuſtriſſ. duce Ariani, Comite Potentiæ, & conſortibus: Primò fuit dubitatum:* utrum ſententia ſeu decretum S. Concilii ſuper aſsiſtentia & adiudicatione latum in fauorem magnifici Galeocti Carraffe pro ducatis. M. ſuper caſtro Panni ipſius Antoniæ (cuius uigore fuerunt ſoluti dicto Galeocto dicti. M. ducati: factáque ceſsio dictæ Antoniæ) ſit nullū: ex quo apparet, quòd non erant debiti niſi ſexcenti ducati: & conſequēter an ceſsio, cuius uigore dicta Antonia agit contra dictos Dominos, ſit ualida. Contra decretum facit: nam licet ſententia diffinitiua lata contra ius litigatoris, & peccans in iuſtitia non ſit nulla, etiam lata ex falſa cauſa. l. cum putarem. fami. herc. l. j. §. item cum contra ſacras. quæ ſent. ſine ap. reſ. l. j. C. de condi. inde. tamē decretum latum ex falſa cauſa, etiam ſi pro parte ſit uera, ruit in totum. l.

cum uero. §. ſubuentum. de fideiuſ. lib.l.j. §.hæc uerba. ff. ne uis fiat ei.l. iij.§.puberi.de Carbo.edi.Bar. & omnes per illum tex.in l. ſi non ſortē. §.ſi centum. ff. de condi. inde. & ibi dicit Ant.de Alex. hæc uerba forma-
2 lia : ex hoc apparet, * quòd decreta quæ hodie interponuntur ſuper aſsiſtentia uel appretio, uirtute l. creditores.C.de pigno.ſunt in totum nulla:& etiam adiudicatio,quæ inde ſequitur,eſt nulla:ſi fuerit petitum aliquid plus debito : quod tene menti. Et iſtud de decreto quod latū eſt ex cauſa partim uera partim falſa,ſit in totum nullum, firmant omnes poſt Bar.in l.iuſte.ff. de acqui. poſ. Pro
3 decreto facit. Primò:nam * iura prædicta cum authoritatibus loquentia in decreto,uidentur loqui in decreto quod fertur officio iud. nobili : & eſt ſecundū decretū &c.illud ergo & ſimilia quę officio iud.nobili ꝓferuntur,ſunt reuocabilia:ut Bar.& Alex.in l.quod iuſsit.de re iud.Feli. in c.j.eo ti.Sed decretū de quo in caſu noſtro, uidetur eſſe latū offi.iud. mercenarii deſeruiēte actioni intētatæ,uidelicet hypothecariæ:Saluiano interdicto,cōdictioni ex l.fi.C.de acq.poſ.certi condi.quæ naſcitur ex ſtipulatione appoſita in inſtrumēto, in quo eſt cōuentū quòd liceat propria authoritate ingredi per clauſulā,ius & iuſtitiā miniſtrari omni meliori uia &c.Et iſtud de decreto lato per offi.no.uel merce. ponderāt docto.mod.in d.l.iuſtè.dum ponunt ra
4 tiones diuerſitatis inter * ſententiā & decretū,in ratione Bald.ibi in addi.& in ratione Abb.in c.j.de re iudi.Et ad d.rationem Bal.dicit Bald. no.ibi hæc uerba:ex qua ratione in-

ferri poteſt notanter : quòd ubi interlocutoria fertur circa ea quæ reſpiciunt ipſam actionem intentatā, & ſic non ex mero,& nobili iudicis officio : non eſt nulla : licet ſit lata ex iniuſta,ſeu non uera cauſa. Secundò pro decreto facit:nam ſuper hoc decreto fuit lis conteſtata:proceſſumq; ordinariè cū omnibus terminis . unde ſuccedit limitatio : de qua per Soz.in d.l.iuſte.v.col. uerſi.
iij.concluſio:ubi dicit,quòd* quādo decretum interponitur poſt litis cōteſta.in uim diffinitiue:ualet ut diffinitiua : alleg.Cy.in l.conſentaneū. C.quomodo & quando iudex.& dicit ibi Sozin.quòd prædicta,quæ ibi no.de decreto,habent locum in decreto quod interponitur ante lit.cōteſta.in uim interlocutorię. Tertiò facit alia limitatio:de qua per Alex. in d.l.iuſte.vj.col,uerſi.quintò fallit: ubi dicit limitādo dicta ibi decreto:
6 quòd*quādo ante decreti interpoſitionē fuiſſet plurime diſputatum & cognitū de ueritate, uel falſitate illius cauſę,talis diſcuſsio operabitur, quòd nullo modo poſsit dici decretum nullum ratione falſitatis cauſæ. alleg. Ange.in l.fi.ff.de iuſti. & iur. Rapha.in d.l.iuſte:ſed ita uidetur in caſu noſtro:cum iam in cauſa ſint facti articuli ſuper ſatisfactione, licet non probati,& pars aduerſa articulos ſuper non ſatiſfactione:quare uidetur eſſe de hoc cognitum. Quartò facit: nam hic eſt deuentum ad ſolutionem pecuniæ, eo enim ipſo quòd domina Antonia habuit contra ſe decretum adiudicatiuum,uolens redimere ſe,obtulit pecuniam: cuius cauſa fuerat latum decretum, & Galeoctus recepit & fecit

ceſsionẽ:unde ſuccedit quod dicitur in d.§.ſi centum. uidelicet,ꝙ licet datio in ſolutũ de ſpecie facta quæ nõ debebatur niſi pro parte, intantum
7 uitietur:tamen * quãdo loco ſpeciei pro parte debitę detur pecunia pretii totius ſpeciei:non põt tunc repeti tota pecunia: ſed tantum pro rata partis ſpeciei,quę non erat debita: & hoc dicit tex.ibi in d.§.ſi centũ.uerſi. idem Marcellus. Fuit uotatũ quòd ex æquitate remaneat decretum ualidum. Secundò in d.cauſa fuit du-
8 bitatum:an * ſtãte decreto ualido & cõſequenter quòd uigore ceſsionis poſsit domina Antonia agere cõtra tertios poſſeſſores, utrum debebat ipſa pro rata ſibi diminuere de debito, ex quo inter alios poſſeſſores erat etiam ipſa: & fuit uotatũ,quòd ſic,per dicta per Specu.in tit. de ceſſione actionis.§.j.uerſi.ſed pone habeo.ubi ponit hæc uerba, uidelicet:
9 ſed pone * habeo debitorẽ qui mihi obligauit omnia ſua bona: poſt hoc ille uendit Titio domum,poſtea Paulo fundum: egi contra Titiũ hypothecaria petendo domũ:obtulit mihi debitum:ceſsi ei actionẽ cõtra debitorem & eius bona:agit modò cõtra Paulum: ille uerò opponit beneficium cedẽdarum.quæritur an poſsit. Quòd Titius agere poſsit, probatur:quia conſtat de debito & obligatione,quòd res fuit in bonis debitoris quæ probantur in hypothecaria:ut C.de pigno.l.nec creditores.& de nõ nume.pec.l.j.ff.de pigno.l.ſi ſuperatus.& l.quæ nondum. §.j.argu.contra, quòd non poſsit: nam iuſto poſſeſſori cedenda ſunt iura.ff.qui po.ha.l.mulier.& ſic culpa creditoris ſunt deteriores.ff.de ſolu.l.Stichum.§.Si creditor.domus enim uidetur liberata,cũ facta fuerit Titii,& ipſe acquiſiuit ſibi iura, quia pignus & dominium ſimul nõ concurrunt.ut ff.de pign.l.ſi in non: & in generali ſermone &c.ff.de act. emp.l.ſi mercedem.& de ſent.l.j.Solu.dic, quòd diuiditur obligatio.ff. de reſcin.uen.l.cum poſſeſſor.ff.de admi.tu.l.ſi pupilli.ff.ad leg.Rho.de iac.l.ii.§.j. Tertiò in eadem cauſa fuit dubitatũ:an ſtãte ualiditate decreti,ut dictum eſt,poſsit opponi d. Antoniæ agenti iure ceſſo de defectu aſſenſus in dicta ceſsiõe,ex quo aſſenſus interpoſitus fuit poſt concluſum in cauſa,& ius poſt concluſum ſuperueniens nil iuuat: ut per Bar.in l.ſi mater.§.eãdem.ff.de excep.rei iudi.Alex.conſi.cl.v.uolumi. Afferebant in hoc apoſtillã d.Anto: de Alex.ad And.in conſti. conſtitu. diuæ memoriæ.ubi conſuluit,quòd
10 * quãdo in inſtrumẽto debiti eſt data poteſtas capiẽdi propria authoritate uendendi,alienãdi,& in ſolutũ retinendi,& rex ſimpliciter aſſentit: tũc creditor poteſt cedere: & in ceſſione non requiritur aſſenſus alius, per no.per And.in l.imperialem.de prohi.alie.per Federi.uolentẽ,quòd quando aſſenſus eſt conceſſus generaliter alienationi,poteſt fieri alienatio cuicunq;.iſta nõ erant in caſu noſtro:nã in inſtrumento non ſtabãt extenſæ clauſulæ: ſed dicebatur cũ poteſtate capiendi &c.& tale inſtrumẽtum ita diminutum erat in aſſenſu inſertum.Subdebat do.Ant.quòd
11 * quando non fuiſſet in inſtrumẽto data hæc poteſtas,ſed ſolum res hypothecata cum aſſenſu, tamen in ceſsione quo ad aſsiſtentiã non requi

quirítur aſſenſus, ſed in adiudicatio
ne ſic:& in hoc ego reſidebam. Fuit
tamen uotatum: ꝙ ex æquitate talis
aſſenſus iuuet etiam:quo ad adiudi-
cationẽ. Quartò in prædicta cau-
12 ſa fuit dubitatum:an * dux Ariani ha
bens priuilegium Ariani à Rege ſe-
cundo Ferdinãdo, cum clauſula per
quam derogatur omnibus etiam do
tibus, poſsit ſe tueri aduerſus dictam
adiudicationem & aſsiſtentiam:cum
dicatur in priuilegio, ꝙ ꝓ bono pa-
cis uendit ciuitatem Ariani, ut de il-
la pecunia ſubueniatur bello contra
13 Gallos. Quòd ſic, facit:nã * Princeps
ex cauſa poteſt tollere iura alterius.
l. item ſi uerberatum. ff. de rei uendi.
per Bart. in proœ. ff orum. ij. col. cum
aliis adductis per Felin. in c. quæ in
eccle. ix. & x. col. de conſtit. Et in du-
bio præſumitur Principem motum
ex cauſa rationabili:ut per Cy. in l. fi.
C. ſi contra ius uel uti. pu. & in l. re-
ſcripta. iij. & iiij. q. C. de precib. imp.
offe. cum concorda. per Felin. ubi ſ.
xxij. colũ. maximè hic quia allegatur
cauſa, & præſumebatur ſtante bello
& inopia dicti Regis. Fuit in hoc
uotatum quòd non obſtet priuile-
gium, & quòd dum derogatur doti-
bus, intelligatur in dotibus non ue-
ris, non in ueris: ut erat iſta. At in
cauſa ſimili Antoniæ palmiſanæ &
domi. Sigiſmundi Carraffe contra
dict. Ducem Ariani: ducem Termu-
larum: Marchionem Vaſti: dominũ
Inicum d. Apitii, fuit uotatum ꝙ per
clauſulas abdicatiuas iurium alieno
rum, & beneficio. l. bene à Zenone
&c. non præiudicetur iuribus tertii.
Nec obſtat ꝙ dicat, ꝙ pro bono pa
14 cis:nam * nõ poteſt auferri res mea
pro bono pacis: quãdo nõ cõſtet nõ
potuiſſe alia bona fiſci alienari, &
pacem alit̃ haberi nõ poſſe, & hoc
in anno 1510. in Nouẽb. aut Decẽb.

SVMMARIVM.

1 *Impeditus inſtrumento uti ante ſententiam, reſtituitur.*

2 *Inſtrumentum ſolutionis nouiter repertum & incognitum utrum proſit condemnato per ſententiam.*

3 *Obliuio præſumitur maximè ſpatio x. ann.*

4 *Confeſsio, ſeu depoſitio alicuius examinati tanquam teſtis in uno iudicio, nõ nocet ſibi tanquam parti ſeu principali alio iudicio.*

DECISIO LII.

IN cauſa hæredum magnifici Io-
annis gagliardi cũ magnifico Io-
anne minutulo ſuper executione cu
iuſdam ſentẽtiæ aliàs latæ in S. Con-
ſilio contra dictum Ioan. minutulum
ut hæredẽ Loyſii. Qui de defende-
bat non debere exequi contra bona
quæ poſsidet:ex quo eſt hæres cum
beneficio inuentar. quondã Loyſio
patri ſuo:& ꝙ hæc bona nõ ſunt pa-
terna:præfatis de Gagliardo oppo-
nentibus ꝙ extat decretum latum in
S.C. ꝙ ſuper his bonis executio fiat,
tanquã inuentariatis in dicto inuen-
tario, prædicto Ioan. minutulo in cõ-
trarium aſſeuerante, & petente ſe re
ſtitui in integrum contra d. decretũ
ex clauſula generali, cũ per depoſi-
tionẽ dicti Ioã. gagliardi & Margari
tę minutulę ſuæ matris, facta in quo
dam alio iudicio inter dictum Ioan.
minutulũ & quõdã Iac. minutulum,
in quo tãquã teſtes examinati ſunt,
conſtare dicat, ꝙ dicta bona nõ re-
manſerint in hæreditate Loyſii, & ꝙ
de iſtis depoſitionibus non habuit
hucuſq; notitiã: & ſic tuebatur ſe ex
his

his quæ no.Bart.in l.j.poſt medium. C.de ſent.aduer.fiſ.latis.li.x. uidelicet: ꝙ * is q eſt impeditus uti inſtrumento ante ſententiam, reſtituitur: & latè probat Pau.de caſt.conſi.cccxxv. per totum.ubi dat plura remedia qñ aliquis eſt condemnatus, & * deinde poſt ſententiam reperit inſtrumentũ ſolutionis, quod antea erat ſibi incognitum.& refert & ſequitur Felin. in c.ſuborta.pe.col.de re iud. Cõtra hæc allegabatur pro parte illorũ de gagliardis. Nam Ioan.minutulus tempore dicti decreti de exequẽdo ſententiam ſuper bonis inuentariatis, quod fuit in Anno 1506. habuit notitiam de dicto proceſſu, ac depoſitione Ioã.gagliardi: ex quo in cauſa illa fuit facta publi.in Anno 1493. Ad hoc Io.minu. dicebat ſe nõ didiciſſe teſtificata, & eſſe longum tempus pluſquam. x.annorum inter decretum & examen ſeu publicationẽ: unde * poteſt præſumi obliuio per no.in l.peregre.de acq.poſſ. Contra Io.minu.allegabatur etiã: quia ſi uelimus attẽdere teſtes examinatos in dicto proceſſu, illi non probãt, quia inter alias perſonas. Si uerò depoſitionem Ioan. gagliardi principalis, minimè probat: nam, ut dictum eſt, in illo iudicio Io.gagliardi depoſuit tã quam teſtis, & conſtat ꝙ depoſitio alicuius, q in uno iudicio certo modo tanquam teſtis depoſuit, non nocet ſibi in alio iudicio tanquam parti: ut eſt deciſ.Rotæ in tit. de confeſſis.ij.deciſ.in deciſ.d.Bernardi de biſgneto. char. xij.& licet in alia deciſ. poſita in antiquis in titulo, de cõfeſſis.nu.855.char.146.quę cõcordat de uerbo ad uerbũ cum præcedenti in fi.ſit cauda, quæ dicit in oppoſitum. facit extrà, de tranſactio. c.ex literis. cum no.ibidem.tamen rubrica dictę deciſ.in antiquis.ubi eſt d.cauda, cõcordat cum rubrica præcedentis alterius deciſionis de Biſgneto, ut cõfeſsio non præiudicet.

SVMMARIVM.

1 *Executio ſententiæ regiæ ſeu Sacri Conſilii non impeditur per reſtitutionem in integrum petitam contra ſententiam: ſecus in ſententiis inferiorum à Principe.*

2 *Reſtitutio, nec ſupplicatio impediunt executionem ſententiæ Principis.*

3 *Executio ſententiæ principis non impeditur beneficio reſtitutionis in integrum: tamen datur cautio, quòd in caſu retractationis &c.*

4 *Læſio infertur ad reſtitutionem, non ad ſententiam reſcindendam.*

DECISIO LIII.

IN cauſa magnifici Manfredini de bucchis cum uniuerſitate: fuit dubitatum, an * petitio reſtitutionis in integrum aduerſus ſentẽtiam Sacri Conſilii facta per uniuerſitatem prędictam impediat illius executionẽ. In ſententiis inferiorum, conſtat ꝙ impedit, per tex.in l.una. C.in integ. reſti.poſtu.nequid noui fiat. Cum diſtinctione an læſio poſsit incontinẽti probari, an non: ſecundũ Bart.in l. iiij.§.condemnatũ.ff.de re iudi. & in l.ſi prætor.§.Marcellus.in fi.ff.de iudi.hanc autem diſtinctionẽ non ſequitur Imo.in d. §. condemnatum. imò uult ꝙ indiſtinctè impediatur executio per rubrũ & nigrum.in d.l. j.C.in integr.reſti.po.nequid no.fiat. & Imol.ſequitur Alexan.ibidem allegans plures authori.ad hoc. At in ſententia Principis eſt dubium. Inno. in c.ſciſcitatam.de in integ.reſtit.tenet,

net, ꝙ non impeditur executio per illum tex. quem ita intelligit. Abb. ibi intelligit illum text. aliter, uidelicet: ꝙ ideo executio in caſu illius. c. non impeditur: quia cõſtabat ex præſumptione, ꝙ petebatur reſtitutio malitioſe cauſa differendi executionem. Et ideo tenet Abb. ibi. ꝙ impeditur executio ſententiæ Princ. per reſti. & in fi. dat cautelam, ut aduerſus ſentẽtiã Principis potius incedas per uiã reſtitutionis, quàm ſupplicationis. Alexã. in d. §. condemnatũ. tenet, ꝙ non impeditur executio ſententiæ Principis per peti. reſtit. in integ. ob præſumptionem quæ eſt pro ſententia ipſius Prin. & dicit, ꝙ intell. Inno. in d. c. ſciſcitata. eſt uerus intellectus. Iaſo. in authen. quę ſupplicatio. C. de precib. impera. offe. ij. col. æquiparat ſupplicationem & reſtitut. in integr. 1
2 in iij. notabili, dicens: ꝙ * ſicut ſupplicatio non impedit executionem ſententiæ Principis: ita & reſtitutio in. integ. per d. c. ſciſcitata. Fuit uota-
3 tum ꝙ * fiat executio data cautione per Manfredinum de reſtituendo in caſu reſtitutionis concedendæ parti, decretumq; eſt, ꝙ nil allegabatur ꝑ uniuerſitatem, per quod inferebatur debere ſententiã reſcindi, niſi ſola læſio: ex quo non fecerat ſuas defen 2
4 ſiones: quæ * læſio inferebat ad reſtitutionem concedendam, non ad reſcindendam ſententiam.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio diſcuſſionis oppoſita per tertium poſſeſſorem conuentum contra actorem, in quibus caſibus releuet excipientem.*

2 *Diſcuſſio bonorum non eſt neceſſaria ubi reperitur inſtrumentum cum pacto de capiendo, & conſtitutione precarii.*

3 *Fideiuſſor opponens exceptionem diſcuſſionis non facta cõtra principalem non auditur, ſi in iudicio contra ſe intentato fiat plena fides, ꝙ principalis non eſt ſoluendo.*

4 *Actor in replicatione facta contra fideiuſſorem excipientem de diſcuſſione utrum dicere debet, tua non intereſt, uel tibi non expedit: cum uis ſit in forma opponendi.*

5 *Diſcuſſio bonorum non requiritur, ubi notorium eſt, principalem non eſſe ſoluendo.*

6 *Notorium factum ſufficit, licet iudici ex proceſſu non ſit notorium: & ſufficit notorium allegare.*

DECISIO LIIII.

IN cauſa magnificæ Ritæ caldoræ cum Iac. de ruſsis: per dictum Iacobum opponitur * exceptio diſcuſsionis contra dictam dominam Ritam, ex quo eſt ipſe tertius poſſeſſor conuentus hypothecaria, contra quem non poteſt agi niſi diſcuſsis hæredibus quondam magnifici Io. Antonii Caldoræ principalis debitoris: ut eſt caſus in auth. hoc ſi debitor. C. de pigno Ex aduerſo opponebantur tria. Primum ꝙ in inſtrumento, uigore cuius agitur, eſt pactum de capiẽdo, & conſtitutio precarii. quo * caſu nõ eſt neceſſaria diſcuſsio, prout dicta pragmatica Reg. quæ incipit aſsiſtẽtia. Pro pragm. eſt Bal. in l. j. ij. colum. uerſi. quæro quid ſi debitor. C. de his quæ in frau. cre. ſed tale inſtrumentum nõ fuit oſtenſum. Secundum, quod opponebatur, erat glo. ſing. in l. niſi hoc actum. ff. de pact. in gloſſ. j. uer. uel prius eum conueniri fideiuſſori non expedit. per quam glo. not. & Ang. in l. x. ult. col. ff. de uerb. obli. & in authen.

in auth.hoc ſi debitor. C.de pignor.
3 circa finem.quòd * ſi dum agitur cõtra fideiuſſorem non diſcuſſo principali: & fideiuſſor opponit exceptionem diſcuſsionis non factæ: & actor replicat: quòd non debet ipſe fideiuſſor audiri ſuper ſua exceptione, eo quòd non intereſt eius eã opponere: ex quo reus prin. non eſt ſoluendo, procedet iudicium, dummodo in iudicio intentato contra fideiuſſorem fiat plena fides, quòd principalis non eſt ſoluendo: & illud dictum Ange. refert & ſequitur Alexã. in d.l. niſi. referens multa concordãtia, præcipue Ang. & Imo. in l. exitus. ff. de acqui. poſ. Sed de hac replica-
4 tione non fuit habita ratio, nam * in actis non erat oppoſita iſta replicatio: ut dicit Angel. uidelicet: quia tua non intereſt, & prout dicit dicta glo. uidelicet: quia non tibi expedit, & dicit And. in d.l. decem, quòd eſt uis in modo opponendi. Tertium quod opponebatur, erat, quia notorium eſt ipſum d.Io.Anto. ac eius hæredes non eſſe ſoluendo: ex quo omnibus innoteſcit, quòd do.Io. Anto. tanquã rebellis domus Aragoneæ fuit denu-
5 datus omnibus bonis, & * ubi eſt notoriũ quem non eſſe ſoluendo, non requiritur diſcuſsio, ſecundum Bart. & omnes in l. fi. ff. ſi cer. pet. & in d.l. decem. & Ang. in §. ſed neq;. in authen. de fideiuſſo. & Bal. in d.l.j. C. de
6 his quæ in fraud. credi. & * quòd ſufficit factum fuiſſe notorium, licet iudici ex proceſſu non ſit notorium, ſecundum Inn. in c. tua. de cohabi. cle. & mu. & ſufficit noto. allegare Cle. app. de appell. per gloſſ. Et ſic per hanc ultimam rationem fuit uotatum pro actrice.

SVMMARIVM.

1 *Armorum timore proceditur ad capiẽdam informationem, quis durante lite ſtare debeat in poſseſsione.*

2 *Teſtium repulſa, uel impugnatio ſcripturarum an competat in iudicio poſſeſsorii ſummario.*

Probationes plene fieri debent, unde competit etiam repulſa, in omnibus cauſis ſummariis, ut ſunt cauſæ poſſeſsorii, quæ non ſunt fauorabiles, ut alimẽtorũ ex altera parte tãtũ. eo.nu.

3 *Publicatio requiritur in cauſis in quibus proceditur ſine figura iudicii: ſi enim non publicarentur teſtes & eorum dicta, non poſsent impugnari.*

4 *Repulſa teſtium reſpectu perſonarum & dictorum non admittitur tertio comparente ad impediendum executionem. quo caſu debet ſummaria informatio capi, & cõſtare de iure opponentis.*

5 *Teſtium receptio reprobatoria non admittitur in ſummario iudicio ad legitimandum perſonã: ratio quare non admittitur reprobatio, qa illud uenit poſtea examinãdũ ĩ iudicio ordinario.*

6 *Poſsidere aliud eſt, & aliud in poſseſsione eſſe.*

7 *Decretum, q altera pars debeat eſſe in poſseſsione lite pendente, debet continere clauſulam, citra praiudicium poſseſsionis & proprietatis.*

8 *Poſseſsorium iudicium, & iudicium, q altera pars ſit in poſseſsione lite pẽdente, differt in aliquibus inter ſe.*

DECISIO LV.

IN cauſa magnifici Pauli brancatiſ cum Reuerendiſsimo d.Cardinale Capuano præſuppoſito, q ſequeſtrum de quo reuocando agitur, fuit factum timore armorum, & ſine cauſæ cognitione, uidetur q non ſimus

in ter

in terminis, in quibus nõ eſſet adhuc
1 ad ſequeſtrandum proceſſum, * ſed eſſet timor armorũ, quo timore extante proceſſum fuerat ad capiendã informationem, quis durante lite ſtare debeat in poſſeſsione, iuxta theoricam, de qua per Iac.bu.in l.incerti. de interd. quem refert Bald.in l.fi.C. de ed. diui Adri.toll. Suprà in deciſione.xiij.fuit dubitatum: an competat perſonæ priuilegiatæ læſæ in probationibus non factis beneficiũ, nũc dubitatur: an cõpetat alteri parti repulſa. Quòd competat repulſa facit Bart.in extrauag.ad repri.in uer.
2 ſummariè: ubi uult, ꝙ * in cauſis ſummariis quando nõ ſunt fauorabiles, ut ſtatus alimentorum &c. prout eſt in omnibus cauſis poſſeſſorii, debẽt fieri plenæ probationes: ergo competit repulſa: & per illud dictum Bar. Are.in ca.ueniens. lo.ij.de teſti.vij.& viij.col.tenet: ꝙ licet ſimus in iudicio ſummario, quod parat præiudicium reparabile in alio iudicio, tamẽ per doctri.Bar.ubi ſ.eſt fienda plena probatio: & conſequẽter ſecundum eundẽ Are.debent admitti teſtes repulſatorii.allegat.c.prꝫſentium.§.teſtes.de teſti.li.vj.ſed Are.per c. quod allegat, uidetur ſentire de cauſa poſſeſſorii ordinaria: de qua in d.c.præſentium.uidelicet de poſſeſſorio recuperandæ in quo nos nõ ſumus.itẽ dictum Bar.in d.uer. ſummariè. habet locum ubi eſſet in iudicio tali dare actorem & reum: dicit enim quòd in cauſis non fauorabilibus ex parte actoris requirentur plenæ probationes: ſed nõ ex parte rei: ut ibi per eũ. Et pro hac ſententia facit etiam Bar. in d.extrauag.ad repri.in uerbo & fi-
3 gura.uer.& * an requiratur publicatio. qui dicit, quòd in cauſis in quibus proceditur ſine figura iudicii, requiritur pub. ſi enim nõ publicarẽtur teſtes, non poſſent impugnari teſtes & eorũ dicta: ſed auferre defenſionẽ: repugnat iuri naturali ſecundũ eum: ergo &c. In contrariũ quòd repulſa non debeat cõcedi, facit Pet. Abb. Ant.& Io.And.in d.c.ueniẽs. lo.ij.de teſt. ubi in materia illius.c. uidelicet,
4 * quãdo tertius comparet ad impediendam executionem: quo caſu debet ſummariè capi informatio: & cõſtare de iure opponentis.tenẽt, quòd in iſta cauſa ſummaria, non admittitur reprobatio teſtium, nec reſpectu perſonarum, nec dictorum: & ſequitur Anto.de Butr.in d.c.ueniens, qui dicit hoc etiam probari per tex.ibi,
5 quòd * in ſummario iudicio ad legitimandum perſonam non admittitur teſtium receptio reprobatoria. idem firmat Abb.Moder.ibidem.iij. col.& Capra.v.col.& Felin.in v.col. fundans ſe in præiudicio reparabili uel irreparabili.Rom.in ſing.incip. reprobatio perſonarũ.tenet ſimpliciter ꝙ in iudicio ſummario nõ admittitur reprobatio teſtium: quoniã illud uenit poſtea examinandũ in iudicio ordinario: ponit tamen exempla in cauſa priuilegiata, ut alimentorum: & in cã tertii comparẽtis: de quo in d.c.ueniens. Aret.in d.ca.ueniens.conſiderat ꝙ in d.c.ueniẽs.nõ mirum ſi nõ cõceditur repulſa: quoniam ibi nõ agitur de auferẽda poſſeſſione uel re aliqua, ſed ſolum de ſuſpendenda executione.& Imol.in eo.c.ueniens.iſtud ſentit, dum dicit in iij.col.poſt recitatam opinio.Pet. & Abb.fortè ideo illud eſſe, quia modici præiudicii eſt, quòd admittatur ad cont

ad contradicendũ: quia per hoc nihil conſequitur in facto principali, niſi aliter probet iterato: & tunc poterit obiici in perſonas teſtium. ſed dictũ Are. nõ uidetur obſtare, quia, ut dictum eſt, loqui uidetur ſecundum. c. quod allegat, uidelicet: quando tractaretur de poſſeſſorio retin. uel recup. tunc enim uidetur auferri: at in hoc iudicio nõ uidetur auferri etiã poſſeſsio. non enim declaratur alterã ex partibus debere poſſidere lite pẽdente, ſed debere eſſe

6 in poſſeſsione: *lõge enim eſt aliud poſsidere: aliud in poſſ. eſſe. l. ſi quis ante. ff. de acqui. poſſ. præterea

7 *ponitur in tali decreto clauſula citra præiudiciũ poſſ. & proprietatis. Et quando propriè auferretur, iſtud eſt modici momenti, quoniam eſt quoddam præparatorium ad lit. futurã in poſſeſſorio. Et facit pro his contra Are. Pau. d. conſi. v. ubi inter

8 aliàs differentias inter * hoc iudiciũ & alia iudicia poſſeſſoria dicit, ꝙ ſententia ſuper alio poſſeſſorio eſt diffinitiua: iſt. uerò eſt interlocutoria. item in illa requiritur cauſæ cognitio plenaria: quia de maiori præiudicio agitur: in iſta uerò ſufficit ſummaria cognitio de poſſeſſione, ex quo ultimo dicto præfatus Are. & Bar. ante eum nõ loquitur in caſu noſtro, ſed in caſu poſſeſſorii nõ præparatorii ad aliud poſſeſſoriũ. Fuit uotatũ nõ eſſe cõcedendã repulſam. In hac eadem cauſa dum peteretur impugnatio ſcripturarũ fuit uotatũ non eſſe concedendam.

SVMMARIVM.

1 *Lis in quibus caſibus poteſt eſſe cum patre & filio, & auo cum nepotibus.*

2 *Donatio inter patrem & filium firmatur iuramento.*

3 *Pater donãs filio ſi in inſtrumẽto reſeruat ſibi fructus in caſu neceſſitatis & inopiæ, quibus ceſſantibus uidetur etiã uſumfru. donare: quid ſi præcederent merita, & quid in aliis caſibus.*

4 *Pater eſt legitimus adminiſtrator filiorum & nepotum: exceptis bonis, in quib. patri non quæritur uſusfructus.*

5 *Mater poteſt aſpirare ad tutelã filiorum, quæ excludit auum paternum.*

6 *Filius in lite cõtra patrem an teneatur petere ueniam, & an ea omiſſa iudicium ſit nullum.*

7 *Filius, qui pœnam ueniæ cõmiſiſſet, ſi ſupplicauerit Principi contra patrem uel auũ: & Princeps quòd cõmittat cauſam, utrum uideatur diſpenſare.*

8 *Libertus ſi in libello iudici oblato exprimat quòd intẽdit citare patronũ: eo ipſo quòd iudex permittit citationem, uidetur conceſſiſſe ueniam.*

9 *Princeps concedendo reſcriptum delegatiuum ſupplicanti, uidetur facere habilem ſupplicantem ad agendum.*

DECISIO LVI.

IN cauſa Pinti de Laudiſiis cum Aurelio de Laudiſiis & fratribus, quorum Pintus ipſe eſt auus. Fabricato proceſſu ſpolii ad inſtantiam dictorum nepotum contra auum in cuius poteſtate exiſtunt, uſque ad concluſionem in cauſa, opponitur per dictum Pintum de pluribus contra dictum proceſſum. Primò quòd

1 eſt nullus: *ex quo inter nepotes & auum qui eos in poteſtate habet: iuxta. l. lis nulla. ff. de iudic. Sed hoc non obſtat: nam filius poteſt agere, & eſſe in iudicio contra patrem in caſibus, & pro aduẽtitiis, in quibus patri acquireretur uſusfructus, ſecũdum quod dicit Bai. & Pau. de Caſt.

in d.l.lis nulla. Secundò opponitur:
2 ꝙ*auus in his bonis habet uſumfr.
ſicut in omnibus ꝓfectitiis: ex quo
ab ipſo auo hæc donatio proceſsit:
unde aut donatio non tenuit ratio-
ne patriæ po. ex quo quicquid ac-
quirit filius acquirit patri. l. placet.
ff.de acquir.hær.cum uulg.aut ſi te-
net,pater habet uſumfructũ,ſicut in
re profectitia:ergo poteſt retinere.
ſed hoc non ob. ex pluribus.primò,
quia iuramẽtum firmat donationẽ
inter patrem & filiũ, ut firmat Bald.
in l.iij.C.de uſuca. pro dote.Abb.in
c.cum contingat.de iureiur.Alex.in
l.ſi donatione.C.de colla.Are.in d.
l.placet. Secundò non obſtat: nam
3 *licet dubiũ ſit, an ſtante ualiditate
donationis factæ filio per patrẽ,pa-
ter habeat in re donata uſumfructũ,
in quo Imol. in l.ſi quis pro eo. §.j.
ff.de fideiuſſo.ſentit ꝙ ſic,cum hoc
non negetur ſecũdum eum in auth.
unde ſi parens.C.de inofficio.teſta.
Et Ioan.bap.de S.Seuer.in l.frater à
fratre.xx.q.in repet.ff.de condi. in-
deb.dubitat uolens:quòd ubi præce
derẽt merita quorum intuitu pater
filio donat,patri uſusfructus acqui-
ratur per ratiões, de quibus ibi per
eum:tamen ſi in inſtrumento dona-
nationis eſt clauſula , quòd pater
reſeruat ſibi fructus in caſu quo ad
neceſsitatẽ & inopiam deueniret:
ergo ceſſante hoc caſu uidetur re-
miſiſſe etiam uſumfru.arg.in l.cum
prætor.ff.de iudic.& in l.nam quod
liquide.§.fin.ff.de pen.lega. Tertiò
4 opponitur, ꝙ * auus iſte eſt legiti-
mus adminiſtrator nepotum.l.fi. C.
de bo.quæ libe.l.j.C.de bo.ma.cum
ſimi.ergo ab eo non poſſunt bona
euelli.ſed hoc tollitur:nã dicit Bar.
in d.l.lis nulla.ꝙ in bonis in quibus
patri non quæritur uſusfru. non eſt
legitimus adminiſtrator.Item tolli-
5 tur:nam iſti*habent matrẽ quæ aſpi
rat ad tutelam eorum,quæ excludit
auum etiam paternum:ut not.doct.
in authen.matri & auiæ. C. quando
mu.tu.offi.fu.poteſt. Quartò oppo
6 nitur*de uenia nõ petita:in hoc au-
tem articulo, an ſi fiat iudicium in-
ter patrẽ & filiũ in caſu in quo pro-
cedit lis,& omittitur petitio ueniæ,
reddatur iudicium nullum:ſunt ua-
riæ doctorũ opiniones:nam Cyn.&
Ray.tenẽt in l.fi.C de in ius uocan.
quòd ualet proceſſus ſi pars nõ op-
ponat: & dicit Alex. ibi ꝙ iſtud te-
nent cõmuniter alii ibidẽ.ſed Bart.
in l.quamuis.ff.eo.tenet,ꝙ eſt nul-
lus. cum quo pertranſit Alex.in d.l.
ſi.dummodo pater nunquam com-
pareret:nam ſi compareret & pate-
retur procedi,ualet iudiciũ:& dicit
Alex.in d.l.quãuis.ij.col.ꝙ iſtud te-
nent ibi cõmuniter doct.Et hæc eſt
uerior opinio:prout late dixit Ma-
ria.Soz.in tracta.de citatione.in xx.
arti.xxvj.q.principali.uer.ix.quæro.
ubi poſt Ioan.Pet. tenet ꝙ etiam ſi
pars opponit ſi contra iudex pro-
nuntiat expreſsè uel tacite proce-
dendo,ualet proceſſus ſi non oppo
nitur.Fulg.in l.libertus aduerſus.ff.
de in ius uocan. per illum tex.tenet
7 quo ad caſum noſtrũ,ꝙ*ualet pro-
ceſſus:nam quãdo ſupplicatur prin
cipi per filiũ cõtra patrẽ uel auum:
& Princeps cõmittit cauſam, uide-
tur diſpẽſare:nam ſecundũ eum du
bitabatur in illa l.ſi pœna fuiſſet cõ
miſſa, & Princeps ex certa ſcientia
reſcribat pro liberto, an uideatur
pœnã remittere, & per conſequens
innuitur

innuitur ut uideatur pœna remitti, quá ſo cõmiſſa fuiſſet. ſubdit Fulg. facere.l.ſed ſi hac.§.patronũ.eo.tit. de in ius uocan. ubi dicit eo ipſo ꝙ celat ſe libertũ, nõ uidetur conceſſum per principẽ ut ingenuus fiat, quaſi ſentiat, ꝙ ſi libertũ ſe dixiſſet, & Princeps reſcripſiſſet, poſſet arrogari, & fieret ingenuus. pręterea ſecundũ eum hoc uidetur probari in l. quidam conſulebat. de re iud. quia cõcedendo Princeps magiſtratum, ex certa ſcientia uidetur diſpenſare contra ius cõmune: & licet Ang. ibi uideatur contrariũ innuere: ut ſcilicet Princeps ex certa ſcientia pro liberto reſcribẽs non uideatur cõcedere: ut patronum poſſit conuenire aliter quàm ius permittit: tamẽ Fulgo. iſtud dictũ Ang. nõ admittit, niſi in reſcripto conceſſo pro excõmunicato, ut non uideatur propterea abſolutus. Ant. de Alex. etiã. in d.l.ſi.
8 C. de in ius uoc. in fi. dicit ſe ſolere no. tex. in d.l. libertus aduerſus: ꝙ* ſi libertus in libello oblato iudici exprimit ꝙ intẽdit citare patronũ, eo ipſo ꝙ iudex permittit citationem, uidetur cõceſſiſſe ueniã. Alex. in d. l. quidã conſulebat. iij. col. dicit etiã hæc uerba. Addo text. in l. libertus
9 aduerſus. ff. de in ius uoc. per quem tex. dicit ibi Ang. ꝙ* Princeps cõcedendo reſcriptũ delegatiuũ ſupplicanti, uidetur ſupplicãtem habilem facere ad agẽdũ. Qui uult inducere tex. in d l. libertus. pro hac parte credo, ꝙ faciat hoc modo: libertus dederat ſupplicationẽ principi contra patronũ exprimẽdo hanc qualitatẽ ꝙ erat libertus, Princeps commiſit cauſam. ꝙ proceſſus ualeat. iuriſcõ. videtur habere pro indubitato per uerbũ etiã poſitũ in tex. dubitabatur enim, an nõ ſolũ uideatur Princeps diſpẽſare ſuper proceſſu fiendo, ſed etiã ſuper pœna: & dicitur ibi quòd iſtud dubiũ de pœna nõ cadit in caſu propoſito illius.l. ex quo nondũ fuerat proceſſum ad citationẽ, quaſi uelit, ꝙ ſi ad citationẽ proceſſum eſſet: tamen procederet: & tamẽ uideretur debere decidi, ꝙ non eſſet metus pœnæ. Totũ Conſilium fuit in uoto quòd ualeat proceſſus, & fuimus d. Viceprothon. d. Anto. Pal. d. Ioan. Loyſius de Ath. d. Marcellus Gazella: & ego. at do. Ioan. Marti. & do. Ioan. Marcellus fuerunt in uoto cõtrario: tandẽ omnes in hoc cõcluſere, uidelicet quòd ualidato proceſſu & actis, pars aui admittatur ad faciendas defenſiones. M. actorũ Frãciſchellus campellonus.

SVMMARIVM.

1 *Poßeßio uel quaſi in iuribus incorporalibus ut quæratur, an requiratur ſcientia eius ad quem ſpectabat, aut ſaltem poßeßoris.*
2 *Scientia officialis in iuribus incorporalibus quærendis an ſufficiat. uel utrum requiratur imperatoris ſcientia. & nu. ſeq.*
3 *Colonus uel procurator, cuius corpore poßidemus, dißimulando, & patiẽdo nõ præiudicãt domino circa poßeßionẽ: tamen ſi realiter alteri traderent, dominus priuaretur poßeßione ſua.*

DECISIO LVII.

IN cauſa magnifici Troiani de S. Mango cũ magnifico Bernard. de S. Mãgo ſuper reſtitutione poſſeſſiõis iuriſdictiõis criminalis caſalis S. Cypriani. Quòd ſ præfatus Bernar. conuentus foueat potiora iura in poſſeſſorio: & ſic, ꝙ actor nõ fundauerit

dauerit ſuam intentionē. Facit:nam
1 *in iſtis iuribus incorporalibus nō quæritur quaſi poſſeſsio: niſi data ſciētia illius, ad quem ius illud ſpectabat.l.pe.ff.de ſerui.Bar.in l.j.§.fi. ff. de aqua plu.ar. in l.j.§.fi.ff.de iti. actuq; priua.in l.j.& ij. C. de ſerui. aut ſaltē poſſeſſoris, ſecūdū Bart.in d.l.j.in fi.C.de ſerui.Anto.de But.in c.fi.xxvj.col.de ca.poſ.& prop.Alex. conſi.xciiij.iij.col.in fi.v.vol. Sed dominus rex Federic. qui erat in poſſeſsione huius iuriſd. ad eum deuolutæ ob ultimā rebellionē principis Antonelli:non eſt probatum, ꝙ habuerit notitiā, ꝙ d.Io.Tho. exercebat hanc iuriſd.poſt d.Principis rebellionē,& expugnationem Diani, ut actor ipſe pretendit.ergo &c. Et ſi dicatur, ꝙ officialis Regis Federici, qui erat in ciuitate Salerni, habuerit notitiā: Cum ſit probatū, ꝙ remittebat cauſas dicto Io.Tho. ut
2 *ſic ſufficere uideatur ſcientia officialis:prout uidetur dicere Bar.in l. ſi publicanus.§.fi.ff.de publ.& Aret. cōſi.xlij.ult.col. Pro quo facit:nam nedū officialis regius ſciebat: uerū ipſe operatus eſt in remittēdis cauſis:ut ſic ſimus in eo quod alibi di-
3 cimus, uidelicet:* ꝙ licet colonus, uel procurator cuius corpore poſſidemus, prodēdo, uel diſsimulādo, & patiendo nō præiudicēt domino circa poſſeſsionē.l.fi.C.de acquirē. poſſ.tamē ſi realiter alteri traderēt, dominus priuaretur poſſeſsiōe ſua. l.iij. §. ꝙ ſi ſeruus.l.peregrè. §.quibus.ff.de acquir.poſſ.& per gl.in l.ſi colonus.eo.ti. Ad hoc reſpōderi poteſt.primò contra opin.Bar.in loco præallegato. tenet idē Bart.in l.j.§. deniq;.ff.de aqua plu.ar.ubi requirit ſciētiā imperatoris.& idē Bart.in l.fi.ff.uti po.ubi dicit, ꝙ requiritur ſciētia eius ad quē ſpectat. & ꝙ requiratur ſciētia imperatoris,& non officialis tenēt Saly.in l.ij.uerſi.ſed pro præfatorum.C.noua uectig.inſtitui non poſſe.& Iaſ.in l.imperiū. ff.de iuriſd.om.iud.xiiij.col.uer.circa aliud. & expreſsè Bald. in l.j.in princip.in ij.lectura.ff.de offic. eius Fuit iudicatum pro Bernardino.

SVMMARIVM.

1 *Iniuriatus utrum poſsit reproperare iniuriam cōtra iniuriantem, dicendo ſimilem, uel maiorem:puta latronē.*

2 *Iniuriatus quando reproperat animo ſe defendendi, uel animo ſe uindicandi, quomodo cognoſcatur, ut mitius puniatur.*

3 *Iniuria per uerba imperſonalia, quónam pacto fiat.*

DECISIO LVIII.

IN cauſa Nicolai de Campulo de Aierola cū regio fiſco:an*licuerit dicto Nicolao reproperare iniuriam Ioan.Caſænouæ:ita ꝙ impune ipſe Io.Nicolaus potuerit ipſum uocare latronē:ex quo d.Io.ipſum uocauerit extirpatorē bonorū uniuerſitatis. Spec.in tit.de accuſatore.§. j.uer.quid ſi uocaui.primò cōcludit ꝙ nō licet reproperare iniuriā:deinde dicit, alii dicūt &c. & refert alios dicere ꝙ ſit licitū.cū Spec. trāſit Ang.in l.ut uim.de iuſti. & iu.Aret. in trac.malef.in uerb.uerba contumelioſa.iij.co.uer.quid ſi aliquo dicto tenet nō teneri hūc reproperātem actione iniuriarū.& alleg.Spec. & Ang.ibi in addi.dicit doctrinam Spe.eſſe uerā.Et intelligūt Spec.tenere id quod ultimò per eū recitatū eſt.idē firmāt Ro.& Ant.de Alex. in

in l.cũ mulier.ff.ſolu.mat.& Iaſ.in l. ut uim.pen.co.ff.de iuſti.& iur. Sed Abb.in c.cũ te.vij.col.de re iud. dũ refert Specu.in loco præalleg.allegat eũ tenere partẽ cõtrariã,ſcilicet
2 ꝙ*iſta reproperatio debeat puniri, tamẽ ipſe cõcludit, ꝙ ſi quis reproperat animo defendẽdi iniuriã ſibi illatã:ut quia dicit,tu mẽtiris, & nõ debet puniri:aut animo ſe uindicãdi: ut quia dicit illi aliã, ſeu æqualẽ iniuriã: & tunc debet puniri,tamen mitius.& idẽ firmat idẽ Abb.in c.j. de iniur.cũ quo uidetur trãſire Fel. in c.dilecti.viij.col.de exceſſ.prælator.Clau.mod.in d.l.ut uim.xj.colũ. uer.nũquid autẽ. tenet idẽ qđ Abb. licet nõ alleget eũ:& intelligit Spe.
3 ut facit Abb.Ego*quia dictus Nicolaus imperſonaliter protulerat iniuriam,uidelicet:quicunq; fecit hunc articulũ,eſt latro &c.licet hoc ſolum non excuſet,per l.hoc ꝙ ſenatus.ff. de iniu.item quia ipſum Nicolaum ante lit.conteſt. pœnituit : licet hoc ſolum etiam non excuſet. Fui in uoto ꝙ ſtãtibus omnibus iſtis reus abſoluatur,& ꝙ magna curia non bene condemnauerit:& mecum concurrerunt d. Marcellus & d. Ioan. Loyſius:ac duo ex aliis,uidelicet d. Ioan.Marc. & d.Martial.uotauerũt bene iud.ſed d.Anto.Pal.& d.Vice-proth.uotauerunt ſententiã magnæ curiæ,quæ pro his uerbis condẽnauit eum,inducit xxv.eſſe moderanda in mitiorem pœnam : & ſic cum hoc ultimo uoto tanquam medio fuit ſententiatũ:& deinde per aliud decretum ſac.Conſil.fuit dicta pœna moderata ad ducatos octo.

SVMMARIVM.

1 *Barones Neapolitani, qui cõmittunt ut barones maximè contra uaſſallos nõ gaudẽt priuilegio fori Neapolit.*

2 *Exẽptus factus Prior monaſterij non exẽpti poterit tanquã Prior talis monaſterij conueniri coram ordinario.*

DECISIO LIX.

In cauſa magnifici Ioan.Andrææ Caraccioli Baronis terræ Meſuracæ cum Ant.Caleo eius uaſſallo,
1 prætendente*quòd dictus Baro uigore cuiuſdam decreti,ſeu ordinationis ſuæ curię,uel eius Capitanei ipſum Antonium de facto ſpoliauerit, ſeu iniuſte poſſeſsione rerum ſuarum:& propterea ipſum conueniente in audientia Calabriæ: fuit dubitatũ, an dictus Ioan. Andræas, qui eſt Neapolitanus,potuerit declinare forum Calabriæ uigore capitulorum Neapo. quibus eſt conceſſum,ꝙ ciues Neap. non poſsint conueniri niſi in tribunalibus ciuitatis Neap. Fuit uotatum & decretum,ꝙ audiẽtia Calabriæ bene decreuerit cõtra dictum Baronem, & hoc per tex.in c.j.§.fi.de priuile.lib.
2 vj.ubi*licet aliquis ſit exemptus : ſi tamẽ efficeretur Prior alicuius monaſterii non exempti : poterit tanquam Prior talis monaſterii conueniri coram ordinario.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes prætenſi falſi contumaces an condemnentur ex eodẽ proceſſu,ſi nõ apparet quòd falſum depoſuerint.*

2 *Contumax in reſpondendo poſitionibus debet haberi pro cõfeſſo:ſed hoc non habet locum in cauſis criminalibus,nec ubi agitur de dolo.*

3 *Producens teſtes, contra quos prætenditur falſitas,tenetur eos præſentare: alias eorum depoſitionibus nulla fides adhibetur.*

DECISIO LX.

IN cauſa teſtiũ examinatorum pro parte quondã.d.Frãciſci Manerii Comitis Manerii,cõtra.d.Laurã cantelmã:dũ pro parte dictæ d. Lauræ
1 fuiſſet inſtatũ, quòd*teſtes producti per dictũ Comi.Manerii pretẽdantur per eam falſum depoſuiſſe. & citati ſint,ꝙ perſonaliter comparerent, & nõ cõparuerunt, condẽnentur de falſo uigore regiæ pragmaticæ, uolẽtis quòd teſtis ſuper falſo citatus ſi cõtumax eſt, poteſt ex eodem proceſſu de falſo condemnari. Fuit dubitatũ an poſsint teſtes præfati haberi pro confeſsis, uel citari ſub pœna cõfeſsi.dubium facit,quia non cõſtat ex proceſſu ꝙ iſti falſum depoſuerũt,prout uidetur requirere pragmatica regia.Et quidem ſac. Cõſi.dubitauit an poſsint haberi dicti teſtes pro cõfeſsis. quoniã. c.ij.
2 de cõfeſsis in ſexto, quòd*cõtumax in reſpondẽdo poſitionibus debet haberi pro cõfeſſo, non habet locũ in cauſis criminalibus, nec ubi agitur de dolo,per d.Bald.in l.j.j.colũ. uer. ſcias tamen.C.de pœna iud.qui mal.iu.de quo etiã per Pau.in l.ij.§. quod obſeruari.ulti.col. C.de iura. calũ. Tãdẽ potius cõminatiue quàm
3 aliter fuit decretũ,*ꝙ comes modernus cũ quo cauſa agitur: teneatur illos teſtes præſentare:aliàs eorũ depoſitionibꝰ nulla fides adhibeatur.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis an & quando admittatur ad corrigẽdũ ſuã depoſitionẽ incõtinẽti, uel ex interuallo, uel habeatur de eo ratio,quæ de iure habẽda eſt.et n.7.*
2 *Teſtis an ex ſemet poſsit corrigere dictum ſuum, & iterato ire ad teſtificandum incontinenti,antequam cum parte loquatur, allegando iuſtam erroris cauſam.*
3 *Teſtis ad inſtantiam ſuam uel partis, uel iudicis officio poſt publicationem quando reputatur ut denuo dicat,uel ut addat:& quãdo minuatur in fide.*
4 *Teſtis obſcurè deponens poteſt ex officio iudicis repeti.*
5 *Teſte dicẽte ſe aliter depoſuiſſe quàm ſcripſerit notarius, cui magis ſit credendum.*
6 *Teſtis perſonæ multũ notabili aſſerẽti ſe aliter dixiſſe,magis creditur,quàm notario ſuſpecto,uel examinatori non actorum magiſtro.*
7 *Notario ſeu magiſtro actorum creditur, pro quo præſumitur quòd ſuum officium diligenter exercuit ratione publici officij.*

DECISIO LXI.

IN cauſa magnifici Carrafelli Caraffæ cum Magnifico Octofredo Caracciolo : Magna Curia uicariæ
1 *admiſit Vincẽtiũ granatum teſtem dicti Octofredi ex interuallo poſt eius depoſitionẽ ad corrigendum dictum eius,quod reperiebatur ſcriptum certo modo : an hoc fieri potuerit. Glo.in authẽ.de teſtibus.§.
2 quia uerò concludit: quod *teſtis ex ſemet poteſt corrigere dictũ ſuum, & ire ad teſtificandũ iterato,ante tamen quàm cũ parte loquatur, poſt nõ.& ſequitur ibi Ang.& debet hoc facere incontinenti, ut in.c.præterea.de teſtibus cogendis.ubi per Bal. & Abb.dummodo ſecundũ Bart.in l.eos.ff.de falſ.ij.col.iuſtam cauſam erroris alleget, quæ moueat iudicẽ ad recipiendã dictã correctionem. de quo etiam per Bar.in l.repetitã in princ.ff.de quæſtionibus. Hic nõ eſt caſus noſter : cũ iam ſit publicatũ in cauſa:

cauſa:& ſimus ex interuallo.glo.in
3 d.§.quia uerò dicit:quòd*ad inſtan
tiã iudicis ſeu ex officio poteſt etiã
poſt publicatũ in cauſa fieri repeti-
tio teſtis:ad inſtantiã uerò partis nõ
poteſt fieri repetitio ut denuo dicat,
ſed ut addat cauſam dicti ſui:& ſe-
quitur Ang.ibi.& dicit gl.illa quòd
iſtud etiã uidetur eſſe de conſuetu-
dine. At Inn.But.Car.Imo.& Abb.in
c.per tuas.de teſtibus cõcludũt.& ibi
per Feli.j.col.in prima concluſione:
uidelicet, ꝙ poteſt fieri repetitio,
etiã ex interuallo,etiã poſtquam te-
ſtis eſt locutus cũ parte:non ſolũ ut
teſtis corrigat ſe, uerũ etiam ut ad-
dat: uerũ minor fides ei adhibetur,
quando ex interuallo, quàm quãdo
incontinenti. Quòd intelligitur ſe-
cundũ Imo.ibi poſt Bu.dũmodo iſta
repetitio non fiat ad partis inſtan-
tiã, cõtra quam teſtis productus eſt.
ſed bene fiet repetitio præfata ſe-
cũdum Feli.ubi ſ.ex iudicis officio
uel ad inſtantiã teſtis. Secundũ hæc
4 dictus teſtis,*ex quo ad partis inſtã-
tiam repetitus eſt, nõ bene fuit re-
petitus: ſi teſtis obſcurè depoſuiſſet,
poteſt iudex ex officio repetere &
interrogare ipſum,ſecundũ Bart.in
l.iiij.§.hoc autem iudiciũ.iij.q.ff.de
dam.infect.ſequitur Feli.ubi.ſ.poſt
alios in ij.conclu.& hoc non ſaluat
dictã repetitionẽ:quia Magna curia
fecit parte inſtãte:itẽ teſtis ille clare
depoſuerat. Caſus de quo nũc agi-
tur,uidetur eſſe is,de quo per Spec.
in ti.de teſt.§.j.uer.ſed pone ecce iu
dex.& in ti.de inſtr.edi.§.reſtat.uer.
5 ſed*quid ſi dũ atteſtationes.ubi tra-
ctat de teſte,qui dicit ſe aliter dixiſ-
ſe,quàm ſcripſerit notarius,cui ma-
gis ſit credendũ:& diſtinguit in effe
ctu an agatur de hoc ad effectũ pu-
niendi teſtẽ de falſo:& tũc nõ ſtabi-
tur notario.an uerò ad effectum: ut
ſciatur cui in ipſa cauſa ciuili ſtari
debeat; & dicit, ꝙ ſtatur magis no-
torio:quod late reaſſumit Abb.in c.
ad audientiã.de præſcr.quãdo uerò
omnes teſtes dicunt ſe aliter dixiſſe
quàm notarius ſcripſit, ſtabitur eis,
ſecundũ Ange.in l.j.§.ſi quis neque.
quemad.teſt.aperi.quẽ refert & ſe-
quitur Alex.in cõſ.lxv.ult.col.ij.uol.
& Feli.in d.c.ad audiẽtiã.iij.col.Vin
centius granata teſtis Octofredi,di
cit ſe nõ dixiſſe prout ſcriptũ eſt, ſi
examinator fuiſſet notarius cauſæ,
crederetur magis notario,& ſic di-
cta repetitio nõ eſſet admittẽda:ſed
is qui examinauit, fuit quidam ſcri-
ptor,nõ notarius,nec actorũ magi-
ſter.igitur uidetur eſſe locũ repeti-
tioni:eo maxime,quoniã Abb. in d.
6 c.ad aud.poſt Spe.dicit:ꝙ*quando
notarius eſſet ſuſpectus, uel teſtis
eſſet multũ notabilis perſona, cre-
deretur teſti etiã in ciuili cauſa:& di
7 cit etiã *ꝙ notario creditur ratione
publici officii,pro quo præſumitur,
ꝙ diligenter ſuũ officiũ exercuerit.
Fuit notatũ ꝙ de tali repetitiõe,an
fieri potuerit:habeatur in deciſ.cau
ſæ ratio quæ de iure habenda eſt.

SVMMARIVM.

1 *Articuli qui ſunt iidẽ cũ primis,& directo contrarij articulis repulſatorijs aduerſæ partis, an ſint admittendi.*
2 *Teſtes reprobatorij teſtiũ reprobatoriorum partis aduerſæ,& confirmatorij ſuorum poſſunt produci,maximè non data copia articulorum.*
3 *Copia articulorum reprobatoriorum dari non debet.*
4 *Reſtitutio nõ datur in odioſis:ſed utrũ ad*

ad reprobandum teſtes.

5 *Repulſa non concernens contumeliam perſonarum an ſit odioſa.*

6 *Teſtem tuum reprobare poſsum quoad dicta:licet ipſum repulſare nõ poſſem,cum examinauerim pro me.*

7 *Odioſa, an fauorabilis ſit diſpoſitio qualiter cognoſcatur.*

DECISIO LXII.

IN cauſa illuſtr.don Ferdinãdi de Aragonia cũ illuſtri. Principe Sa-
1 lerni:*probauerat in termino principali præfatus illuſt.Princeps,qualiter certo tempore ipſe illuſtr.don Ferdinandus in terra Diani exiſtẽs dixerat ſeu confeſſus fuerat ſe habuiſſe in integras dotes, quas nunc petit.illuſtr.autẽ. don Ferdinandus in repulſa produxit:& examinari fecit teſtes, qui depoſuerunt quòd in illo tẽpore ipſe nõ fuit in terra Diani:ſed alibi.præfatus illuſtriſſ.Princeps in repulſa repulſæ fecit articulos:quòd imo illo tempore fuit illuſtr.don Ferdinandus in terra Diani: & ſic articuli ſunt iidẽ cum primis ſuis,& directo cõtrarii articulis repulſatoriis don Ferdinãdi:an debeant illi articuli ſtare, obſtante regula,de qua in c.fraternitatis.iũcta glo.in uerb.nobis.de teſti.& in Cle. ij.eo.ti.& in authen.qui ſemel.C.de proba. Fuit cõcluſum & uotatum
2 quòd ſic:nã prædicta *iura non habent locũ,quãdo quis uellet reprobare teſtes reprobatorios partis aduerſæ,& cõfirmare ſuo teſtes.& hoc ſentit glo. in c. ex tenore.de teſti.& traditur in c.ſeries.& in c.cũ clamore.eo.tit.& eſt bonus text.in c.cũ in tua.ſecundũ unum intell.in eo.tit.& firmat Maria. in repetitio. d. c.fraternitatis.in viij.arti.prin.uer.ij.li-
3 mitatur.quod*maximè procedit nõ data copia articulorũ, prout nõ ſolet dari in ſac.Con.ut ſentit Imo.in c.ex tenore.in ultimis uerb.de teſti. In eadẽ cauſa etiã hęſitatum eſt.ecce quòd illuſtr.Princ.debet admitti ad examinandũ:an ſi ſit elapſa dilatio, data ad repulſam,debeat ipſe illuſt. Princeps reſtitui in integrum. quòd
4 nõ,facit:nã*repulſa eſt odioſa,& in odioſis nõ datur reſtitutio:ut in his in quibus propalantur aliorũ crimina, & defectus : ut in l.auxilium.de min.& And.in conſtitutione, obſcuritatẽ.ij.col.dicit:ꝙ reſtitutio nõ datur ad reprobandũ teſtes. In cõtrarium affertur:nam hic nõ agitur de examinãdo cõtra perſonas teſtium illuſtr.don Ferd.nec ad propalandũ
5 illorũ defectus.uidetur*enim potius iſta repulſa cõcernere factũ ſeu negotiũ principale:ob quod nõ uidetur examinatio odioſa, ſed fauorabilis. pro quo facit:nam in caſu in quo ego nõ poſſem repulſare teſtẽ tuũ, ut quia illũ examinaui pro me, ut per gl.in c.cõſtitutus.in gl.j.in fi. de teſtibus.tamẽ potero illũ teſtem reprobare quo ad dicta ſecundum Saly.per text.ibi.in.l.ſi quis teſtibus. ij.col.C.eo.tit.Videtur uim ſtare,an in caſu præmiſſo dicta repulſa quo ad probãdũ per indirectũ ſit odioſa:quia tũc nõ daretur beneficiũ uel
7 fauorabilis diſpo. Et quidẽ ad*cognoſcendũ utrum aliqua diſpoſitio ſit odioſa,uel fauorabilis,inſpicitur ſeu attenditur id, ſuper quo principaliter intẽdit prouidere:ut in l.qui exceptionẽ.per Bar.ff.de condi.indebi.&per gl.in c.ſciãt.in uer.alios. in fi.de elec.Iſta igitur probatio per teſtes uidetur principaliter concernere

nere probationes cauſę principalis: ſecundario autē repulſam teſtiū, uidelicet, ꝙ falſum dixerint. ergo &c. Sed hac ratiōe attēta, etiā quādo teſtes in perſona repulſantur, principaliter illud fit ad cautelā cauſæ: & tamen ratio iſta non attenditur.

SVMMARIVM.

1 *Diuiſionem res non recipiens, uel gradus & portæ ſeruientes ad plures domos, ita nec recipit licitationem.*

2 *Licitatio ubi congruè fieri non poteſt: ut portæ per quas habetur ingreſſus ad plures diuerſas domos diuerſorū, non ueniunt in diuiſorio, nec ut diuidantur, nec ut licitentur.*

DECISIO LXIII.

IN cauſa magnifici Marini de Alexan. cum magnifico Saluatore de Alex. & fratribus habētibus cū dicto Marino quoſdā gradus cōmunes: per quos quælibet ipſarū partiū aſcēdit ad partē domus ſuæ: Fuit du-
1 bitatū, an* dictus Marinus, qui prouocauit eius fratres prędictos ad licitationē dictorū graduū qui commodā diuiſionē non recipiunt, debeat admitti. Et cōcluſum eſt, ꝙ nō: 1
na ſi d. licitatio fieret, partes dictorū fratrū (ſi ipſi ſuccūberent in licitando) remanerēt quaſi inutiles: cū ad eas alius cōmodus aditus nō haberetur. & hoc per tex. in l. arbor. §. de ueſtibulo. ff. com. ubi etiam dicit
2 Bal. no. quod* portæ per quas habetur ingreſſus ad plures diuerſas domos diuerſorū, non ueniunt in diuiſorio: nec ut diuidantur, nec ut licitētur, ubi cōgruè licitatio nō poteſt 2
fieri: & pro hoc uide Azo. in ſumma. C. com. diui. qui bene loquitur.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum ſuper feudo hæreditario fit mediante aſſenſu.*

2 *Feudum hæreditarium poteſt alienari etiam in præiudicium agnati: niſi pacto fuerit alteratum inter ſe. & n. 8.*

3 *Aſſenſus non requiritur ubi in inueſtitura fuerat adiecta clauſula ad uendendum & alienandum inter uiuos, & in ultima uoluntate.*

4 *Feudum francum nunquam dicitur niſi expreſſe apponatur in inueſtitura uerbum, quòd ſit francum.*

5 *Feudum francum poteſt eccleſiæ in teſtamento relinqui.*

6 *Feudi legati inualide debetur pretium.*

7 *Agnatus in feudo hæreditario ſuccedit: licet alius ſit hæres inſtitutus: nam ſufficit quòd per ſe non ſteterit quin hæres inſtitutus fuerit.*

8 *Feudum hæreditarium poteſt alterari in ſua natura per conuentiones, & refutationes factas à feudatarÿs inter ſe.*

DECISIO LXIIII.

IN cauſa Fauſtinæ Forgionæ filiæ quondam Annibalis Forgioni de Sueſſa cū Monaſterio S. Dominici
1 de d. ciuitate * ſuper petitione medietatis feudi, quod dicitur de ſe ſaluatico. Cōtra dictam Fauſtinam agentem ut neptem quondam Bernardini Forgioni fratris utrinque coniuncti præfati Annibalis opponebatur pro parte monaſterii de teſtamento dicti Bernardini, in quo Bernardinus ipſe dictum feudum cum aſſenſu Ducis Sueſſæ reliquit prædicto monaſterio, quod fieri ui-
2 detur potuiſſe,* cum feudū ſit hęreditarium, quod poteſt alienari etiam in præiudicium agnati: ut per Andr. in cap. primo. § hoc quoque, de ſucceſ. feudo. in cap. Titius.

 ſi de

ſi de feu.ſuc.controuer.& in ca.j.an agnatus. Opponebatur ſecũdò: ꝑ
3 *in ipſa prima inueſtitura fuerit adiecta clauſula ad uẽdẽdũ,& alienãdum inter uiuos,& in ultima uolũtate: quæ clauſula operatur,ut nõ requiratur ulterior aſſenſus,ſecundũ Sal.in l.fi.j.col.C.de iur.emphy. Imo.in ca.potuit.xlix.col.locati.Ludo.in ſing.cccl.incip. emphyteota. Alex.conſi.clxxiij.ulti.col.ij. uol.Iac. in uer.ita etiã quòd ipſi uaſſalli.j.& ij.col.unde feudũ hoc dicetur non habere propr.natu.feud.& ſic erit feudũ frãcum, ſecundũ Bal.in l.j.ij. col.C.ſi à non cõpe.iud.ſue.app.qui dicere uidetur ꝙ feudum frãcum ſit illud de quo loquitur tex.in ca.j.de
4 feu.nõ hab.prop.na.feu.&* ꝙ id ſit feudum frãcũ facit:nã in inueſtitura prima ſolũ reſeruabit ſibì donator par unũ ſonalearũ anno quolibet: & uoluit,ꝙ uaſſallus àd nihil aliud teneretur: unde ſuccedit doctrina, de qua per Ioã. And.in Spe.de præſcrip.ſuper rubri.pe.& ulti.col.quẽ refert Alua.in prçlud.feu.ſecũda diui.& Curt.in prima parte.viij.q.uer. ſecundo principalis.uidelicet quòd feudũ frãcum illud dicitur,pro quo nõ præſtatur ſeruitiũ aliud,niſi id, de quo in inueſtitura cautum eſt.Ex
5 quibus ſequitur ꝙ*tãquàm feudum francum potuit cõtra regulas iuris feudum prædictũ in teſtamẽto relinqui.Bal.ſing.in authẽ.niſi rogati.ul. col.ad Tre.etiã eccleſiæ.Bal.ibi.& ꝑ Feli.in ca.quæ in eccleſiarũ.xxv.col. de conſti. Opponebatur tertiò:ꝙ ſaltem æſtimatio eccleſiæ debere-
6 tur,prout eſt quãdo* quis legat feudum caſu quo legatũ de feudo non ualeret,ut not.& tenet Præpoſ.in c. j.de alie.feu.& Iaſ.in l.fi.de iur.emphy. Sacrũ Cõſilium his nõ obſtatibus determinauit in fauorẽ Fauſtinç,tanquàm agnatç. Nec obſtat ꝙ ipſa nõ eſt hæres Bernardini:unde
non*.debet ſuccedere in feudo hæreditario,etiam ut agnata,ſecundũ Andr.in ca.j. §.hoc quoq;.de ſucce. feu.& in c.j.an agnatus. Alex.cõſil.x. iiij.col.iij.uolu.& cõſi.xxvj.pe.col.v. uolu.& Curt.in j.parte.iij. q.princi. 7
8 vj.col.nã ſufficit* ꝙ per eam nõ ſteterit ex quo non eſt hæres inſtituta per Bernardinũ,prout not.ſing.Bal. in c.j.an agnatus.& poteſt etiam reſponderi,ut in ſequẽti uer.Nec obſtat etiã quòd de feudo hæreditario poteſt quis teſtari cũ aſſenſu:nã licet prima inueſtitura dicat pro hæredibus:tamẽ ex poſt facto in conuẽtionibus & refutationibus factis per patrem Bernardini ipſi Bernardino cũ conſenſu Annibalis patris Fauſtinç,qui erat primogenitus,fuit cautum,ꝙ feudũ hoc eſſet Bernardini & filiorũ ex eo procreandorũ: unde cũ defecerit iſte caſus in feudo,iure optimo ſuccedet Fauſtina, pro qua in hoc eſt caſus in j.c.j.de eo qui fin.fec.agna.Et ſic etiã reſpõdetur principali motiuo. Nec obſtat etiã,quòd iſtud feudũ eſſet frãcum:nã præſuppoſito eo quod proximè dictũ eſt,Bernardinus nõ poterat diſponere,ex quo non habebat illud,niſi pro ſe & filiis.preterea feudum nunquàm dicitur frãcũ,niſi expreſsè in inueſtitura apponantur iſta uerba:ꝙ ſit frãcum.Bal.in c.inter dilectos.vj.col.de fid.inſtr.Alex. conſi xxx.j.uolu.ult.col.quos refert & ſequitur Iaſo.in prælud. feu.xxxiiij.col.& Curt.in j.parte uerſi.viij. princ

principaliter quæro.colum.vij.Nec etiã obſtat de æſtimatione:nã æſtimatio quãdo ueniret in legato,deberetur per hæredem Bernardini. Fauſtina autẽ Bernardini hæreditatem non adiuit,præcipuè quia Bernardinus aliũ ſibi hæredem inſtituit.Fuit notatum quòd cõdẽnetur dictum monaſteriũ ad relaxandum & reſtituendum dictam medietatẽ feudi dictæ Fauſtinæ actrici.

SVMMARIVM.

1 *Vſusfructus anteſati nõ ſoluti an debeatur uxori.*

2 *Vxoris eſt electio recipiendi uſuram competentem ab hæredibus uiri,uel conſequi pecuniam præſtita cautione de utendo fruendo in quarta conſtituta in pecunia iuxta conſuet.Neapo.ſed hoc intellige ut infra ea.dec.nume.5.7.& 10.*

3 *Annua præſtatio longi tẽporis cauſat promiſſionem ualidam ſuper præſtatione ſemper ſoluenda.& nume.9.*

4 *Pactum ualet inter eum qui dotem promittit,& uirum,quòd donec dos in pecunia ſoluatur, debeat uiro ſolui tot pro centenario quolibet menſe:ſi uir ſolitus ſit negociari,uel ponere pecuniam ad lucrum,& ſuſtinet onera matrimonij.& nu.9.*

5 *Dotis promiſſor etiam ſine pacto tenetur ad uſuras dotis proportionabiles pro alimentis,& intereſſe propter moram.& nu.10.*

6 *Vſura utrum permittatur in recompenſationem uſusfructus:quando naturaliter ipſa res erat commoditatem allatura.*

7 *Sors perpetuo non debet eſſe ſterilis, niſi repeti poſſit ad nutum creditoris.*

8 *Viro inopi ſoluitur dos data per eum cautione ,uel quòd pecunia ponatur ad honeſtũ lucrum penes mercatorẽ.*

9 *Stipulatio ſolennis præſumitur per ſolutionem annuam x.annorum.*

10 *Vſura ſoluta per debitorem dotis in mora conſtitutũ etiam ſine pacto,dicitur intereſſe damni emergentis.*

11 *Vſura eſt percipere tantũ pro centenario,quod eſt ſemper certũ & uniforme:nõ autem poſſe habere uel nõ habere uniformiter fructum ex re,cũ nõ ſemper ſit,nec ſemper percipiatur.*

12 *Conſuetudo Neapo.ſuper uſuſru.dotis donec reſtituatur non ualet.*

13 *Vxor poſt ſolu.matrimonij ultra ſortem dotis an poſſit aliquid petere pro alimentis poſt annum ſolutionis.*

DECISIO LXV.

IN CAVSA Honorabilis Margaritæ Biãcaleonæ cũ Ioã.Sarcoſa & fratribus ſuper* petitione uſuſfructus anteſati dictæ Margaritę ab 1 ipſis tanquàm hæredibus quondam Benedicti Sarcoſæ heredis quondã Frãcioni uiri ipſius Margaritæ.prçſuppoſito,quòd ex dicto matrimonio filia ſuperſit. Pro*uxore uidetur 2 facere primò glo.Neap.in conſuetudine,quarũ autẽ.quæ loquens in quarta cõſtituta in pecunia,dicit eſſe in electione uxoris an uelit ab heredibus uiri cõſequi pecuniã prçſtita ei cautione de utendo,fruendo &c.iuxta.l.ſecũdã.ff.de uſufr.earum rerũ quæ uſu cõſu.an uerò recipere uſuram cõpetentẽ,ſicut dicitur in authẽ.de non elig.ſecundo nu. §. aliud.uer.ſi autẽ omnis. Secundò facit:nã cõſtat ex proceſſu,ꝙ dictus Benedictus hæres prædicti quondã Francioni per x.itẽ.xv.annos mortuo uiro ſoluit eidem Margaritæ uſumfructũ: propter quod reſultat quædã ualida & ſolennis promiſſio ſeu

ſeu cōuētio ſuper eo uſufructu ſem per ſoluendo, prout not. per glo. in l. cū de in rem uerſo. ff. de uſuris. & per doct. maximè moder. in l. ſi certis annis. C. de pact. Tertiò facit:
4 nā* ualet pactū inter eum qui dotē promittit, & uirū: quòd donec dos in pecunia promiſſa ſoluatur, debeant uiro ſolui tot pro centenario quolibet menſe: ut tenent Paulus de Eleaz. & Ioā. Calde. in ca. ſalubriter. de uſuris. uidentur enim in dubio eſſe promiſſa pro alimentis: ut concludit Alexā. in l. in inſulā. §. uſuras. uer. alius eſt articulus. ff. ſolu. matri.
5 quinimò etiā ſine pacto* tenetur debitor dotis ad uſuras dotis proportionabiles ad dotē, & ad alimenta, ut intereſſe: ut concludit Bar. & alii ſequuntur in d. §. uſuras. & Alex. ibi. & in cōſi. lvj. iij. col. iiij. uol. Quartò facit: nam antiquitus cōſt: tuebatur uxori quarta lucrifacienda per eam ſuper omnibus bonis eius: ut patet in dicta cōſuetudine: quo caſu erat clarum, ꝙ uxor poterat percipere fructus dictæ quartæ partis bonorum cū bona cōſciētia, cū extantibus liberis in hoc conſiſtebat ſuū antefatū, uidelicet, in fructibus illius quartæ: ſed cū in inſtrumento antefati dictæ Margaritæ ſcriptum ſit, ꝙ uir cōſtituit ſibi antefatum illud in locū quartæ ſuper omnibus bonis ſuis, ergo debet cenſeri eodē modo, ſicut & quarta. l. ſicut. §. qui iniuriarū. ſi quis cau. cum ſimi. Facit etiā Bal. in l. hac edictali. §. his illud. pe. col. uer. ibi pro uſufructu. qui di-
6 cit: ꝙ* quando uſura permittitur in recompēſationē uſusfructus, eſt licita, quando res ipſa naturaliter erat commoditatē allatura. & ſubdit ꝙ in omnibus rebus quæ ſui naturæ ſunt finibiles, uidetur ꝙ uſufructuaria poſſit apponere pactū de interuſurio compēſando: & ſubdit, quòd
7 ſors* ꝑpetuò non debet eſſe ſterilis, ſecus in ſorte quæ poteſt repeti ad nutum creditoris. Sed hoc dictū nō obſtat, nā ſors de qua nunc agimus, uidelicet unc. xxv. antefati poteſt peti per uxorē offerentē cautionē, dubium eſſet quādo ipſa non reperiret, uel nō curaret offerre cautionē: quo caſu fortè tutum eſſet dicere ꝙ ſeruetur id quod dicitur in c. per ueſtras. de dona. inter uir. & uxo. At contra mulierē faciūt iura cōmunia de uſuris loquētia, ꝙ quicquid accedit ſorti &c. Nec obſtat primò gl. Neap. Nā illa loquitur contra. l. canonicam, & diuinā: præterea illa gl. non uidetur reſidere in d. opi. dicit enim, uel dic ut extra. de donat. inter uir. & uxorem. c. per ueſtras. ubi
8 tex. uult, ꝙ* uiro inopi ſoluatur dos, data per eum cautione, uel ꝙ pecunia ponatur ad honeſtū lucrū penes mercatorē: lucrū uidelicet, ut ex ea mercimonia fiāt. Nec obſtat ſecūdò de uſufru. per longū tēpus ſolu. &c. nam* ad hoc ut per curſum. x. an- 9
norum præſumatur ſolēnis côuentio, puta ſtipulatio: debet hoc allegari, & ſic per dicti tēporis curſum probari. ut dicit gl. in d. l. cū de in rē uerſo. & doct. in d. l. ſi certis annis. quod nō eſt factū in caſu noſtro. Prę terea talis cōuentio quādo uerè facta fuiſſet, eſſet nulla, cōtra leg. diuinam & canonicā. Nec ob. tertiò, ꝙ ualet pactum &c. nā opi. Pau & Cal. eſt cōtra opi. Ioā. And. in d. c. ſalu. cū quo tranſit ibi. d. Car. & Laudētius in tracta. de uſu. liij. q. & Abb. in d. c. ſalu.

ſalu.limitās,ut dictū Io. And.ſeu ei* opi.nō habeat locum in uiro ſolito negociari,uel ponere pecuniam ad lucrū: & ſuſtinente onera matrimonii,ut ſic,ut intereſſe,dicta pecunia ex pacto promiſſa debeatur.Et quā
10 do doct.uolunt* ꝙ etiā ſine pacto ſi promittens dotē cōmittit morā teneatur ad uſuras, illud eſt ratione alimentorū,quę facit uir uxori,& ſic erit intereſſe damni emergentis:ut cōſiderat Alex.in d.§.uſuras.dū ſaluat Bar.à diſtinctione Ioan.de Imo. quod quidem intereſſe nō poteſt in caſu noſtro cōſiderari. Nec obſtat quartò,ꝙ iſtud antefatū in pecunia ſuccedit in locum quartæ quæ cōſtituebatur in bonis.Nam hæc uerba nō operātur,ꝙ maritus ſit dominus bonorū pro illa rata pecuniæ:hæc enim dictio, ſuper bonis,importat hypothecā tantū,ut in l.quintus.ubi Pet.& Iaco.de rau.ff.de an.le.& per Alex.& alios in l.reſcriptū.§.ſi pacto.ff.de pac.Præterea non eſt ſimi-
11 le*habere poſſe fructus ex re, ex quo nō ſemper ſunt uel percipiuntur,& non habentur uniformiter,& percipere tātū pro cētenario ,;quod eſt ſemper certū & uniforme,prout ad propoſitū conſiderat Car.in d.c. ſalubriter.prope finē.de uſuris.poſt Ioan.And.ibi. Vltimò accedat prędictis.Nā in quęſt.illa,an ualeat ſtatutū quòd hæredes uiri donec dotē reſtituant uxori,teneātur dare tātū pro centenario,ſicut eſt Neap.in cōſuetudine,uiro mortuo.doct.cōmu
12 niter uidentur tenere,ꝙ* tale ſtatutum ſeu cōſuetudo non ualeat.ita Ioā.de imo.poſt Matthæum in Cle. j.circa fi.de uſuris.& ibi Ioan.de ligna.Quinimo ſecundū eos nō poteſt etiā ratione alimentorū uxor uigore iſtius ſtatuti aliquid petere,cū ſit finita cauſa alimētorū,uidelicet matrimonium,& ſeruitia matrimonialia: & Pet.de Anch.cōſil.clxiij.incipiē.in quæſt.quæ uertitur.ubi ple-
13 ne tāgit utrum* mulier poſsit ſoluto matrimonio ultra ſortem dotis petere aliquid pro alimētis.in effectu concludit,ꝙ non,quia extinctus eſt titulus dotis,& ceſſat cauſa priuilegii:& ſubdit quòd licet cauſa alimentorū ſit fauorabilis & pia,non tamē per hoc poteſt plus debito peti.Et ad dicta de ſtatuto licet Abb. in d.c.ſalubriter.cōcludat,ꝙ quādo eſſemus in caſu quo hæredes uiri tenentur alere uxorem tale ſtatutū ualeat,tamen cōmunis opi.ſe habet ꝙ mulier poſt annum,& ſic poſtquàm eſt in poteſtate ſua habere dotē,nō debet ali ab hæredib.uiri:ut tenent Ange.Rapha.& Pau.& Alex.in l.diuortio.in princi.ſolu.mat.& ibi per Iaſ.in v.concluſione. Fuit uotatū ꝙ condēnentur cōuenti ad ſoluēdum uncias uigintiquinq; pro antefato, præſtita cautione ſecundū cōſuetudinē Neapolitanā,una cum uſufructu liquidando tēpore executionis.

SVMMARIVM.

1 *Clericus ligatur pragmatica loquente de compromiſsis fiendis inter coniunctos cōſanguinitate uel affinitate uſq; ad quartū gradū.& nu.3.& 5.*

2 *Exceptio quæ impedit proceſſum,impedit etiam compromiſſum.*

3 *Clerico litiganti in foro ſeculari curerit inſtantia iuris ciuilis.*

4 *Clericus nō ligatur ſtatuto,quod ulterius diſponit alterando deciſionē cauſæ,ſcilicet penitus prohibēdo appellationem,ſeu reductionem.& nu.ſeq.*

DEC

DECISIO LXVI.

IN CAVSA Abbatis Caroli de Cioffis cũ Antonio de Cioffis ei*
1 fratre præſuppoſita regia pragmatica in regno noſtro uigente, quæ ſe habet, quòd cauſæ inter coniunctos conſanguinitate, uel affinitate uſq; ad quartum gradũ incluſiue ſecundũ ius ciuile cõputãdum, debeãt compromitti ad petitionẽ cuiuſlibet ex litigantibus. Fuit dubitatum: an cõtra Clericum agẽtẽ in ſacro Conſil. poſsit reus ſibi coniunctus .ĩ. quartum gradũ opponere exceptionem cõpromiſsi. Bald. in c. cũ ueniſſent. de eo qui mit. in poſſ. ca. rei. ſer. iiij. col. dicit, quòd ſtatutũ de cauſis cõpromittendis nõ ligat Clericum, etiã in minoribus conſtitutum, quẽ referũt & ſequuntur Alex. conſil. ccxj. iiij. col. ij. uolu. & Feli. in c. eccleſia San. Ma. xlix. col. uerſi. iiij. ſcias. de conſtit. ubi alleg. dictũ Bal. ubi ſ. & d. cõſilium Alex. ſine tamen numero. In cõtrarium facit: nã compromittere eſt de proceſſu litis, & ſic uidetur reſpicere ordinatoria: ut dicit Bal. in l. ſi iudex. in fin. ff. de his
2 qui ſunt ſui uel alie. iur. & ideo* exceptio, quę impedit proceſſum, impedit etiam compromiſſum: ut not. Bal. in l. fratris. C. de tranſac. ergo uidetur, quòd Clericus teneatur ad cõpromittendum. Nã in reſpiciẽtibus ordinem & proceſſum Clericus litigans in foro ſeculari obligatur: ut not. doct. maximè Abb. in d. c. eccleſia ſanctæ Mariæ: unde ſecũdũ Abb.
3 ubi ſuprà* Clerico litiganti in foro ſeculari currit inſtantia iuris ciuilis, & firmat But. in c. quod clericis. viij. col. & ibi Imo. j. col. & Sali. in authẽ. caſſa. j. q. Corneus conſi. cxiiij. incip. quãuis primo aſpectu. ij. uolu. tenet, quòd etiã ſi ſtatutum de cauſis compromi. loqueretur taliter, quòd reſpiceret deciſoria: ut quia diceret arbitros debere iudicare de facto &c. Adhuc ſeruabitur contra Clericum agentẽ in iudicio ſeculari. Bal. conſi. clxxj. incipien. nunquid clericus. ij. uolu. tenet: ꝙ ſtatuto uolente compromitti de iure ligatur clericus. idem Bald. in c. ſi. ut lit. pend. tenet, ꝙ ſtatutum de cauſis cõpromittendis reſpicit ordinẽ procedendi, niſi alterata fortè ſit deciſio per poteſtatẽ arbitris tributã. Decius in d. c. eccleſia S. Mariæ. xxv. colũ. in hoc 4
articulo concludit: ꝙ* tale ſtatutum quãdo ulterius nõ diſponeret, ligat clericum: ſecus ſi ultra procederet alterando deciſionem cauſæ: ut quia diceretur in eo, quòd laudum ferendum haberet paratam executionem: uel quòd reductio peti non poſsit. Maius dubium in hac cauſa faciebat: nam pragmatica regni noſtri. ſequens illam, quæ incipit odia. uult quòd ſi iudex ad quem ſit habitus recurſus à ſententia arbitri iuris, ſententiam confirmauerit, debet fieri executio non obſtante appellatione: & ſic ſtatutum ultra procedit: tamen ſacrũ Conſil. uotauit cauſam debere compromitti: nam
5 * tunc ſtatutum alteraret deciſionem, quando prohiberetur appellatio penitus, ſeu reductio, prout uidetur ſentire Decius in loco præallegato in princip. d. iij. colum. uerſic. ex præmiſſa. ibi, præciſe. & ibi, abſolute.

SVMMARIVM.

1 *Falſum teſtem ſcienter producens, uel articulum, uel ſcripturam: uel eis uſus fuerit*

fuerit in Regno, ipſo iure amittit cauſam: licet ſecus ſit de iure communi.

2 *Procurator producens falſos teſtes ante litē conteſta uel poſt, exiſtēs ſoluēdo ſiue non, habens mandatum generale ſiue ſpeciale, non præiudicat domino.*

3 *Mandato generali non uenit licentia committendi crimina.*

4 *Maritus, cui nomina debitorū in dotem aſſignata fuerunt, ſi contra ipſos agendo falſificauerit acta: ſibi & non uxori nocebit falſitas.*

5 *Inſtrumēta falſa ſi tradātur p dominū procuratori: dominus perdit cauſam.*

6 *Falſos teſtes, & articulos producens, licet euitauerit uſum, non propterea euitabit pœnam falſi.*

7 *Falſum ignorāter uel errore commiſſum in facto alieno uel proprio, in eo caſu quo præſumitur probabilis ignorātia, excuſat à pœna, quia falſum nō committitur abſque dolo.*

8 *Error iuris non præſumitur ad euadēdam pœnam in facto proprio.*

9 *Falſum teſtē producēs ſuper falſo articulo euitat pœnā, renūtiādo uſui dicti teſtis: præcedēte tamē aduerſarii proteſtatione: quia præſumitur error: ſecus ſi aduertentia propria renunciet: quia declarat dolū habitū in falſitate.*

DECISIO LXVII.

IN CAVSA magnifici Annibalis Pignatelli ſeu d. Lucretiæ carbonæ eius uxoris cum excellēte do. Comite Conſiæ. Licet de iure communi is qui producit falſum articulū aut teſtes, uel ſcripturas non perdat cauſam, ut in l. diuus. ff. de re iudica. in l. qui agitis. ff. de exceptionibus. niſi falſificet acta. ut in l. in fraudē. §. quoties. ff. de iure fiſ. & ibi per Bar. poſt gloſſ. tamen in Regno noſtro uiget pragmatica, quæ incipit, teſtē falſum, &c. qua cautum eſt 1 eos, qui * ſcienter teſtes falſos, uel alias ſcripturas produxerunt, uel eis uſi fuerint, cauſam ipſo iure amittere. hoc præſuppoſito, dubitatū fuit, an ex quo in cauſa prædicta ꝑ parte prædicti d. Comitis ſit factus quidam articulus falſus, continēs quòd poſt ipſius Comitis à Regno diſceſſum, quondam dominus Cæſar eius germanus tenuit Caſtrū Paterni. Sup quo multi teſtes examinati affirmarunt uera eſſe contenta in articulo. Si propter hoc d. Comes debeat puniri iactura cauſæ? præmiſſo, quòd tota hæc cauſa per procuratorē agitata ſit. Et omiſſa diſtinctione Bar. in l. j. §. ſi procurator. ff. ſi quis ius dicē. non obtē. deueniendo ad authoritates magis particulares. Inn. in c. j. ut lite non cōteſt. tenet: quòd * ſi procu 2 rator ꝑduceret in cauſa falſa inſtrumenta, uel aliā fraudem faceret, hoc non præiudicat domino. D. ſignorellus. conſi. ccxxxj. in fi. tenet: quòd ſtāte ſtatuto quòd producēs falſos teſtes perdat cauſam. Si procu. producat falſos teſtes, & ipſe procu. eſt ſoluendo, dominus cadit à cauſa, & imputare debet ſibi dominus cur tali cauſam commiſit. l. j. in fin. ff. de iud. cū ſimi. Pau. de ca. in l. iij. §. ſi procurator. ff. quod quiſq; iur. dicit, quòd ſi procurator habens generale mādatum producat falſos teſtes, uel det poſitiones criminoſas, ad hoc ut dominus teneatur de falſo, uel actione iniuriarum: cautela eſt, ut interrogetur dominus an ratū habeat quod geſſit procurator, & an uelit inſiſtere in illis: & ſi reſpondebit, ꝙ ſic, tenebitur ipſe, non procurator: ſi reſpondebit ꝙ non, tenebitur procu

3 procurator, quia * in generali mãdato nõ uenit licentia talia cõmittẽdi. per gl. ibi & dicit Pau. ꝙ ita practicatur ubiq; : & ꝙ dominus tenebitur reſpõdere, & iudex ad poſtulationẽ partis tenebitur interrogare. per l. ubicũq;. de interro. act. Ang. in d. l. j. §. ſi procurator. ſi qs ius di. nõ ob. dicit ꝙ ſi ꝓcurator delinquit faciẽdo, & habuiſſet ſpeciale mãdatũ, uel ſaltẽ dominus ratũ habuit, & tũc præiudicat domino ſine dubio. d. l. iij. §. ſi procurator: & in l. j. §. quoties. de ui & ui ar. ſi neutrũ interueniſſet, & dolũ cõmiſit in iudicio ante lit. cõte. & non nocet domino: ſecus ſi poſt. l. ſi procurator. la. ij. ff. de doli exce. non tamẽ ſecũdũ eũ afficere poterit dominũ dãno totius litis propter dolũ ſuũ. exẽplũ, ſi falſificaret acta cauſæ uel aliã falſitatẽ in cauſa cõmitteret: Bal. in cõſ. xciiij. incip. decreto domini cauetur. iij. uo. in caſu fortiori, ubi quis habuerat mãdatũ ſpeciale adiurandũ, ſi iurauit falſum, ob quod ex forma ſtatuti erat pœna iacturę cauſę: tenet quòd non propterea dominus dicto damno afficietur. Nã nũquam quis uidetur habere mandatũ ad cõmittẽdũ falſum, uel quaſi falſum. l. diuus. §. nec generalẽ. ff. de fal. Ana. cõſi. xij. incip. primò ad intellectũ præmitto. tenet in procuratore quodãmodo in rẽ ſuam, ut eſt mari-
4 tus, * cui nomina debitorũ in dotẽ aſsignata fuerunt, qui egerat contra ipſos debitores, & acta falſificauerat: ꝙ nõ ꝓpterea pœna amiſsionis cauſæ de iure cõmuni ſtatuta per d. l. in fraudẽ. §. quoties. habebit locum in iſto caſu: ex quo hic non erat principalis, ſed ſolũ perdet ille maritus ius, quod ipſe habebat in dicta cauſa: uxori autẽ nullũ fiet præiudiciũ. Bal. in d. c. j. ut lit. non cõteſt. v. colũ. uult, quòd ſi in caſu quo per quálibet falſitatẽ ꝑditur cauſa, ipſe procurator poſt lit. cõteſta. ſine ſpeciali mãdato producit falſa inſtrumenta, dominus nõ ꝑdit cauſam. inde ſub-
5 dit, ꝙ * ſi dominus tradat inſtrumẽta procuratori ad producẽdũ ea, dominus cauſam perdit. Præterea pro
6 Comite etiã facit, * quãdo ipſe uere per ſe & non per procuratorẽ articulos feciſſet, & teſtes ꝓduxiſſet. Nam licet is qui fabricat falſum articulũ, & ſuper eo teſtes producit, nõ poſsit euitãdo uſum, euadere pœnã falſi: ut in l. ſi falſos. & ibi per Bar. C. de fal. l. qui ea mẽte. cum materia. ff.
7 de fur. Nihilominus quando * eſſet certũ, uel præſumptione iuris dato quòd qui fecit falſum articulũ, illum facit ignorãter: ut quia erat de facto alieno, uel in facto proprio, eo caſu quo præſumitur ignorãtia, & eſt ꝓbabilis, de quo in c. fi. de cõfeſ. & in l. nõ fatetur. ff. eo. per Bart. tunc ſine dubio is nõ eſt in pœna: quia falſum nõ committitur ſine dolo. l. quid ſit falſum. ff. de fal. l. nec exẽplũ. C. eod. ita not. Aret. in c. præſentiũ. v. col. de teſti. factum, de quo in articulo Comitis, nõ erat de facto proprio, ſed de alieno, uidelicet de poſſeſsione Cæſaris, præcipuè ipſo Comite abſente à Regno: ergo &c. Quinimo tenet Areti. ubi ſuprà, quòd etiã ſi ſuper facto proprio quis fabicaſſet falſum articulũ, & in eo teſtes produxiſſet, & nõ eſſet teſtibus uſus uſq; ad finẽ cauſæ, ſed aduerſario proteſtãte falſitatem incontinẽti renũtiaret uſui teſtiũ, oriretur pręſumptio pro renũtiante, quę ſatisfaceret pręſumi

erro-

9 errorem iuris, qui* aliâs non præſumeretur ad euadendam pœnã, ut eſt caſus no. & ibi per Bart. in l. ſi adulterium. §. j. ff. de adulte. & ita præſumetur error in facto proprio eadem ratione, dummodo ille qui renuntiat uſui teſtium alleget errorẽ, & dicat ſe erraſſe in articulando. & ſecundũ hunc modũ dicit Aret. poſſe intelligi Bal. in l. fi. ult. col. C. ſi ex falſis in-
9 ſtru. ubi expreſsè uidetur tenere,* ꝙ producens teſtẽ ſuper falſo articulo poſsit euitare falſum renuntiando uſui ipſorum teſtiũ. Sed hæc ultima conſideratio Aretini non eſt neceſſaria in caſu noſtro, cũ neq; Comes ipſe produxit, neque ſumus in facto proprio: prodeſſet tamẽ conſideratio prædicta, quando aliquis falſum articulum feciſſet, & teſtes produxiſſet: nã poterit ſi non eſt uſus eis uſq; ad finem cauſæ aduerſarii proteſtatione præcedente, non aliâs, renuntiando euitare pœnam. Nã ſecundũ Are. ſi producens ex ſe nõ præcedente aduerſarii aduertentia renuntiat, non euitat pœnam, ut ſic magis pręſumatur error quando ad hoc uenit præcedente aduertentia aduerſarii, quàm ſua. Fuit pariter uotatũ falſitatem præfatam non nocere domino Comiti.

SVMMARIVM.

1 *Teſtium repulſa tãtum petita utrum uideatur impugnationi renuntiare: cũ aliud ſit repulſare teſtes, & aliud impugnare ſcripturas. & nu. 5.*

2 *Appellans ſi comparet coram iudice à quo, faciens aliquẽ actũ in cauſa principali, uidetur appellationi renũtiare.*

3 *Repulſa cõtra ſcripturas præſentatas ante lit. conteſt. non conceditur poſt publicationem in cauſa: ſecus ſi præſentatæ fuiſſent poſt datum terminũ ad repulſam teſtium.*

4 *Impugnatio ſcripturarũ poteſt peti & concedi, etiam poſt lapſum terminum repulſæ: niſi prædictus terminus eſſet pro utraq; repulſa datus ad inſtãtiam partis aduerſæ.*

DECISIO LXVIII.

IN CAVSA Magnifici Iulii de ſcortiatis cũ Illuſtriſſ. Principe Biſiniani poſt publicatum in cauſa, per d. Iuliũ fuerunt productæ certæ ſcripturæ: quibus productis pro eiuſdẽ d. Principis parte petita fuit repulſa, lapſo termino ad repulſam procurator eiuſdem. d. Principis petit terminum ad impugnandas ſcripturas. d. Iulius contradicit, aſſerens ꝙ in termino ad repulſam potuit iſta facere, & non fecit: imo* petendo terminum ad repulſam uidetur huic impugnationi renũtiare: ſicut dicimus 1
in eo qui* poſtquàm appellauit cõparet coram iudice à quo, faciẽs aliquem actũ in cauſa principali: quia per hoc uidetur renuntiare appellationi: ut in c. gratum. de offic. deleg. in c. cum ueniſſent. de eo qui mitt. in poſſ. cau. rei ſer. in c. ſolicitudinẽ. de appella. Eſt ritus Mag. Cur. incip. item ſeruat dicta cur. chart. cviij. ꝙ 2
3 * poſt publicationem in cauſa non conceditur repulſa cõtra ſcripturas. qui debet intelligi in his quæ ante lit. conteſt. ſunt præſentatæ. Quan
4 do* ſcripturæ quarum impugnatio petita eſt, fuiſſent præſentatæ poſt terminum datum ad repulſam, non haberet dubium res: nam haberet concedi. Nihilominus Sa. Conſi. uotauit adhuc eſſe locum termino ad
5 impugnandas ſcripturas:* nam aliud eſt repulſare teſtes, aliud impugnare

ſcripturas. Eſt bene uerum, quod quando in tempore repulſæ per d. Principem petitæ fuiſſet per d. Iul. facta inſtantia, quod hic terminus eſſet & intelligeretur etiam latus ad impugnationē ſcripturarum, Sa. Conſi. hoc feciſſet, & ita decreuiſſe compertū eſt aliàs in cauſa illuſtriſſ. Ducis Ariani.

SVMMARIVM.

1 *Rex pro bono pacis reſtituit bona rebellibus reuocando alienata per fiſcū.*

2 *Dominus poteſt pro habenda pace ſui territorii Caſtrum unius ſubditi alteri concedere.*

3 *Emptores bonorum rebellium poſſunt cogi ad reſtitutionē eorum reuertentibus Bannitis: ſi hoc eſt in capitulo pacis.*

4 *Princeps Salerni, et Princeps Biſiniani, & fratres fuerūt cauſa finalis aduentus Regis Frăciæ cum exercitu in occupatione Regni.*

5 *Marius Romanus, qui dum mille homines egregie in bello pugnantes libertate donaſſet, ob idq; accuſaretur, quod præter legem egiſſet: reſpondit ſe propter ſtrepitum armorum leges non audiuiſſe.*

6 *Poſſeſſorio agenti ſpoliato an opponatur reſtitutio facta per capitula pacis à Rege ſtăte ipſorū ualiditate. et n. 8.*

7 *Spoliatus promittens cum iuramento ſpoliatorem ſuum non moleſtare, non poteſt agere poſſeſſorio, etiam pro beneficio eccleſiaſtico.*

8 *Renuntiatio cū iuramento facta poſt ſpoliationem licet non impediat reſtitutio. poſſeſſ. tamen pactum iuratum de non agendo ſeu non petendo reſtit. obſtat agenti poſſeſſorio.*

9 *Moleſtari dicitur ubi ſit ei quæſtio, et mouetur controuerſia ſiue agendo, ſiue excipiendo de iure ſeu de facto, in iudicio uel extra, etiā ante lit. conteſt.*

10 *Spoliatus, cui denegatur audientia propter capitulationem Regis cū Barone, non poteſt petere reſtitutionem.*

11 *Princeps audientiam denegando, ſiue ſilentium imponĕdo ratione dominii dicitur & ratione poſſeſ. quæ eſt debilior: alias eſſet abſurdum.*

12 *Ardua cauſa dicitur de ipſa re: ſi tamen agatur de poſſeſſ. rei, non dicitur amplius ardua: cum poſſeſſ. ſit cauſa debilis.*

13 *Princeps de poteſtate ordinaria nō poteſt tollere ius dominii ſine cauſa, ſicut ius poſſeſſionis.*

14 *Spoliantem, qui de ſpolio tacuit in ſupplicatione, impetratio nō releuat: niſi Princeps ſciuerit inuaſionem, & occupationem. nu. 14. & 30.*

15 *Ignorantia facti notabilis & notorii nō præſumitur, etiam in facto alieno.*

16 *Notorium quădo ſit, & quomodo, ibi uideas exemplū: & non eſt neceſſarium exprimere ea quæ ſunt notoria in curia Papæ.*

17 *Imperator non præſumitur habere notitiam negotiorum generalium, ſicut Reges & alii Domini particulares, qui præſumuntur ſcire conſuetudines uniuerſales Regni, & particulares.*

18 *Præſumitur quiſq; ſcire id, de quo eſt publica uox & fama.*

19 *Spoliatus quando poſt ſex menſes poſſit recuperare poſſeſſ. à tertio poſſidente. & nu. 31. & 33.*

20 *Diſpoſitio collata in unum caſum, uendicat ſibi locum etiam in caſu omiſſo, quando diſponens ſi ſciuiſſet idem diſpoſuiſſet. quod militat in reſcriptis, conuentionibus, & ſtatutis.*

21 *Tacitum non nocet, quando etiam expreſſum adhuc Princeps conceſſiſſet.*

22 *Reſtitutio facta uaſſallo per Principem*

ſpem occaſione pacis,extenditur etiam ad bona per fiſcum alienata,licet non exprimatur,poſito ꝙ ſint feudalia.

23 Princeps pro facienda pace poteſt remittere iniurias & dãna ſubditis illata, & ſilētiũ perpetuum imponere

24 Ignorantia iuris æquiparatur ignorãtiæ facti.& nu.39.

25 Poſſeſſio poteſt ex interuallo recuperari,datis qualitatibus,de quibus ibi.

26 Creditor habens ius executiuũ in reali contra debitorem,an poſſit uti contra ſingularem ſucceſſorem.

27 Conſtitutum dat ciuilem & naturalem poſſeſſionem:precarium uerò ciuilem tantum,& quando ſecundũ conſtitutum tollat precariũ primum,non autem primum conſtitutum.

28 Dominus debet priuari proprietate,ſi committit in uaſſallum:an ſit idem ſi committat in familiam uaſſalli uerberando ipſam in dedecus uaſſalli.

29 Papa committendo ſelloniam contra uaſſallum Eccleſiæ, Eccleſia non priuabitur iuriſd.ſua.idem in Rege.

30 Dominus non poteſt adiutorium petere à uaſſallis pro comprimendis aliis uaſſallis iuſte rebellantibus cõtra eũ.

31 Dominus tyrannice uiuẽs poterit expelli,non tamen occidi:ſi non poteſt haberi recurſus ad ſuperiorem:licet philoſophi gentiles libere dicebant occidendum eſſe Tyrannum.

33 Vaſſallus poterit reſiſtere Domino, imò ipſum occidere, ob mala tractamenta.

34 Impetratio reſcripti, non facta mentione de ſententia quæ trãſiuit in rem iudicatam,non tenet.

35 Sententia Principis etiam de plenitudine poteſtatis, & cum clauſula ſupplentes &c.lata ſine cauſæ cognitione & ſine partis cit.non tenet.

36 Citatio non requiritur propter periculum moræ, ſeu propter potentiã uaſſalli in occupando feudo: & factum poſtea debet iuſtificari.

37 Præſumptio, quæ pro ſententia eſſet quando proceſſus non appareret,tollitur ex actorum inſpectione.

38 Sententia ſaltem declaratoria debet interuenire,ubi quis feudo priuatur.

39 Exceptio dominii nõ admittitur regulariter contra agentem poſſeſſorio recuperãdæ:fallit,niſi talis exceptio tendat ad petitoriũ ſimul & poſſeſſoriũ. Fallit ſecundò quando elidit ius actoris,& fundat ius reo.

DECISIO LXIX.

IN CAVSA Ioãnis Hieronymi de Scortiatis cũ Ioanne Fricia ſuper recuperanda poſſeſſione caſtri Sacci. Præſuppoſita ualiditate capitulorum initorum inter quondam ſereniſsimum Regem Ferdinandum ſecundum ac Illu.Barones de ſancto Seuerino,inter quos erat quõdam dominus Comes Capudatii: in quibus * pro bono pacis quæ 1
tunc inibatur, idem Rex reſtituebat dictos Barones in integrum cum reuocatione alienatorũ &c.quæ quidẽ capitula ob pacis bonũ fieri poterãt. ut in l.itẽ ſi uerberatũ.ff.de rei uendi.in l.Lucius.ff.de euic.in l.uẽditor. §.ſi conſtat.cõmu.prædio.quã l.pro ſingulari ad hoc Bar.allegat.in ꝓœ. fforũ.iiij.col.cũ cõcor.quæ adducuntur per Mod.in l.Gallus.§.& quid ſi tantũ.ff.de libe.& poſth.ubi Iaſ.xvij. col.& in c.quæ in eccleſiarũ.de conſti.ubi Feli.x.col.& per Alex.in cõſi. 2 xciiij.pen.col.v.vol.dicentẽ,ꝙ * dominus poteſt pro habenda pace territorij ſui caſtrũ unius ſubditi concedere alteri.Allegat Bar.in l.quęcũq;.

 den-

de fide inſtru.& iur.ha.fiſca.lib.x.qui
3 uoluit, ꝙ *illi qui emerunt à fiſco bona exbannitorum, poſſunt cogi reſtituere ipſa reuertentibus bannitis, ſi hoc eſt in capitulis pacis. Maximè quia in caſu noſtro pax aliter haberi nõ potuiſſet, quoniam iſti proceres ſe aliter non concordaſſent. Ac etiã non fuiſſent in maximo periculo & detrimẽto res Regni, ſi iſti extra Regnum acceſsiſſent: ex quo apparet in articulo.xxxvij.actoris, fol.cxix. ꝙ
4 * Princeps Salerni & Princeps Biſiniani,& fratres fuerunt cauſa finalis aduentus Regis Franciæ cum exercitu in occupatione huius Regni,& in articulo primo addito, fol.cxliij. dicti Io.Hieronymi, quòd exercitus Regis Caroli in hoc Regnum nõ ue
5 niret.* In iſtorum Baronũ uidelicet Principis Salerni & Principis Biſiniani. Et quidem ſi Rex Ferdi,à ciuibus ſuis more Regum Lacedæmoniorũ cauſam dicere coactus eſſet, cur iſta feciſſet contra iura, uidelicet auferre res illis quibus cõceſſæ erãt, & reſtituere nouis dominis?reſpondiſſet prout fecit C.Marius qui dum mille homines Camertes, qui egregiè in bello pugnauerant, libertate donaſſet, ob idq; accuſaretur, ꝙ præter legem egiſſet: reſpondit ſe propter ſtrepitum armorũ leges non audiuiſſe, ut in uita Marii refert Plutarchꝰ. Præſuppoſita igitur capitulorũ ualiditate uidendum eſt, an in cauſa hac locum ſibi uendicent: & ꝙ non, adduci poteſt. Primò: nam in caſu noſtro Ioan.Hieronymus agit mero poſſeſſorio recuperandæ: & conſtat
6 * ꝙ ante omnia ſpoliatus eſt reſtituendus: unde capitula iſta nõ uidentur extẽdi ad caſum in quo ageretur poſſeſſorio per id quod dictum eſt, ꝙ ante omnia &c.c.j.de reſti.ſpol.c. cum dilectus.de ord.co.&.c.reintegranda.iij.q.j. Ad hæc faciunt ea quæ dicunt domini de Rota deciſ. ccccj.incip.item ſi agenti, in nouis. quos refert & ſequitur Alexã.conſ.
7 xciij.v.uolu.uidelicet, ꝙ *ſi ſpoliatus promiſit cum iuramento ſpoliatorẽ ſuũ non moleſtare in iudicio, uel extra, non poterit poſtea agere poſſeſſorio recuperandæ, etiã pro beneficio eccleſiaſtico, quo fuerat ſpolia-
8 tus: quia*licet renuntiatio, etiã cum iuramento facta poſt ſpoliationem non impediat reſtit.po.c.ſolicite.de reſti.ſpo.tamen pactũ, ſiue iuramentum de non agendo, ſiue reſtitutionem nõ petendo, bene obſtat interdicto poſſeſſorio. Reſpõderi poſſet primò, quòd capitula cõprehendunt etiam poſſeſſoriũ: dicitur enim in illis quòd iſti Barones nõ poſsint ſuper bonis ipſis moleſtari, & clarũ
9 eſt,*quòd ubi fit alicui quæſtio, dicitur moleſtari: ut probatur in l.Lucius. §.tres hæredes: & ibi Bar.& Imo.iuncta gl.in uer.de omni.ff.ad Treb.cũ iſta parificentur, ut ibi: & is etiã dicitur cõtrouerſiã mouere, & ſic etiam moleſtare, qui quomodocunq; facit controuerſiã, ſiue agendo, ſiue excipiendo, ſiue de iure, ſiue de facto, ſiue in iudicio, ſiue extra, etiã ante lit. cõteſt.ut in d.§.tres hæredes.per gl. & doct.in uer.moueret.& in l.diuus. & in l.ſed ſi lege.§.ante litẽ.ff.de peti.hære.in l.non ſolum.§.ſi ſtatus.ff. de procura.cũ aliis quæ affert Alex. conſi.lij.ij.uol.& conſi.clxxvij.v.uol. Item & in capitulis dicitur, etiã ſi uigore dictarum alienationũ, quæ reuocantur, fuiſſet deuẽtũ ad traditionem,

nem, & poſſeſsio eſſet penes alios. Reſponderi poteſt & ſecūdò: quòd
11 * abſurdū uidetur, dubitare de hoc, uidelicet, ꝙ Princeps uoluerit imponere ſilentiū ratione dominii, & nō ratione poſſeſsionis. Cōſtat enim ꝙ cauſa poſſeſsiōis eſt debilior, & ubi
12 aliàs cā de ſe* eſſet ardua, quādo ageretur de ipſa re: tamē quādo agitur de poſſeſsione rei, nō eſt ardua, ut no. Bar. in l. admonēdi. xv. col. de iureiur. & eſt deci. Rotæ in antiquioribus. in ti. de offi. archi. deci. j. Car. Alexā. refert, & ſequitur Fel. in c. edocerí. iij. col. uer. reſtringe tamen. de re-
13 ſcrip. Ideo uidemus, quòd* licet Princeps de poteſtate ordinaria nō poteſt tollere ius dominii ſine cā: ut in l. fi. ſi cōtra ius uel uti. pu. per Inn. in c. quia pleriq;. de immu. eccl. Arch. & Dominicū in c. ius ciuile. j. diſt. tamē pōt tollere ius poſſeſsionis: & facere ꝙ uideat̃ de cauſa petitorii omiſſo poſſeſſorio: ut p Abb. in c. in literis. x. col. de reſt. ſpo. Alex. cōſi. liiij. ij. col. v. uol. & Bar. Vero. cōſ. lx. pe. col. uer. & maximè. Reſpōderi pōt & tertiò: nā in capitulatiōe dicitur ꝙ Rex Ferd. ꝓmittebat imponere ſilentiū moleſtantibus. & gl. in c. in nomine domini. in uerbo audiētia. xxiij. diſt. dicit, ꝙ quādo denegatur ſpoliato audiētia, nō pōt petere reſtitutionē. Secūdò ꝙ capitula nō opitulētur, fa-
14 cit: nā prętēdit actor, quòd * Comes, q impetrauit dicta capitula, ſpoliauerat d. Camillum, ex cuius perſona ipſe actor uenit, & de ſpolio in capitulis mentio non eſt facta, unde ſuccedit text. in l. authoritate. C. unde ui. per quē dicit ibi Bar. ꝙ cōceſſio ſuperioris facta ſpoliatori, qui ta- uit ſe ſpoliaſſe, nihil nocet ſpoliato. & pro hoc facit quod no. Fel. in c. in noſtra. vj. col. uer. ſpoliatus. & col. ſeq. de reſcri. Reſpōderi poteſt primò, quòd d. l. authoritatē. ac doctrinæ per illā legē firmatæ non procedunt, quādo Princeps ſciret de inuaſione & occupatione, quia tūc uidetur illam remittere. ita Sal. in d. l. authoritatem. arg. l. j. C. de reuo. dona. quā refert & ſequitur Fel. in c. poſtulaſti. xx. col. de reſcrip. & nō curo an fuerit ſpoliatus Rex, an alius, & in caſu quo alii Rex potuiſſet præiudicare: ut pro cauſa pacis. Quòd aūt Rex Ferd. habuerit notitiā de iſta re, adducitur primò Sal. ubi . qui dicit in fi. ꝙ quādo factū eſſet arduū & antiquū, Princeps præſumitur ſcire, cum cōtra ſe geſtum ſit: prout prætēditur in caſu noſtro: ꝙ Comes cū uaſſallis Franciæ cōtra uexilla Regis Ferdinandi cœperit. & uide addi. Ant. de Alex. ad Bar. in l. ſi res obli. de lega. j. Et nō nocet taciturnitas rerum, quæ præſumuntur notorie ſciri per Principē. Feli. in c. in noſtra. xij. col. de reſcrip. uer. quintum correlariū. & col.
15 xxj. ibi* non præſumitur ignorantia facti notabilis & notorii, etiam in facto alieno. Car. Alex. in c. in nomine domini. xxiij. diſt. Et de teſtamēto facto per Car. in Curia. uide Feli. c. ſicut. xxj. col. de re iudi. & uide omnino in addi. do. Anto. de Alexā. in l. ſi res obligata. ff. de legat. j. Adducitur ſecundò Bald. in conſil. cxc. j. uolu. in
16 princ. qui uoluit quòd* quando eſt aliquod magnum factum, illud non poteſt eſſe niſi notoriū: & dat exemplum in magno Domino qui ſpoliat pſonā notabilē Caſtro notabili: qđ eſt in caſu noſtro, cum Comes ut prætēdit̃ qui eſt pſona notabilis, oc-

 cupauit

cupauit totum Comitatū Capudatii
ſpoliando oēs poſſeſſores. Succedit
ergo trita regula, quā dat Feli. in c.
ſuper literis.col.j.in iij.regula. de re
ſcrip. qui dicit, quòd non eſt neceſſa-
riū exprimere ea quæ ſunt notoria
in Curia Papæ.alleg.Fede.in tract.de
rerū permu.iij.col.q.iiij.& Pet.de pe
ru.in eo.tract.eiuſdem materiæ.xvij.
col.ibi,quæro tertiò:& nemo uera cō
iectans poteſt dicere,quòd d.Camil-
lus met, ac alii qui erāt apud Regem
nō ei dixiſſent de dicto negocio, &
quòd Comes exiens recuperauit o-
mnē ſuū ſtatū.Sed eſto quòd Rex Fer
di.habuerit notitiā de recuperatione
totius ſtatus,an appareatq; habuerat
notitiā quòd ſpoliauerat.d.Camillū.
Et facit etiā:nam licet generalia ne-
gocia imperii nō ſint Imperatori no
17 ta,tamē* Reges,& Domini particu-
lares præſumūtur habere ſcientiā de
cōſuetudinibus uniuerſalibꝰ Regni,
& de particularibus ſtatutis, & con-
ſuetudinibus:ut per Bar.in extrauag.
ad repri.in uer.nō obſtātibus. in fi.&
per Cur.conſi.lxviij.x.col. Adducitur
18 tertiò:* nā quilibet præſumitur ſcire
id de quo eſt publica uox & fama. ut
dicit no.Bar.in l.is poteſt.ix.col.ff.de
acq.hære.alleg.no.in l. ſi tutor peti-
tus.de pericu.tut.in l.regula.§.j.§.ſu-
pina.ff.de iur. & fact. igno.no. Alex.
conſi.xxxvj.ij. col.j.uol. Adducit etiā
conſil.100.Abb.j.uolu.ubi uult quòd
tertius,qui habet cauſam ſuper re,de
qua erat notoriū, quòd authoritate
eius aliū ſpoliauerat,p̄ſumitur ſciens
19 ſpolii.ideo * ſpoliatus poteſt ab eo li
cet tertius ſit,propria authoritate e-
tiā poſt ſex mēſes recuperare.Sed ut
ex articulis met actoris colligitur, e-
rat publicū,notoriū, & manifeſtū de
dicto aſſerto ſpolio per illa uerba
xxv.articuli. ſicq; fuit &c. & de fama
omniū in articulis.lxxix.fol.cxxix. er
go Rex qui maximè erat directus do
minus præſumebatur ſcire,dūmodo
appareat,quòd erat fama tēpore di-
ctorū capitulorū. Reſponderi po-
20 teſt ſecūdò:* nam Rex Ferd.ſi ſciuiſ-
ſet iſtud, adhuc idē cōceſsiſſet:quod
quidē colligitur,ex quo tollit domi-
niū quod eſt maius, tollit etiā iura-
mentū quod eſt maximū:tollit con-
tractū:remittit crimē rebellionis &c.
unde ſuccedit id quod dicere ſole-
mus,uidelicet:quòd diſpoſitio colla
ta in unū caſum,uēdicat ſibi locū etiā
in caſu omiſſo,quādo diſponēs,ſi ſci
uiſſet,uel fuiſſet interrogatus,idē di
ſpoſuiſſet,ut in l.tale pactū.§.fi.ff.de
pac.in l.Lucius.§. Titius.ff.de lib.&
poſth.& in l.fi.C.de poſth.hære.inſti.
& iſtud ſecundū Bal.in d.§.fi.habet lo
cū,nedū in ll.& ſtatutis,ſed etiā in cō
21 uentionibus,& reſcriptis.Et * quādo
id tacetur,quod ſi expreſſum fuiſſet,
adhuc Princeps cōceſsiſſet,non no-
cet:ut in c.ſuper literis.de reſcrip.no.
in l. præſcriptione. ſi contra ius uel
uti.pu. Reſpōderi poteſt tertiò:nā
non per omnia uidetur ſimile,quòd
quis occupet rem alienā, & deinde
impetret:uel quòd quis capiat rem,
quam ex rebellione amiſerat, & de-
inde facit pacē,& in capitulis pacis ei
cōfirmantur:nam in derogando iuri
alieno aliter quàm per capitula pa-
cis,requiritur cauſæ cognitio &c. At
22 * per capitula pacis non eſt ſic: nā ſi
aliquis reſtituitur per Principē, licet
nō recuperet bona alienata, tamē ſi
reſtitutio fit propter pacē,trahitur ad
bona alienata:quod intelligo etiā ſi
non exprimatur, no.Bal. in titulo de
pa. Conſt.

pa.Conſt.xij.col.uer.priuilegia omnia.per illum tex. ſequitur Aret.in l. Gallus.§.& quid ſi tantum.de libe.& poſth.no.Abb.in c.j.de parrochi.Iaſ. in d.§.& quid ſi tãtũ. xvij.col. Et facit Bal.Ang. & Alex. in l.cõuentionũ.ff.
23 de pac.dũ dicũt* quòd Princeps pro facienda pace poteſt remittere iniurias, & dãna illata ſubditis : ita quòd in perpetuũ cõqueri nõ poſſunt,nec ciuiliter , nec criminaliter.Item licet aliàs in qualibet diſpoſitione feuda nõ ueniant niſi exprimãtur , tamẽ in reſtitutione quæ fit ex cauſa pacis,ueniunt etiã feudalia, licet nõ dicatur. Flor.in l.loci.§.fin.ff.ſi ſeruit.uendi. Bellame. deciſi.dccxliij . & ſequenti.
Reſp.poteſt quartò:nã ſatis uidetur eſſe dubiũ in iure,an Comes ſpoliauerit , an id recuperauerit,& con-
24 ſtat quòd * ignorantia iuris intricati æquiparatur ignorãtiæ facti.tex.ſingu.ſecundũ Bu.ibi in c.cum dilectus. de cõſuetu. Reſpõderi poteſt etiã quintò : nã illa lex authoritatẽ.uidetur habere locũ ſolum in ſpolio uiolento.ita Bar.in illa.l.in ſolutione cõtrarii.ibi,illud eſt in odium uiolenti.
Rurſus ad ſecundã difficultatẽ ex l.authoritatẽ.ſecunda difficultas uidetur inſurgere ex.l. authoritatẽ. C. unde vj.ex.l.fi.C.ne rei domin. uel tẽplorũ.ex gl.in l.ij.in gl.pe.C.de fundis & ſaltibus.per quã gl. multas fallentias colligit Feli.in c.poſtulaſti.ij. col.de reſcri.nam ſiquis quẽ ſpoliat, ſeu occupat rem,& deinde impetrat à Principe , nihil facit. Cõtra iſtud motiuum facere uidentur aliqua ul-
25 tra.s.adducta.Primum,quòd* Comes non ſpoliauerit , ſed recuperauerit poſſeſsionem,à qua iniuſtè deiectus fuerat,quod licebat facere quàm pri mum ſibi facultas offerebatur.per l. iij.§.enim igitur.de ui & ui ar.etiã ex interuallo ſecundũ Hugutio.in c.ius na.j.diſt.ut refert & ſequitur Bal.in l. fi.C.de his qui à nõ do.ma.Licet Are. in l.j.§.qui præſens.& in l.cõtinuus. in prin.ff.de uer.obli.teneat,quòd dictum Hugu.nõ habet locũ in eo qui nullam iuriſdict. exercuiſſet in loco: nec eſſet ſpes de præſenti,quòd ueri ſimiliter poſſet facere præparamentum ſufficiens, niſi ſtatus & conditio mutaretur.allegans no.per Inn.in c. olim.de reſtit.ſpolia.& Bal.in l.ij.pe. char.de ſerui.& aqua.nã in caſu noſtro iam Rex Gallorũ tẽpore capturæ & ſpolii facti de Comite erat in accinctu ueniendi ad occupandũ Regnum:unde nõ poteſt ſpes non conſiderari in Comite,ſtantibus præparamentis Regis potẽtioris,cum quo, ſeu cõſanguineis ſuis cum eo in Gallia exiſtẽtibus habebat Comes intelligentiã:ut in articulo.v.addito.& in articulo.vj.addito dicitur,quòd Comes ſe præparabat contra.d.Regem. Licet Abb.in d.c.olim.ult.col. de reſti.ſpolia.& Are.in l.clam poſsidere. §.qui ad nundinas.vij.col.uer.ij.limitandũ.de acqui.poſſ.allegans gl.ſingu. in l.j.§.j. ſi mulier uentris nomine.& Bal.in l.imperialem.§. callidis. de prohi.alie.per Fede.teneat, quòd talis poteſtas recuperãdi non poſsit exerceri contra tertium.Nam Bar.in
26 l.creditores.viij.ix.& x.col.tenet,* q; ſiue ſimus in creditore habente ius executiuum in reali cõtra debitorẽ, poteſt is tali iure uti contra ſingularem ſucceſſorẽ debitoris.per l. ſi ſuperatus. §.j.de pigno.l. ſi mater. §.j. de except.rei iudi.l. iudicati.§.fi. eo.
27 tit.Siue * ſimus in creditore habente

ciuilem & naturalem uigore conſtituti, uel ciuilem tantum uigore precarii, poteſt per uim ingredi poſſeſſionem rei exiſtentis penes tertium, etiam ſi inueniret reſiſtentem. Et licet Bart. cõtrarium dicat. in l. Celſus. iiij. col. uer. ſed pone creditor. & teneat, quòd debitor per ſecundũ conſtitutum tollat primum precarium, non autem primum cõſtitutum: & ſic debitore alienante ciuilis poſſeſsio tantum nõ producit effectum ingregiendi propria authoritate rem alienatam, quem ſequuntur ibi communiter doc. Tamẽ Bar. in illa. l. Celſus. loquitur quando poſſeſsio ciuilis ſola creditoris quieſcebat ſuper naturali debitoris, nos autem quando ciuilis poſſeſsio ſpoliati non requieſcebat ſuper naturali debitoris: ſed de per ſe & armata cõtra eam. Quo caſu ſuccedit quod notanter tradit d. Abb. in conſ. 100. j. uol. uolẽs quòd ſpoliatus à Titio de quo erat notorium, quòd Titius ſpoliauerat, poteſt propria authoritate etiam poſt ſex menſes recuperare poſſeſsionẽ contra tertium habentem cauſam à ſpoliante: cum præſumatur ille tertius ſciens ſpolii. Hinc ultra quòd de ſpolio Regis Alf. erat pu. uox: & fama publica, notoria, & manifeſta: ut ponit actor in ſuis articulis: præſumemus etiam. d. Camillum, ut olim uaſſallũ Comitis, ut fratrem d. Iulii, ut regiũ conſiliarium habuiſſe tempore emptionis & ante & poſt notitiã de dicto ſpolio. Secundò contra dictũ motiuum d. l. authoritatem. facit: nã d. iura loquuntur in eo qui per uim occupauit: ut clarè dicit Bar. in ſolu. contrarii. in d. l. authoritatẽ. At in Comite ſtante maximè iniuſtitia capturæ ſuæ & ſpolii nedum uiolentia nõ imputabitur, quæ probata nõ uidetur: ſed etiam bonam fidem habuit. Animaduertebat, quia fuerat iniuſtè priuatus pote. & propria libertate. Quia Rex Ferd. eũ liberauerat: quia Rex ipſe Ferd. aufugerat relicto Regno: quid uolebat facere, an agere uia iuris coram Rege Carolo, qui reputatur inuaſor, & acta ſub ſuo regimine ſunt reputata nulla, ut geſta à Tyranno: an expectare Regem Fer. ꝙ reuerteretur, & ſic coram eo agere uia iuris? de cuius reuerſione modica ſpes erat, & pater eum iam iniuſtè priuauerat, ut dictũ eſt: fecit illud quod quilibet hoc feciſſet, ſcilicet, recuperare ſtatum ſuum quomodo poterat. Animaduertebat fortè quòd directus dominus feudi commiſerat, ut ita dicam, felloniam priuando & capiendo iniuſtè, & cõcedendo aliis bona ſua, & reputando eum rebellẽ, qui tenebatur ſibi eadẽ fide qua ipſe Regi. in c. j. de for. fide. in fi. regiſtrato in c. de forma. xxij. q. v. unde
28 Dominus debebat proprietate priuari: & dicit Bal. in d. c. j. quòd illud. c. continet ſanctũ ius, & animaduertit Dominos, quòd notent ualde titulum illũ, quia terribilis eſt eis: & quòd Dominus debeat priuari proprietate, ſi committit in uaſ. eſt tex. in c. domino committente. ſi de feu. fue. contro. & licet quando Dominus cõmittat culpam in alium, proprietas non uadit ad uaſſallum, tamen hoc non obtinet ſecundum And. in d. c. committẽte. quando Dominus committeret quid in offenſionẽ uaſſalli: ut ſi uerberaret familiam uaſſalli in ſugillationem & dedecus ipſius uaſſalli. l. item apud Lab. §. ſiquis ſit. de iniur.

Et quam-

Et quãuis Bal.in c.j.qualiter do.pro-
29 prie.priue.dicat,* quòd quando Papa committeret felloniã contra uaſſallum eccleſiæ,eccleſia non priuabitur iuriſdictione ſua: quia quicquid uult Papa,legis habet uigorem,& ꝙ eſt omnia ſuper omnia. Et Luc. de pe.in l.in ſacris.circa fi.de prox.ſacr. ſcrin.dicat hæc non habere locum etiam in Rege:hanc limitationẽ Comes neſciebat, & ſi ſciuiſſet, eſto ꝙ Dominus non priuetur proprietate: tamen præſtat hoc excuſationem uaſſallo.Animaduertebat etiam, & fortè credebat ob pręfata licitum ſibi fore committere rebellionem etiã cõtra Regem Ferd.id eſt, cum non admittere ad Regni recuperationem, & adhærere Regi Carolo,qui fuerat cauſa ſalutis ſuæ. Et facit ad hoc qđ no.Andr. in c.j.§. ſed non eſt alia.x. col.quę ſit prima cauſa bene.ami.qui
30 uult* quòd quando uaſſalli rebellarent iniuſtè contra Dominum,non poterat Dominus petere adiutoriũ ab aliis uaſſallis pro illis comprimẽdis. Et quod no. And.in c.j.§. extraordinaria.ij.col. quæ ſint rega. qui idem tenet,& uidetur cõcludere quòd Reges tyrannicè uiuentes, qui excedũt terminos tyrannizando in uno, excedunturà nõ ſuis terminis in alio, ſicut actio depoſiti.l. Lucius.ff.depo. & dat exemplum in l.ij.§.exactis. de orig.iur. Animaduertebat, quòd idẽ And.in d.§.extraordinaria.not.uidelicet:quòd philoſophi gentiles liberè dicebant occidendum eſſe tyrannum,ſecundũ Cice. in tertio de offi.
31 tamẽ And.uidetur reſidere,quòd* ſi nõ poteſt haberi recurſus ad ſuperiorem,poterit Dominus tyrannicè uiuens expelli,nõ tamẽ occidi. Quod fuit approbatũ in Concilio Conſtantienſi contra beatum Thomã,uidelicet,ut occidi non poſsit, ut refert Feli.in c.cum nobis.de præſcrip. Vnde dicebat Luc. in l.ſi quis. C. de omni
32 agro deſerto.quòd* ſubditi tenentur rebellare cõtra Principes nimiũ emungẽtes.Et in l. ſi coloni. de agr.
33 & cenſi. tenet idem Luc.* quòd ob mala tractamẽta licebit uaſſallo reſiſtere Domino, imò ipſum occidere. Non dico quòd in puncto iuris Comiti licuiſſet committere contra Regem,tamẽ ſi cõmiſiſſet, excuſaretur per prædicta. Quoniã error in iure intricato æquiparatur errori facti. c. cũ dilectus.& ibi Ant.de But.& Imo. de conſuet.Ex quo errore cauſantur multi effectus,qui notantur per Feli. in c.de quarta.ix.& x.co.de pręſcrip. & in c.j.ix.& x.col.de re iudi. Tertiò quòd capitula non auxilientur,facit: nam præſupponitur, quòd Rex Alphon.ſecundus in priuilegio uenditionis,quod factum eſt d.Camillo, aſſerit ſe dediſſe ſententiã cõtra prędictum d. Comitẽ ſuper rebellione, de qua quidẽ ſententia non eſt facta
34 mentio in d.capitulis: & * impetratio reſcripti non facta mentione de ſentẽtia,quæ trãſiuit in rem iudicatã, nõ tenet.l.fi.C.ſententiã reſ.nõ poſſ. c.expoſita.de arb.per gl.& doct.in c. ſuper literis.de reſcrip. Reſponderi poteſt ad hoc primò:quòd eodem modo Rex Ferd.feciſſet ſi dictum eſſet de ſententia, ut ſuprà dictum eſt de ſpolio.Reſponderi poteſt ſecun-
35 dò, quòd* d.ſentẽtia erat nulla ipſo iure,tanquam lata ſine cauſæ cognitione parte non uocata,qui defectus uitiat etiam ſentẽtiam Principis.Cle. paſtoralis.ad fi.de re iudi.gl.in l.fi. in

gl.ij.ff.de legi.Bal.in plud.feu.xij.co. Are. latè conſil. clxv. etiam ſi feratur contra ſubditum,etiam de plenitudine po.Abb.in c.cum olim.de re iudi. in c.j.de cauſa po.& proprie.Bal.in l.j.ij.col.quomodo & quando iud.Etiã ſi eſſet clauſula,ſupplentes. Card. in conſ.lxxxv.inci.uenerabilis uir.dicẽs quòd ſentẽtia inferioris lata ſine citione partis non ualidatur confirmatione apoſtolica : etiam ſi eſſet clauſula,ſupplentes.Et licet Feli.in c.quę in eccleſiarũ.xxiiij.col.dixerit, quòd præſumitur cauſa in Principe procedente ſine citatione, tamen corrigit ſe expreſsè in d.c. cum olim. xj. col. ubi etiam dicit communem eſſe opinio. quòd Princeps non poſsit hoc facere. Ancha.conſil. cclxij. incip.ex prędicta facti narratione,tenet,quòd
36 *propter periculũ in mora,uel propter potentiam uaſſalli poteſt procedi eo non citato, & feudum occupari.& idem dicit in conſil.cccciij.refert Feli.in c.quoniam fre.in princ. ix.col.ut lit.non conteſta.at talis deſtitutio debebat ſaltem ex poſt iuſti-
37 ficari.Et*ſi qua pręſumptio eſſet pro ſententia quãdo nõ appareret proceſſus,illa tollitur quando ex inſpectione actorum colligitur. Bald.& Ange.in l.ſciendum.de uerb.oblig. conſtat autem ex depoſitione Angeli aphe: ꝙ proceſſus eſt ille de quo fortè in ſententia erat informatus, & nullum alium proceſſum pars al-
38 legat.Et*ꝙ ubi quis feudo priuatur, debet interuenire ſententia ſaltem declaratoria.eſt text.in l.fi.quo tempore mil.in c.j.de feudo.ſine cul.nõ amitt.in l.fi.de benefic.& terr.trib.in longob.And.in l.j.§.ſed non eſt alia. quæ ſit prima cauſa bene.amitt.in l. fi.j.col.de prohi.alie.per Loth.in l.ſi §.callidis.ij.colũ.de prohi.alien.per Federic.in cap.j.ij.col.de cap.Cor.in c.j.j.col.de na.ſucceſ.feu.Stante ergo nullitate dictæ ſententiæ,nó erat neceſſe de ea facere mentionem in capitulis, prout no.Abb.in c.per ueſtras.iij.colũ.poſt Hoſtien.de donat. inter uir.& uxo.& latè comprobat Feli.in c.ex tenore.iij.col.de reſcri. His præmiſsis quo ad capitulorum ualiditatem , ac difficultatem ipſorũ uidetur,ꝙ uerè ſint infraſcriptæ cõcluſiones. Concluſio prima eſt, ꝙ
39 *licet regulariter quando agitur remedio recuperandę po.non admittatur exceptio dominii:tamen quando exceptio concludit ad petitoriũ & poſſeſſoriũ,ſimul illa admitti debet:ut not.in cap.accepta.de reſtitu. ſpolia.Butr.in cap.in literis.xj.col.& in cap.ex conqueſtione.vj.col.in fin. eod.titu.& in caſu noſtro hæc capitula inferunt tam ad dominium, ex quo confirmant & reuocant omnes alienationes &c.quàm etiam ad poſſeſsionem,dum dicunt,quòd nõ poſſit Comes moleſtari:quod intelligitur etiam quo ad poſſeſ. Concluſio ſecunda ſit:quòd exceptio dominii,licet alias opponi prohibita: tamen quãdo facit duo,ſcilicet, ꝙ nõ ſolũ elidit ius actoris, ſed fundat ius reo,poteſt tunc opponi.Butri.xj.col. Imo.& Abb.in d.c.in literis.Lanfr.in rub.de cau.poſ.& pro.v.col.Bal.no. in §.nemo.x.limitatione : ſed in caſu noſtro capitula nedum reuocant, & tollunt dominium.d.Camilli,ſed cõcedunt & confirmant terras & cætera ipſi Comiti.ergo &c. Hæc cauſa in die Iouis quartadecima Septembris 1525.in Monaſterio montis Oliu

tis Oliueti fuit uotata per dom. Ludo. de Monte alto. d. Hieronymum de colle. d. Marcellũ gazella. d. Ciccum de Ioffredo. d. Io. Martialem. d. Bernardinũ galeota. d. Iacobum de la quadra. d. Doctorem Baronum, & me: & omnes fuimus in uoto nullo diſcrepãte, ꝙ reus eſſet abſoluẽdus: ego in uoto meo reſeruaui, ꝙ ſi aliis Dominis uideretur, quòd cõuentus daret actori aliquam pecuniæ ſummam propter dubietatẽ cauſæ, concurrentem. cum iſta pecuniæ reſeruatione cõcurrit etiam Dominus de quadra. & d. Marcellus. Et dicebatur: 1 quòd ex quo in capitulis pro bono publico Regni erat. d. Camillus priuatus Caſtro, cuius ſaltẽ ex ſubſecuta rebellione Comitis contra Regẽ Ferd. reuertẽtem ad Regni recuperationem erat factus Dominus: quia ius ſuperueniẽs authori prodeſt ſucceſſori, & debet dari pretium d. Camillo ꝑ Regẽ, q nõ dedit, ꝙ poterat in ſubſidiũ agi cõtra poſſeſſorẽ rei, qua fuerat ob bonum pu. priuatus.

SVMMARIVM.

1 *Creditor agens contra filium alicuius ex debito paterno debet facere mẽtionẽ quòd ſit hæres: aliàs libellus eſt ineptus: nec ſufficit allegari, & probari quòd ſit aſſertus hæres.*

2 *Actor declarando filiũ eſſe hæredem, & eius aditionem, & adminiſtrationem, releuatur ab ineptitudine libelli.*

3 *Proteſtatio actoris petẽtis debitum in hæreditate, quòd ſi in futurũ appareret de aliquo iure ſibi cõpetente in dicta hæreditate, quod ſibi eſſet ſaluum, non implicat contrarietatem.*

DECISIO LXX.

IN CAVSA magnifici Bartholomæi Carracioli cũ magnifica Elionora Carraciola eius nepte, dubitatũm eſt, an idẽ Bartholomeus agens contra dictam Elionoram ut hęredẽ aſſertã quondã magnifici Io. ba. Carracioli ſui patris, debeat inſtãte cõuẽta in libello ſuo exprimere: ꝙ ipſa eſt hæres abſq; aliqua adiũctione: uidelicet, ꝙ ẽ aſſerta hæres. Quòd nõ teneatur, facit: nã apparet ex beneficio inuẽtarii ad quod ipſa ſe admitti petiit, ꝙ ipſa hęres: imò ipſa ſe hæredẽ ſemel aſſeruit, licet hanc aſſertionẽ reuocauerit. Bal. in l. ij. C. ne filius pro patre. dicit hæc uerba no. Et *ideo agẽs cõtra filiũ ex perſona patris debet facere mentionẽ, ꝙ ſit hæres, aliàs libellus eſt ineptus, ut no. in l. ſi cum dotẽ. §. tranſgrediamur. ſolu. matri. Imo. in d. §. trãſgrediamur. uerſicu. in fin. gloſ. &c. dicit no. bene ex hac gloſ. quòd agenti contra filium ex debito paterno, neceſſe eſt allegare filium eſſe hæredẽ, & probare: aliàs autem uidetur quòd agẽs ſuccũbere debet, tanquàm nõ probans id quod eſt cauſa ſuæ intentionis, & dicit quòd hæc eſt communis opi. uerba Imo. poſſunt ſe referri ad proceſſum cauſę, quaſi quòd in proſecutione ſit neceſſe probare & allegare hæc. At Bald. loquitur in libellante, unde magis ſtringunt pro muliere. Fuit concluſum, * quòd dictus libellus non procederet. cum autem ex parte dicti Barth. fuiſſet additum, quòd dicta Elionora adiuit hæreditatem quondã Io. Ba. & ꝙ eam tanquàm heredẽ cõuenit, & ꝙ ipſa tanquàm heres adminiſtrauit, fuit decretum ꝙ iſta declaratio ſufficeret, & ꝙ in cauſa procedatur, nõ obſtante ꝙ in eadem aditione eſſet quædam proteſtatio: uidelicet, ꝙ dictus Bar.

proteſt.

3 proteſtabatur, ꝙ * ſi in futurũ appareret, ſeu ad ſui notitiam deueniret de aliquo iure ſibi competẽte in eadẽ hæreditate, quòd ſibi eſſet ſaluũ. dicebatur enim pro parte Elionoræ ꝙ iſta proteſtatio implicabat cõtrarietatem & præpoſterationẽ. Si enim prætendebat ſe hæredem Bartho. ergo actiones fuiſſent confuſæ: unde debebat ante agi ſuper hæreditate: deinde ſuper debito. per l. ut debitũ. C. de hær. actio. tamen ut dictum eſt, fuit uotatum contra Elionoram: ex quo l. debitum. loquitur in eo qui de præſenti prætendebat ſe hæredem, & ius in hæreditate habere: at proteſtatio eſt facta per uerba, ſi in futurum apparet &c.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio facta in reſcripto narratiuè quando præiudicet etiam in alio iudicio, etiam inter alias perſonas.*

2 *Enunciatiua uerba non probant, quãdo contingit principaliter dubitari ſuper enunciatione.*

3 *Libellus conuentionalis, & ſupplicatorius datus Principi, ſuper quo fundatur libellantis intentio, æquiparantur in multis.*

4 *Libellus, ſuper quo non eſt lis conteſta. non probat: ſed ſupplicatorius etiam reprobatus & pronunciatus ſurreptitius, & ſic ſuper quo non eſt lis conteſta. probat contra ſupplicantem.*

5 *Confeſſio facta in una cauſa, licet probet in alia, etiam inter alias perſonas, tamen non procedit in confeſſione tacita uel implicita.*

DECISIO LXXI.

IN cauſa illuſtriſ. don Ferdinandi de Aragonia cum illuſtriſ. Ferdinando de S. Seuc. Principe Salerni ſuper petitione ducatorum ſex milium eidem debitorũ uigore inſtrumenti mutui facti ſibi olim per illuſtriſſ. Antonellũ Principem Salerni auum dicti Ferdinandi dependentis ex dotibus uxoris ſuæ. Pro parte conuenti adducebatur ſatisfactio, & ad eam probandam potiſsime afferebatur quoddam reſcriptum catholici Regis, in quo Rex permittebat cauſam ſpolii Comitatus Arenarum olim facti dicto don Ferdinando, & in eo dicebat: qualiter ipſe don Ferdinandus aſſerebat, ꝙ idem Comitatus erat obligatus pro dotibus quondã ſuæ uxoris in ducatis. xij. m. quos idem don Ferdinandus pro conſeruatione dicti Comitatus de dotibus præfatis exoluit: fuerant enim dotes ducati. xij. m. quos idem don Ferdinandus recepiſſe per inſtrumentum dotale cõfeſſus fuerat: & eo. die Princeps Antonellus ſuus cognatus fecerat ſibi inſtrumentum mutui de ducatis. vj. m. Magna igitur fuit facta hæſitatio ſuper dictis uerbis reſcripti, ſi probarent ſolutionẽ ueram dictorũ ducatorum. xij. m. cum illuſtri. d. don Ferdinandus dicat ſe illos exoluiſſe, & nõ potuiſſent exolui niſi per eum habiti eſſent. Pro conuento allegabatur Io. and. in c. cum impoſitionibus. de confeſsis. quem refert & ſequitur ibi Phi. de fra. v. col. qui dicebat, ꝙ * confeſsio eorum quæ in reſcripto continentur, præiudicat etiã 1 in alio iudicio, etiam ſi reus reprobauerit illud reſcriptũ tanquam ſurreptitium, etiam ſi fuerit lata ſententia contra tale reſcriptum, licet contra hoc de reſcrip. ſurreptitio arguat ibi Philip. & idem de reſcripto reprobato no. Abb. quem refert ibi Fel. ij. colum.

col.in c.examinata. de iudi.& idem Abb.in c.cum uenerabilis.de except. ix.col.quē refert Feli.ubi ſ.de inſtrumento reprobato, quia non ſolēne: quia nihilominus ſtat adhuc confeſſio oſtenſa ex productione. Pro actore dicebatur, ꝙ illa uerba reſcripti de quo in caſu noſtro,habēt duos defectus: primus eſt quia illa uerba ſunt enunciatiua: & uerba libelli enuntiatiua non probāt:adducebatur quod dicit Riminaldus in l.ij.ult.col. de eden.qui dicit: ꝙ licet cōfeſsio facta in uno iudicio ꝓbet in alio,etiā inter aliàs perſonas: tamē hoc procedit in cōfeſsione facta principaliter pro ſe,ſecus ſi per uerba enūciatiua propter aliud:allegat Bal.in l.ad probationē.locati.& Ant.in c.illud. de præſump.& in c.fi.de ſucceſ.ab inteſta.& iſtud de uerbis enunciatiuis,
2 * ꝙ non probēt quādo contingeret principaliter dubitari ſup enunciato.tenet Alexan.in conſi.xxj.ij.col.& cōſi.cxxxvj.vij.col.j.uol.& cōſi.cxxxij. ix.col.v.uol.& Arc.conſi.xiij.xij.col. Ad hoc obſtabat, ꝙ dictæ doctrinæ non loquuntur, quādo uerba enunciatiua poſita ſunt in reſcripto,ſeu libello oblato Principi,ut eſt in l.cum precū.Sed reſpondebatur per id qđ dicit Saly.in d.l.cum precum.uerſic.
3 quærit gl.j.ubi * æquiparat libellum datum Principi ſupplicatorium,& libellum conuentionalē. Item per id qđ dicit Bal.in l.prædia. C.de præd. mi. ubi ad limitationem l.cum precum:quæ loquitur in uerbis narratis in libello ſupplicatorio,dicit ꝙ non habet locum in uerbis narratoriis,ſuper quibus nō fundatur intentio narrantis,quem ad hoc allegat & ſequitur Feli.in c.cum uenerabilis.vij.col. de exceptioni.uer.limita dupliciter. Et ad limitationem d.l.cum precum. quæ ut dictum eſt loquitur in Principe,dicit Flo.in l.qui familiæ. ff.famil. herci.ꝙ procedit quādo uerba ſunt talia,ſuper quibus fundatur intētio libellantis. Prædictis tamen obſtare
4 uidetur:nam * ut dictū eſt uerba poſita in reſcripto etiam reprobato & ſurreptitio pronunciato, & ſic ſuper quo lis conteſtata non eſt, probant: at in libello conuentionali nō probant,niſi ſuper eo ſit lis conteſtata,ut latè cōprobat Soz.conſi.xlj.pe. col.j. uol. & ſic in hoc eſt differentia inter libellum ſupplicatorium & cōuētionalem: ſed nō infert.ergo in aliis ita eſt per ſupradicta. Secundus defectus contra dicta uerba eſt, ꝙ nō dicunt explicite ꝙ don Ferdinandus habuit pecuniam,ſed implicite ex illatione reſultāte ex eo quia exoluit: unde ſuccedit quod dicit Domi.in c. j.j.col.de cōfeſ.in ſexto.uidelicet: ꝙ
6 * licet confeſsio facta in una cā probet in alia, etiā inter aliàs perſonas: tñ illud nō habet locū in cōfeſsione implicita, nec etiam in cōfeſsione tacita,ſecundum Imo.in Cle.conſtitutionem.de electione.quem allegat & ſequitur Feli.in c.cauſam quę. iij.col.de teſt.& Riminaldus in d.l.ij. Fuit uotatū pro actore per prædicta.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum retinendæ poſſeſ.eſt talis naturæ, ut is poſsideat & uincat qui tempore lit.conteſt.poſsidebat.*

2 *Attentatorum iudicium conſideratur an aliquid innouatum ſit poſt litem motam,imo conteſtatam.*

3 *Poſſeſsio continuari poteſt lite pendente,non propterea dicitur innouari.*

4 *Attentarum iudiciū non impedit cauſam*

ſam principalem ſuper remedio retinendæ poſſeſſ. intentatam.

DECISIO LXXII.

IN cauſa notarii Bernardini caſtaldi cum nobili Carolo copula, & Alphonſo eius filio: egerat dictus Notarius Bernardinus remedio retinendæ poſſeſsionis contra præfatos patrem & filium ratione cuiuſdam territorii dicti le Penete, quo iudicio moto & pendenti præfati. d. Carolus, & Alphonſus, ſeu alter eorum obtulerunt petitionem aſſerendo qualiter lite pēdente d. Notarius Bernardinus attentabat in d. territorio illud locando ac immittendo in eo animalia &c. petebantq; propterea ꝓcedi ſuper attentatis. Pro no-
1 tario Bernardino facit: nam* iudicium principale eſt ſuper remedio retinendæ poſſeſsionis, de cuius natura eſt, ut is uincat qui tempore litis cōteſtatæ poſsidebat, ut in §. hodie.
2 inſtit. de interdic. Sic* etiā in remedio attentatorum attēditur, an quid poſt litem motam innouatū ſit, imò conteſtatam, ut Rot. in nouis Deciſ. xiiij. unde ſi Bernardinus perderet in iudicio attentatorū, illud eſſet: qa lit. conteſt. tempore non poſsidebat: & ſic econtra, ſi uinceret, iſta omnia ſpectant ad cauſam principalē. Poſſet enim Notarius Bernardinus dicere, ego non attentaui, ſed continuaui poſſeſsionem, cum lite pendente liceat poſſeſsionem continuare, & non propterea dicitur innouari: ut per Car. in Clem. fin. ut lit. penden.
3 ſecunda oppo. in* hoc ergo iudicio an attentatū ſit ita an nō, omnino diſcutiendum eſſe id qđ in cauſa principali diſcutiendum foret. Ideo fuit uotatum & decretum. iiij. Iunij.
4 1512. ꝙ* non habet locum remediū attentatorum in dicta cauſa, & Magiſter actorū fuit Damianus Carola.

SVMMARIVM.

1 *Notarius, qui non eſt pro abſente ſtipulatus, ſed tamen uſus eſt clauſula in fi. inſtrumenti: quæ omnia per me notarium uulgariter ſtipulata fuerunt: an acquirat abſenti. & nu. 10.*

2 *Notarius ſtipulando alterius abſentis nomine quibus uerbis uti debet.*

3 *Perſona non intelligitur extrinſecus, niſi de ipſa fiat mentio.*

4 *Notarius, qui ſtipulatur tanquam notarius, an ſemper præſumatur tanquam perſona publica ſtipulari, & nomine omnium, quorum intereſt.*

5 *Iudex interrogando partem in prorogatione compromiſſi altera parte abſente, dicta prorogatio facta ualet: quia uidetur feciſſe ſtipulationem tanquam publicus officialis, ad quem ſpectat lites dirimere.*

6 *Præceptum guarentigiæ operatur ac ſi factum fuiſſet in iudicio: & idem in omnibus inſtrumētis, quæ fiūt Neapoli, in ꝙbus ſemper iudices interſunt.*

7 *Donatio cauſa mortis quo ad ſui ordinationem an æquiparetur contractui: & ſic an requiratur iuramentum.*

8 *Donatio cā mortis facta ꝑ adultū ſine curatore an ualeat: nec hæres adulti reſtitui poſſit aduerſus talē donationē.*

9 *Filiusfamilias, ꝙ donat cauſa mortis, debet eius ætatis eſſe, cuius eſſe oportet ſi teſtari uelit: dummodo interueniat curatoris authoritas.*

10 *Pater non eſt filii legitimus adminiſtrator, in his in quibus non habet uſumfructum: nec patris authoritas in his ſupplet defectum curatoris.*

DECIS

DECISIO LXXIII.

IN cauſa domini Petri deciazio de Cuſentia, curatoris & patris eius filiæ cum domino Coletta Malgerio de Regio eius ſocero: filia huius Colettæ uxor do. Petri habens ex. d. matrimonio infantē natam, fecit quoddam inſtrumentū donationis cauſa mortis Mario de Mileto de omnibus ſuis dotibus relicta filiæ ſuæ ſolum legitima. In quo quidem inſtrumento non apparet quòd Marius fuerit præſens, unde donatio etiam cauſa mortis inualida reddere tur, ut in l. inter mortis. ff. de donat. cau. mor. extat tamen clauſula quædam in fine inſtrumenti, in qua dici-
1 tur,* quæ omnia ſupradicta per me ſupradictum Notariū uulgariter ſtipulata fuerunt. Ob quā is qui donationem defendit dicit Notarium ſtipulatum pro abſente. Dubium huius cauſæ conſiſtebat in eo qđ Notarius non dixit, ꝙ fuerit ſtipulatus nomine Marii abſentis: ſed ſolum protulit dicta uerba. Contra donationē facit Bart. in l. nec ei. §. j. cū qua legit l. non aliter. ff. de adoption. in illa q.
2 qualiter * Notarius qui ſtipulat̄ pro alio concipiat uerba, dicit ꝙ debet concipere in perſonā ſuam nomine eius, cui uult acquirere. Alb. etiā ibidem dicit, ꝙ Notarius cōcipiat uerba hoc modo, uidelicet, ꝓmittis mihi ſtipulanti nomine talis &c. uel ꝓmittis mihi ꝙ dabis illi. Pau. etiam in l. ij. ff. rem pu. ſal. fore. dicit ꝙ No. debet recipere tāquam perſona publica, uel tanquam Notarius, ut alteri poſsit actio quæri: & ſubdit ꝙ ita ſeruat conſuetudo: quia ſtipulatur pro omnibus, quorum intereſt, uel intereſſe poterit in futurum. Signorolus cōſi. lxxviij. in quæſtione, in qua quidam cōfeſſus erat ſe debitorē unius & filiorum & hæredum eius ſi illud debitum uoluerint, cōcludit ꝙ mortuis principali creditore, ac filiis & hæredibus ſuis, pro quibus Not. fuerat ſtipulatus, filii filiorum non poſ-
3 ſunt agere, quia * perſona nunquam intelligitur extrinſecus, niſi de ipſa fiat mētio. Pro donatione facit Bar. in l. ij. ff. rē pu. ſal. for. ubi dicit, quæ-
4 ro * quando Notarius ſtipulatur, utrum eſt neceſſe ꝙ dicat, promittis mihi Notario tanquam perſonæ publicæ recipienti nomine omnium quorum intereſt &c. Reſpondeo fateor, ꝙ ſi non ſtipularetur tanquam publica perſona, non poſſet alii quę rere. Sed ego præſumo ꝙ ſi ſtipulatur tanquam Notarius, ꝙ præſumatur ſtipulari tanquam perſona publica, & nomine omnium quorum intereſt. ut in l. cum poſt. j. §. primo. de admi. tut. & l. ulti. de iuſti. & iur. Facit etiā Fulgo. conſil. clxxxij. in q. in qua
5 * duobus litigantibus iudex interrogauerat actorem, ſi uolebat prorogare compromiſſum, & actor recuſauerat, deinde reo abſente iterum actorem interrogauit, & actor reſpondit, ꝙ uolebat prorogare, concludit ualere prorogationē, non obſtante ꝙ ſimpliciter & nude iudex interrogaſſet. uidetur enim ſecundum eum tūc iudex ſtipulatus eſſe nomine dicti rei abſentis, ex quo antea eiuſdē nomine actorem requiſiuerat, & dicit ꝙ iſta ſecūda interrogatio uidetur facta ad utilitatē dicti rei, ex quo ad eum ſpectabat negociū, & quòd iudex uidetur feciſſe ſtipulationem tanquam officialis publicus, cum ad eum ſpectabat litem dirimere. Facit quoq;

quoq; Bal.in d.l.nõ aliter.de adopt. ubi in illo dubio an ĩ cõtractib⁹ poſſit notarius alteri ſtipulari:poſt multa dicit,ꝙ ad prædicta facit unum di
6 ctum Bar.qui dicit.ꝙ * ubi eſt appoſitum præceptum guarentigiæ,quæritur ſine ceſsione,quia uidetur contractum in iudicio de acquir. poſſ.l. poſſeſsio.§.& ſi poſſ.per Bar.Itẽ dicimus in inſtrumentis quæ fiũt Neapo.ſecundum eum, quia ſemper iudex intereſt in eis. In haccauſa inſurrexit aliud dubium contra donationẽ:nam iſta filia familias erat minor. xviij.annis. Et dicit Bal.in tit.de pace iu.firm.§.item ſacra.in fi.quartæ col.ſub uerbo forte.ꝙ in ultima uoluntate non eſt opus ꝙ adultus iuret:& hoc eſt quando eſt mera ultima uoluntas.ſecus ſi eſſet promiſsio cauſa mortis.Et cum Bal.trãſit Alex. in l.ij.in fi.ff.de leg.j.dans rationem:
7 uidelicet * quia donatio cauſa mortis quo ad ſui ordinationem æquiparatur contractui. Do. Hercula.etiã in ea.l.ij.tranſit cum Alexã. & in hac opi.eſt Areti.in l.ſi curatorem habẽs. C.de in integ.reſtit.Fulgo. quoq; in conſi.lxxxviij.j.col.idem uidetur ſentire ibi,ſi nõ minoris ætatis refragetur ratio,& quòd donatio cauſa mortis quo ad ſui ordinationẽ æquiparetur cõtractui,tenẽt oẽs in d.l.ij. Pro donatione autẽ cõtra dubiũ proximè poſitũ facit Bal.in l.j.in prin.ff.de tute.& ratio.diſtr. qui dicit expreſsè ſine uer.fortè, quòd donatio cauſa mortis facta per adultum ſine cura-
8 tore ualet,& * quòd hæres adulti cõtra hanc donationem non poteſt reſtitui in integ.idẽ tenet Bal. licet per uerbũ fortè, in d.l. ſi curatorem habẽs.C.de in inte.reſti.quem ſequitur ibi Ale.& Io.pet.& Iaſ.in d.l.ij.de lega.j.iij.col.hoc idẽ firmat dicẽs quòd Bal.in d.§.itẽ ſacra. malè locutus eſt, & quòd Alex.in eadẽ.l.ij.fuit locutus inaduertenter.& Barba. in addit. ad Bal.in d.l.ſi curatorẽ habẽs. ſequitur ſimpliciter Bal.ibi. & pro hoc facit Bar.in l.tam is.§. filiusfamiliâs.uerſi.
9 quæro cuius ætatis. qui dicit * quòd filiusfamiliâs qui donat cauſa mortis debet eſſe eius ætatis, cuius eſſe oportet ſi uelit teſtari,per l.j. §.j.ff.de tute.& ratio.diſtra. ſed poteſt dici ꝙ Bar.loquitur dummodo interueniat authoritas curatoris. Illud tamẽ fuit habitum pro claro,ꝙ in caſu iſto authoritas patris non ſuppleuit defe-
10 ctum curatoris.Nã * in his in quibus pater non habet uſumfructũ, prout erat hic, non eſt legitimus adminiſtrator filii, ut per Bar.in l.fi.§.j.ff.de uer.obli.in aliis ſic:& ſuppleret defectum curatoris ſecundũ Azo.in ſumma.C.de bon.quæ libe.De quo late docto.& Iaſ.in d.l.ij.ff.rem pup.ſal. fore. Ego eram relator, & uotaui pro donatione per illa uerba, quæ omnia &c.per uerba Bart.in d.l.ij.ff. rem pu.ſal.& mecum tenuit do.Ioã. Loy.de actis.d.Martialis. & d.Marcellus fuerũt in uoto cõtra donationem.d.Viceprotono.noluit uotare. d.Palmerius ut ſuſpectus non dedit uotum, ſed poſtea die vj.Iulii 1512. ego & do.Ioan.Loy.& d.Viceproth. concurrimus contra donationem,& ſic cõmuni uoto fuit deciſum contra d.Colettam.

SVMMARIVM.

1 *Copia repertorum & ſic teſtium examinatorum ante litem conteſta.datur inquiſito lite conteſtata in termino ei dato ad faciẽdum ſuas defenſiones repetitu*

titis teſtibus, uel habitis pro repetitis: & hoc in regno.

2 *Copia teſtiũ examinatorũ ſuper infamia utrũ detur reo petẽti: de iure cõi ſit diſtinctio, an iudex procedat ex officio, uel ad partis poſtulationem.*

3 *Copia repertorũ tam nominũ quàm dictorũ datur reo in regno, ſiue generalis, ſiue ſpecialis ſit inquiſitio de crimine, nõ habita perſonarũ diſtinctiõe.*

DECISIO LXXIIII.

IN cauſa Franciſci de Serino carcerati cum regio Fiſco lite cõteſtata, datóque termino ad faciẽdas defenſiones, repetitísq; teſtib. Fiſci, aliiſq; de nouo per Fiſcum examinatis. Fuit* per dictũ Franciſcũ petita copia repertorũ, & ſic teſtium examinatorũ ante litẽ conteſtatam. Extitit in ſacr. Conſil. dubitatum, an dicta copia dari debeat. De iure cõmuni habemus in Ang. in tract. maleſic. in uer. hæc eſt quædã inquiſitio. ix. col. ubi cõcludit, ꝙ * quando iudex ex mero officio procedit habitis teſtibus ſuper infamia, & reo petente copiã, iudex nõ dare debet copiã: ſecus ſi ad poſtulationẽ alterius uel denuntiam iudex inquirit: quia ipſi reo petenti copiã de ipſa infamia, iudex debet ei dare copiã infamiæ. allegatur ad hoc dictum Gandini. In regno extat. c. quod incipit generalibus alias ſubiungendo, ubi ſunt hæc uerba. Et ut omnis in hoc inducta dubietas ſopiatur, quando* generalis uel ſpecialis inquiſitio de crimine legitime facta fuerit, diſtinctione nõ habita leuiũ uel nõ leuiũ perſonarũ, omniũ repertorũ copiã tam nominum, quàm dictorũ, per quẽcunq; & quoſcunq; probatũ fuerit dari notato mandamus. In magna curia uicariæ eſt obſeruantia, ꝙ inquiſito nõ datur copia repertorũ, niſi lite cõteſtata, repetitis teſtibus examinatis ad informationẽ, uel habitis pro repetitis: & de hac obſeruãtia iudices, aduocatíſq;, & procurator Fiſci ſac. Conſi. præſentes fidem fecerũt. Atq; ob id ſac. Con. decreuit copiã eſſe dandã repertorum, aliorũ uerò poſt litem teſtium cõteſtatam examinatorum nouiter, non eſſe concedendam.

SVMMARIVM.

1 *Hæres creditoris poteſt accuſare de periurio debitorẽ, ex quo nõ obſeruat ei tanquam filio & hæredi dicti creditoris: non autem accuſare poteſt de eo, quòd non obſeruauit defuncto.*

2 *Accuſandi ius de priuato crĩe tranſit in hæredẽ nõ ut hæredẽ: quia nõ erat in bonis defuncti: ſed tanquã perſonã, cuius intereſt proſequi propriã uindictam proſequẽdo iniuriam defuncti.*

3 *Criminalis actio cadit in priuatis delictis: & eſt pœna arbitraria extraordinaria uſque ad mortẽ excluſiue.*

4 *Hæredes iurantis an ligentur iuramento: & quid ſi quis iurauit pro ſe, & hæredibus.*

DECISIO LXXV.

IN cauſa Hieronymi & fratrũ de fornariis, ac Nicolai Guani pro eis cum Frãciſco de Lopiano. Fuit dubitatũ an dicti fratres* (qui ſunt 1 hæredes quondam eorũ patris, cui Franciſcus per contractũ iuratũ recipienti pro ſe & hæred. & ſucceſſo. certum quid promiſerat) poſsint dictum Franciſcũ accuſare de periurio, ex quo periurauit, dum nõ obſeruauit eorũ patri, & dum non obſeruauit etiam ipſis, pro quibus pater receperat iuramentum. tex. inſti.

de perpet.& tẽpo.act. §. nõ omnes. uer.ſed hæredibus. facit pro hæredibus prædictis.& Bart.in l.fi. ff. de priuat.del. loquens in accuſatione
2 dicit, ꝙ * ius accuſandi de priuato crimine tranſit ad hæredem, non ut hæredẽ, quia non erat in bonis defuncti, ſed bene ſecundũ eum poteſt accuſare hæres tanquã perſona cuius intereſt: & ꝙ proſequitur propriam uindictam, cum proſequitur iniuriã defuncti. ad idem facit Bar. in l.j. §. pe.eo.ut.& Saly.in l.j.ij.col. C.ne ex delictis defunctorũ. At contrà dictos hæredes tenet Andræ. in conſti.eos qui ſcienter.loquẽs propriè in periurio, in uerbo accuſationẽ ergo:& dicit, quòd hæres non poteſt accuſare de periurio, nec ex perſona defuncti, qui iam deceſsit, & extincta eſt accuſatio per mortẽ: nec ex perſona ſua, cum ſibi iuratũ non fuit. Clarius idem firmat Andr. in tractatu, actor & reus.in uer. hæres.& uidetur contrariari Bar.in d. l.fi.niſi dicas, ꝙ And.loquitur ſic, ex quo pœna periurii eſt alterata per conſtit.regni.eos qui ſcienter.& eſt facta corporalis. Sed hæc nõ eſt bona concordatio: nam etiã in priuatis delictis, de quibus loquitur Bart. in d.l.fi.datur quandoq; pœna corporalis, ut in §.in ſumma.inſtitu.de iniur.cum ibi not.per glo.& docto.
3 conſtat enim* ꝙ in priuatis delictis cadit criminalis actio, & eſt pœna arbitraria extraordinaria: ut in d.l. fi.de priua.delict.de iniur.& de furtis. & extraordinaria pœna poteſt extẽdi uſque ad mortẽ. d.§. in ſumma.per glo.unde melius uidetur ꝙ And.loquitur cõcorditer cum Bart. ꝙ ſcilicet ius accuſandi non tranſit ad hæredẽ ut hæredẽ, quia non erat in bonis defuncti, & ita loquitur And.& ita dicit etiã Bar.& dũ Bart. poſtea ſubiungit, ꝙ hæres põt accuſare tanquã perſona cuius intereſt: in hoc non contradicit Andr. Et de
4 *hæredibus iurantis, an ligentur iuramento:& quid ſi quis iurauit pro ſe & hæred. uide Feli.in c.cũ ſit generale.vj.colũ.de foro cõpe.uer.limita.vj. Votarunt in cauſa iudices magnæ curiæ, & ſac.Cõſil.& omnes fuerunt cõcordes, excepto do.Ioan. Loyſio, ꝙ ex quo iuramentum hoc fuit præſtitũ recipiẽti pro ſe & hær. ꝙ poſsint dicti fratres accuſare de periurio cõmiſſo eis.& hoc per clauſulã in inſtrumẽto adiectã, uidelicet pro ſe & hæredibus.& And.hoc uidetur ſentire dum in d.conſtit. eos. dicit nec ſibi ſcilicet hæredi iuratũ fuit. In periurio autẽ in quo Franciſcus incurrit ex quo contrauenit nõ obſeruando defuncto. Vnus ex iudicibus magnæ curiæ fuit in uoto, ꝙ non poſſunt hæredes accuſare per dictũ Andr.& in hoc eo.uoto fuere d.Martialis, d.Marcellus, & d.Viceprothon.at tres alii iudices, egóq; ac d.Palmerius fuimus in uoto ꝙ accuſare potuiſſent, ſicq; paria uota fuerunt, ex quo ad iſtud caput d. Io.Loyſius cõcurrebat cum uoto, ꝙ non poſsit hæres modo aliquo accuſare. Fuit ergo decretũ, ꝙ magna curia procedat quo ad periuriũ cõmiſſum poſt mortem defuncti: quo uerò ad periuriũ cõmiſſum defuncto, caſus remanſit indeciſus ſtante paritate uotorũ, uidelicet quinq;, & quinq; iudicũ hinc inde. Tandem poſtea die.vj.Iulii eiuſdẽ anni 1512. uotatũ fuit iterũ cum interuẽtu domini

mini Ludouici Montalti, qui notauit ꝙ pro periurio ſolum commiſſo poſt mortem poſsit hæres uigore uerborum pro ſe, & hæredibus acculare. & ſic plura uota fuerunt pro hac parte. & ita fuit decretum.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio hoſtica non competit uxori illius qui militat in caſtris.*

2 *Vxor, quæ ſequitur uirũ in militiam euntem, gaudet beneficio uiri.*

DECISIO LXXVI.

IN cauſa d. Comitis Alcauillæ cũ filia domini Fabricii de Capua, uxore don Ioãnis de Gueuara, quæ agitatur corã domino de colle. Fuit dubitatũ per uiam conſultæ in ſacr.
1 Conſi. an* dicta uxor, quæ habet uirum ſuũ in caſtris, poſsit in cauſa, in qua ipſa conuenitur, & nõ uir, opponere exceptionẽ hoſticam. tex. in l. j. & ij. C. de uxoribus militũ. uult, ꝙ
2 *uxor quæ ſequitur uirum in militiã euntẽ, gaudeat beneficio mariti. Ex quibus ll. infertur, ꝙ in caſu noſtro, cum uxor non ſequatur uirũ, nõ debeat gaudere hac exceptione hoſtica, & beneficio quod competit marito. Et in hoc uoto fuimus omnes, excepto d. Anto. de Palmerio, qui dicebat contrariũ motus ex quo uir uxore litigante ueriſimiliter diſcedet à caſtris, & ueniet ad defenden dam cauſam uxoris, & ſic diſtraheretur à ſeruitio regio. pro uxore allegabantur no. per Iaſ. in l. ij. iij. col. uer. ꝟ pondera. ff. de in ius uoc.

SVMMARIVM.

1 *Spoliatus ante omnia eſt reſtituẽdus, hæc regula fallit in pluribus, ut infra patebit.*

2 *Poßeßorio recuperando ad caſtrum extra territorium agẽtis exiſtens opponitur exceptio dominij.*

3 *Poſſeſsio quæ infringit poſſeſsionẽ nõ iuuat poſſeſſorẽ, niſi de tit. doceatur.*

4 *Spoliatus non reſtituitur quando per facti notorietatẽ apparet iudici poſſeßionem non debere reſtitui, maximè ſi priuilegium ſpoliantis appareat in promptu. & nu. ſeq.*

5 *Priuilegium facit probationem euidentiſsimam.*

6 *Exceptio perẽptoria notoria ſi opponi põt ante lit. cõteſt. ita & exce. peremptoria probata per inſtrumentum.*

7 *Poſſeſsio uel quaſi poſſeſsio ſine tit. in quibus caſibus nõ releuat poſsidentẽ.*

8 *Publicanus agens ad pœnã fraudati datij nõ auditur ꝙ ſit in quaſi poſſeſſione datij exigẽdi, niſi de tit. doceat.*

9 *Clerico ad beneficium agenti nõ creditur, nec ad euitandum iudicem ſecularẽ, niſi de tit. clericatus appareat, licet incedat in habitu, & tonſura.*

10 *Inhabilis ad rem, ut clericus, & monacus, poſsidens feudũ, poterit à domino poſſeßiõe ſpoliari, niſi doceat in prõptu de diſpenſatione ſeu priuilegio.*

11 *Poſſeſſor malæ fidei ſpoliatus nõ agit contra ſpoliantem malæ fidei poſſeſſorem, quia in pari cauſa potior eſt conditio poſsidentis.*

12 *Spoliatus ante omnia &c. procedit etiam in feudalibus, etiam ſi de titu. non doceat.*

13 *Feuda quæruntur priuilegio, ſucceſſione, & inueſtitura præſumpta, ut quia quis tenuit feudum per xxx. ann. faciendo ſeruitium.*
Officia an æquiparentur feudalibus. eo. nu. & nu. præced.

14 *Spoliatus reſtituitur ante omnia, & maximè ſi de tit. doceat in promptu, nec datur ſpolianti terminus ad impugnandum ipſum tit.*

DECISIO LXXVII.

IN cauſa do. Petri Foces Arago-
nenſis cum nobili Angelo reda:
ſuper recuperatione quaſi poſſeſ-
ſionis officii portulanoti,&quatuor
ſigillorũ ciuitatis Mamphridoniæ:
habetur pro uero in facto, ꝙ d.Pe-
trus pluribus annis poſſederit ſeu
quaſi dictum officiũ,& ꝙ ſpoliatus
fuerit per Angelũ,ſeu eius opera, &
ꝙ in præſenti Angelus poſsideat,&
ꝙ Angelus in hoc officio habeat ti-
tulũ à domino Rege cath.cuius ui-
gore poſſeſsionẽ adeptus fuit. Du-
bitatur autẽ an debeat actor reſti-
tui:ex quo nullũ oſtẽdit titulum, &
reus demonſtrauit. Contra actorẽ
faciũt aliquæ limitationes quæ dan
1 tur ad regulam ſe habentem,*quòd
ſpoliatus ante omnia eſt reſtituen-
dus.de quo in c.j.de reſti.ſpol. in c.
cum dilectus. de ord.cog.in c.rein-
tegranda.iij.q.j. quarũ quo ad pro-
poſitum huius cauſæ, una eſt, ut nõ
procedat, quãdo de iure communi
eſſet fundata præſumptio iniuſtæ
poſſeſsionis cõtra agentẽ ad recu-
perationẽ illius poſſeſsionis, ut eſt
in eo qui peteret ſe reſtitui in quaſi
poſſeſsionem decimandi in aliena
diœceſi.c.ad decimas.de reſti.ſpol.
lib.vj.& c.j.de præſcr.e.lib.per quæ
dicit Alexã.in l. naturaliter.§.nihil
2 cõmune.de acqui.poſſ.vj.limit.ꝙ*ſi
ciuitas Bononiæ ageret poſſeſſorio
recuperãdæ ad caſtrũ exiſtens extra
territoriũ Bononienſe, nõ obtine-
ret,ſi ſibi opponeretur exceptio do
minii. Vt ita etiã ſit in caſu noſtro:
nam portus, & maritimæ regni, &
aliæ de iure communi ſunt liberæ à
cuſtodia,ob quam dictum officium
agitatur: imò ſunt in dominio re-
gis, à quo reus habet priuilegiũ. is
ergo qui in ciuitate uel portu regis
uult exercere officiũ ſeu cuſtodiam,
habet contra ſe præſumptionẽ iu-
ris,ut poſſeſsio ſua,qua cecidit, di-
catur iniuſta. Et ideo ad propoſitũ
dicebat Bal.in l. uis eius.C.de pro-
3 ba.in fin.ꝙ*poſſeſsio quæ infringit
poſſeſsionẽ, non iuuat poſſeſſorẽ:
ſed damnat,niſi de titulo uel priui-
4 legio doceatur. Alia & ſecũda*li-
mitatio ad propoſitũ erit ea, quam
Ponit Alex.in d.§.nihil commune.
xiij.col.x.limit.uidelicet,quãdo per
facti notorietatem appareret iudici
poſſeſsionẽ non debere reſtitui. c.
ſignificaſti.de diuort.cum ibi not.&
per gl.in d.c.ad decimas.& per Bal.
in l.ordinarii.ult.col.de rei uendic.
ſed Ange.oſtendit in promptu pri-
uilegiũ dicti officii. & hic ſuccedũt
uerba notanda, quæ ponit Feli.in c.
licet cauſam.viij.col.xj.no.de prob.
5 qui dicit ꝙ * probatio, quæ fit per
priuilegiũ, eſt euidẽtiſsima proba-
tio. Anto.de Butr. & alii ibi. & in c.
inter nos. de re iudi.& in c.auditis.
de in integ.reſtit. & hoc ſecundum
eundem Feli.eſt utile ad materiã.c.
ad decimas.de reſtit.ſpol.in vj.quia
diceretur conſtare notorie de do-
minio ſpoliãtis, ſi produceretur li-
quidum inſtrumentũ dominii, & fa
cit ſecundũ ipſum Ant.de Butr.in c.
6 ſuper literis.xviij.col.de reſcr.ꝙ*ſi
ante lit.cõteſt. põt opponi notoria
exceptio peremptoria,ut Spe.in tit.
de except.uer.Martinus de Fano.&
per Io. And.& alios in c.j.de lit.con
teſt.in vj. ita etiã exceptio perẽpto-
ria probãdo eam per inſtrumentũ.
Alia & tertia limitatio ad rem no-
ſtrã,ut nõ procedat d.regula,quãdo

ſumus

ſumus in his quę nõ poſſunt poſsideri ſine priuilegio: nam poſſeſsio priuilegiorũ nõ releuat aliquẽ contra ius cõmune, ſecũdũ Cy. poſt Pet. in l. ſolẽnibus. C. de fide inſtr. qui dicit, ꝙ propter hoc eſt facta decretalis extrà. de priuile. c. cũ perſonæ. Et ad propoſitũ Florianus, in l. ſicuti. §. ſed ſi quęritur. ff. ſi ſer. uend. dicebat hæc uerba. Adde prædictis, ꝙ
7 *quandoq; præſens ſtatus non contradicit, nec cõſentit origini, ſed eſt pręter eius naturã, ut quia reperitur quis in quaſi poſſeſsione uectigalis exigendi, uel iuriſdictionis in loco exercendæ, uel clericatus & ſi. & in iſtis caſib. quaſi poſſeſsio non prodeſt, niſi de titulo doceatur: qa iſta ſunt accidentia, & nõ ſunt iuſta, niſi iuſtificẽtur. quod not. Pet. & Cy. in l. ſolẽnibus. C. de fide inſtru. & Bar. in l. Herennius. ĵ. de decu. & facit extrà. de priuil. c. cũ perſona. li. vj. Et ideo
8 ſecundũ eũ Datiario * agẽti ad pœnam fraudati datii, niſi uerè probet, cõditionaliter nõ ſufficit probare, ꝙ ſit in quaſi poſſeſsione datii exi
9 gendi: nec* clerico agenti ad beneficiũ ut obtineat: licet ſit in habitu & tonſurà: nec euitet iudicẽ ſecularem, niſi appareat de titulo clericatus. quod intellige ſecundũ not. de ſent. excom. c. ſi iudex laicus. Dicit inſuper Lucas de pẽna in l. quicũq;. C. de fundis limit. lib. xj. q ſi aliquis reperiatur poſsidere regalia in terris demanii regii, aut demanialia Baronũ in terris eorum, niſi priuilegiũ oſtẽdatur legitimũ, cuius uigore ualeat poſsidere, cogẽdus erit il-
10 la dimittere. & idem in eo* qui tenet feudũ, cuius eſſet inhabilis, ut clericus, mancus &c. nam poterit à domino ſpoliari poſſeſsione ipſius, niſi in prõptu doceat de priuile. ſeu diſpẽſat. per not. per And. in conſtit. de uiol. l. j. Et licet Luc. dicat, ꝙ non habet locũ inter priuatos: quia etiã poſſeſſor ſuæ poſſeſsionis titulũ, & ius oſtendere nõ cogetur: tamen in cauſa noſtra Angelus, licet ſit priuatus, habet priuilegium & ius regis. Pro Angelo etiam facit Alex. conſi. xciiij. v. uol. vj. col. in prin. qui tenet
11 ꝙ* remediũ. c. reintegrãda. nõ competit ei qui erat malæ fidei poſſeſſor, licet agat cõtra malæ fidei poſſeſſorem: quia in pari cauſa potior eſt cõditio poſsidẽtis. l. ſiue autẽ. §. ſi duob. ff. de publi. l. ſi ſeruum. §. ſequamur. ff. de uſuca. Imol. in c. ſæpe. de reſtit. ſpol. & ſubdit ꝙ agẽs dicitur mala fide adeptus poſſeſsionẽ qua cecidit, ſi ſciebat uel ſcire debebat rem ad aliũ pertinere: ex quo in ea nullum titulũ, uel probabilem cauſam poſſeſsionis habebat, per l. fin. C. unde ui. quod eſt contra d. P. Foces qui nullum titulum oſtendit: ut ideo præſumatur inuaſiſſe quaſi poſſeſsionẽ officii. Et ex prædictis iuſtificari poterat uotũ aliquorum de ſac. Conſi. tenentium ꝙ Angelus debebat abſolui. Aliqui uerò erant in uoto, ꝙ Angelus cõdemnaretur per regulam, & ꝙ ſpoliatus ante omnia &c. Et dubitabant an reperiretur iure cautũ, ꝙ officia non poſſint teneri ſine ti. & monebãtur: qa
12 *in feudalibus etiam ſpoliatus ante omnia debet reſtitui, ut concludit Andr. in l. imperialẽ. §. præterea. de ꝓhi. alie. per Fede. etiã ſi de ti. nõ doceat, ut ibi. ſed iſta ſimilitudo feudaliũ ad officia nõ placebat mihi: nã nõ ſunt ita ꝓhibita poſsideri feuda

ſine tit. ſicut officia, patet quia feuda quærũtur aliter quàm per priuilegiũ, uidelicet ſucceſsione, inueſtitura præſumpta, ut quia tenuit quis per xxx. annos faciẽdo ſeruitiũ &c. ſi quis per xxx. ſi de feu. fue. contro. quæ non cadunt, nec reperiũtur in officio. Item habere officiũ in loco Regis, quod ſpectat ad Regẽ collatione, uidetur non eſſe permiſſum ſine eius priuilegio. Et dũ res eſſet,
13 *ut cõcluderetur, fuerunt per actorem præſentata duo priuilegia de officio, unũ illuſt. magni Capitanei Viceregis, in quo officiũ cõcedebatur. d. Petro Foces ad regiũ bene placitũ. Aliud ſuæ maieſtatis, in quo illud à magno Capitaneo factũ confirmabatur. & licet dictũ priuilegiũ Regis fuiſſet poſt priuilegium An-
14 geli, tamen *non fuit factus caſus de hac poſterioritate, cum hic agatur mero poſſeſſorio: & titulus ille licet forte nõ integer ſufficiebat ad colorandũ. imò fuit Angelo denegatus terminus per eum petitus ad impugnandum priuilegia do. Foces. Et ſic fuit uotatum, & iudicatum pro actore, etiam quo ad fructus.

SVMMARIVM.

1 *Creditor hypothecarius primus utrũ poßit auocare à ſecundo hypothecario pecuniam ſibi ſolutam per debitorem utriuſque creditoris. & nu. 5.*
2 *Sac. Con. pronũciauit aduerſus cõſiliũ ſubſcriptũ per Alex. de Imo. Frãciſcũ de Aretio, & plurimos famoſos doct.*
3 *Creditor an habeat hypothecã cõtra debitores ſui debitoris, cuius habet obligata bona & nomina debitorũ.*
4 *Creditor debitoris cedentis, qui habebat obligata nomina debitorũ, licet habeat actionẽ utilẽ perſonalem contra debitores ſui debitoris, tamen non habet illã contra ceßionarium.*
6 *Creditor poteſt in ſubſidiũ agere contra ſecundũ creditorem qui exegit: quando apud debitorẽ ſoluentem non remanſit aliquid de bonis.*
7 *Creditores ex cauſa onceroſa præferũtur creditoribus ex cauſa lucratiua.*
8 *Maritus aßecurãdo uxorẽ ſuper bonis ſuis, liberatur ab obligatione dotis.*
9 *Vxore una cum marito alienante fundum dotalem, tota pecunia ad uirum perueniſſe præſumitur.*
10 *Dotalis fundus fit res illa, ſuper qua fuit dos uxoris aßecurata.*
11 *Vxor ſi conſenſit alienationi fundi dotalis in caſibus in quibus uẽdi poteſt, precium ſuccedit loco dotis: & habet mulier in eo hypothecata bona uiri.*

DECISIO LXXVIII.

IN cauſa Iuliani Ritii ut filii & hæredis quondã dominæ Matotiæ Galeotte cũ Paulo Toloſa, fuit dubitatũ an dictus Iulianus tanquã filius & hæres præfatæ d. Matotię habẽtis obligata bona & nomina debitorũ quondã Franciſci ritii patris eiuſdẽ Iuliani, ipſiuſque Matotię uiri, poſſit exigere & petere à dicto Paulo ducatos mille & ducentos olim per Regiã Curiã debitos præfato Franciſco, per ipſumque Franciſcũ ceſſos d. Paulo, ac per Paulũ habitos à Regia Curia tẽpore Regis Ferdinandi ij. Et quidẽ quãdo eſſemus
1 in duobus *creditoribus etiã hypothecariis unius eiuſdem debitoris, quorũ ſecundo debito etiã hypothecarius ſoluiſſet, licet mult. c. ll. authoritatẽſque faciant quòd primus, cui ſunt obligata omnia bona debitoris, poſſit pecuniã ſecundo ſolutam auocare etiam conſumpta pecunia per

per eum,ut not.cum certis moderationibus Io.And.in Spec.de obli.& ſolu.in rub.uerſ.uideamus qualiter. pro qua parte extat Neap.quoddam
2 conſiliũ*cum ſubſcriptione d.Alexandri de Imol.Franc.de Aretio.d. Cicci Antonii quindacii.& d.Antonii de Alex.ac aliorũ doctorum:tamen ſacr.Conſilium aliàs, ut retulit mihi.d.Viceprotono. pronunciauit contra dictas authoritates.& etiam me exiſtente Cõmiſſario idem ſententiauit in cauſa Saluatoris billi cũ Franciſco uiualdo.At in caſu prepoſito Iuliani ritii duo aduerſantur, primũ eſt, quòd non ſumus in creditoribus hypothecariis.Ex quo contra Regiã Curiã; quæ erat debitrix, non extabat aliqua hypotheca.Secundum eſt,quòd non ſunt hic duo creditores & unus debitor.Franciſcus enim ritius erat creditor Regię Curiæ chirographarius:hic obligauerat uxori ſuæ omnia ſua bona, & iura,& nomina debitorum:deinde cedit nomẽ debitoris Paulo, & Paulus exegit, unde extinctum uidetur.
3 De eo* qui obligat nomina debitorum, an is, cui hypothecata ſunt habeat cõtra ilios hypothecariá:Paul. de Caſt.in l.ſi conuenerit.la.ij.ff.de pign.act.dicit quòd ſi debitor cuius nomen eſt obligatum,erat debitor cũ hypotheca, habebit hypothecariam utilem, aliàs habebit ſolũ perſonalem utilem: & ante eum tenuit hoc Bar.in l.nomen.C.quæ res pig. obli. po.d.Matocia ergo, & conſequenter.d.Iul.eius filius & hæres habet perſonalẽ utilem,& agit contra ceſsionariũ.Alex.cõſi.xvij.j.& ij.col. j.uol.loquẽs de ceſsionario debitoris eiuſdẽmq; creditoris,qui obtinuerat executionẽ cõtra debitorem debitoris cedẽtis dicit, ꝙ*creditor 4 illius cedentis qui habebat obligata nomina debitorum, licet habeat actionẽ utilẽ perſonalem cõtra debitorẽ debitoris ſui:tamen non habebit illam cõtra ceſsionariũ factà executione ſententiæ latæ pro ceſſionario,quià nullus contractus uel quaſi geſtus erat inter creditores ipſos & ceſsionarium.unde licet ad ceſsionarũ perueniſſet pecunia, uel res debitoris data ei in ſolutũ, non tamen per hoc poſſet contra eũ dàri actio perſonalis ratione dicti nominis exacti. Mihi uidebatur, ꝙ Iulianus debebat obtinere contra Paulũ.mouebar,*quia creditũ Iuliani hær.dict.d.Matocię erat priuilegiatũ,cum dependeret ex cauſa dotis.l.j.C.de priui.dotis.& iure cautũ eſt, quòd creditor priuilegiatus 5 poſsit à ſecundo creditore, cui per cõmunem debitorẽ ſolutũ eſt, pecuniam auocare.l.ſed an hic.ff.quod cum eo.l.ex facto.§.fi.ff.de peculio. ubi loquitur de debito dotis: uel tutel.quæ habent priuilegiũ tacitæ hypothecæ.l.pecuniã.C.de priuile. fiſci.ubi loquitur in fiſco habẽte tacitã hypothecã ſecundum gl.ibi.Et iura dantia primo creditori hypothecario priuilegiato ius auocandi à ſecũdo creditore,habent etiã locũ in creditore priuilegiato in actione perſonali.ita Saly.in d.l.pecuniã.& ante eum Ang.idẽ uoluit in l.pupillus.ff.de his quę in fr.cred.& Cuma. in l.priuilegia.iij.colũ.ff.de priuile. credi.uerũ iſtis priuilegiis eſt talis, ergo. Nec obſtat quòd pecunia ſit conſumpta,quoniã auocatur per cõditionẽ ex.d.ll.ut ſubdit Saly.in

d.l.pecuniã. Fulg.in.l.ex facto.ff.de pact.dicebat in fi.legis, ꝙ ſi uni cre ditori nõ priuilegiato bona fide ſolutũ ſit, creditor priuilegiatus conſumptã pecuniã non poteſt reuocare, quãuis gl.& doc.dicãt oppoſitũ. Nec ob.quod dicebãt aliqui, uidelicet,* ꝙ in ſubſidiũ tantũ poteſt agi cõtra ſecundũ creditorẽ qui exegit, & dicit Bart.in d.l.pupillus.& Ang. ibidẽ: nam iſtud in ſubſidiũ intelligitur, ſcilicet, quando apud debitorem ſoluentẽ nõ remaneret aliquid de debito, ut quia ſoluit totũ, prout eſt in caſu noſtro. ſi enim ſupereſſet tantũ, uel aliquid uſque ad concurrentẽ quãtitatẽ eius quod ſupereſt, nõ tenetur creditor ſecũdus, qui recepit, cõmunicare cum cæteris. Nec ob.per prædicta id quod dictum eſt primo loco: uidelicet ꝙ hic nõ ſumus in creditoribus hypothecariis: nam ut dictũ eſt, idẽ erit in priuilegiato in perſonali. Nec obſt.quòd hic nõ ſunt duo creditores: nam nõ ſunt duo creditores: nam nõ eſt dare meo iudicio rationẽ diuerſitatis in hoc, cũ ſit eadẽ ratio priuilegii. Nec ob.cõſiliũ Alex.quoniã loquitur in primo creditore nõ priuilegiato. Ad dictorũ iuſtificationem mouebar, quoniã Cuma.in d.l.priuilegia.iij.col.dicit * ꝙ creditores ex cauſa onerosa præferũtur creditoribus ex cauſa lucratiua, quod eſt ſing.ſecundũ eum. & hic Paulus uidetur habuiſſe à regia curia debitũ ceſſum ex cauſa lucratiua: ex quo nõ apparet ꝙ ueré numerauerit Frãciſco Ritio, & cõfeſsio in hoc nõ ꝓba.ut cõcludit Bar.in l.per diuerſas. ij.col.C.manda.ubi refert ſe pluries ita cõſuluiſſe. Nõ ob.unũ quod dicebatur: uidelicet, ꝙ de dotibus iſtis fuerat dictæ d. Matociæ ſatisfactũ: ex * quo ſup quadã maſſaria uiuẽte uiro obtinuerat ſe aſſecurari, & aſſecuratiõe facta euenit liberatio, ꝑ ea quæ.no.Bar.in l.ſi cõſtãte.ĩ princ.pe.co.ſol.ma.quẽ ſequũtur ibi Pau. Alex.Bal.no.& Decius: nã, ut ex facto colligitur, ipſemet Frãciſcus * cũ Matocia maſſariã prædictã ſubmiſerũt, & ſic alienarũt: & tota pecunia ad uirum perueniſſe præſumitur, ut cõcludit Imo.in c.cũ contingat.xix. col.de iureiur.licet hic appareat deſeruiſſe utilitatibus uiri: ex quo cũ illa pecunia ſe carceribus liberauit. unde ſuccedit alia diſpoſitio quę ſe habet, ꝙ * iſta maſſaria, in qua dicta Matocia fuit aſſecurata, erat facta fundus dotalis ſecũdum Hoſti.in.c. Rayn.de teſt.quẽ refert & ſequitur Io.Bapt.de S.Blaſio, in.cccxlvij.ſpeciali dotis in trac.de priuil.dot.& ſi fundus * dotalis uenditur de aſſenſu uxoris in caſibus in quibus põt uendi, pretiũ ſuccedit loco dotis, & habet mulier in eo bona mariti hypothecata, & omnia alia priuilegia dotalia: dato ꝙ nihil ſit dictũ nõ ut ex nũc, ſed ut ex tũc. ita dictus do.in priuile.cccxlviij.allegat Bart.in conſil. cxxiiij.incip.d.Io.in actu uotãdi partes cõcordatę ſunt, quia ceſsit dictus Iul.Iiti & cauſę & ſic de mẽſe Septẽbri.1512. Fuit latum decretũ, quòd ſtante ceſsione prædicta præfatus Paulus abſolueretur.

6, 7 (left margin); 8, 9, 10, 11 (between columns)

SVMMARIVM.

1 *Falſum contractum dicens ad finem impediendæ reaſſumptionis, nõ debet declarare ſpeciem falſitatis: ſed capitur informatio ſuper concernentibus reaſſumptionem. & nu.4.*

Accu

2 *Accuſator falſitatis an teneatur exprimere falſi qualitatem, locum, & in qua parte.*

3 *Accuſare falſum, & uelle accuſare facta ſibi editione ſcripturæ, differunt inter ſe.*

DECISIO LXXIX.

IN cauſa magnifici Galeocti carraffe cũ magnifico Ioãne carraffa fuit dubitatũ an dictus dominus
1 Galeoctus qui *obtulit ſupplicationem petẽdo quòd inſtrumentũ teſtamẽti cõditi per d. Ioannã ſuã uxorem, nõ reaſſumeretur: ex quo erat falſum, nullũ, & ſuppoſitũ teneatur inſtante ipſo d. Ioanne declarare in qua ſpecie & parte eſſet falſum. 3
Quòd teneatur declarare, d. Galeoctus faciũt regulę iuris, de quibus in l. edita. C. de edẽ. in l. libellorũ. ff. de accu. Secũdò facit gl. in l. j. §. editiones. ff. de edẽ. in gl. magna ibi. unde 4
de hoc dico eum diligenter interrogari in quo falſum dicere uelit: ſed illa poteſt intelligi in quo. i. an in die, & cõſulibus, an in aliis ut nõ dicat qua alia. Tertiò facit Ange. in l. j. uer. idẽ dico. ff. de lib. & poſthu. prout eum refert & ſequitur Alexã. cõſ. lxxj. ij. col. iij. uol. uidelicet: quòd
2 *ubi accuſo te ꝙ cõmiſiſti falſum in tali inſtrumento, prout apparet in illo, nõ dicor ſpecifice & bene libellaſſe falſum. allegat. l. prætor edixit. de iniur. & l. itẽ exigit. de dolo. ſed oportet ꝙ exprimatur qualitas falſi. Quòd autẽ declarare nõ teneatur, facit quoddã dictũ Bal. in c. j. in princi. v. col. quib. mo. feu. amit. ubi uult, ꝙ in crimine falſi procedatur, licet locus nõ ponatur: quia clandeſtine 1
cõmittit. allegat gl. ſing. inſt. de pub. iud. in prin. Et cũ hoc dicto pertrãſit, & illud ſequitur Ang. in tractatu maleficiorũ, in uer. hæc eſt quædam inquiſitio. x. col. in princ. licet in eo. tracta. uel falſario. x. col. dicat quòd illa gl. nõ uidetur dicere id ad quod allegatur. Secũdò facit Bal. in l. fi. C. de fide inſtrumen. dicens, quòd ille qui dicit ſe uelle redarguere de falſo, non debet cogi dicere in qua parte uelit dicere falſum, & ſufficiet ꝙ ſimpliciter dicat, quòd uult redarguere: quia poteſt ignorare in qua parte originale ſit ſuſpectũ, donec edat ipſum. Sed in terminis Baldi excuſabatur petẽs edi ex quo ignorabat, præterea ibi non accuſabat, ſed uolebat accuſare: *unde facta editione accuſatio debet eſſe clara. ſacr. Conſi. fuit uiſum, quòd ex quo hic non dicebatur teſtamentũ falſum ad finem accuſandi, nec ad finem agendi etiam ciuiliter, * ſed ſolum ad finẽ impediendæ reaſſumptionis, ꝙ procederetur ad capiendã informationẽ ſuper concernẽtibus reaſſumptionẽ, ſi debet fieri ita uel ne, quòd ad iſtũ actũ nõ teneatur declarare d. Galeoctus aliter.

SVMMARIVM.

1 *Cumulatio perſonalis & hypothecæ actionis permittitur in libello ſeparato, & tempore diuerſo ex poſt facto.*

2 *Tertius poſſeſſor poteſt hypothecariæ cõueniri, poſito quòd prius ſit cõuentus principalis actione perſonali.*

DECISIO LXXX.

IN CAVSA magnifici Bartholomæi Carracioli cum dom. Elionora eius nepte, & d. Ioan. Th. Caraffa illius uiro, fuit inter cætera dubitatũ, ſi actio *hypothecaria poſſit cumulari cũ perſonali in libello ſeparato, & diuerſo tẽpore. & dato

quòd poſſit, an ualeat iſta cumulatio, ſeu hypothecariæ motio fieri cõtra tertium poſſeſſorem. Quo ad primum Dy. in c. nullus pluribus. de reg. iur. intelligit. §. ſed neq;. in authenti. de fideiuſ. quòd ibi ab initio ſimul & ſemel fiebat cumulatio perſonalis & hypothe. & licet Bart. in l. edita. in ſecũdo genere cumulationis reprehendat Dy. in ratione ſua, tamen quo ad hoc ut ſimul & ſemel intentari debeãt, cũ eo pertrãſit. At Bal. expreſsè in d. l. edita. xix. col. uer. quintò quęritur. in ſpecie tãgit hoc, & tenet ꝙ etiã ex poſt facto procedit cumulatio. & cũ Baldo ſacrũ Cõſil. pertranſit. Quo ad ſecundũ, an
2 *cõtra tertium poſſeſſorẽ ſtãte precario, & ſic ceſſante beneficio diſcuſsionis: mihi non uidetur eſſe aliud dicendũ, quàm ſi cõtra principalem ageretur, cũ nõ ſit dare diuerſitatem rationis. ſi aliter enim prout doc. in d. l. edita. cõſiderãt, præcipue Alex. ideo contra principalem permittitur cumulatio, quia iſtæ duæ actiones tendũt ad eundẽ effectũ, ut ſcilicet ſatis fiat de debito, eodẽ modo debet idem dici contra tertium. Riminaldus in d. l. edita. xix. colum. expreſsè tenet, quòd conuento reo principali actione perſonali, poteſt tertius poſſeſſor conueniri hypothecaria: per tex. in l. fin. C. de act. & ob. & ſic fac. Conſi. decreuit.

SVMMARIVM.

1 *Dilationes ad probãdum datæ, ſunt omnes peremptoriæ de iure communi, etiam ſi non dicantur.*

2 *Dilatio ſecunda ſi cõcedatur ſine cauſæ cognitione: omnia quæ intra illam fierent, eſſent nulla. Fallit ſi ius aduerſarij non eſt factum deterius, & omnia eſſent in ſtatu ſuo integra. & nume ſeq.*

3 *Probatio incontinenti facta poſt terminum, uel poſt paucos dies, ualet.*

4 *Teſtes ad defenſam in criminalibus poſſunt recipi etiam poſt publicationem & concluſionem: licet in criminali nunquam concludatur.*

5 *Concluſio in criminalibus non fit.*

6 *Teſtes in ciuilibus utrum admittantur poſt publicationem ſuper nouis articulis dependentibus à primis.*

7 *Dilatio ad producendum noua iura datur in Calabria poſt publicatũ in cauſa ſine cauſæ cognitione.*

8 *Dilatio ſecunda, nec noui articuli, nec noui teſtes poſt terminum dantur in Regno: licet ex æquitate reus admittatur in criminalibus ad uberius ſe defendendum ſine dilatione.*

DECISIO LXXXI.

IN CAVSA hominũ Albaroni cum Illuſtriſ. Duce Ariani. Et quã-
1 uis* de iure etiã cõmuni omnis dilatio ad probandũ data cẽſeatur, & ſit perẽptoria etiã ſi non dicatur. l. ſi. ubi Bar. C. de dilat. c. ij. ubi glo. eo. ti. de dila. Iaſ. in l. ſi. ij. col. ff. de fer. etiã Feli. in c. licet cauſam. ij. col. de pro-
2 ba. adeo quòd* ſi cõcedatur ſecũda dilatio ſine cauſæ cognitione, oĩa quæ intra illam fierent eſſent nulla: ubi dicit Bar. in d. l. ſi. ff. de fer. & ibi Iaſ. iij. col. uer. iiij. amplius. Tamẽ de
3 iure* quando probatio fieret incontinenti poſt terminũ uel poſt paucos dies ualeret, ſecundũ Bal. in d. l. ſi. iij. col. quem refert ibi Iaſ. & ſequitur in vj. col. Itẽ & quando ius aduerſarii nõ eſt factum deterius, quia poſsit probare ſicut prius, & omnia eſſent in integro ſtatu ſuo, poteſt iudex ſine alia cauſæ cognitione cõcedere

cedere ſecundã dilationẽ. Bart. in d. l. fi. ubi omnes illum ſequuntur ante Iaſo. de quo tamẽ latè per Fel. in d. c. licet cauſam. xj. col. uer. ſed aduerte. de proba. & in col. prece. in fi. Itẽ
4 & in criminalibus* ad defenſam etiam poſt publicationẽ proceſſus poſſunt recipi teſtes, etiã poſt concluſum in cauſa. Bar. in l. j. §. fi. & in l. unius. §. fin. ff. de quæſtio. & in l. diui 8 fratres. de pœnis. latè per Ang. in tra ctã. malefi. in uer. cõparuerunt dicti inquiſiti & negauerunt totũ. vj. col. uer. quæro an poſt publicationẽ & ibi per Auguſtinum. & in uer. qui iudex ſtatuit terminum ad oppo. contra proceſſum. ij. col. uer. ſed quãdo.
5 ubi habes, ꝙ* in criminali nunquàm
6 concluditur. Itẽ & in* ciuilibus poſt publicatum in cauſa poſſunt de nouo teſtes produci ſuper nouis articulis dependentibus à primis, dummodo tales articuli, uel probanda in eis nõ includantur in antiquis. de neceſsitate probationis iuris & facti ſimul, ſed ſolum de neceſsitate probationis: ut in c. ex tenore. ſecundum unũ intellectũ. de teſtib. & ſentiunt in c. fraternitatis. Hoſti. Innoc. Ioan. And. d. Ant. & moder. & Bar. in l. per hanc. C. de tẽpo. ap. & no. Imo. in c. cum cauſam. iiij. no. de teſt. & latè Sozi. in d. c. fraternitatis. vij. articulo principali: ſic etiã quãdo fierẽt noui articuli, qui poterant cõprehẽdi & non cõprehendi ſub primis, ut ſunt qualitates quæ poſſunt adeſſe & abeſſe circa cõtractũ. l. pacta conuenta. ff. de cõtrahen. emp. ut in c. ue niens. de teſt. & Sozi. ubi ſ. uer. quidam primò & tertiò. Vt fit in pro-
7 uincia Calabriæ, in qua* abſq; aliqua difficultate uel cauſæ cognitione; etiã poſt publicatum in cauſa datur dilatio ad producẽdum noua iura. Item & in ciuilibus: & cauſa tamẽ cognita de iure cõmuni datur ſecũda dilatio, ut in d. l. fi. cum ibi not. ff. de fer. Circa omnia ſupradicta, & ſimilia de iure communi permiſſa emanauit cõſtitutio Regni, quæ incipit, lite legitime conteſtata. quæ uult* quòd in primo termino dato omnia producantur, & loquitur tã in cauſa ciuili, quàm in criminali. Et per d. conſti. nos in ſac. Cõſi. nõ admittimus nouos articulos poſt terminũ, nec nouos teſtes, nec damus ſecundã dilationem. In dicta cauſa fuit dubitatum, an ad defenſam poſt terminũ M. Curia potuerit ſeu poſſit recipere reo inſtante nouos teſtes. & fuit ex æquitate notatum & cõcluſum, & ſic decretum, ꝙ nõ daretur noua dilatio quæ petebatur, ſed quòd admitteretur reus ſine aliqua dilatione ad pinguius ſeu uberius ſe defendẽdũ: ex quo in criminalibus. & fuit habitum pro claro ꝙ ita obſeruat magna curia, etiã poſt publicationem. & uide in deciſi. xc.

SVMMARIVM.

1 *Terminus ad probandum elapſus, in quo neutra partium aliquid probauit, minus eſt reintegrãdus, etiam ad inſtantiam actoris.*

DECISIO LXXXII.

IN CAVSA Thomæ de piacente, ſeu Ioan. And. & Marci eius filiorum cũ Perico de milia fuit repetitis dictis. ſ. proxime dubitatum an
1 *dato termino ad probãdum, eoq; elapſo, ſi in illo neutra partiũ aliqd fecit, poſsit actor hoc petẽs reintegrari ad terminũ ad probãdũ. dum referrẽ caſum hũc, ſeu iſtud incidẽs

ſac.

ſac.Cōſil.omnes mihi dixerūt dictū terminum non eſſe reintegrādum.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio dilatoria in Regno debet infra triduū allegari, & ea in quinq; dies immediate ſequentes probari, aliàs ad merita intelligatur reſeruari.*

2 *Terminus.v.dierum ad probandum exceptionem dilatoriā currit ipſo iure, ſi pars non oppoſuit, nec iudex contradixit: aliàs non currit.*

3 *Probatio dilatoriarum exceptionum, contra quas actor oppoſuit, poteſt fieri etiam poſt terminum.*

4 *Cautela eſt actoris, ut cum uidet reū opponere dilatorias taceat: nam currit ipſo iure terminus.*

5 *Teſtes niſi fuerint examinati infra terminū quinq; dierum datū ad probandum dilatoriā: nō releuatur excipiēs, poſito quòd articulos produxerit, & teſtes citari fecerit infra terminū.*

DECISIO LXXXIII.

IN CAVSA Magnifici Cæſaris de miraballis, cū Magnifico Raynaldo de miraballis, præſuppoſita
1 Regia pragmatica, quæ dicit* quòd reus infra triduum debet allegare exceptiones dilatorias, & eas in quinque dies immediatè ſequentes probare, aliàs ad merita reſeruatæ intelligantur. Fuit dubitatum, an
2 *ad hoc ut illi quinq; dies currant debeat iudex admiſiſſe exceptiones oppoſitas: uel uerbo dilationē illā quinq; dierum aſsignare. An uerò etiam ſi iudex taceat, currat terminus ſupra dictus. Rota in nouis deci.ccviij. & Hoſtiē. Ioan. And. Domi. & Philippus in c.ſua. de excep. li.vj. tenēt, ꝙ terminus ad probādum ſimiles dilatorias incipit currere poſt exceptionē admiſſam per iudicem, & ſubdūnt Gemin. & Philip. quòd ſi exceptione oppoſita, ſtatim contra illam exceptionē replicaretur, & in iſta replicatione pertranſirent octo dies, qui in illo.c. ſtatuebātur ad dilationē probandā, nō nocet: cū adhuc non fuerit admiſſa exceptio. In
3 cauſa prædicta* reus oppoſuit non nullas exceptiones infra triduum, actor uerò replicauit contra illas. Commiſſarius cauſæ d. Mercerius poſt lapſum quinq; dierū ſtatuit dilationem x. dierū ad illas probādas. ſacrū Cōſil. decreuit ꝙ cōmiſſarius bene fecit admittēdo reum ad probandas exceptiones poſt terminum pragmaticæ, motumq; fuit ex replicatione actoris cōtra exceptiones, qua ſtāte terminus nō occurrit per d. authoritates, ſed reformauit decretū, dum ſtatuit x. dies ad quinq; ad illud quòd iudex debet admittere exceptiones ad hoc, ut terminus currat. uiſum fuit mihi, & d. Viceprotho. & d. Ioan. de palmerio, quòd ſi pars nō cōtradicit, ſatis uidetur exceptio admiſſa, ſi iudex tacet, & nō
4 reiicit. Cautela* ergo actoris eſt, ut cum uidet reū opponere dilatorias, taceat & non contradicat, nā curret dictus terminus. An autem ſufficiat infra dictū terminū quinq; dierum preſentare articulos, & citare teſtes? Gemin. in d.c. pia. poſt Ioan. And. in Specu. de teſti. diſtinguit, & uidetur Gemi. æquiparare hūnc terminum
5 quo ad hoc, termino,* qui daretur in cauſa principali ad probādū. Mihi hoc non uidetur, ſtante eo, ꝙ hic ſumus in dilatoriis, in quibus differēter proceditur, ac ſi in cauſa principali, per d.§. in deci.xiij. Præſertim quia uerba pragmaticæ uidētur repugn

pugnare, dum dicit, quod reus tene- 2
tur probare dilatorias .j.v. dies im-
mediate ſequentes, alias ad merita
reſeruatæ intelligantur.

SVMMARIVM.

1 *Expenſæ funeris alicuius Prælati an fiāt de ſpolijs: puta ſepulchrum marmoreum, ueſtes lugubres pro conſanguineis, & ſeruitoribus eius.*

2 *Expenſæ funeris aliquæ tendunt ad ſolatium animæ defuncti, ut circa clericos: & hæ fiunt ab eccleſia Prælati defuncti: licet alius ſit hæres in patrimonialibus: aliquæ ad uiuorum ſolatia, ut funeris apparatus, ſepulturæ cōſtructio, pretioſa exequiorum pompa: & in his eccleſia non tenetur.*

3 *Funeris impenſa circa Prælatum in Regno partim fit ab eccleſia de ſpolijs, partim ab hæredibus patrimonij.*

DECISIO LXXXIIII.

IN CAVSA Reuerēdi de Corduba epiſcopi Scalēſis, cū Magnifice Vito Piſanello, & fratribus ſuper ſpoliis dicti Epiſcopatus, in qua ipſi de Piſanellis, uolunt deducere funeralia per eos facta quondā Epiſcopo prædeceſſori eorum patruo.
1 Fuit dubitatū, *an inter alia funeralia dicti conuenti poſſint deducere culcitrā ſericā, & ſepulchrū marmoreum, ac ueſtes lugubres factas ipſis nepotibus, earūq; uxoribus, filiiſq;, ac filiabus, & generis, ſeruitoribus quoq; epiſcopi prælibati. Allegabatur pro reis cōditio defuncti quia epiſcopus. itē ſolitū Neapolitanorū Epiſcoporū decedētiū, qui cū dicta pompa ſepeliūtur. itē quia in funerum impēſa omnia prędicta uenire intelliguntur. Verū Abbas in diſputatione ſua incip. Sempronius clericus ſuper primo dubio concludit &
2 tenet, ꝙ *quædā ſunt impenſæ funerum, quæ tēdūt ad remediū ſeu ſolatium animę defuncti, ut impēſa quę fit circa clericos cōfluentes ad officium ſepulturæ, & in ſimilibus, & in iſtis tenetur eccleſia, etiam ſi defunctus alium hæredē habeat in patrimonialibus. Quædā impenſæ ſunt quæ tēdunt ad uiuorū amicorū ſolatia, ut apparatus funeris, conſtructio ſepulturæ, prætioſa exequiorū pompa, ꝙ multi induantur ueſtibus luctuoſis, & in his eccleſia nō tenetur: & eandē diſtinctionē firmat idē Abb. in c. ut præterita. de electione. Ego fui in uoto ob dictā authorita-
3 tem, *quoniā paucæ reperiuntur in funeribus prelatorum, ꝙ eccleſia ſit obligata tantū ad medelas, ad debita defuncti, ex ſpoliis tamē ſoluēda, & ad funeralia, dempta tamē culcitra, & cantaro, ac ueſtibus lugubribus: & ꝙ authoritates & iura quæ uolunt iſta uenire appellatione funeraliū, intelliguntur quādo quis eſt de ſuo ſepeliēdus: nō in prælato. bene uotaui ꝙ ueſtes lugubres factæ famulis epiſcopi deduci debeāt. D. Martialis commiſſarius uolebat, ꝙ ueſtes factæ nepotibus deducantur, alia nō, præterquàm ea quæ dixi ſ. in uoto meo. D. Mercerius cōcurrebat mecum, ſed uolebat ꝙ cātarus etiā deduceretur. D. Io. de palmerio erat in uoto ꝙ omnia deducerētur iuxta eorū intētionem. d. Viceprothono. in effectu mecum concurrit.

SVMMARIVM.

1 *Soror uel eius filij loco ſuo nō poſſunt auocare ſaltē medietatē bonorū donatorū fratri per cōmunē ſororē uirtute cōſuetudinis Neapolitanæ. & nu. ſeq.*

2 *Fraus præſumitur in donatione tribus*

bus concurrentibus, uidelicet: donatio omnium bonorum: coniuncte perſonæ: & ſpes nulla procreandi liberos.

3 *Dotale pretium ſuccedit loco rei, ſi ſic actum eſt.*

DECISIO LXXXV.

IN CAVSA Ioannis Matthæi, & Bonauenturæ Coci cũ Ioanne baptiſta, & Ioanne Andrea faiella: Margarita faiella habens Andream fratrẽ, & Loyſellam ſororẽ fecit cũ uiro uenditionẽ dicto Andreæ de quadã planca ſua dotali pro ducatis ducentis, & eo die per inſtrumentũ mutui idẽ Andreas promiſit dictos ducatos ducẽtos ſoluere eidẽ Margaritæ, ac uiro ſuo cum pacto ꝙ de his pecuniis emerentur bona ſtabilia pro tuitione & cautela dotium ipſius Margaritæ: deinde certo temporis ſpacio poſt dictam uẽditionẽ dicta Margarita cũ conſenſu uiri, cũ non haberet aliud niſi certa bona ſtabilia dotalia ac ius ad dictos ducatos ducentos nondũ habitos, facit prædicto Andreæ inſtrumẽtum donationis de dictis dotibus, ac bonis & iuribus dotalibus, reſeruato uſufructu. Fuit dubitatum primò, 3
1 an* dicti actores uenientes ex perſona Loyſellæ eorum matris poſsint auocare ſaltem medietatẽ dictorũ bonorum donatorũ uigore cõſuetudinis Neapolitanæ, præſuppoſito in facto ꝙ prædicta Loyſella fuerit maſculiata & admiſſa per fratrẽ ad ſuccedendũ ſecũ una patri cõmuni. conſuetudo, & ſi teſtator, loquitur per uerbũ diſponere: & gloſ. Neap. ibi uer. unde uidetur, cõcludit quod nõ habet locum ubi alienatio fieret inter uiuos, dũmodo nõ fiat in fraudẽ. inde in pe. col. dicit, quòd* præ- 2
ſumitur fraus, ſi fiat donatio omnium bonorum, uel cõiunctæ perſonæ, & antea dixerat præſumi fraudẽ quando donans nõ haberet ſpem procreandi liberos. In caſu noſtro omnia iſta tria interuenerunt: primò quia Margarita, ut in inſtrumento donationis dicitur, nõ habebat ſpem habendi liberos. Secundò quia eſt omnium bonorum: fuit enim hoc probatum in proceſſu, quòd iſta nõ habebat aliud niſi iſtas dotes. Tertiò, quia fuit facta donatio coniunctæ perſonæ. Tamẽ ſac. Conſilium communi uoto uotauit pro donatione, motũ ſola ratione, uidelicet: quia iſta habẽs fratrẽ maſculum, & ſororem fœminã donãdo maſculo non uidetur feciſſe in fraudem, ſed potius ob cõſeruationẽ familiæ, & honorẽ agnationis. Secũdò dubitatum extitit, an ſaltẽ medietatẽ illorũ ducatorũ ducentorũ obtinere actores poſsint tãquam rem quæ nõ uenit in donatiõe: ex quo donãtur bona dotalia, & iſtud eſt pretium peruentum ex bonis ipſis. Et in hoc etiã fuit uotatum pro conuentis, ea ratione uidelicet, quia * pretium rei dotalis ſuccedit loco rei, ſi hoc actum eſt: ut in l. ſi ex lapidicinis. ff. de iure dotium iuncta gloſſ. in l. ex pecunia. C. eod. titu. & his quæ no. Bar to. in conſilio cxxiiij. incipien. domina P. Apparet enim quòd in inſtrumento mutui actum eſt, quòd illa pecunia ſtat pro ſecuritate dotium, ut dictum eſt. Fuit lata ſententia de menſe Octobri 1512. dictos Ioann. Baptiſtam, & Ioann. Andrẽam abſoluendos eſſe ab impetitione dictorum Ioan. Matthæi, & Ioann. Bonauenturæ.

SVMM

SVMMARIVM.

1 *Aſſenſus regius faciens mentionem de inſtrumento uẽditionis, uiſo probat inſtrumentum.*

2 *Enuntiatiua uerba Principis faciunt plenam fidẽ, ſicut in antiqua ſcriptura dicta uerba reperirentur.*

3 *Priuilegium antiquum carens ſigillo quam fidem faciat.*

4 *Antiquum factum probatur per ſcriptum priuatum ſaltem ſemiplene, & quot annorum dicatur antiquum.*

5 *Regiſtrari non faciens priuilegiũ infra tempus ſtatutum propter ſpolium tempus non currit, ſicut quãdo datur ad iurandum fidelitatem, non currit non poſſidenti.*

6 *Poſſeſſorio & petitorio cumulatiuè intentatis poteſt iudex ſuper poſſeſſorio tantũ pronuntiare liquidato, ſuſpẽſo petitorio nondum claro. & nu. 16.*

7 *Mala fides defuncti nocet uniuerſali ſucceſſori ad præſcrip. nõ tamen præſumpta, quia poteſt ex perſona ſua inchoare præſcriptionem. & nu. 9.*

8 *Procuratoris ſcientia nõ cõſtituit dominum in mala fide præſcribentem.*

9 *Mala fides præſumpta quomodo intelligatur.*

10 *Mala fides præſumpta purgatur ſpatio xxx. anno.*

11 *Scientia & mandatum utrum præſumantur in cauſa, quæ ſit cum impenſa litis. & nu. 16.*

12 *Mala fides præſumitur in eo qui procurat habere nouos titulos confirmationis.*

13 *Præſcribens ſi allegat & producit nouos titu præſumitur habuiſſe malam fidem.*

14 *Sententia debet mentionari in priuilegio aduerſarii, ne aliquo tempore poſſit ſurreptitium allegari.*

15 *Mandatũ procuratoris ex quibus præſumatur. & nu. ſeq.*

17 *Acta facta rebelliõis tẽpore ſunt nulla.*

18 *Lex noua ſuperueniens non cõprehẽdit cauſas pendentes per appellationem, quamuis deciſæ non eſſent. & nu. 21.*

19 *Iudex appellationis ſuccedit loco primi, & ideo tenetur iudicare ſecundũ illud ius, quod uigebat tempore primæ inſtantiæ. ratio eſt ne præiudicium fiat ei cui per l. antiquã fuit ius quæſitum.*

20 *Lite pendente ſi altera pars impetrauerit priuilegiũ, contra quod lis deciditur, uictus non poteſt agendo denuo producere priuilegium.*

21 *Impedimentum non attẽditur, ubi poteſt comparere quis per procuratorẽ.*

DECISIO LXXXVI.

IN cauſa magnifici Ioãnis Antonii Vulcani cũ excellẽte Comite uenaphræ ſup petitione terræ Maſtratæ, & poſſeſſiõis ipſi⁹. Primò dubitatũ eſt, an actor fundauerit ſuã intẽtionẽ. produxit enim quaſdã literas reginalis aſſenſus, in quibus Regina Ioãna prima ad ſupplicationẽ quondã Carlucii biãcatii ſui proaui aſſentit cuidã emptioni dictæ terræ Maſtratæ factæ p ipſum Carluciũ à quodã Baldaſare de rapta Comite Caſertæ & Aleſani p ducatis. 1500. ſub anno 1417. Et* in eiſdẽ literis aſ- 1
ſenſus dicit, q instrumẽtũ uẽditiõis fuit in curia originaliter pſentatũ, quę* uerba probãt inſtrumẽtũ, tũ qa 2
plata à Principe, cui⁹ uerba enũtiatiua plenã fidẽ faciũt: ut in c. ſi ſummus pontifex. de ſen. excom. in vj. in cle. literis. de proba. cũ ſimi. tũ quia narrãt rem quæ in ipſo actu potuiſſet interuenire, quo caſu etiam uerba iudicis plenè probant: ut per glo. in l. j. C. de fide inſtru. & iu. haſt. fiſca. lib. x.

lib.x.laté Fel.in c.ſicut.xv.col.de re iud.tum quia ſumus in ſcriptura antiqua,in qua uerba etiam enũtiatiua probant,ſecundum Ant.in c.fi.de ſucceſ.ab inteſta.& in d.clemen.literis. cum aliis adductis per Iaſ.in l.ex his uerbis.iiij.limita.C.de teſta.mil.tum quia illud quod eſt enuntiatum, uidelicet contractus uenditionis, erat de ſubſtantia actus,nam circũſcripta uenditione aſſenſus eſt nullus. unde uerba enuntiatiua hoc caſu probant ſecũdum Ant.de But.in c.illud. de præſump.Iaſ.ubi ſ.vij.limitatione.tum etiã quia in ſentẽtia magnę curiæ aliás lata in fauorem dicti Car
3 lucii dicitur,quòd* fuit ꝓ eius parte præſentatum quoddam inſtrumẽtum:& licet dicta litera reginalis careat ſigillo,tamẽ nõ uidetur de hoc defectu habenda ratio,tum ob alias ſcripturas in dicta magna curia tunc productas,ut uidetur eſſe litera reginalis de indulto,& etiam ſentẽtia d.
4 magnę curię,tũ quia* ſumus in factis antiquis,in quibus etiã ſcriptura priuata probat,ſecundum Ant.de Bu.in c.ij.de fide inſtru.ſaltem ſemiplenè: quem refert,& ſequitur Iaſ.in l.cum aliquis.iij.col.C.de iu.delib.allegãs aliquas fallẽtias,licet ibidem Iaſ.uelit factum antiquum in hac materia eſſe centum annorum. Et quáuis in priuilegio poſtmodũ de aſſẽſu ex-
5 pedito dicatur,quòd* in certũ tempus Carlucius faciat regiſtrari illud in quinternionibus,& non oſtendatur regiſtratio:nihilominus non apparet,quòd durante toto illo tẽpore ſtatuto ad regiſtrandum Carlucius poſſederit,cum fuerit ſpoliatus.unde uidetur idem eſſe dicendũ hic, quod dicitur in tempore ſtatuto ad iurandum fidelitatem,quod nõ currit non poſſidenti,ſecundum Andr. in c.j.in prin.ij.col.de cap.Cor.Alua. & Car.Alexã.in c.j.in princ.quæ fuit prima cauſa ben.amit.Bal.& Saly.in l.ſolennibus.C.de rei uendi.licet minimè probatum ſit,quòd Carlucius nõ poſſederit.Sed uide quia in executorialibus quibuſdam M.C.Vica. ad Car.clxvij.in ꝓxi.primo factis de menſe Martii 1425.recitatur petitio do.Carlucii,in qua dicitur quòd fuerat ſpoliatus à do.Fran.& quòd do. Fran.cum uitio ſpolii ſpatio annorum ſex,& ultra poſſedit:& nihilominus à tempore uẽditionis ſeu aſſenſus ad illum diem fluxerant anni circa octo,cum aſſenſus ſit factus in anno 1417.Præterea ſufficere uidetur ille primus aſſenſus per literam reginalem, de quo ſuprà,in quo non adeſt illa qualitas. Et quando nõ eſſet fundata intẽtio actoris ſuper dominio uel quaſi,uidetur fundata ſit per poſſ.ſtante indulto do.Reginæ uolente quòd Carlucius reintegretur,& reponatur in poſſeſsione,ſiue per quo ſe fundat do.Stepha.in poſ-
6 ſeſſorio,ut infrà.Nec obſtat,ꝙ* ſit intentatũ petitorium & poſſeſſoriũ ſimul:iudex enim corã quo utrunq; remediũ cumulatũ eſt,ſi conſtat ſibi de poſſeſſorio,debet ſuper eo pronuntiare,ſuſpenſo uel dilatato petitorio,ut no.Inno.& doct.in c.ſuborta.de re iud.& ſequitur ibi Fel.j.col. no. Bar.in l.naturaliter.§.nihil commune.pen.q.de acqu.poſ.& Alexã. qui multa ad hoc adducit,in conſil. cxvij.ij.col.ij.uol. At cõtra prędicta & quatenus actoris intentio fundata foret, adducitur primò exceptio præſcriptionis:conſtat enim ꝙ d.Fran

d. Franc. pandonus abauus d. Henrici moderni Comitis, & ſucceſsiuè Scipio eius nepos ex Carolo primogenito, & Carolus eius pronepos, & ipſe Henricus abnepos continue poſſederũt per ſpaciũ annorũ
7 ferè. lxxx. Et ſi diceretur* ꝙ iſti non potuerũt præſcribere data mala fide præfati Frãciſci, ad quẽ cum uitio ſpolii peruenit, quæ mala fides nocet uniuerſali ſucceſſori. ut in l. cum hæres. ff. de diuer. & tẽpo. præſcri. gl. in l. Pomp. in §. j. ff. de acqui. poſ. ubi Ale. in vij. & viij. col. & Ant. de Butr. & Abb. in cap. ſi diligẽti. de præſcrip. ubi late Feli. in v. & vj. col. contra Dyn. in regula poſſeſſor. de reg. iur. cum quo tranſit Bart. in d. l. cum hæres. Ad hoc reſponderi põt, ꝙ prædicta procedunt in mala fide defuncti uera, non in præſumpta: nã non apparet hic in iſta cauſa, quòd d. Franciſc. pannonus fuerit uerè in mala fide: nõ enim probatũ eſt ſpolium: imò ex aliquibus coniecturis, ut eſt litera indulti, & ſententia domini Stephani, & præſentatio quinque literarũ executorialiũ facta in cauſa allegata per Carluciũ mota in magna curia. contra d. Franc. præſumo, ꝙ initiũ poſſeſsionis d. Frãciſci fuerit ſine uitio: & ꝙ ex cõceſsione & literis Reginæ adeptus ſit poſſeſſionẽ. Vnde non ſine miniſterio in litera indulti reuocantur cõceſsiones, ſentẽtiæ, executiões &c. Quinimò d. Stephanus circunſcripto indulto nõ facit d. Franciſcũ malæ fidei poſſeſſorẽ. Si ergo mala fides d. Franciſci cauſatur ex ſcientia indulti: aut ex ſentẽtia in qua fuit condemnatus, iſta nõ apparet, ꝙ ſit uera, uidelicet, ꝙ ipſe habuerit ſciẽtiã indulti, uel ſentẽtiæ, ſed ſolũ procurator ſuus, uidelicet notarius Lucas
8 Caſanoua: &* ſcientia procuratoris non præiudicat domino: ut in l. interueniunt. §. petitã. ff. de peti. hære.
9 Erit* igitur mala fides. d. Franciſci præſumpta ex eo, ꝙ illud quod tuũ non eſt, ſcire debes ad alium pertinere. l. fi. C. unde ui. Vel præſumpta: ut ſcientia uera procuratoris dicatur ſciẽtia præſumpta domini. Et ꝙ mala fides defuncti præſumpta non noceat uniuerſali ſucceſſori, tenet Pau. in l. nunquã. ff. de uſuca. quẽ refert & ſequitur Feli. in d. c. ſi diligẽti. vj. co. nam poterit ex perſona ſua inchoare præſcriptionẽ. & in cauſa noſtra ſunt lapſa tot tẽpora, ꝙ bene bis potuiſſent ſucceſſores ex eorũ perſona præſcripſiſſe. Quinimò quãdo in perſonis hæredũ nõ fuiſſet cœpta, aut cõpleta præſcriptio, tamẽ hic ſunt lapſi bis. xxx. anni: &
10 *ſpacio. xxx. an. purgatur mala fides præſumpta: ut in d. l. fin. C. unde ui. ubi Bar. notat, quẽ refert & ſequitur Abb. in d. c. ſi diligenti. iij. col. & ibi Feli. ij. col. in fi. Pro actore multum ſtringit, quoniã mala fides præſumpta, de qua. ſ. uidetur quòd æquipolleat ueræ: adſunt enim plures malæ fidei præſumptiones. Prima de indulto: & hæc fulcitur ex quodã priuilegio cõfirmationis, & nouæ conceſsionis factæ Scipioni per regem Alphonſum primũ, in quo reuocat quodcũque priuilegiũ indulgẽtiæ, remiſsionis, & gratiæ factũ à ſe uel ſuis prædeceſſoribus: itẽ de prima
11 ſentẽtia contra eundẽ lata, ut* præſumendũ ſit indultũ, ac ſentẽtiã notificatã. d. Franciſco, ex quo ſuo nomine fuit ab ea appellatũ, & proſe-

cuta

cuta appellatio cum impēſa litis:ut ſic præſumatur eo ſciente & mãdãte omnia geſta per no.per Bar. in l.cũ ſeruus.ff.de uerb.obli.cum infinitis adductis per Feli.in c.ſicut.xxij.col. uer.fallit quintò.de re iud. Secunda quia in anno 1425. in Martio,quaſi per annũ poſt indultum d.Fran.fuit citatus in magna curia uica.ſuper caſtro Maſtratæ, & cõtra eum tanquã contumacē fuit facta miſsio ex primo decreto. Tertia quia deinde in anno eo 1425. in Octobre.d.Regina fecit reuocationē ſuperſeſſoriæ impetratæ per d.Fran.in cauſa Maſtratæ:impetrauit ergo ſuperſeſſoriã in cauſa Maſtratæ. Quinta quia poſtmodũ mota lite per d.Carluciũ ſuper reſtitutione bonorũ mobiliũ ablatorũ tempore aſſerti ſpolii per d.Fran.ipſe d.Fran.extitit condemnatus:præſumitúrq; dictã ſententiã, & proceſſum ad ſui notitiã perueniſſe ex cauſa,de qua ſ. Sexta quo-
12 niam*poſt ſententias procurauit d. Franciſcus habere titulos cõfirmationis,& nouæ donationis : ex quo præſumitur mala fides,ſecundũ Bal. in l.quoties.C.de rei uēd.quem refert & ſequitur Feli.in d.c.ſi diligē-
13 ti.iiij.col.Septima*quoniã hic modernus Comes allegat priuilegium, imò priuilegia cõfirmationũ,& nouarũ conceſsionum,& nihilominus dicit ſe præſcripſiſſe:ex quo præſumitur mala fides,ſecundũ Feli.ubi ſ. dum allegat Bal.in l.ſolennibus. C. de rei uendi.Et his ſtantibus ſuccedit id quod dicit Feli.in c. uigilanti.in fi.de præſcr.qui dum allegauit Bar.in d.l.fi.adiungit,nõ putarē intrepide hoc firmandum:ſed debere attendi qualitatem præſumptionis.

Secũdum quod principaliter affertur pro reo,eſt exceptio edicti,quo cauetur per regē Alphonſum primũ in anno.1444.ſecundo Aug.contra occupatores terrarum &c. qui inter bellorũ tunc præteritorũ inuolucra ante tempus uniuerſalis pacis terras etiã occupauerũt,aut aliter ex priuilegiis ſuorũ anteceſſorũ obtinuerũt poſtquã illas poſsidēt titulo cõceſſionis, ſeu cõfirmationis ſuæ maieſtatis nullus in iudicio uel extra audiatur, niſi prius conſultatio de his per iudices delata ſuæ maieſtati fuerit, expectatúmque reſponſum. Et ad hanc exceptionē fundandã producitur quoddã priuilegiũ eiuſdem regis conceſſum in anno 1443.11. Martii, in quo cõfirmat, & de nouo quatenus opus eſt,concedit d.Franciſco certas terras,inter quas eſt terra Maſtratæ cũ clauſulis amplis. At contra hanc exceptionē facit: nam licet ex aſſertionibus d.Carlucii factis in libello, de quo in d. ſententia lata ſuper bonis mobilibus,& in alia ſentētia lata in magna Curia ſuper terra Maſtratæ aſſertiuè appareat, ꝙ d.Franciſ.cum armigeris,ac armis prohibitis ipſum Carlucium ſpoliauerit, & ſic occupauerit terrã prædictã, & ꝙ hoc fuerit ante tēpus uniuerſalis pacis,quo tempore Rex Alph.fecit illud edictum, tamē non apparet ꝙ occupatio iſta ſit facta intra bellorũ inuolucra. Item facit cõtra hanc exceptionē id quod dicetur infrà de ſententia, de qua nõ eſt facta mētio in d.priuilegio, nec in edicto. præterea d.edictũ nõ derogat in totũ, ſed uult ut cõſulatur ſua maieſtas. Tertiũ quod obſtare uidetur,eſt exceptio edicti Mazoni

editi

editi per Regem Alphonſ. primum apud Mazonū ſub anno 1446. primo Nouēbris: in quo ipſe Rex declarat, ꝙ in cauſis, in quibus in totū debet audiētia eſſe denegata, quantumcunq; ſua maieſtas mādauiſſet fieri iuſtitiā, non fuit ſuæ intētionis derogare priuilegiis per ſuā maieſtatē cōceſsis de nouo, uel cōfirmatis poſſeſſoribus ipſis: nec ꝙ procedatur cōtra eos, qui tenuerunt ante mortē Regis Ladiſlai citra cōtinué. At contra hanc exceptionem facit: nam nō apparet ꝙ hic ſimus in cauſa, in qua totū audientia debet eſſe denegata. Præterea illud edictū ligat, ſeu comprehēdit cōmiſsiones cauſarū factas à ſe. Obſtat etiā, quia non fuit facta mētio de dicta ſentētia, ut infrà dicetur. præterea in hoc edicto nō uult Rex, ꝙ nō procedatur, ſed ſolū declarat, ꝙ per dictam commiſsionē iuſtitiæ non intendit derogare ſuis priuilegiis cōfirmationis uel nouæ cōceſsionis. Quartum, quod opponitur, eſt exceptio regiæ nouellæ pragmaticæ d. Regis prohibētis moueri litē ſuper his quæ ſunt donata, conceſſa, ſeu aliquo quouis modo diſpēſata, diſpoſita, & ordinata per Regē Alphonſ. & Ferdinandū primos. Ad iſtā exceptionē fundan iā adducitur. Primò dictū priuilegiū Regis Alphōſi primi ſub anno 1443. ubi ultra confirmationē & nouam donationē Rex mandat, ꝙ in derogationē cōfirmationis, & nouæ donatiōis prædictæ, aut ſuper dictis caſtris &c. nullo modo officiales procedant, & multa alia ponūtur ibidem. Secūdò quoddam aliud priuilegiū eiuſdem Regis ſub anno 1450. ubi inter cætera Rex mandat, ꝙ d. Fran. in omnibus per eum poſſeſsis tam uigore priuilegiorū Regni, quàm ſuorū nō poſſit moleſtari. Tertiò quoddā priuilegiū cōfirmationis & inueſtituræ factæ d. Scipioni filio Caroli primogeniti præfati Franciſci per dictum Regem Alph. primū, ſub anno 1457. in quo inter cætera mandat, ꝙ nullū priuilegiū remiſsionis & gratiæ, donationis, uel conceſsionis quod obſiſteret ipſi confirmationi, & nouæ cōceſsioni, habeat uires. Aduertendum tamē eſt, ꝙ in d. priuilegio eſt clauſula, iuribus alienis ſemper ſaluis. Item ibi cōfirmata & donata fuerant ea quæ fuerant dicti d. Franciſci, & ad eum quomodolibet ſpectabant: quæ uerba fortè non cōprehenderūt ea quæ ad ipſum nō ſpectabant, nec ſua fuerant. Et ſi diceretur, ꝙ
14 * nec dicta edicta, nec priuilegia obſtāt actori, ex quo in eis nō fit mentio de ſentētia ſupradicta d. Stephani, ut in l. cauſas. C. de tranſact. & in l. fi. C. ſententiā reſcindi nō poſſ. in c. expoſita. de arbitris. & per doct. in ca. ſuper literis. de reſcript. quod procedit etiā in lege generali, per tex. in authen. ut cum de app. co. in prin. & no. Cy. in l. leges. C. de leg. Ad hoc reſpōderi poteſt, ꝙ dicta ſentētia nō debet eſſe ad hoc in conſideratione. Primò quia nō apparet, quòd is qui in ea interuenit, ut procurator d. Franciſci habuerit mandatū. ſed hoc de mandato non
15 ob.* nam in dicta ſentētia, ſeu proceſſu primæ inſtantiæ dum iuratum fuit de calūnia per notariū Lucam, dicitur, habentē ad id plenariā poteſtatē: poterat enim hoc etiā conſtare per inſpectionē mādati: unde

uerba illa probāt per glo. in d.l.j.C. de fide inſtru.& in.haſt.fiſ.& Feli.in d.c.ſicut.& iſta nō infert quo ad primæ ſentētiæ ualiditatē,quæ fuit primò reuocata per iudices appellationis primos, & deinde per ſecūdum cōfirmata:nā primi iudices appellationis,ideo primā ſentētiā reuocarūt,quia nō erat conformis libello: nā in libello mediū cōcludēdi erat in poſſeſſorio,& ſentētia condem-
16 nabat ad reſtituendū caſtrū,ſed*nō aduerterunt iſti primi iudices app. ꝙ in libello erat clauſula,ius & iuſtitiā miniſtr. & ꝙ in libello narrabatur de petitorio & poſſeſſorio, quo caſu pōt ſequi cōdemnatio in petitorio,ut not.Abb.in c.cum dilecti.de ordi.cogn. refert & ſequitur Alex.conſi.cxcij.iiij.col.ij.uolu.item in his proceſsibus agitatis per notariū Lucā multæ impenſæ acceſſerunt. imò etiam aduocati in ultimo proceſſu pro d.Franciſ.auditi ſunt: ideo præſumendum eſt, quòd facti ſint ab eo cuius intereſt,uidelicet, ad.Franc.Bart.in l.cum ſeruus.ff.de uerborum obligationibus.cum infinitis,quæ adducit Feli.in eo.cap.ſicut.xxij.colum.uerſic. fallit quintò. Item in proceſſu primæ inſtantiæ ſunt productæ in actis nōnullæ ſcripturæ pro Comite:unde exiſtentia ſcripturarum penes aliquem inducit mandatum ſaltem dubium. cap. coram.ubi late Feli.doct. in l.Mæuia.ſoluto matrimonio.& per Moder.in l.prima.ſolu.matri.licet hæc ratio non inferat ad ultimam ſententiā, ſed fortè hoc in feudalibus non procedit. Secundò contra dictam ſententiam afferri poſſet,nam fuit lata poſt mortem Reginæ Ioannæ ſecūdæ,uidelicet, de mēſe Martii 1435.cū Regina in menſe præcedente Februarii mortua fuerit,quo tempore uidelicet latæ ſententiæ ciuitas Neapo.erat infidelis ſiue rebellis Regi Alphonſo,eò quòd nolebat ipſum in Regem contra adoptionem de eo factam per Reginā, & adherebat domui de Andegauia, prout uidētur deponere plures te-
17 ſtes Comitis,*& acta facta tali tempore ſunt nulla, ut in l.decernimus. C.de ſacroſanctis eccleſ.& per Bar. in tractatu.de Tyranno.Sed contra iſtos teſtes, quòd non probent, uidetur facere:nam ſunt examinati in alia cauſa, ſcilicet executionis ſententiæ, licet inter eaſdem perſonas, non in iſta:unde cum ad alium finē recepti ſint,uidetur quòd non probent in alio iudicio : ut not.omnes in l.ſecūda.C.de eden. Sed hoc obiectum contra ſententiam nō uidetur eſſe ſine dubio ; nam quicquid teſtes dicunt in ſententia,non nominatur pro Rege Renato de Andegauia,ſed Conſilium deputatum ad regimen Regni:quòd ſi res fuiſſet in totū inclinata Regi Renato, fuiſſet nominatus in Regem in inſtrumēto dictæ ſententiæ.Item non uidetur ueriſimile,ꝙ in tam breuiſſimo tēpore,uidelicet à 25.Februarii, quo Regina obiit,ad iiij.diem Martii,quo fuit lata ſententia, Rex Alphon.tentauerit habere Neapolim,& ſuccedere,& in eomet paruo tempore fuerit excluſus. ut ſic ideo deſtinaſſet habere Neapolim pro rebelle:forte enim in tempore ſententiæ Rex uerіſimiliter neſciebat de morte. unde illi dies uidentur æquiparari illis diebus quibus Regina

gina uiuebat: in quibus non uidetur poſſe cadere aliqua rebellio, uidelicet Regina uiuente, cuius ſtudia contra Regem Alphonſum inclinabantur. Præterea d.Stephanus habebat iuriſdictionẽ à uera Domina, non à Tyranno, quia erat delegatus Reginæ, & per illius mortem mandatum non erat finitum. Item cauſa illa ſuper qua ultima ſẽtẽtia lata fuit, pendebat coram d.Stephano per remedium appellationis, &
18 *lex noua ſuperueniens non comprehendit cauſas pẽdentes per appellationẽ, etiã ſi deciſæ nõ eſſent. tex.in d.auth.ut cum de appel.co.in
19 prin. quia* iudex appellationis ſuccedit loco primi:& ideo tenetur iudicare ſecundũ ius cõmune, quod uigebat in prima inſtantia.glo.in c. licet canon.de dec. in vj. in c.decætero.& gl.fi.in l.ſancimus. C. de ſacroſan.eccleſ.cum infinitis quæ adduc.Feli.in c.fi.v.col.uer.limitat.iij. de conſtit. Tertiò contra d.ſententiam, ut de illa mẽtionem fieri non oportuerit, nec etiam de pendentia cauſæ appellationis, facit:nam iura contraria procedunt, quando quis uenire uellet ad executionem talis ſententiæ, quãdo eſſemus in ſententia,& ageretur remedio executiuo: uel quando eſſemus in pendentia cauſæ appellationis, & pars uellet proſequi illam cauſam:his enim caſibus lex noua nõ trahitur ad præterita. Sed in caſu noſtro Ioannes Anto.agit de nouo, & eſt noua cauſa:unde debet iudicare ſecundũ leges nouas:unde dum do.Card.in d. c.fi.tenuiſſet, ꝙ ad hoc, ut lex noua nõ cõprehendat cauſam pendẽtem in prima inſtantia, ſufficeret ꝙ in cauſa ſit cõcluſum, & cõtra eum tenuiſſet Io.de Imo.ibidẽ Feli. in eo. c.fi.v.colum.uer.limi.ij.ſaluat opi.d. Card.in caſibus in quibus poſt concluſum in cauſa non poſſent adhuc fieri aliquæ probationes:& dicit,ꝙ opi.Imo.procederet indubitãter in illis caſibus; in quibus poſt concluſionem in cauſa poſſet adhuc fieri probatio, quos dicit ſe poſuiſſe in d. c.cum dilectus.de fide inſtr. Et dicit Feli.ꝙ ratio, quare in negotiis deciſis lex ſuperueniẽs nõ ſe extẽdit, eſt, ne fiat præiudiciũ ei, cui per deciſionẽ eſt quæſitũ ius,& lis ſopita. d.l.cauſas.C.de tranſac. Cũ ergo in caſu de quo agitur, actũ ſit de nouo, uidetur ꝙ ſimus extra dictos terminos. l. cauſas.& auth.ut cũ de ap. co.in prin. Cogitandũ, an ratio iſta procedat ſolũ in lege, non autẽ in priuilegio: ut ſic priuilegia d.Fran. nõ ualeant, non facientia mentionẽ &c.Iſtud fulcitur ex no.per Inno.in
20 c.fi.ut lit.pend.ubi dicit* ꝙ priuilegiũ impetratũ à communi domino, uel uniuerſitate lit.pend. nõ proſit, licet quo ad illã litẽ nõ proſit:tamẽ finitã illa lite, uel perẽpta inſtantia, ualebit in alia inſtãtia.iſtud d.ſequitur ſimpliciter Feli.in c.j.xiij.co.de reſcri. Attamẽ Abb. in d.c.fi.intelligit,& uidetur limitare hoc in caſu quo priuilegiũ eſſet cõtra ius cõmune,& non contra ius ſpeciale. uide ibi Butr.& d.Card.& Feli.in c.ſuper literis.uer.vij.regula.Doc.cõmuniter, prout refert Abb.in d.c.fi.dicũt
21 *quòd quãdo impetratur priuilegiũ lite pend.ſi poſtea deciditur lis contra priuilegium, non poteſt uictus denuò agendo producere priuilegiũ. Quartò cõtra ſententiã facit:

nam ſaltē ex probatis inficari non poteſt, quin ciuitas Neap. erat locus nō tutus d. Fran. ex quo erat contra Neap. cū Aragonēſibus adhuc uiuā Regina. Sed de hoc nō uidetur curandū: nō enim infertur de hoc nō tuto loco ad nullitatē ſententiæ. ubi enim poteſt cōpareri per procuratorem, nō attenditur iſtud impedimentū. ut Imo. poſt glo. in Cle. paſtoralis. xiiij. colū. de re iudi. Maior pars Dominorū uotauit, quòd Comes condemnetur nulla de prædictis obiectis per eum habita ratiōe. tamen demum habita ulteriori diſcuſsione fuit uotatum in fauorem Comitis, qui fuit abſolutus.

SVMMARIVM.

1 *Curator hæreditati iacenti, ſeu uacanti, ut detur, quinque requiruntur.*

2 *Citatio fit nominatim, ſi creditores ſunt certi. ſi uerò ſunt incerti, ſufficit citatio generalis uel per edictum, ca ſta tamen informatione ſummaria per iudicem.*

3 *Hæredi deliberanti in hæreditate iacente quod tēpus ſtatuatur à lege, & an per iudicem minuatur, ut deueneri poſsit ad dationē curatoris. & n. 9.*

4 *Proceſsus licet annulletur ex male actitatis, tamen ex eo poteſt deueniri ad iudicandū ſuper anterioritate creditorū, ſi ita decernatur per iudicem.*

5 *Filius pupillus cōductoris mortui repudiādo hæreditatē cum authoritate tutoris, & ſic locator alteri locaret, ſi deinde pupillus reſtituatur aduerſus repudiationē, non reſtituitur ad cōductionē, ſed ut à conductione liberetur.*

6 *Hæreditas uacans quando dicitur, & practica diſcuſsionis in dando curatore dictæ hæreditati. & nu. 9.*

7 *Hæreditate uacante finiuntur & extinguuntur omnia etiā ad hæredem tranſitoria, fallit in pignore. & nu. 9.*

8 *Remiſsio fieri debet, quando per conductorē nō ſtat quo minus utatur re conducta, niſi renunciatū ſit omni ll. auxilio, uel niſi impedimentum procedat à caſu fortuito. & nu. ſeq.*

9 *Hæreditas iacens repræſentat perſonā defuncti, & poteſt incidere in pœnas ex cōtractu defuncti legales ſiue cōuentionales. ſed an detur reſtitutio.*

10 *Clauſula renūciauit omni ll. auxilio, operatur quod ſterilitas & quicūque caſus fortuitus non prodeſt cōductori ad remiſsionem.*

11 *Locator poteſt alteri locare uacante ſiue iacente hæreditate, ſeu nullo exiſtente conductoris hærede.*

DECISIO LXXXVII.

IN cauſa magnifici Baronis Sereni cū Michaele Conte Pirpinianenſi, Franciſco Surrentino, ac aliis creditoribus cū eo cōcurrētibus ad bona quondā Bernardi Bruni Flor.
1 Primò dubitatum eſt * de ualiditate proceſſus per dictos creditores agitati cū curatore dato hæreditati dicti quondā Bernar. Et præſupponā, ꝙ ad hoc ut perueniri poſsit ad rationē dicti curatoris, & ad hoc ut ualeat gerere, plura requirūtur. Primū eſt, ꝙ detur ad inſtantiā creditorū, & ꝗ in hoc cōcurrat maior pars ipſorū. l. ij. ff. de cur. bo. da. & in l. fi. de bo. auth. iu. po. & Spe. de curatore. §. cū autē. uer. opponitur. Secūdū quod nominatim citētur hi, quorū eſt prima cauſa ſucceſsionis, nec ſufficit citatio generalis. Bar. in l. ſi diutur. ff. quib. ex cau. in po. ea. & in l. j. ff. de cur. bo. da. & in l. ſi quis inſtituatur. §. ſi cōditioni. ff. de hær. inſt. & Alex. conſi. cvij. v. uol. Tertiū, ꝙ citato, ſi eſt

ſi eſt hæres extraneus, non ſtatuatur 3 tẽpus ad deliberandũ minus centũ dierum. Bart. in d. l. ſi diu. & in d. l. ſi quis inſtituatur. §. j & ſi eſt de deſcẽ dentibus, annus. Quartũ, ꝙ talis curator facere debeat inuentarium. Bar. in d. l. j. ff. de cur. bo. do. & Spe. e. tit. de cur. §. cũ au. ẽ. uer. in certis caſibus. & Bart. in l. j. §. ſi. ff. de uent. in poſ. mittẽ. de quibus requiſitis uide Ang. conſi. cxciij. incip. pro deciſ. iij. col. & Are. cõſi. cix. j. col. Quintũ, ꝙ curator iſte ſatiſdet, Ang. per illũ tex. in authẽ. nt liceat matr. & aui. in prin. in uer. ibi, in fideiuſsiõe. Quo ad primũ requiſitũ, in cauſa iſta uidetur iam ſatisfactũ: ex quo maior pars creditorũ inſtetit pro datione curatoris, ut patet in ſupplicatione ad char. xxviij. dico maiorẽ partem eorũ, qui in proceſſu agũt. Quo
2 ad ſecũdũ, licet* hic nõ appareãt nominatim citati omnes, quorũ proxima uel remotior cauſa eſt ſucceſsionis, tamen non uidetur curandũ: ex quo Bar. & alii uidẽtur loqui quãdo ſunt certi illi tales: hic uerò ſunt incerti, quo caſu ſufficit citatio generalis. l. ſi eo tẽpore. C. de remiſſ. pig. auth. ſi omnes. C. ſi ut ſe ab hæreditate abſtineãt. Vnũ tamen obſtare uidetur: nã antequã deueniatur ad citãdum quẽ per edictũ, debet iudex cepiſſe informationẽ ſaltem ſummariam, & ſine partis citatione de illis qualitatibus, quæ cõcurrere debent ad ualiditatẽ dictę citatiõis, ſecũdũ Bar. in extrauag. ad repri. in uer. per edictũ. & Sozi. in trac. de citatione. xxiij. arti. v. q. principali: quod hic nõ eſt factũ: nam nõ cõſtat, ꝙ hi qui ſunt forte ſucceſſuri. d. Ber. ſunt incertæ perſonæ. Quo ad tertiũ, uidetur etiã ſatisfactũ, * quoniã licet uerũ ſit, ꝙ debeat ſtatuti terminus centũ dierũ uel anni &c. & hic non ſit ſtatutus terminus niſi xxx. dierũ, illud de anno, uel centũ diebus habet locũ, quando tractaretur de excludẽdo in totũ futuro hærede à facultate adeũdi ob nõ cõparitionẽ: ſed quo ad effectũ, ut deueniri poſſit ad dationẽ curatoris cũ quo creditores procedere poſsint, iudex poteſt minuere dictũ tẽpus. ita Iac. But. Ang. & Saly in rub. C. de ſuc. edicto. cum aliis allegatis per Iaſ. qui dicit iſtã eſſe cõmunem opinionẽ. Quo ad quartũ de inuentario, uerũ eſt ꝙ nõ fuit factũ per curatores, attamen Franc. Raynerius unus ex curatoribus fecit actum in char. xcvj. in quo uult haberi pro producto quoddã inuentariũ, quod eſt in proceſſu ad char. liij. & ſic eſt bene uerũ, ꝙ inuẽtariũ ꝙ eſt in proceſſu, fuit factũ de ordinatione Baronis: ſed Franc. Raynerius producit inuentariũ ꝙ dicit eſſe factũ ex ord. magnę curię. Quintũ requiſitũ omnino defecit. Præterea circa nullitatẽ proceſſus aduertẽdũ eſt, ꝙ quãdo fuerũt præambulo edicto dati curatores hęreditati iacẽti Saluator Billi & Franc. Raynerius, ꝙ fuit in anno 1511. x. Iulii, erat iam datus terminus ad probandũ, & facti multi actus qui erant nulli: & deinde ſuper illis actibus fuit facta publicatio, licet conſentiente Franciſco Raynerio uno ex curatoribus: nec uidetur, quòd dictus curator ob id uoluerit, aut potuerit acta cõualidare. Item in proſecutione cauſæ nõ fuit proceſſum cum Billo, ſed ſolum cum Franciſco Raynerio uno ex curatoribus. ſed

tex.in l.j.C.ſi ex pluribus tutoribus. dicit, quòd ſufficit cum uno ex pluribus tutoribus uel curatoribus agere. Dominis de conſilio fuit ui-
4 ſum, & ita uotatũ eſt, quòd* in præiudicium hæreditatis iacentis proceſſus ſit nullus: ſed quòd ex illo poſsit deueniri ad iudicandum ſuper mera hypothecaria circa præcedentiam & graduationem creditorũ, attento precario, & ciuili poſſeſsione apud ipſos exiſtente uigore precarii. Baro enim prætendit ſe anteriorẽ omnibus: ex quo ſuum inſtrumentum arredamẽti facti per eũ de Ferreriis ſereni dicto Bernardo eſt anterius omnibus aliis. Alii uerò creditores dicunt hoc eſſe uerum, quo ad ratam temporis & pagarum, quæ cucurrerunt ante mortem Bernardi: qui fuit mortuus in primo anno locationis, uidelicet in Septembre, cum locatio cœperit à Maio, & erat facta locatio pro quinque annis ad rationem ducatorum mille per annum ſoluendorum, in tribus anni terminis: prætendúntque creditores ipſi, quòd locatio ſit finita, non obſtante quòd de ſui natura ad hæredes tranſeat, præſertim in iſto caſu, cum ſit facta Bernardo pro ſe & hære. Mouẽturque ex eo, quòd hic uidetur, ꝙ ſimus in hæreditate non iacente, ſeu uacãte, ex quo hæres inſtitutus repudiauit. Itẽ poſito edicto, ſi quis uellet adire hæreditatem, nullus comparuit. Et ad illud de repudiatione inſtituti adducebant tex.in l.ſi uno.§.fi.cum
5 l.ſeq.ff.locat.ubi* ſi mortuo conductore filius ſuus pupillus repudiat ſeu abſtinet ſe cum tutoris authoritate, & ſic locator alteri locaret: ſi deinde pupillus reſtitutus aduerſus abſtenſionẽ ſe immiſceat, non poteſt petere ut reſtituatur ad locationẽ, ſed ſolum ut à locatione liberetur. unde apparet quòd iſta locatio facta poſt abſtenſionem, non reſcinditur, quaſi quòd præcedẽs erat reſciſſa per abſtenſionẽ: aliàs enim ſecunda fieri nõ potuiſſet. Itẽ quòd iſta dicatur hæreditas uacans, facit Bart.in l.ſancimus.§.j.C.ad Trebel.
6 ubi dicit, quòd* eſt neceſſe cõſtare, quòd omnes propinqui, & etiam fiſcus iſtam hæreditatem repudient. eſt practica multũ certa, ſed eſt dura, unde alii dicunt: & hoc dicit glo. ſecundũ eum, quòd ille dicitur decedere ſine hærede, qui ſtatim cum moritur, non habet hæredem. quòd puto uerum, dicit ipſe, puto tamen ſubdit, quod de hoc debeat aliqua diſcuſsio fieri, ut fiat ſaltem aliqua proclamatio, ſi eſt aliquis qui uelit eſſe hæres talis. argu.C.de rem pig. l.ſi eo tempore.&c. Si ergo in caſu
7 noſtro* eſt hæreditas uacans, ſuccedit, quòd extinguuntur & finiuntur omnia etiam ad hære. tranſitoria, ut optimè no. Ang.in conſi.cccxxiiij. inci.gagliardus.in ij.uol. Item pro creditoribus etiam cõtra Baronem
8 facit, quoniam quando* per conductorem non ſtat quòminus utatur re conducta, debet fieri emiſsio, per text.in l.habitatores.§.fina.ff.locat. quod fuit hic: nam per mortem fuit conductor impeditus. Itẽ facit, nam Baro mortuo Bernardo debuit locaſſe ferrerias alteri, cũ potuerit, unde ſibi debet imputari, ſecundum glo.in l.diem functo.eo.titu.ff.loc. At pro Barone facit quod ſuprà dictũ eſt, uidelicet, quòd locatio tranſit

ſiit in hæredes Bernardi, præcipuè
9 quia ita concepta eſt. Et* hæreditas
iacēs repræſentat perſonam defun-
cti.l.hæreditas.ff. de acquir.rer.do.
l.ſi mihi & tibi. §.fi. ff. de leg.ij.l.cū
hæreditas.C.de poſtu. Et poteſt in-
cidere in pœnas ex cōtractu defun
cti,ſiue legales.l.debitor.ff.de neg.
geſtis. ibi, ueluti ſi periculum erat,
ne prædia in publicum cōmitteren
tur,ne pœna traiectitiæ pecuniæ au
geretur,aut ex compromiſſo cōmit
teretur.ſiue conuentionales.ut in l.
ad diem.ff.de uerb.obli. & per Bal.
in rubr.C.de ſucceſ.ed.ij.col.uer. in
pœnas.& Spec.in tit.de loca.§.nunc
aliqua.uerſi.xix.dum alleg.l.ad diē.
uidetur tenere ꝙ res emphyteoti-
ca hæreditate iacente incidat in cō-
miſſum,ſed datur reſtitutio. nō erit
igitur inconueniens, ꝙ ratæ pēſio-
num iacente hæreditate currētium
debeantur. Nec obſt.ꝙ hic ſimus in
hæreditate uacante:quoniā, donec
eſt ſpes aliqua, ꝙ quis poſſit eſſe
hæres, non dicitur uacare hæredi-
tas: quia eſt ius ſuccedendi &c. ita
Bar.in l.poſtquam.ff.ut leg.no.caue.
In caſu enim noſtro non ſunt citati
particulariter hi: qui ad ſucceden-
dū uocari poterant,ut requirit Bar.
in d.l.poſtquam.& in l.ſi bona.C.de
bo.auth.iu.po. Et licet ſit poſitū edi
ctum:tamen non eſt poſitum in pa-
tria,ubi ueriſimiliter hæredes mo-
rantur,uidelicet Florentiæ.Itē non
ſunt in edicto poſiti cētum dies uel
annus,ut ſ.notatum eſt. & licet ua-
leat citatio cum minori tēpore,quo
ad hoc, ut perueniri poſſit ad da-
tionem curatoris, tamen non ualet
ad excludendum habentes ius,ut ſ.
dictum eſt:igitur poſſunt illi ueni-
re:ergo nō eſt hæreditas uacans. Et
etiam ſi aliquis ſine hærede dece-
dat, nō ob hoc finitur ius pignoris.
Bar.in l.debitor.ff.ad Trebel. Alex.
conſi.xlv.ult.col.v.uolum.Nec ob.l.
habitatores. §.fi.quoniam ibi ſtete-
rat per tertium,hic autē ex impedi-
mento caſus fortuiti contingentis
ex parte conductoris.qui caſus non
liberat conductorem, ut no.Bart.in
d.l.ſi uno. §. item cum quidam.uer.
quarto caſu.ff.loca.Nec ob.ꝙ Baro
potuerit ferreriasalteri locare,quo-
niam hoc non eſt probatum. Præ-
terea ad hoc etiā præcedens moti-
10 uum facit:nam* in inſtrumento lo-
cationis Bernardus renuntiauit o-
mni ll.auxilio &c.quæ clauſula ſin-
gulariter operatur,ꝙ etiam ſimpli-
ci conductori,ſiue ob ſterilitatē,ſiue
ob alium quemcunque caſum non
ſit remiſsio aliàs à iure fieri debita,
ut no.Iaſ.in l.j.in ult.chart.C.de iu-
re emphy.alleg. Alb.in l.item quæ-
ritur.§.exercitu.co.ti.locati. Quin-
11 imò uidetur in caſu noſtro * eſſe in
electione locatoris mortuo condu-
ctore ſine hærede (non dico ꝙ ua-
cet hæreditas, ſed nullo exiſtente
qui adeat) uel alteri locare, uel ſi-
nere rem ſtare ſine cōductore: & ut
ſibi currat penſio,per d.l.ſi uno.§.fi.
ſac.Conſilium quo ad primū uota-
uit,ut ſuprà dictū eſt,quo ad ſecun-
dum, uidelicet ſuper anterioritate
& graduatione iudicauit, ꝙ Baro
omnibus præferatur ob prædicta,
etiā in pagis quæ concurrerūt poſt
mortē cōductoris,& quādo in cau-
ſa nihil oppoſitū de lignaminibus
ſyluarū Baronis, quibus uti potuiſ-
ſet cōductor, ſi arrēdamentū duraſ-
ſet toto tempore,ſacr.Conſiliū non

habuit rationẽ, tamẽ deductionem debuiſſet pati Baro pro concurrẽtu quantitate dictorum lignaminum.

SVMMARIVM.

1 *Remiſsio mercedis non fit conductori propter clauſulas & renunciationes inſtrumenti, uel ſi non probauerit diminutionem introitus conſueti ultra dimidiũ cauſa mortalitatis inſolita.*

2 *Compenſare prohibitus occaſione contractus, in quo renunciauit omni. ll. auxilio & omnibus exceptionibus, & ſic retinere prohibetur.*

3 *Creditor factus debitor eiuſdem debitoris intrat in hypotheca quã ipſemet habet cõtra eundem, & an poſſit nomen ſuum retinere uel compenſare debitum cum debito.*

4 *Compenſatio directè prohibita utrũ permittatur indirectè.*

5 *Renunciatio generalis poſt ſpecies caſus expreſſos trahitur ad omnia alia remedia competentia ſaltem expreſſis non maiora, niſi prolata ſit cum ſigno uniuerſali, puta quoſcunq; &c. Generalis renunciatio extẽditur etiã ad exceptionem, poſito quòd illa exceptio ſola competebat.*

DECISIO LXXXVIII.

IN CAVSA excellentis Comitis Merconi, cũ Nicolao Anello imperato. Primò dubitatũ eſt an dicto Nicolao Anello conductori introituum terræ Pedimontis debeat fieri remiſsio ob probatã inſolitam mortalitatẽ in dicta terra. Et
1 breuiter ob duo uidetur, quòd* remiſsio nõ habeat locũ: primò quia non probauit cõductor, quòd diminutio introituum prædictorũ aſcenderit ad dimidiã eius quod perceptum foret, ſi diminutio ſeu mortalitas nõ affuiſſet, prout uidetur requiri, ut not. Bar. in l. licet. C. loc. quẽ ſequuntur Bal. ibi. & Anto. de Butri. Abb. & Imo. in c. propter ſterilitatẽ. eo. titũ. & Alex conſi. cviij. vj. col. iij. uol. in quo per multa hoc comprobat. Secũdò quia clauſulæ & renunciationes in inſtrumento arrẽdamẽti hoc permittere non uidẽtur, ut eſt clauſula illa omni ll. auxilio, de qua ſuprà proxima deciſione dictũ eſt, dum fuit allegatũ dictũ Abb. in l. itẽ quæritur. §. exercitu. ff. loc. & Iaſo. in l. j. ult. char. C. de iure emphy. Secundò in eadẽ cauſa dubitatũ fuit, an Nicolaus Anellus, qui tẽpore dicti arrendamẽti erat creditor Ducis Traiecti: ex cuius ceſsione uenit dictus Comes,* poſsit ſaltẽ retentionis iure uti, & dicere ꝙ uelt retinere tantũ de iſta ſumma ceſſa, quantũ erat ſumma ſibi debita. compenſare enim nõ poteſt ex quo renunciauit exceptioni compenſationis. Quòd poſsit, facit: nã Dux in inſtrumento, in quo debitorẽ ſe Nicolao Anello conſtituerat in ducatis 4600. obligauerat ipſi Nicolao Anello omnia bona ſua, & iura, ac nomina debitorũ, cũ cõſtitutione precarii. Cũ* ergo deinde ſucceſsit, ꝙ Nico. Anell. creditor eſt factus debitor Ducis ex cauſa arrendamẽti, & eſt nomẽ debitoris ipſius Ducis, intrat in hypotheca, quam ipſemet habet contra Ducẽ: & ratione precarii uidetur, ꝙ poſsit ſuum nomenmet retinere: & ꝙ nomẽ debitoris eiuſdemq; creditoris poſsit per ipſummet retineri, & eſſe hypothecatum, optime not. Soz. loquẽs in hypotheca in conſi. clxxx. iij. colum. Prætereà in caſu in *quo cõpenſatio directa prohibita eſſet, ut in caſu noſtro, ubi eſt ei renunc

nunciatũ, uel ubi quis uellet eã facere de quantitate ad ſpeciẽ, nõ uidetur prohibita cõpenſatio indirecta, uidelicet retentio, quãdo res, quam uolo retinere, erat mihi hypothecata. not. Cy. in l. prætextu. quæ eſt fin. C. cõmod. Abb. in c. fi. prope fi. eo. ti. At ꝙ retentio fieri nõ poſsit, faciũt generales renunciationes Nicolai Anelli, qui tẽpore arrendamẽti erat iam creditor Ducis, & ſciebat ſe habere hypothecã & precarium &c. & tamen renunciat omni ll. auxilio, omnibusq; exceptionibus iuris & facti, & ante hæc generalia renunciauerat expreſsè exceptioni doli mali, & infinitis aliis: & renunciatio exceptionũ excludit omnes exceptiones, ut no. Bal. in l. pacta nouiſsima.
5 in fin. C. de pac. Itẽ* renunciatio generalis ſubſequẽs poſt ſpeciales caſus expreſſos operatur, ut generalis renunciatio trahatur etiam ad omnia alia remedia cõpetentia ſaltem nõ maiora expreſsis, ut no. glo. & doc. in l. iiij. §. quæſitum. ff. ſi quis cau. cum infinitis quæ adducit Alex. cõſil. xlij. vij. col. j. uol. Quinimo quãdo clauſula generalis nõ eſt indefinitè prolata poſt ſpeciẽ, ſed cũ ſigno uniuerſali, tunc ueniunt etiã maiora, ut quãdo eſſet uerbũ, quaſcunq;, ſeu quibuſcunq; : ut eſt hic. ut not. Imo. in c. j. pe. col. de iud. de quo latè Feli. in c. ſedes. de reſcrip. in uer.
6 quarta declaratio. Sic quoq;* quando non cõpeteret niſi unica exceptio, ut retẽtionis: ſi ſubiicitur poſt expreſsionẽ aliquorum clauſula generalis, illa cõprehenderet talẽ exceptionem, quæ ſola cõpetebat, per l. fundus qui loca. de fundo inſtr. Sozi. in c. poſtulaſti. xxxvij. col. uer. quæ etiã limitatio. de reſcri. & Feli. in d. c. ſedes. uer. vij. declaratio. Facit etiã pro communitate cõſi. Lud. lxxxvij. incip. circa id de quo quæritur. Fuit uotatum de menſe Martij 1513. contra Nicolaum Anellum.

SVMMARIVM.

1 *Legata in teſtamento minus ſolenni naturaliter debentur, & ſic retentionis iure ſaluantur.*

2 *Legatarius poſsidens ſine uitio rẽ ſibi legatam in teſtamento non ſolenni, ſi conuenitur, exceptione tuetur.*

3 *Hæres inſtitutus in teſtamento minus ſolenni, quo ad animã retinet hæreditatem: tamen conuentus in iudicio condemnatur ad reſtitutionẽ, niſi adſit clauſula codicillaris probata per duos teſtes. & nu. ſeq.*

5 *Fideicommiſſum nõ agnitum ſeu bona hæreditaria tranſmittuntur ad filios, etiam ſi clauſula codicillaris ſit in teſtamento.*

DECISIO LXXXIX.

IN CAVSA Ioãnis Baptiſtæ de vuo, cum illis de Campora ſuper inualiditate teſtamẽti quondã Sanctæ de vuo, quo dicti de Campora ſe tuentur. Primò dubitari contingit an ex quo in teſtamento dictæ Sanctæ nõ adſunt legitimæ ſolennitates, & prędicti de Campora poſsident hæreditatẽ, in qua eorũ quondam pater fuerat inſtitutus per do. Sanctã in teſtamẽto nõ ſolẽni, poſſint conuẽti uti retentione. Et quidẽ
1 *in legatis factis in teſtamento minus ſolenni dicimus, ꝙ naturaliter debẽtur, ut in l. cũ quis. per Bar. poſt glo. C. de in. & ſic ꝙ gno. Ino. & Cagno. in c. fi. de ſolu. & Iaſo. in d. l. cum
2 quis. iij. col. Hinc eſt* ꝙ legatarius, qui poſsidet ſine uitio rem ſibi relictam

ctam in teſtamento nõ ſolẽni eſt tu-
tus exceptione, ſi conuenitur. ita Bar.
in l. nemo poteſt. v. co. ff. de leg. j. alle
gat. l. milites. §. ueteranus. ff. de teſta.
mil. & in l. etiam. de cõpenſa. & Bart.
omnes doct. ibi ſequuntur. At in hæ-
reditate eſt dubium, & doct. conclu-
3 dunt, ꝙ * quo ad forum conſcientię
& animã inſtitutus in minus ſolenni
teſtamento põt retinere hæreditatẽ,
tamen ſi cõuenitur in foro iudiciali,
debet condẽnari ad reſti. Imo. in d. l.
nemo poteſt. & ibi Alex. & Iaſo. In te
4 ſtamento * de quo agitur, adeſt clau
ſula codicillaris. & Alexan. in conſil.
clxxvj. v. uol. pen. & ulti. colũ. tenet ꝙ
operatur, ꝙ ſaltem iure fideicõmiſsi
poſsit inſtitutus retinere, dummodo
dicta clauſula probetur per duos te-
ſtes, propter naturalem obligationẽ:
allegat quod notabiliter uoluit Bal.
in l. ſi poſt diuiſionẽ. C. de iur. & fac.
ign. Et per hoc conſi. Alex. fuit uota-
tum in fauorem poſſeſſorũ, qui per
duos teſtes probauerant de clauſula
codicillari. Secundò dubitatũ eſt,
an quondã Frãciſcus de Cãpora pa-
5 ter cõuentorum, * cũ nõ appareat ꝙ
agnouerit fideicõmiſſum, ſeu bona
hæreditaria iure fideicommiſsi (te-
ſtamẽtum enim reputabatur ualidũ)
tranſmiſerit tale ius fideicõmiſsi ad
filios: mortuus enim eſt antequàm
ſit adita hæreditas ab inteſtato. &
quidẽ cõmunis opi. eſt ꝙ tranſmit-
tatur. Bar. in l. cum filio. de leg. j. per
l. cogi. §. inde Neratius. ff. ad Treb.
& latè Alexan. in d. l. cum filio. xij. &
xiij. col. ubi etiã Iaſon. Et licet Bart.
in l. j. in prin. ff. de iu. cod. tenet hoc
non procedere, quãdo fideicõmiſ-
ſum deberetur uirtute clauſulæ co-
dicillaris in teſtamẽto appoſitæ per
l. quærebatur. ff. de teſt. mil. propter
quod uideatur ad hãc cauſam cade
re dicta limitatio: ex quo, ut ſuprà
dictum eſt, cõuẽti ſubſiſtunt ob clau
ſulam cõdi. attamen Alex. in d. l. xiij.
col. dicit, quòd hoc dictum Bart. fuit
ſemper ſibi uiſum mirabile, & iure
non probari, & allega. Raphaelẽ in
d. l. j. de iur. cod. reprobato Barto. &
Ro. in l. ſi quis priore. ad Trebel. &
contra Bar. etiã tenẽt Areti. & Iaſ. in
d. l. cũ filio. & cum hac opinione cõ-
tra Bart. ſacrũ Conſilium iudicauit.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes præſentes citati, locis exiſten-
tium extra ciuitatem nominatis, arti
culisq; præſentatis infra terminũ, poſ-
ſunt examinari etiam poſt terminum
elapſum. & nu. 3.*

2 *Dilatio de iure cõmuni eſt peremptoria, poſito quòd non dicatur, unde ſecunda non conceditur, maximè ſi ſuę partis ſit factum deterius: quod quidem quo pacto ſiat, ibi uide. 4.*

3 *Teſtes paulo poſt terminum producti permittuntur examinari, niſi producentis malitia redarguatur.*

4 *Teſtes quando perſonaliter comparere debent ad deponendũ in cauſa ardua ciuili, & cuius expẽſis & nu. 7.*

5 *Iudex nõ debet committere teſtium examinationem in cauſa criminali, in ciuili ardua, & ubi eſt ſuſpicio.*

6 *Præſumitur cauſa iuſta, ſi reperitur teſtium commiſsio uel examinatio.*

7 *Examinatio teſtiũ, qui ſemel fuerunt in curia præſentati & iurati, ſolet à magna curia cõmitti uni de curia, & ſic etiã cõmittitur iuramẽti receptio.*

DECISIO XC.

IN CAVSA Magnificorum domini Bartholomæi Carraccioli agentis ex una parte; & dominæ

Elio

Elionoræ Carracciolæ eius neptis ex altera. Primum dubiũ fuit. Ter
1 minus* ad probandũ in cauſa principali ſtatutus eſt elapſus, ſed infra dictum terminũ teſtes d. Bartho. præſentes in ciuitate Neap. fuerunt citati, & loca exiſtentiũ extra ciuitatẽ fuerunt nominata: articuli quoque præſentati ſunt infra dilationẽ, non autem reperitur, ꝙ à die, à quo terminum prædictũ currere intelligimus, prædictus Bartho. ultra prædicta aliquam inſtantiam fecerit pro examinatione, niſi in ultima die termini, aut per plures dies poſt: an parte alia contradicente, d. Bartho. debeat admitti ad dictorũ teſtium examinationem, cum terminus iam elapſus ſit. De iure communi omnis dilatio ad probandum eſt perẽptoria, etiã ſi non dicatur. dictũ eſt ſuprà in allegatione ſeu deciſi. lxxxj. & ſi dicatur ꝙ illud non procedit,
2 *quãdo ius partis non eſſet factum deterius, ut in d. etiã deciſi. allegatur. ad hoc pro parte d. Elionoræ reſpondetur, ꝙ ſatis ſit ius meum deterius: ex quo ſi tu non examinares, mihi reæ cõuentæ nõ eſſet opus facere ulteriorẽ proceſſum: ſed ſi examinatio tibi concederetur, opus eſſet me etiã examinare & probare. at dubito, an iſtius intereſſe conſideratio procedat. uide Feli. in ca. licet cauſam. colũ. x. de probat. Gloſa quæ eſt in cõſtitutione regni, in pecuniariis. in gloſſ. mag. quam ſequi-
3 tur ibi Andr. in ij. col. concludit,* ꝙ quando pars, quæ elapſo termino uellet examinare, produceret teſtes ſuos in promptu, & non eſſemus multum poſt terminũ: ſi uidet iudex iſtum talem non malitioſe geſsiſſe, poteſt de bono & æquo ad examinationẽ procedere. In ſac. Cõſi. ſolemus admittere partes ad examinandum infra tẽpus recipiẽdi copiã ſtatutum per regiã pragmaticã. In iſta cauſa ſumus per plures pluſquàm x. dies poſt lapſum termini. itẽ teſtes nõ ſunt in promptu: ex quo nominati ſunt per uaria Regni loca. itẽ fortè ſtilus conſilii nõ opitulatur: nam hic in iſta cauſa non cadit terminus ad recipiendũ copiã, ex quo in termino probatorio nihil eſt factum, niſi ꝙ d. Bartho. produxit articulos. Fuit in præſentia d. Viceregis cum uoto Regentiũ cancellariã, & Locumtenẽtis Maieſtatis Cęſareæ uotatum, ꝙ d. Bartho. reintegretur ad examinandũ. Secũdò dubitatum eſt, an ad inſtantiã d. Elionoræ pe-
tentis,* ꝙ teſtes d. Bartho. cõpellãtur perſonaliter uenire ad deponẽdum in loco iudicii, aliàs nõ examinẽtur extra ſac. Cõſi. hoc facere debeat. præſuppoſito ꝙ iſta cauſa ſit ardua plus quadraginta millibus ducatorum. Paul. de Ca. in l. iudices. C. de fide inſtru. in j. col. dicit doctores tenere, ꝙ* ſi cauſa ciuilis eſt multũ 5
ardua, iudex nõ debet cõmittere audientiã teſtiũ, ſed teſtes ad ſe uocare. Abb. in ca. ſi qui teſtiũ. in j. col. de teſta. uolens exẽplificare cauſam, in qua teſtis debet uenire ad præſentiam iudicis, exẽplificat in cauſa criminali, uel ciuili ardua. & idẽ Abb. in c. cũ cauſam. ulti. col. eo. ti. dicit ꝙ in cauſa ciuili debeat attẽdi primò conſuetudo fori, ea ceſſante ſubdit, ꝙ ſi teſtes ſunt in alia prouincia, nõ ſunt inuiti euocandi: ſi uerò ſunt in eadẽ prouincia, eſt in facultate ſua, an uenire faciat, an cõmittat: cũ ſe-

cundũ eũ propter ſuſpicionẽ ipſorum teſtiũ,uel magnitudinẽ cauſæ debet ipſos corã ſe euocare.Imo.in l.ſi quis ex ſignatoribus.ff.quemad. teſt.ap.per quam l.cũ l.cũ ab initio.
6 eo.titu.tenet,* ꝙ ſi in teſtibus adeſt ſuſpicio, præſertim ſi magnitudo cauſæ hoc etiã ſuadet,poteſt iudex iubere,ꝙ corã ſe producãtur.Feli. in d.ca.cũ cauſam.ante pe.& pe.col. in ij.fallen.tenet,ꝙ iudex in cauſa ciuili poteſt cõmittere audientiam teſtiũ ipſi Notario propter multitudinẽ agẽdorum,& ſic ex dicta cauſa:& quòd præſumetur cauſa,ſi reperitur cõmiſsio facta,ſeu examinatio.And.in cõſtit.in peculiariis.ij.& iij.colũ.loquens de cauſis in quibus de iure,& ſecundũ Regni conſtitutionẽ nõ cõmittitur audiẽtia teſtiũ,
7 dicit* ꝙ magna curia cõſueuit pręſentatis teſtibus in curia iudicibus, & iuratis per eos, cõmittere receptionem & examinationem uni de Curia,& ſubdit etiã ꝙ receptio iuramenti modo prædicto cõmittitur, & quòd ſic ſeruat uſus.uidetur tamen intelligere prædicta,dummodo teſtes ipſi in curia ſemel ſe præſentent:nam ſubdit,quia litera dicit in Curia præſentari.Fuit ubi ſuprà uotatum,ꝙ teſtes omnes præter ſenes & infirmos,aut aliter iuſtè impeditos ueniant Neap.ad expenſas & honoræ,pro quibus deponere habeat pecuniam.

SVMMARIVM.

1 *Sententia executoriale, uel proceſſus expediti contra principalem,nõ poſſunt exequi contra tertios poſſeſſores in hypotheca,uel utili actione.*

2 *Iuramentũ in litẽ ueritatis aut affectiõis nõ datur aduerſus hæredẽ debitoris,nec aduerſus tertios poſſeſſores.*

3 *Probatio ſimpliciter prolata nõ comprehendit probationẽ quæ fit per iuramentũ,ex quo ficta probatio reſultat.*

DECISIO XCI.

IN CAVSA Honorabiliũ Iacobi,Nicolai,& Marci Saxi cũ domino Ioanne de Tufo, & Ioanne Baptiſta de Ponte, qui ſunt tertii poſſeſſores bonorũ Petri Saxi olim tutoris dictorum Iacobi,Nicolai,& Marci. Fuit primò dubitatum, an
*ad fundandam intentionẽ prædictorũ actorum agentiũ actione hypothecaria ob cauſam tutelæ ſit fundata eorũ intentio ex ſententia lata contra præfatũ Petrum, ac decretis ſacr.Conſil.& executorialibus inde expeditis.Cõmuni uoto dictum eſt, quòd nõ:nam Bal.in l.ij.in fi.C.quãdo fiſ.uel priuatus, dicit quòd facta diſcuſsione ad hoc ut aduerſarius,id eſt tertius poſſeſſor condemnetur in hypothecaria uel utili actione,eſt plenè probandum,quia iſtud eſt iudicium principale.arg.C.quorũ bonorum.l.leges. Secundò dubitatum eſt,poſito quòd ex proceſſu, ſuper quo dicta ſententia ac decreta lata ſunt,appareat de debito Petri,ſi tamen illud * debitum non eſt 2
clarum,ſed liquidatum fuit per iuramentum in litem delatum d.actoribus ob dolum tutoris,an extendatur uis iſtius iuramenti contra tertium poſſeſſorem.omnes quoq; uotarũt, quòd non: nam ſi contra hæredem non iuratur in litem,ſiue ſit ueritatis iuramentum, ſiue affectionis,ut no.omnes,præcipuè Iaſ.poſt Barto. in l. admonendi. de iureiurando. multo minus ſi eſt delatum principali:non nocet tertio poſſeſſori.& ad hoc

hoc fuit allegatus Bal. in c. j. §. conuenticulas. iij. col. de pac. iura. fir. qui
3 dicit, quòd * uerbũ probationis, ſimpliciter prolatum, non comprehendit probationem, quæ fit per iuramentum, ex quo reſultat ficta probatio. Fuit uotatum de menſe Ianuarii abſoluẽdo ab impetitiõe actorũ.

SVMMARIVM.

1 *Minor factus maior per lapſum x. an. nõ põt reſtitui aduerſus confeſsionẽ factam ſine iuramẽto, & ſine curatore.*

2 *Donatio facta per minorem ſine curatoris authoritate per lapſum x. anno. confirmatur.*

3 *Filiæ fœminæ de paragio dotatæ non ſuccedũt extantibus maſculis in Regno, ſcilicet quando ſunt ex eodẽ matrimonio geniti: nam ſi ex diuerſo, mater inteſtata decedat, æqualiter fœminæ cum maſculis ſuccedent. & nu. ſeq.*

4 *Mulier in Regno diſponere non poteſt de dotibus, uel aliis ſibi obuentis ab agnatis & cognatis liberos habens, niſi de x. partibus unam.*

DECISIO XCII.

IN CAVSA Nobilis Ioannis Baptiſtæ de Marcheſio conuenti cũ nobili Octofredo Caphatino agẽte ſuper repetitione ſeu uẽditione cuiuſdam domus datæ aliàs in dotem per quondam dominam Laurã Romanam dicto Octofredo eius ſecundo uiro æſtimatæ tali æſtimatione, quòd faciat emptionem. Fuit du-
1 bitatum, an * ex quo iam conſtat, quod domus prædicta fuerat quondã do. Bernardini de Marcheſio patris Io. Bap. & quòd tẽpore quo dicta Laura illam cœpit pro ſuis dotibus domi. Bernardini eius primi uiri, Ioan. Baptiſta erat minor xviij. annis, poſsit prædictus Octofredus tueri ſe ex quodam inſtrumento, in quo ſine iuramento Io. Baptiſta confitetur & narrat fuiſſe domum adiudicatam ipſi Lauræ per magnam cur. Vicariæ ſeruatis ſeruandis, præcipuè cum per quinq;, imo decem annos Io. Baptiſta factus maior non contradixit dictæ confeſsioni, nec eam reuocauit. Dubium cõſiſtit in intellectu l. fi. C ſi maior factus. nam ſi uellemus legem illã intelligere. quòd procedat etiã ubi minor ſine curatore contraxit, Octofredus obtinebit, aliàs nõ. Tex. dicit, ſi quãdo ſine decreto minorũ, uel adhuc ſub curatoribus cõſtitutorum, uel per ueniã ætatis eorum curam excedentium res alienãtur &c. Textus iſte clarè uidetur loqui, ut intelligi debeat in caſu quo minor cõtraxit exiſtẽs ſub curatore: & eſſet pro Io. Baptiſta, ex quo curatore carebat. Cyn. in ead. l. dicit. & aduerte, quia Iac. de Are. dicit, quòd hæc lex locũ habet, ubi pſona eſt legitima, id eſt, quia pſona minoris uẽdit cum authoritate tut. uel cur. Alb. de Roſa. ibidem ſequitur Iac. de Aren. At pro parte contraria eſt opi. Azo. in d. tit. dicentis. Cæterum quantũ ad ratihabitionẽ tacitam partium, non habet locum iſte tex. niſi cum res ut pupilli eſt uẽdita, hoc eſt ab ipſo pupillo tãtũ, uel à tutore tantũ, uel ab utroq;: niſi dicas Azonẽ loqui in caſu, quo pupillus habebat tutorem, quod nõ erat hic: & ſic ſine tutore contraxit. Glo. magna in ead. l. ponit caſus, in quibus locum habet lex illa, & ſunt quatuor, & in tertio caſu ponit quãdo aliàs eſt minor ſine tutore uel curatore. Salycet. recitat gloſſ. & caſus ſuos, & cum ea pertranſit Sozi. in conſilio cxlvij. iiij. colum. j. uolu. loquens

2 loquẽs de minore,* qui donauerat ſine authoritate curatoris, tenet, ꝙ
6 per lapſum x.annorum confirmetur dicta donatio, per l.fi. prȩallegatam. Corneus in conſil.ccvij.iij.uolu.pe. col.refert opi.glo.& Cy.& Iaco. de Aren.& Salyc. & dicit poſſe attentari id quod d.gl.dixerat in ſui princip.uidelicet. Item dixerunt quidam eam nõ habere locũ, cũ quis minor non habens tutorẽ uel curatorem, & nõ impetrata uenia uendidit. quam opin.in effectu, ut dictum eſt, tenent Iac.de are.& Cy.à qua poſtea gl. diſcedit, & tamen ipſe Corneus ſubdit, quòd durum eſt contra ſtimulum calcitrare, & animaduerterit quòd Sal. ſequitur gloſ.in dictis quatuor caſibus, & quòd Bar. & Bal.tranſeunt nõ recitando illam gl. quòd ſi eam reprobare uoluiſſent, feciſſent de ea mentionẽ. ergo uidentur ſequi. Fatetur tamẽ Sal.quòd quãdo minor habuiſſet curatorem, & ſine eo, & ſine decreto cõtraxit, quòd lex illa nõ habet locũ, ſequendo in hoc etiam gl. per l.ſi curatorẽ habens. Secundò in eadem cauſa in recõuentione facta per Ioã.Bapti.in qua petiit, quòd in euentu in quẽ domus ueniret reſtituenda, Octoſ.edus condemnari debeat ad dotem in pecunia, pro
3 qua * domus ſibi data fuit æſtimata. Fuit dubitatũ an do.Laura, quæ ex primo uiro habebat do.Io.Baptiſtã, & ex ſecũdo Elionoram, potuerit in ſuo teſtamẽto relinquere Ioã.Bapti. maſculũ hæredẽ, relictis ſolũ Elionoræ fœminæ ducatis ducẽtis. Pro ualiditate teſtamẽti allegabatur cõſuetudo Neap.ſi moriatur aliqs.quę uult, ꝙ ſtantibus maſculis fœminæ nõ ſuccedant, ſed ſolum habeant paragiũ. Cõtra teſtamẽtũ allegata eſt alia cõſuetudo, quæ incipit, ſi qua moriens,
4 quę ponit frenũ mulieri, ut* nõ poſſit, ſi habet liberos, diſponere de dotibus, & aliis ſibi obuẽtis ab agnatis, & cognatis: niſi decẽ partibus unã. Et dicebatur nõ obſtare conſuetudinẽ: ſi moriatur aliquis. quoniã illa loquitur in caſu quo filii maſculi & fœminæ eſſent ex eodẽ matrimonio: nã ſi ſunt ex diuerſis maritis, & mater moritur inteſtata, ſuccedẽt fœminæ æqualiter cũ maſculis ſine diſcretione ſexus, ut in conſuetudine, ſi qua mulier habens filios uel filias.

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſitas ciuitatis aut caſtri debet in alienatione rerũ adhibere quatuor requiſita.*
2 *Vniuerſitas alienãs nõ poteſt renũtiare ſolennitati quatuor requiſitorum.*
3 *Compromiſſum facere non poteſt, qui de re liberè diſponere non ualet.*
4 *Compromiſſum requirit eam ſolẽnitatem, quæ requiritur in alienatione rerũ minoris, uniuerſitatis, & eccleſiæ.*
5 *Arbiter habẽs poteſtatẽ prorogãdi terminũ cõpromiſſi fruſtra laudat, ſi non intimauerit parti prorogationem.*
6 *Promittens factũ alienũ, puta quòd uniuerſitas ratificabit uerè, modis omnibus, & cum effectu faciet & curabit, ita quòd poſſe ſuũ non excuſetur, liberatur ſi ratificatio ſequatur, etiam ſine decreto. & nu.ſeq.*
7 *Promittens aliquid facere, tenetur taliter facere, ꝙ ſit ualidum de iure.*
8 *Impoſſibiliũ promiſſio etiam expreſſe facta non ualet.*
9 *Melioratio, & expenſæ an repetãtur à bonæ fidei emptore in caſu reſtituendæ rei. & nu.13.*
10 *Malæ fidei poſſ.licet teneatur ad fructus*

ctus qui percipi potuerunt, nō tamen tenetur de illis qui percipi potuerunt ex melioramētis in re factis ab ipſo.

21 *Fructus, quos quis percepit etiam mala fide ultra ſumptus in re factos, habent extenuare debitum.*

22 *Bonæ fidei poſſ. compenſabit fructus, quos alias lucraretur, cum impenſis in melioratione factis.*

23 *Compenſatio fructuum cum melioramentis non fit, niſi opponatur cauſa retinēdi: ſed compenſatio impenſæ gratia fructuum colligendorum ſit, etiam ſi non opponatur ab homine.*

DECISIO XCIII.

IN cauſa Athenaſii Ferrarii cum uniuerſitate uillæ Caſoriæ. Primò dubitatum eſt ſi dicta uniuerſitas, quæ prætēdebat quandā terrā uniuerſitatis eſſe indebite penes ipſum Athenaſium, potuit ſuper ea facere compromiſſum, cuius uigore arbiter iudicauit, & ſic de ualiditate lau
1 di præmiſſo* ꝙ ad hoc, ut res ciuitatū uēdi poſsint, requiritur primò, ꝙ ſint in alienatione præſentes oēs ſiue pro maiori parte curiales & honoratæ perſonæ, ac poſſeſſores immobiliū, ut dicit tex. in l. fi. C. de uendi. rerū ciui. lib. xj. Secundò ꝙ dictæ perſonæ iurēt alienationem ipſam fore utilem ciuitati, ut in ea l. Tertiò, ꝙ interponatur decretum in d. uenditione poſtquā facta ſic fuerit, ut ibidem. Quartò aliqui requirunt ſubhaſtationem, per tex. in l. loca. C. de loca. præ. ciuilium. eo. lib. quæ loquitur in rebus reipublicæ, quando locādæ ſunt, & per illum text. in d. l. fi. ibi, non aliter. dicit Lucas de pe.
2 ibidem, ꝙ* ciuitas alienans huic ſolennitati renūtiare nō poſſet. Et illa l. fi. licet loquatur in uenditione, tamen uēdicat ſibi locū in omni alienatione ſaltē ſimili, ut eſt illa quæ fit tit. oneroſo. Alex. conſi. j. v. colū. iiij. uol. per no. per Bal. in l. fi. ff. de cōdi. ob cau. & quamuis loquatur in alienatione rerū ciuitatis: tamē uidetur habere locum in rebus caſtri. Alex. ubi ſ. per no. per Bart. Bal. & Saly. in l. fi. C. de ſacroſan. eccle. Hoc igitur ita breuiter præmiſſo, pro uniuerſi-
3 tate facit: nam is* qui nō poteſt rem alienare, ſiue de ea libere diſponere, nō poteſt de ea facere compromiſſum. c. cum tēpore. ubi hoc not. Abb. per illū tex. extrà, de arbit. in ij.
4 col. uer. ult. not. & ſubdit* ꝙ ea ſolēnitas quæ requiritur in alienando, requiritur in cópromittendo. alleg. not. per glo. & Barto. in l. nulli. C. de tranſact. & tex. cum gl. in l. non ſolū. C. de præd. mino. At cōtra uniuerſitatē facit quod ſubdidit idē Abb. in d. c. cum tēpore. iij. col. uerſ. & intellige. & uerſ. ſed dubitatū. ubi tenet, ꝙ quando per tranſactionē res eſſet remanſura penes prohibitum alienare, & ꝙ ille prohibitus daret aliquā pecuniā aduerſario, ualeret tunc tranſactio. & ideo tenet poſt Ant. de But. ꝙ ab initio ualebat cōpromiſſum: nam poſſet eſſe, ꝙ per laudum nō ſequeretur alienatio: ut quia forte laudaretur rem eſſe debere minoris, uel eccleſiæ: ut eſt in caſu noſtro: nam arbiter iudicauit: ꝙ terra reuertatur ad uillam Caſoriæ, & ꝙ uilla daret Athenaſio pecuniam. uide Lanfr. in tract. de arb. iiij. char. uer. iuxta pollicitum. j. col. fac.
5 Conſi. per alia* media pronuntiauit laudū nullum, uidelicet quia habēs hic arbiter poteſtatē prorogādi terminū cōpromiſsi, dum prorogaſſet,

non intimauit procuratori uillæ Caſoriæ ipſam prorogationē. Secūdò
6 dubitatū eſt,*an ex quo in d.cōpromiſſo quidā particulares promiſerāt ꝙ uniuerſitas ratificaret, & ꝙ faceret modis omnibus & cū effectu, ita ꝙ faciēdo poſſe ſuū non excuſetur, ꝙ uniuerſitas ipſa ratificaret. Et uniuerſitas ratificauit:ſed non mediante decreto, an iſti particulares teneātur:ex quo nō ratificauit cum effectu. Quòd teneātur, facit quod no.gl.ſecundū Bal.ibi in l.huiuſmodi.in prin.ff.de leg.j.& refert etiam & ſequitur Alex.in iij.co.uidelicet,
7 quòd* qui promittit, uel tenetur aliquid alicui facere,tenetur taliter facere, ꝙ ſit ualidū de iure. Quòd nō teneātur,facit cōſi.Are.cxlij.iiij.col. uer.uenio igitur ad primum.ubi tenet, ꝙ is qui promittit ſe facturū & curaturū cum effectu, ꝙ alius quid faciet:illud uerbū importabit,ꝙ nō ſimulate,ſed uerè & bona fide,quātum erit in eo,& cum omni diligen
8 tia poſsibili curabit id fieri,nō * tamē obligat promittentē ad impoſsibile:quæ obligatio etiā expreſsè facta nō ualet.l.impoſsib. & quod ibi not.ff.de uerb.obli.probatū eſt autem,ꝙ ipſi particulares adhibuerūt omnē diligentiā.ſacr.Conſi.cōſiderādo ꝙ iſti iam fecerūt uniuerſitatē more ſolito cōgregatā,& pro maiori parte ratificare, nō habuit reſpectū ad gl.in d.l.huiuſmodi:nec etiā habuit pro uero id quod d.Fran.de Areti.præcipuè hic, quia iuratū eſt, per ea quæ no.idem Aret.in l. ſi ita ſtipulatus §.poſſum.ij.co ff.de uer. obli.& Iaſ.in l.ſtipulatio iſta habere licere.in prin iiij.co.uer.iuxta iſtud notabile.eo.tit.de uer.obli. Tertiò dubitatū fuit:nam Athenaſius fecit ſeu ædificauit in dicta terra molendinū magni redditus,in quo expen
9 dit multas pecunias. Eſto* ꝙ nō teneatur ad fructus propter bonā fidē, an ultra fructus lucratos habeat repetitionē impenſarū, præſuppoſito ꝙ nō ſint neceſſariæ,ſed utiles, & etiā ualorē meliorationū.Præſuppono unū quod habemus in materia meliorationum,ꝙ ſi quis expendit ſuper re centū aureos, & ob hāc impēſam res eſt meliorata in ducētis aureis, non habet locū repetitio niſi pro centū expenſis: & ecōtra ſi expēdit ducētos,& ob expēſas iſtas res nō fuit meliorata niſi in cētum: non repetet plus quā cētū.tex.eſt in l.in fundo.ff.de rei uend.ibi, & reddat impēſam,ut fundū recipiat uſq; eo duntaxat, quo pretioſior factus eſt, & ſi plus pretio fundo acceſsit, ſolū quod impēſum eſt.& facit text. & qđ ibi not.Abb.in c.j.ij.col.extra de reſti.in integ.Itē præſuppono id quod not.Ang.per illū tex.in l.cæte
10 rū.ff.de rei uend.uidelicet,* ꝙ malæ fidei po.licet teneatur de fructibus etiā qui percipi potuerūt,tamē ſi rem meliorauit, ut quia uineas plantauit ſuo ſumptu, uel ædificia conſtruxit, nō tenebitur ad fructus, qui ex uineis ſeu ædificiis uberiores percipi potuerunt,ſed tantū ad perceptos.loquitur tamē in malæ fidei poſſeſſore,ut dictū eſt.Et tex.in l.emptor.eo.ti.de rei uend.dicit,ſe
11 cūdū Bal.in ſummario, *ꝙ fructus, quos quis percepit etiam mala fide ultra ſumptus factos in re,habēt extenuare debitū. Item præſuppono
12 ꝙ licet bo.fi.po.lucretur fructus, *tamen ſi fecit impēſas in meliorando &c.

&c. illi fructus, qui aliàs lucrifiunt, cõpenſabuntur cum impẽſa.l.ſumptus.ff.de rei uẽdi.Et dicit Bal.in d. l.in fundo. ꝙ iſta cõpẽſatio fiet per modũ replicationis: nam ego petã fundũ,tu excipies de impẽſa & meliorationibus:ego replicabo de fru
13 ctibus.hæc * igitur cõpenſatio non fiet,niſi opponatur: ſed cõpenſatio impẽſæ factæ gratia fructuũ colligẽdorũ, fiet etiam ſi nõ opponatur ab homine,ſecundũ eũ.l.ſi pater.§.fi.ff. de peti.hær.& uide bonũ cõſi.Paul. in conſil.xvij.pe.& ulti.col.incip.in cauſa quæ uertitur Parmæ.His præſuppoſitis ſac.conſi.adhuc nõ uotauit,ſed re diſcuſſa inclinabat, ꝙ iſti fructus quatenus ſunt infra expenſas,excõputẽtur cum impenſis: quatenus uerò ſunt ultra, & eſſent percepti poſt lit.conteſt.& ſic poſt malam fidẽ,reſtituãtur. Stante enim ꝙ Athenaſius cõduxit ab aſſertis procuratoribus uniuerſitatis, & ꝙ uidente uniuerſitate & patiente, imò hominibus illius operantibus fecit molendinũ,ſac.Conſ.habuit eũ pro bo.fi.po. Fuit tandem uotatũ contra Athenaſiũ uerũ,ꝙ quatenus fructus percepti per eum ſunt percepti reſpectu ſoli territorii & aquarũ dictæ uniuerſitatis Caſoriæ,compenſentur cum meliorationibus factis per Athenaſiũ. quatenus uerò ſunt percepti ex meliorationibus & aliis aquis dicti Athenaſii, non teneatur ad reſtitutionẽ nec cõpenſationem.

SVMMARIVM.

1 *Teſtibus aſſerentibus ſe aliter, uel non ita dixiſſe contra notarium, nec econtra,creditur in criminalibus.*

2 *Notario magis creditur in ciuilibus, niſi ſit ſuſpectus,quam teſti aſſerẽti ſe aliter depoſuiſſe, niſi ſit perſona multum notabilis ipſe teſtis: uel niſi multi ſint teſtes in unũ conuenientes.*

3 *Notarius & teſtes adinuicẽ contrariantes in ciuilibus & criminalibus, nõ puniũtur:licet neutri cõtra alium detur fides ad cõdemnandũ accuſatũ uel inquiſitũ:ſed utrũ ad inquirendũ.*

DECISIO XCIIII.

IN cauſa Ioãnis Paulj ſcribæ cum d.Antonino de Bononia: ſuper eo uidelicet,ꝙ*cum d.Ioann.Paul. 1
examinaſſet quamplures teſtes pro uxore quondã Frãciſchelli de Feulo, qui clarè probabant cõtra dictũ d.Antoninũ,nonnulli ex eis iterum interrogati dicunt,ſe aliter,uel non ita dixiſſe:ſícque d.Antoninus uult prædictũ Ioan.Paul. carceratum ob hoc non liberari à carceribus: ſed debere puniri de falſo. Spec.in titu. de inſtru.edi.§.reſtat.ver.ſed quid ſi unus. in caſu præpoſito tenet, ꝙ nec credetur notario cõtra teſtem, nec econtra:loquens quãdo criminaliter procederetur ad puniẽdum de falſo. Abb.poſt Spec.ibi.& in tit. de teſte.§.fi.uerſ.ſed pone ecce iudex.Abb.inquã in c.ad aud.de præ-
2 ſcrip.in j.& ij.colũ.tenet,ꝙ*quo ad cauſam ciuilem, creditur magis notario cum limitatione:niſi ſit notarius ſuſpectus, uel teſtis ſit perſona multum notabilis, præſertim ſecundum eũ ſi teſtes ſint multi,& omnes cõueniunt.Quo uerò ad cauſam criminalem, tenet Abb.ꝙ non credetur ſcripturæ notarii contra teſtem, nec dicto teſtis contra notariũ, cum ſint ſingulares,licet plures ſint.Angel.in l.j.§.ſi quis neget.ff.quemad. teſt.aper.tenet, ꝙ quando tabellio eſſet ſuſpectus, uel quando omnes

teſtes examinati dicerent ſe non ita dixiſſe, credetur magis teſtib. & docto. ut mihi uidetur, intelligũt iſtud dictum etiã in cauſa ciuili: ubi aliàs magis ſtaretur Notario, & ſequitur Imo. ibi pe. col. uer. itẽ adde. & Alex. in conſi. lxv. ult. col. uer. decidit inſuper. ij. uol. & Feli. in d. c. ad audientiã. iij. col. Pro parte d. Antonini dicebatur, ꝙ hic erãt plures teſtes, qui dicebãt ſe aliter dixiſſe, & ſcriba nõ erat notarius, & probatum erat in proceſſu informatiuo, ꝙ erat domeſticus & amicus aduocato, & cõſanguineus partis aduerſæ. apud me hoc non releuabat allegantẽ: nam, ut dixi, illud * ꝙ notarius ſit ſuſpectus, uel ꝙ oẽs teſtes cõtradicãt, militat in cauſa ciuili: ut ſcilicet ideo notario nõ credatur, nõ autẽ ut puniatur. doct. loquentes in cauſa criminali uolunt, ut neutri contra aliũ detur fides. Præterea & in cauſa iſta nõ omnes teſtes cõtradicebant: ſed multi, non tamẽ omnes. & Ange. ac alii prædicti dicunt ꝙ omnes &c. Præterea ſuper eo in quo dicti teſtes ſe reuocabant, erant alii teſtes qui ſe non reuocauerant. ſac. Conſi. decreuit dictũ Ioan. Pau. eſſe à carceribus liberandũ. Et de materia habemus plene Alex. in d. conſi. lxv. & Feli. in d. c. ad audientiam. de præſcript. & in c. cum dilecti. de accuſa. vj. col. Pars cõtra. Ioan. Pau. dicebat, quòd doct. uolentes ꝙ in criminalibus nõ credatur notario, nec ecõtra, debent intelligi quo ad condẽnandum: ſed non ad inquirẽdum, uel torquendum.

SVMMARIVM.

1 *Debitor ex contractu abſolutus ſeu habilitatus a iuramento, poteſt opponere promiſsionem fuiſſe factam ob turpem cauſam. & nu. 5.*

2 *Turpiter accipit pecuniã qui facit pro pecunia, quod gratis facere tenetur.*

3 *Tranſactio quamuis per enorme dãnum reſcindi nequeat: tamen ſi quis illicite reſiſtendo pro reſtitutione rei debitæ recipit aliquid, conueniri poteſt condi. ob turpem cauſam.*

4 *Ciuitas inuadens aliena caſtra, turpiter accipit pecuniam pro eorum reſtitutione.*

5 *Metus interueniens reſcindit conuentionem factam inter contrahentes.*

DECISIO XCV.

IN cauſa domini Thomæ de Sanframundo cum domino Comite Magdaloni. Promiſerat nanq; præfatus d. Comes, tẽpore quo in Prouincia terræ laboris regnabat Rex Ludouicus de Francia, prædicto Thomæ pro eius ſuſtentatione dare ſibi annis ſingulis durante eius uita ducatos cc. de auro, aſſerendo ꝙ hoc faciebat ex ordinatione tũc Proregis, nunc * autẽ præfato Thomæ agenti ad dictã pecuniam idem Comes abſolutus iam à iuramento ſeu habilitatus opponit, quòd dicta promiſsio erat ex turpi cauſa, allegátque, ac etiam probaſſe prætẽditur, ꝙ dum ipſe Thomas teneretur reſtituere eidem Comiti comitatũ Cerreti, cuius tenuta Comes ipſe ultimo loco in aduentu Gallorũ ſpoliatus fuerat, Thom. præfatus, quantumcunq; præfatus Rex Ludouicus per ſuas hoc literas ordinaſſet, noluit reſtituere, niſi habita dicta promiſsione. unde ſuccedebat ſecũdũ Comitẽ diſpoſitio iuriũ dicentiũ, ꝙ quando quis pro faciendo eo ad quod gratis tenebatur, recipit pecuniam,

niam, tenetur illam reſtituere, & ſic cui damus actionem, multo fortius
2 exceptionem. Et id de eo,* qui recipit pecuniam pro faciendo eo ad quod gratis tenebatur, ꝙ turpiter recipit, tenet glo. ſing. in l. iiij. §. pe. in glo. in uer. repeti. ff. de condi. ob turp. cauſam. pro quo facit bo. text. ad propo. in l. pen. C. de condi. ob turp. cau. Et dicit Bal. in l. fi. eo tit. ff.
3 de condi. ob turpē cau. quòd* licet in contractu tranſactionis partium non fiat reſciſsio per enorme damnum. l. Lucius. §. fin. ff. ad Trebel. tamen ſi quis reſiſtēdo illicite aliquid recipit pro reſtitutione rei debitæ, pote[illegible] ueniri cōdictione ob turp. cauſam. Et Bal. in d. l. pe. C. de cōdi.
4 ob turpē cau. dicit * ꝙ illa lex facit contra ciuitates quæ inuadūt caſtra aliena, quæ nolūt reſtituere niſi recepta pecunia, ꝙ tūc turpitudo nō ſit niſi ex parte recipientis: tenetur reſtituere quicquid accepit. nec putat hunc cōtractū per capitula pacis adiuuari, quia eſt turpis & improbatiſsimus. Et Mart. Laud. in tit. de confœderatione. xviij. notab. applicat hæc ad principem inuadentem caſtra aliena, & nolentē reſtituere, niſi aliquo accepto ex cōuentione.
5 Et ſubdit, * ꝙ propterea aliàs uidit conſilium illu. doc. q; cùm multi de facto rebelles Ducis, & de iure ſubditi illius Ducis fecerunt conuētionē cum ipſo Duce, & principe ſuo de reſtituēdis ciuitatibus, & caſtris: cum pacto ꝙ dicti rebelles retineāt aliqua caſtra Ducis, & habeant aliqua bona ciuium, fuit, ut ipſe dicit, cōſultū, nō ualere dictā cōuentionē tanquā meticuloſam: & poſſe reuocari, alleg. l. metū. §. uolenti. ff. quod me. cau. & no. in l. interpoſitas. C. de trāſac. uide Ang. in diſp. incipiente renouata guerra. iiij. co. ubi dicit de geſtis in bello, nō pōt dici de metu uel uiolētia. Votatū tandē & iudicatū eſt pro Comite, fuitq; abſolutus.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſoribus adinuicem concurrentibus in poſſeſſione ſummaria, capitur informatio uſque ad teſtiū aperturam incluſiuè: quorum depoſitionibus uter appareat poſſidere, manutenetur in poſſeſſione.*

2 *Actor intentans dominium, & probans de quaſi poſſeſſione alicuius iuris, non cadit ab illo iure.*

3 *Actor agens rei uendic. ad fundū allegando ſe dominum, ſi probet de uſufructu, an cadat ab eo.*

4 *Libellus ſaluabitur ſi continet dominium, & probabitur ſeruitus aliqua, uel commoditas.*

5 *Liberè & plenè idem ſignificant: & pleno iure quandoq; uerificatur in parte rei, ut ſolum in domino directo.*

6 *Libelli uerba diſproportionata ſeu repugnantia probationibus, non improbantur ad ſaluandum ipſum.*

7 *Vendicare poſſum totam rem ratione iuris, quod habeo in ipſa re: quando non poſſem uti iure meo, niſi res tota relaxetur.*

8 *Clauſula omni meliori modo &c. nō tollit uitium contrarietatis, puta ſi petitio ſit deformis, & probata petitioni non cōueniant: licet ſaluet omnē ineptitudinem & uerificet in parte rem in genere petitam.*

9 *Dominus poteſt quis eſſe (nec inconuenit) in una ſpecie, puta in paſcuis affidandis, & alius ſit dominus in alia ſpecie, prout in pedagio.*

10 *Poſſeſſoriū retinēda ordinarium &*

cium iudicis extraordinariũ, an proponi poſsint poſt lit. conteſt.

21 *Sequeſtrum paſſ. non fit, etiam ob timorẽ armorum, altera partium ſtante in poſſeſsione: ſed ubi neuter, aut incertum eſt quis poſsideat.*

22 *Sequeſtri remediũ differt ab eo, quãdo proceditur ad examinationem, per quam alteri parti lite pẽdẽte ſuper uti poſsid. eſset ad rẽ prohibẽdus acceſsus.*

23 *Dominus rei cauere debet poſſeſſori iuris ſeruitutis, quòd non impediat eum in quaſi poſſeſsione ſua, pendente lite ſuper ipſo iure.*

24 *Minor nõ appellãs ſi petit ſe reſtitui ad appellandũ: ante lit. cõteſt. in reſtitut. cauſa ſummatim cognoſcetur, an habeat bonam cauſam læſionis.*

25 *Ordinarium remediũ non facit extra ordinarium ceſſare, quando iſtud pinguius prouidet, puta iudicis officiũ, in quo faciliores requirũtur probatiões, & magis ſummariè proceditur.*

DECISIO XCVI.

IN cauſa magnifici Roberti Bonifacii, qui primo loco obtulit ſupplicationẽ, citationémque expediri fecit cõtra. d. Marchionẽ Neritoni ſuper interdicto retinendæ poſſeſſionis territorii cuiuſdã, tanquã territorii ciuitatis Oriæ, cuius ciuitatis ipſe d. Robertus eſt utilis dominus, expeditáque nondũ, tamen executa citatione. Aliam petitionẽ obtulit
1 aſſerendo, quòd* timet lite pendẽte à dicto domino Marchiõe turbari, & ꝙ de facili poſſent euenire ſcandala, ex quo intẽdit defendere ſuã poſſeſsionem manu armata, ſicque cõcluſit ut ſac. Cõſi. prouideat, quòd manu teneatur in libera poſſeſsione dicti territorii, fuitque poſt executam citationẽ decretum, quòd capiatur informatio, & per uiam ſummariã proceſſum uſque ad teſtium aperturam incluſiuè: ex quorũ depoſitionibus apparet, quòd totũ dictũ territoriũ eſt ciuitatis Neritoni, & quòd dominus Robertus, & ſui prædeceſſores domini Oriæ erant in quaſi poſſeſsione percipiendi fidam & diffidã ab animalibus illud intrantibus. Faciebat mihi dubium cõtra d. dominũ Robertum, primò:
2 nam* ipſe in petitione tam prima quàm etiã ſecunda, & etiam in articulis deduxit, quòd ipſe eſt in poſſeſsione dicti territorii, & non probauit, niſi de quaſi poſſeſsione fidæ & diffidæ: & aduerſarius probauit melius ſuper poſſeſsione corporis ipſius territorii. unde uidetur quòd
3 *nõ poſsit obtinere, ad inſtar illius qui egit rei uendicatione ad fundũ dicens ſe eius dominum: nam licet probet quòd habet ibi ius aliquod, ut eſt uſusfr. perdet, ſecundũ Bald. l. qui uſumfructũ. ff. ſi uſusfr. pet. & in l. ij. ff. de cond. inſti. & eum refert & ſequitur Alexan. in l. naturaliter. §. nihil cõmune. ff. de acquir. poſſ. iij. col. (niſi diceret quis ſimpliciter ſe dominũ, non adiecto fundi, ſecundum ſenſum Bald. in l. proprietatis. in j. col. C. de proba. quem refert & ſequitur ibi Are. j. col. & Sozi. etiam j. col.) Sed non procedit hoc ſecundum Alex. & Iaſ. in l. ſed & ſi poſſ. §. itẽ ſi iurauero. ff. de iureiur. qui reprobant Bal. per tex. ibi, ex quo uerba libelli impropriantur. Et ſi dicatur, prout dicit Sozin. in d. §. nihil cõmune, quòd etiã quando quis dicat ſe dominum fundi, probato de uſufructu, obtinere poteſt, & tunc uſusfructus capietur hic pro parte fundi

fundi, ut declarat Bal. in l. qui uſumfructũ. ff. de uerb. obl. ſicut etiam eſt in qualibet ſeruitute, ut dicit Bal. in
4 d. l. proprietatis. Vnde * probando quòd quis eſt dominus cõmoditatis, ſeu ꝙ tanquã dominus fundi percipit illas commoditates, ſaluabitur libellus. Ad hoc reſponderi poteſt quòd uerba petitionis d. Roberti excludunt dictũ ſenſum: nam dicit, quòd poſsidebat totũ territorium.
5 item dicit * liberũ ſeu liberè, quod tantum eſt dicere quantum plenè, ut probatur in l. fideicõmiſſa. §. quanquam. ff. de leg. iij. & ibi per doc. & per Bar. in l. alio. iij. col. uer. itẽ quæro dicit teſtator. ff. & de ali. & cibar. leg. Sed nõ procedit hæc reſponſio: nam etiam in nõ tota re uerificatur hoc uerbũ pleno iure, ut ſolũ in domino directo, ut not. Ang. per gl. ibi in l. Iul. §. idem Iul. ff. de rei uend. & not. plenè Felin. in d. c. auditis. iij. & iiij. col. Et ſi dicatur quòd uerba libelli debent impropriari &c. ut latè cumulat Bert. in tract. de gabellis. & Marianus in c. fi. xxxiij. prin. art. de li. obla. & Feli. in c. auditis. j. & ij. colũ. de præſcr. & Iaſ. in l. ſed & ſi poſſeſſori. §. item ſi iurauero. ij. & iij. col.
6 ff. de iureiu. Ad * hoc reſponderi poteſt, ꝙ hæc non habent locũ quando uerba libelli eſſent diſproportionata à probationibus: nam ut dicit Feli. in d. c. auditis. poſt Alexã. in conſi. cxxj. j. uol. incip. uiſo proceſſu ſi libellus cõtinet repugnantia probationibus, nullo modo ſaluari poteſt. ad propoſitũ caſus noſtri dicere in libello ſe eſſe dominũ territorij, ſiue poſſeſſorem libere, & probare de aliquo iure ut fide &c. eſt quid repugnans: nam in re ſua quis non poteſt habere ſeruitutẽ, uel ius formale. item probationes aduerſarij excludunt totalem poſſeſsionẽ, uel dominiũ. Sed non procedit hæc reſponſio: nam intelligendo libellum de territorio, quo ad ius fidæ in toto territorio, non inconuenit, quãdo uolumus quòd fida hic non iure ſeruitutis, ſed dominij capiatur. Quinimò dicit not. Abb. in c. j. ulti.
7 col. de immu. ecc. quòd * ratione iuris quod habeo in re, poſſum uendicare totã rem, quando non poſſem meo iure uti, niſi relaxetur tota res, allegat not. in c. examinata. de iudi.
8 & ibi per eum. Et ſi dicatur * ꝙ in libello eſt clauſula omni meliori uia, per quam uidetur ſaluari omnis ineptitudo, adeo quòd quis obtinere poteſt ex cauſa probata, licet nõ deducta, ſecundũ Sozi. in d. §. nihil cõmune, poſt Alex. in l. ſi ita ſtip. §. Chriſogonus. de uerb. obli. & per Cano. in c. ij. de ordi. cogn. Ad hoc reſponderi poteſt: primò quòd uirtus dictæ clauſulę procedit, quando eſſemus in ambiguo uel incerto: ſecus ſi petitio eſt prorſus deformis, & probata nõ conueniunt petitioni. ita Marianus in c. ij. xiij. principali artic. de lib. oblat. quod eſſe uidetur in caſu noſtro, unde quidã uolebant, ut dicit Io. Pet. in l. j. in prin. ff. de eden. quòd dicta clauſula non tollit uitiũ contrarietatis. Sed ſoluitur hæc reſponſio prout pręcedens,
9 * præterea non inconuenit, quòd in eodem territorio unus ſit dominus in una ſpecie, puta in paſcuis ſylueſtribus in affidando, ut ſe nũc prætẽdit Robertus, & alius ſit dominus ratione alterius ſpeciei, puta pro pedagio, ſicut dicitur in c. cũ in tua. de

decimis. Secundũ principale du-
biũ cõtra.d.Robertũ erat: nam pri-
10 mò*fuerat motũ iudiciũ ordinariũ
uti poſsidetis: deinde fuit motũ re-
mediũ extraordinariũ,& ſummariũ
uidelicet officii iudicis. iuxta not.
practicam,quam dat Pau.de Caſt.in
cõſi.v.uerſi.authoritates.nã non ui-
debatur ꝙ cõſil.Pau.cũ ibi adductis
per eum obtineat,niſi ante litẽ mo-
tã,& iſte erat caſus cõſilii ſui,ut in fi.
ipſius cõſilii apparet, quod conſiliũ
incipit, cauſa quæ uertitur. aliàs in
cauſa quæ uertitur,corã uicario po-
teſtatis Bergonii occaſione cuiuſdã
uenæ cotanæ &c.nã Iac.But.in l.in-
certi.C.de interdic.quẽ refert & ſe-
quitur Bald.in l. ordinarii.C.de rei
uend.iij.col.uer.ſed hic quæro duo
aſſerũt.& Lanfr.in repet.rub.de cau
ſa po.& proprie.ix.col.uer.j.cõclu-
ſio.ubi diſceptatur.ac alii plures lo
quẽtes de hac materia ponũt, quòd
quãdo uterque pretẽdit ſe poſside-
re,& neuter uult eſſe actor,ꝙ ceſſat
in caſu noſtro:ex quo iam habemus
actorẽ.& hic cadit quod no.Bal.in l.
æquiſsimũ.ff.de uſufru.uidelicet:ꝙ
tũc, quando iudex uidet imminere
periculũ armorũ,debet cauſam ciui
lẽ celeriter expedire. pro hac parte
facit etiã Bal.in c.dilectis.de app.ij.
col.ibi,maiori turbatione. quaſi ꝙ
ſuper eadẽ nõ poſsit lite pend.agi.
Vide s.deciſio.lxxij. ꝙ pendẽte iu-
dicio retinẽdæ nõ poteſt agi reme-
dio attentatorũ. Pro.d.Roberto fa
cit:primò Spe.in tit.de ſequeſtr.po.
& fr.§.j.uer.ſed nũquid ubi agitur.
qui uult quòd pẽdẽte lite ſuper in-
terd.uti poſſ.iudex ob timorẽ armo
rũ poterit procedere ad ſequeſtran-
dum. Sed hoc non uidetur obſtare:
11 nam*ut dicit Bal.in l.quidã æſtima-
uerũt, quẽ ſequitur ibi Iaſ.in iij.col.
ad ſequeſtrũ nunquã deuenitur,niſi
quando neuter poſsidet, uel incer-
tum eſt quis poſsideat:nõ enim po-
teſt etiã ob metũ armorum fieri ſe-
queſtrũ altera partiũ ſtante in po.&
ſic etiã Lanfr.in d.rubr.ix.col.aliud
12 *eſt ergo remediũ ſequeſtri quod fit
in illo caſu, aliud procedere ad exa
minationẽ,per quam alteri parti li-
te pendente ſuper uti po.eſſet pro-
hibendus acceſſus ad rem. Secun-
dò pro d.Roberto faciunt quædam
uerba Pau.afferentis gl.in l.j.§.j.ff.
de itinere actúque priuato.in d.cõſ.
v.ij.col.loquentis in hac materia.&
per gl.in l.j.§.j.ff.de iti.actúque pri
13 ua.per quam patet, quòd*lite pen-
dente ſuper iure, uel quaſi poſſ.iu-
ris,ille qui nõ poſsidet debet caue-
re poſſeſſori,quod nõ impediat eũ
in quaſi poſſeſsione ſua.Sed ibi hoc
eſt ex natura ſeruitutis, in qua non
cadit poſſeſsio rei,ſed iuris.Sic & in
14 ſimili dicit Pau.cũ*minor nõ appel
lans petit ſe reſtitui ad appellandũ:
nam ante lit.conteſt.in cauſa reſti-
tutionis ſummatim cognoſcetur an
habeat bonã cauſam, & ſic ſit læſus.
Tertiò facit:nã Fran.de curt.in cõſ.
lx.uidetur hoc ſentire, dum allega.
Abb.in c.examinata. de iudi.& ibi
Abb.in j.col.uer.ſed aduerte.& cla-
rius in addi.ubi uidetur innuere in
uer. & licet loquatur Spe.ꝙ fortius
iudex interponet officium ſuũ lite
pend.quàm non.licet non loquatur
15 in ſequeſtro. Quartò facit:nã *re-
mediũ ordinarium nõ facit ceſſare
extraordinariũ,quando illud pin-
guius prouidet. Bart.in l.in prouin-
ciali.§.j.ult.col.ff.de no.oper.nũcia.

glo. in l. fin. C. ſi aduerſus rem iudi. 2 quod eſt in caſu noſtro: nam remedium de quo agimus eſt officiũ iud. in quo faciliores probationes requiruntur, & magis ſummariè procedi tur. Quintò facit: nam pars nõ oppoſuit, & nõ fecit defenſiones ſuas 3 in hoc officio iudicis. cõmuni uoto iudicatũ eſt pro domino Roberto.

SVMMARIVM.

1 *Succeßor filius in feudo petẽs feudum non tenetur ad inſtantiã rei declarare ſi petit ut hæres uel non: etiam ſi hæres inſtituatur.*

2 *Feudum non poteſt haberi per filium: niſi ſit patris hæres.*

3 *Actor in duobus caſibus etiam circa burgenſatica non tenetur declarare, ſi petit ut hæres uel non: alias practica eſt in contrarium.*

DECISIO XCVII.

IN cauſa Comitatus Neocaſtri inter magnificã Fauſtinam carracciolam primogenitam quondam d. Marci Antonii carraccioli Comitis Neocaſtri actricẽ ex una, & dominã N. carracciolam conuentã ex altera 1 parte. Fuit dubitatũ, an* dicta Fauſtina actrix inſtante & opponente rea teneatur declarare, ſi uenit ex teſtamento uel ab inteſtato ad dictũ Comitatũ. Et cõcluſum ac uotatũ & decretũ eſt, ꝙ nõ, per id quod no. Bal. in c. j. in prin. ij. col. de ſucce. feu. ubi dicit ꝙ filius etiam ſi hæres inſtituatur, nõ ueniet ad feudi ſucceſsionẽ ex teſtamento, nec ab inteſtato, ſed iure ſucceſſorio feudorũ. M. actorũ Franciſchellus campellonus. Dicebant aliqui ex dominis, quòd quãdo rea petiiſſet actricem declarare, ſi eſt hęres d. M. Antonii, & ſi uenit ut hæres, quòd ipſa debuiſſet reſpõdere: ex* quo feudum 2 nõ poteſt haberi per filiũ, niſi ſit hæres patris, ut in c. j. an agna. & ibi Andrę. & in c. j. de alienat. feu. pa. etiã ſi ſit ex pacto & prouid. ut ubi s. Vide Iaſ. in l. ſi autẽ. iij. col. C. de ſuc. edicto. qui* ponit duos caſus, in quibus 3 etiã in Burgenſaticis quis non tenetur declarare. primus eſt quando pars nõ opponit, ſecũdus eſt, quando reus ſine iſta declaratione poſſet deliberare an uelit cedere uel cõtendere: ſed in ſac. Con. eſt practica pro reo petẽre, ſemper actor debet declarare quomodo uenit, & hoc in burg. quicquid dicat Bart. in l. ſi defenſor. § illud. de inter. actio. & de hac practica uide. d. Ant. de al. in l. j. ff. de pet. hæred. ubi dicit quòd hoc ſeruaretur in practica. In ea cauſa pro cõuenta parte fuit petitũ poſt dictum decretũ, quòd pręfata actrix declaret, ſi uenit ut hæres. Domini de cõſilio declararũt in facie aduocatorũ, quòd ipſa actrix nõ tenetur hoc declarare, ex quo ſemel dixit, ꝙ uenit ut ſucceſſor. Quare ipſi aduocati incõtinenti formarunt petitionem, ut actrix declaret, ſi eſt hæres, ſed de ea nõ fuit habita ratio, nam oblata eſt poſt lit. conte. quare non tenetur quis reſpondere per modum interrogatoriorũ, ſed fuit dictum quòd faciat poſitiones.

SVMMARIVM.

1 *Clericus teſtari poteſt de bonis, quæ paternæ ſucceßionis, uel agnationis intuitu, uel ex artificio lucratur: non obſtante conſuetudine Neap. quia iure municipali clericus non ligatur.*

2 *Clerici ementes pro ſe, non autem pro eccleſia, ligantur conſuetudine iuris congrui.*

3 *Monachus nec pro eo Monaſterium petere poteſt portionem ſe tangentem à fratribus inſtitutis uniuerſaliter per communem ſororem uirtute conſuet. Neapolit.*

4 *Agnatus ingreßi Monaſteriũ an excludatur per ipſum Monaſter. ab omnibus bonis ingreßi ſtante conſuet. Neapolit.*

DECISIO XCVIII.

IN CAVSA Franciſchellę maricõdæ cum Notario Loyſio caſtaldo, & cõſortibus. Fuit dubita-
1 tum,* an agnati ſacerdotis Neapolitani auferãt ab hæredibus inſtitutis per ſacerdotẽ medietatẽ bonorum antiquorum, iuxta cõſuet. Neap. gl. Neapolita. ſuper conſuet. ſi quis uel ſi qua. ſuper uerbo, materna. in fi. dicit hæc uerba: ſi autẽ uiuent præfati clerici, uel prælati poſſent teſtari ex prædictis bonis quæ paternæ ſucceſsionis, uel agnationis intuitu, uel ex eorum artificio lucrantur. ut extra, de teſta. c. quia nos. §. interdicimus. nec tenentur relinquere medietatẽ proximioribus ſecundũ cenſuram huius iuris, cum nõ ligẽtur hi iure municipali, ut dixi in d. glo. qui tenor. idẽ Neapolita. in titu. de iure congrui. in cõſuetudine, ſi eccleſia,
2 in gloſ. j. tenet* quòd clerici emẽtes pro ſe nõ pro eccleſia ligentur conſuetudine illa iuris congrui. idem Neap. in d. glo. qui tenor. quæ eſt in procem. cõſuetudinũ ſuper uer. tenorẽ. late examinat articulum in genere. ſac. Conſi. iudicauit in dicta cauſa, q clericus potuit diſponere, non obſtante cõſuet. erat autem ille talis ſacerdos. Quid in aliis clericis, aliàs
3 dicemus. Quid ecõtra, filia* Thomæ Cecalẽſis decedit ſuperſtite Alexan. Scipione, & Altobello Cecalẽſibus: hic ulti. erat monachus Carthuſien. Mulier iſta habens hos tres fratres fecit teſtamentũ, & reliquit hæredes illos ſuos ſecu'ares, uenit Mona ex perſona Monachi, & uult auocare portionẽ, hũc Monachum tangentẽ uigore cõſuet. uide Neap. in cõſuet. hic allegata, in uerb. proximiore, ubi determinat q non poteſt. Alibi glo. Neap. in cõſuet. ſi moriatur. in glo. in uer. moriatur. quæ-
4 rit* an agnati eius, qui ingreditur Monaſterium, excludũtur ab omnibus bonis ingreſsi per Monaſteriũ.

SVMMARIVM.

1 *Vicinus rei emphyteoticæ uendita nõ præfertur directo domino uolenti eã pro ſe: licet alienationi conſenſerit. & nume. ſeq. & nu. 9.*

2 *Dominus directus non requiſitus ab emphyteota alienãte, præfertur cuilibet emptori.*

3 *Conſenſus domini non requiritur in uenditione rei emphyteoticæ neceſſaria, puta in adiudicatione, in ſolutum datione per iudicem facta creditori ſaluo iure Canonis. & nu. 9.*

4 *Ius congrui non habet locum in alienatione neceßaria.*

5 *Dominus directus rem emphyteoticã poßidet ſaltem ciuiliter.*

6 *Poſſeßor quilibet habet ius offerendi.*

7 *Feudum licet à creditoribus capi & uendi poßit conſuetudine uel ſtatuto: tamẽ directus dominus offerre & redimere poteſt ab ipſis creditoribus.*

8 *Venditor unius domus coniunctæ alteri ſuæ domui: licet uicinus ex alio latere uincat iure congrui ab emptore: tamen poterit ab ipſo uicino auocare medietatem domus uẽditæ, quatenus coniungitur alteri ſuæ domui.*

DEC

DECISIO XCIX.

1 IN CAVSA Michaelis pulueriņni* petentis à domino Sebaſtiano Barnaba quādā domū iure cōgrui, cum Monaſterio ſancti Ligorii directo domino dictæ domus: quod in uēditione præfato do. Sebaſtiano facta de domo prędicta per Ioānem de morimāno cōſenſerat: nunc autē uidens uicinum ad eá iure congrui aſpirare concurrit, & uult eam pro ſe, offerendo pretiū. Dubitatum eſt, qs præferri debeat, an uicinus, an dominus directus. Et quidē
2 quādo* ipſe dominus directus non fuiſſet requiſitus, iuxta. l. fi. C. de iure emphy. nec conſenſiſſet, ipſe dominus directus præferretur uicino, ut decidit Neap. in prima conſtitutione, ſub. tit. de iure. cōgr. in gl. in uer. alicuius. Idem firmat Alb. in l. Imperator. la ulti. poſt Guiliel. de cu. ff. de pact. & Alua. in ca. j. §. porro. pen. q. qualiter olim feud. alie. pote. At in caſu noſtro cōſenſit in uēditione facta. d. Sebaſtiano. ergo nō poteſt ulterius uenire, eſt enim per illā uēditionē quæſitū ius uicino, & illa uenditio quæ eſt fiēda uicino, fit ex cauſa neceſſaria, uidelicet conſuetudi-
3 nis, &* in uenditione neceſſaria rei emphy. nō requiritur cōſenſus domini, ut not. Bal. in l. Imperialem. iij. col. de prohi. alie. per Fede. loquens in adiudicatione, ſeu in ſolutū datione, quæ fieret per iudicē creditori emphyteotę de re emphyteotica, fiet enim ſaluo iure canonis. & idē firmat Iaſ. in d. l. fi. de iure emphy. in colum. cxxxiij. uer ſi. quintò quero. & ſunt not. per Bar. & alios in l. ſi finita. §. ſi de uectigalibus. de dā. infect. & Alexā. conſi. iij. vij. col. j. uol. & tenet Albe. in ij. parte ſtat. ij. q. j. col. ſic
4 etiā dicimus, q* in dicta alienatione neceſſaria non habet locum ius cōgrui, ut determinat Neap. in dicta prima cōſuet. in glo. in uer. emit. iij. col. In contrariū uerò, & ſic pro Monaſterio facit: nā eſto q per cōſenſum præiudicauit ſibi eccleſia, ut ob alienationē res non deuoluatur, nec cū ipſe d. Ioánes uēdidit. d. Sebaſtiano. nec cū ipſe. d. Sebaſtianus uēdet Nicolao michaeli: ex quo iſta uenditio ſecūda eſt ex cauſa neceſſaria, in qua nō habet locū deuolutio, tamen ob aliud caput, uidelicet ut pro eodē pretio Monaſteriū præferatur uicino, uideretur dicendum pro Monaſterio. Et pro hac parte fa-
5 cit primò: nā* ratione iuris emphyteotici, & directi dominii clarū eſt quòd Monaſteriū poſsidet ſaltē ci-
6 uiliter. Et* quilibet poſſeſſor habet ius offerendi, ut in l. ſi fundus. §. in uendicatione. ff. de pign. & in l. pau. §. ſi. quib. mod. pignus uel hypo. ſoluit. Vnde ut rem ſibi cōſeruet eccleſia, debet admitti ad hanc oblationē. Secundò facit glo. no. in c. j. §. porro. in glo. j. qualit. olim feu. alie.
7 po. quæ uoluit* in caſu quo feuda per ſtatuta uel cōſuetudinē poſsint à creditoribus capi & uendi, Dominus directus poteſt offerre, & redimere à creditore. Quā glo. ſequuntur Iaco. de Bel. Bald. & Iac. alua. ibi. unde licet alienatio de qua. in d. gl ſit neceſſaria, quia per iudicem uel ex neceſsitate. ll. uel ſtatuti: tamen dominus pro ſuo intereſſe poteſt offerre. Tertiò facit. glo. Neapo. in conſuetudine, ſi ex uno, in glo. in uer. & uolentibus, in fine. quæ tenet
8 quòd* ſi ego uenderē domū unam coniun

coniunctā alteri domui meæ Titio, & tu uicinus ex alio latere uinceres hanc domū uenditā ipſi Titio iure cōgrui,& ſic Titius ex cauſa neceſſaria tibi uicino uenderet,ego potero abs te ex nouo iure congrui auocare medietatē ſeu partē illius domus quatenus cōiungitur domui meæ:pariter ergo eccleſia,quæ primo loco conſenſit uenditioni factæ d.Sebaſtiano:ſi nunc uicinus uincit, d.Sebaſtiano ex iure congrui hanc domū:eccleſia licet primo loco illi primę uenditioni cōſenſerit,poſſet ex nouo iure ſecundæ uēditionis licet neceſſariæ,admitti,nō obſtante primo cōſenſu. Quartò facit cō-
9 ſil.Bal.cclvj.iij.uol.ubi uult* quòd licet creditor rei emphyteoticæ poſſit petere adiudicationē ſeu in ſolutum dationem rei emphyteoticæ pro debito,& ad hoc non requiratur aſſenſus domini,ex quo eſt alienatio neceſſaria,ut ſuprà dictū eſt, tamē directus dominus poteſt offerre debitum,& præfertur ipſi creditori:& ſi aliter iudex non uocato directo domino procederet,ipſi nō præiudicat.Votatum eſt,ꝙ condēnetur.d.Sebaſtianus emptor ad uēdendū.d.Nicolao michaeli pro pretio,quo fuerit appretiata iuxta con ſuet.Neapolit.& quòd in auocanda poſſeſsione à præfato.d.Sebaſtiano præferatur Monaſterium iure directi dominii.

SVMMARIVM.

1 *Feudum uēditum reuocari poteſt per uenditorem,poſito quòd poſtea ſequatur aſſenſus.& nu.7.*

2 *Iuramentum alienantis feudū habet in ſe tacitam conditionem, ſcilicet ſi Dominus alienationi conſenſerit.*

3 *Feudi alienatio facta in augmentum feudi de iure communi non requirit aſſenſum:at in Regno etiam in melius non licet alienare.& nu.7.*

4 *Feudum dicitur in augmentū alienari quando iuuenis uendit ſeni:& habens filios uendat nō habēti:uel aptiori ad præſtādum ſeruitium:uel promittenti ſeruitium duplicatum.*

5 *Aſſenſus ſuperueniens poſt uenditionem reuocatam non reperit materiā in ſtatu ualidandam.*

6 *Alienatio feudi ſi fiat in præſentia Domini ſcientis,& intelligētis,de iure communi non requiritur ulterior aſſenſus:at in Regno dicta præſentia non ſufficit.*

7 *Licentia ubi requiritur,expreſſa,nō tacita ſufficit.*

DECISIO C.

IN CAVSA Tutii de perſona cum Petro Vetrano, cum dictus Tutius uendidiſſet præfato Petro quoddā feudū pro certo pretio,illudq; tradidiſſet,ac deinde uēditionem reuocaſſet,& poſt reuocationem emptor aſſenſum regiū obtinuiſſet in forma cōmuni,& demum pro ducatis quinquaginta idē uenditor poſt aſſenſum interpoſitū ſuper cōtractu celebrato de dicta uenditione,uenditionē ipſam ratificauerit,reuocationemq; reuocauerit.
1 Fuit dubitatum,an* prefatus Tutius agēs ſuper recuperatione feudi debeat obtinere ſtante conſtitutione Regni,quæ incipit,conſtitutionem diuæ memoriæ.quæ permittit alienantibus feuda ꝙ poſsint iure proprio reuocare. Pro cōuento facit primò Lucas de penna in l.nulli.ij. col.C.de fundis pat.qui dicit,quòd quādo uaſſallus alienat feudum,& iurat

iurat nõ contrauenire huic alienationi, ubi expreſsè Dominus renueret cõſentire,* tunc ipſe idẽ alienãs reuocare poterit, nõ obſtante iuramẽto, quod uidetur habere in ſe tacitã conditionẽ, ſcilicet ſi Dominus alienationi cõſenſerit. c. cõſtitutus. de reſcri. & in c. ueniẽtes. unde antequàm Rex requiſitus renuat conſentire, nõ uidetur ꝙ reuocatio fieri poſsit. ſi ergo dominus Rex aſſentit, licet poſt reuocationẽ eſt clarificatum, ꝙ Dominus nõ renuet aſſenſum. Et dicit. d. Mazæus in deciſ. cxj. ꝙ domi. Anto. de Alexãdro & do. Andr. mariconda dicebãt. ꝙ ipſi uiderunt de iſtis reuocationibus, quæ præcedũt regiũ aſſenſum, interdum nõ fuiſſe habitam aliquam rationẽ. Facit ſecũdò tex. in l. ſi quis mihi bona. §. ſed quid ſi mandauit, uerſi. aut quid ſi petitã. ff. de acqui. hære. ubi ſi pater dixit quòd ratã habebat petitionẽ bonorũ poſſeſsionis talis hæreditatis factãà filio ſuo quẽ in poteſtate habebat, inducere per hæc uerba mandatũ ſeu iuſſus de adeundo. Et ſic actus qui fit ad ualidandũ actũ iã factũ importat mandatũ ſuper actu de nouo gerẽdo: ut ſic eodem modo aſſenſus Regius, qui interuenit in dicta uẽditione ut ſupra facta, inducat uim ſuper uenditione fienda: nã Tutius ratificauit primã uenditionẽ, & quatenus opus erat de nouo uẽdidit. & illum tex. ita inducit Alex. in cõſi. cxlvj. iij. col. v. uo-
3 lu. Facit tertiò: nã* quãdo alienatio fit in augmẽtum feudi: nõ requiritur in ea aſſenſus Domini, ut dicit Andr. in l. imperialem. in prin. xj. col. de prohibit. alie. per Fede. in c. j. §. fina. de cap. qui cur. uend. in c. j. §. præterea. de cap. Cor. ij. col. in c. j. §. ex cõtrario. de inueſti. de re alie. fa. & in c. j. an ille qui interf. fratrẽ Domini ſui. & not. And. poſt gloſ. ibi in d. cõſtit. conſtitutionẽ. j. col. Et dici-
4 tur* fieri in augmentũ feudi, quãdo habens filios uẽdat nõ habẽti filios. item quãdo iuuenis uẽdat ſeni: quibus caſibus feudũ eſt citius ad Dominum reuerſurũ: Item quãdo is in quem alienatur eſſet aptior ad præſtandum ſeruitiũ, ut hæc ponit And. in d. l. imperialẽ. in princ. xj. col. circa finẽ. itẽ quãdo habens rẽ pro uno ſeruitio, uenderet ut emptor ſeruiret pro duobus. ut no. Andr. in d. c. j. ij. col. an ille qui interf. fr. do. ſui. Ex quo infertur quòd cũ ex proceſſu apparere dicatur ꝙ emptor de quo agitur eſt aptior ad ſeruiendũ. item uxore carẽs nõ debebat eſſe neceſſarius aſſenſus. igitur reuocatio nihil operatur. & d. Anto. de Alexandro in addit. ſua, ad And. ſuper conſtitutione, cõſtitutionem diuæ memoriæ. in ſecunda addit. dicit hæc uerba: ſi feudi alienatio tenderet ad augmentũ ſeruitii, quia fieret ei qui melius ſeruiret, ualeret ſine iuſſu Principis, & nõ haberet locum hæc conſtitutio. Pro actore autẽ facit principaliter conſtitutio Regni, cõſtitutionẽ diuæ memoriæ. Itẽ quia
5 aſſenſus* ſuperueniens poſt uenditionem reuocatã non reperit materiã preexiſtentẽ, quam ualidare habeat. Ad Lucã in d. l. nulli. reſpondetur, nã nõ receptũ eſt propter generalitatẽ illius conſtitutionis, ut dicit dictus doctor in deciſ. cccxxxv. Ad l. ſi quis mihi bona. §. ſed quid ſi mandauit. reſpõdetur, ꝙ non poteſt negari iuſſum de quo ibi, ſeu illius

exten

extẽſionẽ, eſſe tacitũ: & ut taciti: ſed in Regno non ſufficit tacitus aſſenſus: imo debet eſſe expreſſus: ut in d. conſtit. ibi, niſi de ſpeciali noſtræ
6 celſitudinis licẽtia, in tantũ* ꝙ licet quãdo alienatio feudi fieret in præſentia Domini intelligẽtis & ſcientis, nõ requiratur ulterior aſſenſus, ut dicit glo. iiij. in l. j. de prohi. alie. per Lothar. & ibi Alua. in §. hac edictali. & in ca. j. §. deniq;. xlij. concluſione. quæ fuit prima cauſa benef. amit. tamẽ in Regno non ſufficeret præſentia Regis, & ſcientia propter uerba. d. conſtit. ita Andr. in d. §. hac
7 edictali. Pro quo facit: quoniã* quãdo requiritur licẽtia debet eſſe expreſſa, & nõ ſufficit tacita. uide Alexan. in l. ij. §. uoluntatẽ. ij. col. ſol. ma. Ad illud de alie. quæ fieret in augmẽtũ feudi reſpõdetur, ꝙ id procedere poſſet de iure cõmuni feudorum quando eſſet uerũ. at in Regno etiã in melius nõ licet alienare. ita expreſsè Andr. in d. c. j. §. præterea. ij. colũ. de cap. Cor. ubi dicit hæc uerba, quia quantũ ad Dominũ feudi intelligitur diminui, quod eſt etiã in melius cõtra ſuã uoluntatẽ, & expreſsius & melius in d. cõſtitutione, conſtitutionem. ij. col. ibi uerius uidetur: ſed ibi ſe remittit. & circa hoc uide in deciſ. clxvj. Votatum eſt. emptorẽ condẽnari ad reſtituendũ feudũ habito per eum pretio: & ſuper fructibus fuit reſeruata deliberatio melior ſacri Conſilii.

SVMMARIVM.

1 *Citatio particularis creditorũ requiritur, quando creditores ſunt certi: & proclama non ſufficit in confectione inuentarij.*

2 *Creditores ſeu ſint ueri, ſeu prætendãt ſe creditores eſſe, nõ attenditur, ut dicantur certi.*

3 *Conſuetudo ſeu regionis ſtylus attenditur in faciendis inuentarijs.*

DECISIO CI.

IN CAVSA Andreæ uiues agẽtis ex perſona quondã Albinæ de Corduba eius matris contra dominã Reginã Ioannã poſſeſſorẽ maſſariæ, quæ fuit quondã Loyſii Benet, & fuerit dicto Loyſio adiudicata pro quodã debito Pauli uiues patris dicti Andr. Opponitur, ꝙ dictus Andræ. eſt hæres quondã d. Pauli, & ꝙ non poſsit ad dotes, ſeu ratione dotiũ maternarũ agere contra eum qui tenet propter debitũ paternũ: nam ipſe eſt hęres patris, & teneretur. Pro parte And. allegatur beneficium inuẽtarii. Cõtra inuẽtariũ opponitur, quòd non fuit in eo cita-
1 tus Loyſius creditor, &* ꝙ licet ſufficiat citatio generalis creditorũ ꝑ edictũ, ſeu ꝓclama: tamẽ debet particulatim citari quãdo eſt certus ut no. omnes, maximè moder. in l. fi. in prin. C. de iure delib. Ad hoc reſpondebatur primò: quòd nõ erat certus And. Loyſium eſſe creditorẽ. Cõtra iſtam reſponſionẽ dicebatur, ꝙ ipſe Loyſius mouerat tẽpore inuentarii litem cõtra Andræam ſuper adiudicatione dictæ maſſariæ uigore ſui debiti, & quòd licet non feciſſet fidẽ
2 de debito, tamẽ* ſufficiebat hoc, uidelicet, ꝙ Andræas ſciebat Loyſiũ prętẽdere ſe creditorẽ: nã Ang. in l. j. §. hęc ſtipulatio. iiij. col. ff. ſi cui pluſquàm per leg. Fal. dũ ponit formam inuentarii ſuper citatione, dicit aſſerẽtes ſe legatarios & creditores. Se-
3 cũdò reſpõdebatur, ꝙ* nõ eſt cõſuetũ per notarios cõficientes inuẽtaria citari

citari facere aliquē ſpecialiter: ſed ſolū per proclama. & quòd iſta conſuetudo debet attendi per id quod no. Ang. in d. §. hęc ſtipulatio. v. colū. ubi in ſpecie dicit circa hanc uocationem eſſe ſeruādum ſtylum regionis, & per no. per Bal. cōſi. xxxvj. iiij. uol. incip. inuentariū. ubi dicit ꝙ de generali conſuetudine nō eſt neceſſe tot ſubſtantialibus in iſtis inuētariis, & dixerat ante de citatione, & aliis ſolennibus. Ad hoc ſeu contra iſtam ſecundam reſpōſionem dictum eſt, quòd de tali conſuetudine nō fuit facta fides. & ſic notatum eſt contra inuentarium.

SVMMARIVM.

1 *Donatio cauſa mortis facta concubinæ per clericū ualet: ſi tempore donationis concubinatus non durauit.*

2 *Clericus poteſt ob merita donare concubinæ: probatis tamen meritis aliunde: quàm per donantis confeſſionem abſque iuramento.*

DECISIO CII.

IN CAVSA Hippolytæ Squeræ cū Carolo Antonio de limata fuit
1 dubitatū, utrum* donatio cauſa mortis facta per quōdam Abbatem Melchionem de limata in dictā Hippolytam ualeat: ex quo prætenditur ꝙ fuit concubina donantis. In donatione. Bar. in l. affectionis. ff. de dona. & in l. miles. in princ. ff. de re iudi. & in legato, idem Bar. in l. miles ita hærede m. §. mulier. ff. de mili. teſta. poſt Richar. Malumb. tenet non ualere. Et licet ad hæc dentur limitationes,
2 prima, ut* non habeat locum quādo donaret ob merita: ꝓbatis tamē meritis aliunde quā per confeſsionem donantis: ut tenet Ancha. conſi. ccxlvij. ſecunda: ut non habeat locū ſtante iuramento donantis, ſecundū Ro. cōſi. xliij. qui loquitur in donatione militis: & mouetur per rationem non conuenientē clericis: attamē in caſu de quo agitur, nihil iſtorum apparet. Fuit nihilominus conſideratum in dicta cauſa: quòd non apparebat quòd tempore mortis donantis: & ſic tēpore donationis concubinatus durabat: unde notatū eſt pro actrice.

SVMMARIVM.

1 *Cenſus ubi ſoluitur annuus pro terris feudalibus, ipſæ terræ non dicūtur amplius feudales nec emphyteoticæ: ſed ſimpliciter cenſuales.*

2 *Cenſualia, quæ non ſunt feudalia, dicūtur habere propriā naturam diſcretā etiam ab emphyteot. iure.*

3 *Baro ſi alienat rem particularē feudi ad annuum redditum: res ipſa dicitur cenſualis & non feudalis.*

4 *Feudum, ſeu res in feudum ſi detur ad annuum redditū, non ob hoc erit feudum.*

5 *Cenſualia ſi alienantur pro franchis etiam irrequiſito domino cenſus, non ob hoc irritatur alienatio. & nu. 7.*

6 *Cenſualia bona poßunt alienari per poßeßores ſaluo cenſu.*

7 *Cenſuarius non priuatur iure ſuo non ſoluendo, nec alienando: & iſta duo æquiparantur.*

DECISIO CIII.

IN CAVSA magnifici Vincentil barrilis cum Vincentio dente, ac nonnullis aliis ſuper deuolutione nonnullarum terrarum, & domorū reddititiarum feudo caſalis Pumighani, cuius ipſe Vincentius eſt utilis dominus, ob alienationem dictarum terrarum factam eo irrequiſito,
1 Cōſtabat ex proceſſatis, ꝙ* de dictis terris

terris ſoluebatur redditus actori, ut domino feudi ſeu caſalis, itē quòd fuerant alienata pro frāchis, irrequiſito dicto utili domino Caſalis. Sac. Conſi. habuit bona illa non pro emphyteoticis, non pro feudalibus, ſed pro ſimpliciter cenſualibus, nō obſtante dicta probatione, quòd erant redditititiæ feudo, pro quo no. p And. in c. j. uerſicu. nam & illud. de eo qui
2 ſibi & hære. ſu:s. ubi dicit* iſta cēſualia quę non ſunt feudalia, habent ꝓpriam naturam, diſcretam etiam ab emphyteoticario iure. Itē facit quod in propriis terminis not. Neapo. in conſuetudine prima. in quibus rebus habeat locum quarta in uer. ſed
3 in bonis. ubi quærit,* quòd ſi Baro alienat rem particularem feudi cū aſſenſu debito, & alienat ad annuū redditum ſiue cenſum, transferens quicquid iuris habet in talē uel eius hæred. cum poteſtate alienandi ſine nuncupatione feudi uel ſeruitii, res iſta erit cenſualis, & non feudalis: ex quo nec de feudo, nec de ſeruitio mentio facta eſt. Item facit quod no. Bal. in l. liberti libertæq;. pen. col. de ope. lib. & Alex. in cōſi. cxxxvj. iij. &
4 iiij. col. j. uolu. ubi tenet, quòd* etiā ſi detur res in feudum ad annuū redditum, non ob hoc erit feudum. Et licet fuiſſet allegatum quod dicit d. Mazeus in ſua deciſio. cxxix. qui dicit fuiſſe notatum, quòd res redditia feudo, eſto quòd non ſit feudalis, tamen erit emphyteotica: tamen non fuit ſtatum illi deciſio. maximè quia ibi ponitur pro certo, quòd res illa fuerat aliàs Curię, & quòd in ea fuerit furnus Curiæ. Caſus enim noſter eſt, quòd non apparebat aliud, neq; origo contractus: ſed ſolùm ꝙ res illa erat redditia feudo. Vide And. in conſti. ſi quando. poſt gl. ibi, ꝙ uaſallus ſeu. uillan* qualitercūq; non poſſet terram uel tenimentum, quod tenet à domino, ſine ſua licentia alienare, etiam ſi tenimentū hoc non ſit feudum, uel in honore militari datum. ſac. Conſi. etiā in iſta cauſa Vincentii barrilis habuit pro cla-
5 ro, quòd * res cenſuales etiā ſi alienentur pro franchis: etiam irrequiſito eo cui reddunt cenſum, nō cadūt, cum hoc non reperiatur iure cautū, quòd ob hoc poſſidens priuetur utili & directo dominio, & hic ſuccedit id quod dicit Andr. in d. c. j. uer. nam & illud. ſuccedit etiā quod not. Luc. in l. quicunq;. iij. col. uer. ex his bonis. de omni agro deſerto. ubi
6 uult quòd * bona cenſualia poſſunt alienari per poſſeſſores ſaluo cēſu, uide j. deciſio. ccxvj. Et quantūcunq; ſacr. Conſi. in alia cauſa ſimili in anno 1487. in fauorē domini Marini carraccioli, in qua erat magiſter actorum. N. Iac. de luciferis. Et in alia cauſa etiam ſimili in anno 1499. in fauorem do. Antonii Maramaldi, in qua erat magiſter actorū Damianus Carola, iudicaſſet, ꝙ ſi iſtæ terræ ſeu bona redditia alienantur pro franchis irrequiſito domino feudi cadant. tamen ſacrū Conſil. corā quo iſta ultimò mētionata ſententia oſtēſa fuit, noluit iudicare exemplo illius. ſic quoque ſacrū Conſi. non fuit commotum per id quo notat Areti. in §. adeo. inſtitu. loca. dum allegat Barto. in l. j. §. quid autem. lo ij. de ſuperficiebus. ibi tenet quòd cenſualis res non poteſt alienari irrequiſito domino, & Iaſon illum ſequitur in l. fina. penul. char. uer. xviij. quero. de iure

de iure emphyt.nam Bart.ubi ſ. loquitur in eo qui cõduxit ſuperficiẽ, & non erat ob hoc factus dominus, item dicti alii duo loquuntur in caſu quo is cui ſoluebatur cẽſus,illum recolligebat iure dominii directi, patet quia dicunt irrequiſito domino &c. Sed cõtra Aret.in loco præallegato tenet Decius conſi. clxiiij.
7 col.iiij.qui dicit,* ꝙ ſicut in contractu cenſuali quis non priuatur iure ſuo non ſoluendo,ita nec alienãdo, quia iſta duo æquiparãtur.c.potuit. locat.& reſpondet ad Spec.in tit.de locato. §.nunc aliqua.uerſi.cxix. ad Bart.in l.i. §.quod autẽ.de ſuperficiebus.& Imo. in d.c.potuit.iiij.col. ꝙ illi loquũtur in ſuperficiario,qui tantũ habẽt utile dominiũ ad ſimilitudinẽ emphyteotę,& tales ſoluũt penſionẽ de re aliena:ſecus in cenſuario dicit uideri: & per hæc Aret. in d. §.adeo.non bene dicere, & ad dictã æquiparationẽ de delicto in non ſoluente ad delictũ in alienãte, adducit Decius Alexan.cõſil.cvj.iij. col.uol.iiij. Votatũ eſt ergo & iudicatũ illos conuẽtos eſſe abſoluendos ab impetitione dicti Vincentii, ſaluo eidem Vincentio iure petẽdi ab eis redditum,ſi quod competit.

SVMMARIVM.

1 *Fur puniri debet ubi captus eſt cum re furtiua, etiam ſi eodem die caperetur,quo furtum factum eſt.*

2 *Fur captus cũ re furtiua in alio loco quam in eo,in quo furatus eſt: poteſt ratione nouæ contractationis in loco capturæ puniri. & ſic nõ remittitur.*

3 *Furtũ Neap. commiſſum punitur per Capitaneum Puteolanũ:nõ obſtante quòd illomet die furti Neapo.facti apud Puteolos contractaſſet & nemo didiſſet:& in loco cõtractationis per unum diem reſidentiam non feciſſet.*

DECISIO CIIII.

IN cauſa do. Comitis Montellæ cum d. Comite Noiæ fuit dubitatũ, an quidam uaſſallus Comitis
1 Montellæ,qui in eiuſdẽ domini ſui territorio furatus fuerat unũ iumẽtum de mane,& de ſero dum applicuiſſet in territorio Comitis Noiæ, uidelicet in Aguadia,in quadam taberna,ibidẽ captus fuit cum iumento,debeat remitti ad Comitẽ Montellæ, ex quo in eius territorio furtum cõmiſſum eſt. Bar.in l.ſi domi
2 nium.ff.de furt.dicit,ꝙ* captus ſeu repertus cum re furtiua in alio loco, quàm in eo in quo furatus eſt, poteſt ratione nouæ cõtractationis in illo alio loco puniri. ſac.Conſil. habuit, & habet opi.Bart.pro uera, ſaltem in practica. de qua tamẽ habetur latè per Ale.in d.l.ſi dominiũ. in addi.& per Ang. & Auguſtinum ibi.in tract.mal.in uerbo, & ueſtem cœleſtem.& Ana. in c.ſi.in vij.col.& ſeq.extrà de fur. Ang.ubi ſ.dat plures limitationes,quarum una eſt, ut illud quod dicit Bart. ita demũ obtineat,ſi faceret in illo alio loco cõtractationis reſidentiam ſaltem per unum diem.alleg.Bal.in l.qui furere.ff.de ſtatu homi.Hanc limitationem ſac.Conſi.non habuit pro uera in cauſa hac, ex duabus rationibus. prima eſt:nam Alex.in d.l.ſi dominiũ.ponẽs caſus in quibus opi.Bart. nõ procedit,dicit,quòd procederet quando eodẽ die furti in aliud territoriũ ipſe fur cõtractaſſet,per tex. in l.quo deſtinauerit.eod titu. ut ſic tunc demum faciens furtũ Neap. & deinde alibi cõtractans non poſſit

alibi puniri, quando per totũ illum diem Neapo.ſtetiſſet, & nullibi acceſsiſſet, uel alibi acceſsiſſet, & tamen extra Neap. illo die non contractaſſet. nam licet poſtea alibi cõtractaret, non poteſt niſi Neap. puniri. at in caſu noſtro illomet die alibi contractauit. Secũda ratio eſt: nam Ana. in d.c.fi. viij. colum. uer. tu conſidera. dum allegauit Bal. in d.l. qui furere. allegantẽ d.l. quo deſtinauerit, ſubdit, tu conſidera, quòd illud quod ibi dicitur, dicitur ad illum finẽ, utrũ dicatur manifeſtus uel non manifeſtus, ut probatur ibi, in l. ſeq. ſed in caſu, dicit ipſe, ſufficit ꝙ ſit fur etiã nõ manifeſtus, & ſubiungit Ana. poſſet etiam forte dici, ꝙ dictũ Bald. de uno die procedat, niſi eſſet fur ſuſpectus de fuga. ar. eorũ quæ not. in l. fi. cum ſi. C. de fur. Ideo fuit uotatũ cauſam remittendã eſſe ad locũ ubi captus eſt fur cum re furtiua, etiã ſi illomet die caperetur.
3 Et dum * alia uice hic caſus occurriſſet in perſona cuiuſdam capti à Capitaneo Puteolano in territorio Puteolorũ, eomet die quo furtum Neap. commiſſum erat, & ante capturã illomet die dictas res furatas Puteolis uendiderat, ſac. Conſil. uotauit cauſam eſſe cognoſcendam per Capitaneũ Puteolanũ, non obſtante, ꝙ illomet die furti Neap. facti apud Puteolos contractaſſet, & uẽdidiſſet, & in loco cõtractationis reſidentiã per unũ diem nõ feciſſet.

SVMMARIVM.

1 *Decretũ requiritur in alienatione rei eccleſiæ, poſito ꝙ ſit ſterilis. & n. ſeq.*

2 *Alienatio rei eccleſiæ ſine debitis ſolennitatibus procedit in xj. caſibus.*

3 *Eccleſiaſtica res ſterilis poteſt in emphyteoſim cõcedi ei, qui ad culturam reduxit adhibitis ſolẽnitatibus: alias poſſeſsio ann. quinquaginta nõ iuuaret emphyteotam. & nu. 1.*

4 *Eccleſia põt alienare in perpetuã emphyteoſim æqualitatis cauſa ſeruãdæ.*

DECISIO CV.

IN cauſa monaſterii ſanctæ Claræ cum Ferdinãdo de Merculiano & conſortibus apparebat, * ꝙ olim,
1 ſunt elapſi quinquaginta anni, monaſterium ſanctæ Claræ cõceſsit in emphyteoſim quondam Saleno de Merculiano patri præfati Ferdinandi quaſdã domos cum horto prope domos Comitis fundorũ pro ipſo Saleno, ſuiſq; hæredibus & ſucceſſoribus: & ꝙ in hac cõceſsione defuerat decretũ: & ꝙ tunc temporis erat domus ſterilis, id eſt, quæ non locabatur, & in horto proiiciebantur morticina: & ꝙ Salenus ipſas domos cũ horto ædificauit meliorando, expenditque ducatos trecentos. Cardinalis Alex. in c. ſine exceptione. pe. & ult. col. x. q. ij. ponit xj. limi-
2 tatiões, * in quibus ualeat alienatio rei eccleſiæ ſine debitis ſolẽnitatibus. Hoc dico, nam de iure eſt ꝙ decretũ ſuperioris neceſſarium eſt in alienatione rei eccleſię, ut in c. nulli. de rebus eccleſiæ non aliẽãdis. per Abb. & latius per eum in cap. j. de his quæ fi. à prælatis ſine licent. capituli. ſed melius per gloſſ. & ibi Card. Alex. in antepe. col. in d.c. ſine exceptione. Ex alia parte eſt c. ad aures. de rebus eccleſiæ nõ alie-
3 nandis. ubi * quando res eccleſiæ eſt ſterilis, poteſt in emphyteoſim concedi ei, qui ad culturam reduxit. Dubium noſtrũ eſt, an in caſu c. ad aures. poſsit fieri iſta conceſsio ſine ſolennit

lennitatibus. ꝙ non, arguitur è caſibus numeratis per Card. Alex. ubi ſ. 1 inter quos non ponit iſtum. Paul. de Caſt. in conſi. lxiij. incip. uidetur dicendum. ij. col. nominat caſum. c. ad aures. in quo cauſa æqualitatis ſeruandæ pōt eccleſia alienare in perpetuam emphyteoſim. Acceſsimus ſuper locum, & conſiderauimus, ꝙ iam antiqua ædificia extantia tempore conceſsionis erant magna, & ſic non poteſt dici res in totum ſterilis. Votatum eſt pro eccleſia.

SVMMARIVM.

1 *Emptor non denuntians uenditori litem motã ſuper re empta ſuccumbẽs & non appellans, an poſſit cõtra uenditorem agere de euictione & nu. 4.*

2 *Venditor an debeat ſpecialiter requiri ut ueniat ad defendẽdum. nam per ſolam denuntiationẽ cogitur ad euictionem, & non ad defenſionem.*

3 *Denuntiatio an ſit neceſſaria, quando uenditor eſſet præſens in iudicio litis motæ cõtra emptorem, ſtante ſuo iuramento defendendi, quod habet uim denuntiationis.*

4 *Emptor citatus contumax, & in eius contumaciam proceſſum & ſententiatum: utrum agat de euictione, poſito quòd denuntiauerit.*

5 *Venditor læſus promittendo defendere totam rem, & in ueritate deceptus in parte pretij non denuntiatus ſolemniter, de euictione non tenetur.*

DECISIO CVI.

IN cauſa Diomedis de Marinis cum Francino morello, promiſerat prædictus Frãcinus defendere, & de euictione teneri d. Diomedi de quibuſdam domibus, & horto, ſitis in pertinentiis Nuceriæ paganorum. Diomedes conuentus iudicio aſsiſtentiæ, & adiudicationis à quodam tertio, *omiſit denũtiare iudiciũ Francino, quinimò tulit ſententiam contra ſe, nec appellauit, & etiam executionem paſſus eſt. nunc agit contra dictum Francinum pro intereſſe paſſo ex cauſa dictæ euictionis. Per Francinũ opponitur, ꝙ ei non fuerat denuntiatum, & ꝙ quantumcunq; de hac lite Frãcinus notitiam habuiſſet, ex quo apparet, ꝙ actor qui obtinuit aduerſus Diomedem, fecit intimari iudicium etiã ipſi Francino, ſi ſua intereſſe putauerit, tamen hoc non ſufficeret, ſed debet* uocari & requiri ſpecialiter per emptorem, ut ueniat ad defendendum, ut tenet Io. And. in Spe. de emp. & uend. §. fi. Bart. & Salyc. in l. emptor. C. de euict. Bart. in l. nõ ſolum. §. morte. ubi Alex. xiij. colũ. de oper. no. nunc. & Bald. in c. j. ij. col. ſi de feu. uaſſal. ab aliquo fuer. int. dicit ꝙ ſola denũtiatio etiam ſine requiſitione ꝙ defendat, ſufficit ad effectũ, ut re euicta agatur de euict. non autẽ ad effectum, ut ille teneatur defendere. Secundò per Francinum opponitur: nam in hoc iudicio moto cõtra eum ſuper intereſſe produxit quoddã inſtrumentũ, per quod in magna parte detegitur de iniuſtitia ſententiæ latæ cõtra Diomedẽ. vnde licet in caſu quo eſt notoriũ de iuſtitia uincẽtis: ut quia eſt inſtrumentũ hypothecæ, poſsit agi contra uenditorẽ, etiam non facta denuntiatione, ut not. Ioan. de Imo. in c. fin. ult. colum. de empt. & uend. & Alexan. eum refert & ſequitur in cõſi. lxvij. ult. col. iij. uol. de quo per Alex. in d. §. morte. xiiij. & xv. co. tamen hic illud ius ſurgens ex inſtrumento,

mẽto, cum quo Diomedes perdidit cauſam, fuit oſtenſum inane per inſtrumentũ nouiter per Frãcinũ productũ. unde dicit Francinus, ſi mihi legitimè denũtiaſſet, ego tunc produxiſſem hanc ſcripturam, & alias. Breuiter cõtra Frãcinũ facit primò: quia, ut dictum eſt, ipſe fuit uocatus in illa lite per actorẽ, imò in ea comparuit & allegauit ſe habere ſcripturas, petendo terminũ ad eas præſentandum: unde ſuccedit una ex limitationibus datis ad regulã neceſsitatiuã denuntiandi, uidelicet ut nõ ſit neceſſaria denuntiatio, quando
3 * uenditor eſſet præſens in iudicio litis motæ contra emptorem, ut no. Alex. in d. §. morte, xv. colũ. per glo. ſing. in l. ſi dictum. §. ſi præſente. de euict. & ſequitur etiã hoc Car. Alex. in c. ſolicitudinẽ. antepe. col. de ap. ubi dat octo limitationes: & iſta eſt ſeptima. Et idem format Alexã. in l. ij. §. ſi. pe. col. ſol. mat. Secũdò facit cõtra Francinũ, nam ipſe in inſtrumẽto uenditionis ſeu trãſactionis, cuius uigore agitur, iurauerat Diomedẽ defendere. unde ſuccedit una ex limitationibus poſitis per Bal. ad d. regulã, in c. ſi. de empt. & uẽd. qui dicit, ꝙ quando uenditor, cui nõ eſt denuntiatũ, iuraſſet, debet accurrere ad defendendũ, ut ſtimulus iuramenti habeat uim denũtiationis. & hanc eandẽ limitationẽ tradit etiã Alex. in d. l. ij. §. ſi. pe. col. ſolu. ma. Et licet Iaſ. ibidem dicat, ꝙ Alex. in l. quod te. ſi cer. peta. tenet contrariũ, tamen ipſe affirmare uidetur pro opin. Alex. in d. §. ſi. quinimò in d. l. quod te. ix. colũ. tenet contra Alex. allegando cõtra eum Spec. in tit. de aduo. §. j. uer. ſed nunquid is qui iurauit. & Panor. in c. breui. de iureiu. & nonnulla alia. Claudius quoque in d. §. ſi. tranſit cũ limitatione Alex. & pro eo allegat quod ſingul. dixit Bal. in l. ſi. in princ. ff. ſi cer. pet. Herculanus etiã in d. §. fin. implicitè uidetur ſequi. d. limitationẽ Alexã. licet poſtea ſubdat tutius eſſe, ſeu cautius, ad euitandas opiniones, ꝙ fiat denuntiatio. Sozi. nihilominus in eo. §. ſi. conſiderat contra Alex. & relinquit cogitandum. Vnde pro Diomede in hac ſecunda ratione ſunt authoritates Alex. Barba. Iaſ. & Claudii: & cõtra præfatã rationem nihil eſt. Contra Diomedẽ tamen
4 facit in hac cauſa: quoniã * uocatus in iudicio fuit contumax: & in contumaciã proceſſum ad dationẽ termini ad probandũ: & citatus ad ſententiã non cõparuit: quo caſu etiã ſi denuntiauerit, & perdit, nõ agit de euict. ut in l. j. C. de pericul. & com. rei uend. & in l. ſi ideo. ff. de euict. & dicit gl. in d. l. ſi ideo. ꝙ etiã ſi ſententia iuſtè lata ſit, ut quia certũ ſit eum amiſiſſe cauſam, etiã ſi prę̃ſens fuiſſet, adhuc non agit: quando eo non defendente lata ſit ſentẽtia. ſed Saly. & Fulg. tenent contra illã glo. nam quãdo certũ eſſet, ꝙ etiã ſi cauſa defenſa foret, fuiſſet iudicatum cõtra emptorẽ, tunc datur actio de euict. ex quo apparet, ꝙ d. l. j. de peric. & com. rei uendit. & d. l. ſi ideo. ſunt intelligendæ, niſi certũ fuiſſet ita fuiſſe iudicaturũ iudicẽ. & iſtud idem tenet Bal. in d. l. ſi ideo. qui dicit illum text. loqui in emptore qui fuit uerus cõtumax. Et ex prædictis etiã patet ſolutio ad id quod contra Diomedẽ dici poſſet, uidelicet quia uictus non appellauit, ut in l. Herennius.

nius.in §.Gaia.ff.de euic.nam ſi per citationē ad ſententiā æquè factam tam Diomedi quàm Frācino poteſt dici, quòd per Francinū præſentem nō teneretur Diom.appellare:ut dicit tex.in d.§.Gaia.ſi uerò nō poſſumus ex hoc dicere ipſum Francinū præſentē:tunc ex quo cauſa tūc erat iniuſta reſpectu rei, ex quo erat inſtrumētū hypothecæ, nō tenebatur reus appellare:ut in d.§.gaia.& ibi per Bal.& tenet Saly.in l.debitorē. §.ſi ignorantes.ff.mandati. Quinimò etiā ſi cauſa eſſet dubia, minimè tenetur appellare, ſecundū Bal. & Saly.ubi ſ. Sacr.Conſi.ex his cauſis notaſſet pro Diomede,ſed quo-
1 niā* inſtrumentū, in quo Diomedi de euictione promittebatur, erat detectū,& apparebat factū in læſionem Frācini, qui nō recipiebat niſi promiſsionem unc.xj.ſeu unc.xij.& promittebat defendere totam rem. item nō apparebat, ꝙ hæc eadē res, quæ euicta eſt,fuit illa de cuius euictione promiſſum fuerat:ideo iudicauit pro Frācino.& quoniā de illis unciis xij.erat dubium ſi Diomedes ſoluiſſet uerè, quo ad illas.xij.unc. reſeruauit ſibi deliberationem, de quibus pēdebat lis ſuper præſentatione inſtrumēti in ma.Cu.uicariæ.

SVMMARIVM.

1 *Sententia ſuper actione perſonali contra debitorem lata, utrum faciat fidem contra tertios poſſeſſores non citatos.& nu.9.*

2 *Intellectus l.a diuo Pio.§.ſi ſuper rebus ff.de re iud.*

3 *Acta facta inter alias perſonas faciūt fidem quo ad præparationē alterius iudicij,non quo ad deciſionem.*

4 *Tertius poſſeſſor, de cuius præiudicio principaliter non agitur, licet non ſit citādus quo ad ualiditatē actus in iudicio principali cōtra debitorē agitato:tamē ut præiudicet ipſi,requiritur citatio ſaltem per generalia proclamata.*

5 *Tertius poſſeſſor non eſt citandus particulariter in iudicio principali, cùm ad ipſum non pertineat defenſio cauſæ:ſed per proclama.& nū.7.*

6 *Emptor conuentus ſuper re empta,ſi laudat authorem denuntiando iuridicè iudicium: euicta re poteſt agere contra fideiuſſorem uenditoris,etiam non citatum.& nu.9.*

8 *Iudicia duo ſi ſunt contra diuerſos agitanda, quorum unū cauſatur ab alio:tunc ſentētia lata in primo,prodeſt quo ad ſecundum licet non citatum,ut poſsit uigore primæ ſententiæ formari ſecundum iudicium.*

10 *Inuentarium tutoris præſentatum in iuditio per adultum originaliter,habet uim probationis debiti.*

11 *Inuētariū licet probet inter tutorē & pupillū:an opituletur contra tertiū.*

12 *Aeſtimi liber quamuis probet inter commune & deſcriptum in æſtimo, ut appareat quid & quantum ſolui debeat nomine functionū:tamen non probat inter deſcriptum & tertiam perſonam ſingularem.*

13 *Tertius extraneus differt à tertio habente cauſam à principali debitore.*

DECISIO CVII.

IN cauſa Marci Saxi cum magnifico Ioanne de Tupho,& Ioanne Baptiſta de Ponte , fuit dubitatum
1 an acta facta, & ſententia* lata cum liquidatione ſecuta inter Marcum prædictū,& Petr.Saxi ſuper actione perſonali,in qua Marc.fuit uictor,& obtinuit cōtra Pet.ꝓ certis ſummis,

faciant fidẽ, & probent ipſum Petrũ eſſe debitorẽ. In hoc iudicio, in quo pro quantitatibus tunc liquidatis & iudicatis petitur per Marcũ contra prędictos dominũ Ioannẽ de tupho & Io. Baptiſtam de ponte aſsiſtẽtia ſuper certis bonis quæ fuerũt dicti Petri. Et præſupponitur quòd hic iam conſtat & probatũ ſit, quòd iſta bona ſuper quibus adiudicatio peti
2 tur, fuerint dicti Petri:* unde nõ ſumus in terminis de quibus in l. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. eò magis quia hic non eſt actũ uia executiua, ſed actione hypothecaria. Pro reis quòd acta prædicta non probẽt Petrum fuiſſe debitorẽ, facit: nam in dicto iudicio agitato cõtra Petrũ non fuerant citati hi tertii poſſeſſores, unde eis non præiudicatur, per l. de unoquoque. de re iudica. l. primam. & in rubri. C. res inter alios acta. Facit Alexan. in l. ij. C. de eden. v. colũ.
3 vj. cõcluſione. ubi dicit ꝙ acta* facta inter alias perſonas, faciũt fidẽ quo ad præparationẽ alterius iudicii, nõ quo ad deciſionẽ. allegat Bald. poſt Iac. de Are. in l. j. in fi. C. de aduo. diuer. iud. Facit Paul. de Caſtr. in d. §. ſi ſuper rebus. dicens, quòd quando
4 *tertius nõ fuit citatus in iudicio, ꝙ agebatur contra debitorẽ: non fiet cõtra eum executio, etiam ſi uictor uelit probare quòd ad illũ debitorẽ uictũ res pertineat: & fundat ſe, quia ille proceſſus nõ facit ſibi præiudiciũ, nec probat illũ eſſe debitorem in præiudiciũ iſtius tertii poſſeſſoris nõ uocati. Facit, nam licet gl. ij. in l. de unoquoque. ff. de re iud. teneat, quòd is de cuius præiudicio principaliter non agitur, nõn ſit citandus. pro qua eſt l. j. §. pe. de uentre inſp. & Bar. in l. in diem. de aqu. plu. arc. & Bald. in l. ab eo. ult. col. C. quomodo & quando iud. tamen illud intelligitur quo ad ualiditatem actus. ſed ad hoc ut prȩiudicet illi de cuius præiudicio etiã principaliter non agitur, requiritur citatio ſaltem per generalia proclamata. ita not. Alex. in d. l. de unoquoque. ult. limitatione. Feli. in c. fi. ij. col. de maio. & ob. Iaſ. in l. filiusf. §. diui. xiij. & xiiij. col. de lega. j. allegat Bald. in l. ſi eo tẽpore. de remi. pi. Bar. in extrauag. ad reprim. in uerbo, per edictum. & Fel. adducit Lud. in l. peregre. §. quibus. j. col. de acqui. poſſ. & And. in c. ſi uaſſallus. ſi de feu. fu. contro. licet Ludouicus ubi ſ. uideatur facere differentiã circa prædicta ibi. ſecus ſi nõ eſt corruptus. Pro actore facit Ang. in l. cum filius. in fi. princ. ff. de
5 uerb. obl. ubi dicit* ꝙ quãdo proceſſus principaliter ordinatur ad perniciẽ eius contra quẽ proceditur, licet per quandã neceſſariam conſequentiã præparetur executio contra tertiũ: non propterea ille tertius eſt citandus, quoniã ad illũ non pertinet defenſio illius cauſæ, ut in l. ſæpe. de re iud. unde dicit ipſe, ſi ago perſonaliter cõtra Titiũ, & dico eũ obligaſſe mihi omnia bona ſua, & uinco in cauſa per probationes claras & apertas, ſententia declaratiua hypothecæ & debiti præiudicabit poſſeſſoribus bonorũ quantũcunque non citatis. Facit Alex. in conſi. clvj. j. & ij. col. ij. uol. ubi allegat multa facientia ad id, quòd ſatis ſit citare eum de cuius intereſſe principaliter agebatur, & inter cætera allegat tex. l. authore laudato. C. de euic. ubi
6 * ſi emptor cõuẽtus ſuper re empta

laudat

laudat authorē, & ſibi denunciat iudiciū iuridicè, & res euincitur, poteſt emptor agere cōtra fideiuſſorē uenditoris, licet in illo iudicio euictionis citatus nō fuerit. Facit Bald. no. in l. ſępe. vj. col. de re iud. xv. limitatione ad regulā, q᷑ res inter alios acta &c. qui dicit expreſsè, q᷑ ſenten
7 tia* lata in perſonali cōtra debitorē præiudicat tertiis poſſeſſoribus, licet nō citatis, ut poſsit cōtra eos deueniri, per id quod habetur in aut. hoc ſi debitor. C. de pig. & idē tenet idē Bal. in propriis terminis in d. l. de unoquoque. iij. col. de re iudi. & dicit idē tenere quendā Iacobū in ſuo tractatu diſcuſsionū. & id quod Bal. not. dixit in d. l. ſæpe. fundat ex d. xv. limitatiōe. quæ eſt ratione or-
8 dinis, puta ſecundū eum: quia* ſunt duo iudicia cōtra diuerſos agitāda, quorū unum cauſatur ab alio: nam tūc ſententia lata in primo prodeſt, quo ad ſecundū, licet non citatū, ut poſsit uigore primæ ſententiæ formari ſecundū iudiciū contra ipſum. allegat Bal. in l. ingenuum. & per id quod habetur in l. j. C. de aduoc. diuer. iu. & dicit bene facere l. primā. & quod ibi per Bal. C. ubi cauſ. fiſc. & quod not. Bar. in l. in cognitione. ad Sylla. & q᷑ habetur in l. cū filius. in prin. de uerb. obli. & id quod idē Bal. not. dixit in d. l. de unoquoque. fundat ex tertia limitatione, quam ibi dat ad regulā, q᷑ quis eſt citandus &c. & limitatio eſt, ut habeat locum quando principaliter tangeret negociū ſuum: ſecus ſi incidenter. Tamē omnes iſtæ doctrinę cōfundi uidentur per illam limitationē, de qua per Alex. in d. l. de unoquoque.
9 quam ſequuntur* Felin. & Iaſon ubi ſuprà. Et tex. in d. l. authore laudato. uidetur intelligi poſſe, quòd agi ualeat cōtra fideiuſſ. ideo quia agitur cōtra eum ex contractu ſecum inito & ſubordinato ad euictiōis caſum, quod nō uidetur obtinere cōtra tertios poſſeſſores, cū quibus nihil eſt cōtractum. Vnde ſac. Con. quo ad iſtud dubiū inclinabat pro reis per d. limitationē Alex. ſed quoniā allegabatur, quòd debitū Petri nedum fundatur ex ſentētia, & iudicio agitato inter ipſum Marcū & Petrum, & ſic inter alias perſonas, ſed fundatur ex quodam inuentario ipſius Petri, facto per eū ut tutorē Marci, in quo erant deſcripta bona & res maximi ualoris, per quod fuit fun-
10 data ſententia, & * iſtud inuentariū in hac cauſa originaliter præſentatum eſt in uim probationis debiti. Ad iſtud dicebatur, q᷑ inuentarium
11 * nō probat niſi inter tutorē & pupillū, non autē opitulatur cōtra tertiū. ut not. Bar. in l. tutor qui rep. iij. col. in fin. & in l. chirographus. ff. de admi. tut. Sicut etiā de libro æſtimi,
12 * quod nō probat niſi inter cōmune & deſcriptū in æſtimo: ut ſic appareat quid & quantū ſolui debeat nomine functionum: ut in l. forma. de cenſibus. & de ann. tri. l. mediterraneæ. & l. pro locis. lib. x. nō autē probat inter deſcriptū & tertiā perſonam ſingularem, ut C. de donat. l. ſi functiones. & l. cenſuales. C. de rei uend. l. ſolennibus. ita no. Ang. in l. decem. in ult. uerbis. ff. de uerb. obli.
13 At hoc * nō obſtante ſacr. Conſi. uotauit, quòd inuentarium hoc caſu probaret ex quo non ſumus in tertio extraneo, ſed in eo qui habet cauſam à cōficiente inuentariū, cum

preſupponatur reos conuentos habuiſſe cauſam à Pet. in his bonis, ſuper quorũ hypotheca cõueniũtur.

SVMMARIVM.

1 *Alienationis prohibitio facta per teſtatorem filio, quando extendatur ad poſteros.*

2 *Prohibitio alienationis aliqua eſt impersonalis ſeu realis, aliqua perſonalis, aliqua perſonaliſsima.*

3 *Prohibitio cũ cauſa, uidelicet, ne exeat de familia, an extendatur uſque ad quartum gradum.*

4 *Prohibitio alienationis ratione affectionis: puta turris, ſepulchri, uel domus, quæ fuit maiorũ ſuorũ, dicitur realis, & extenditur ad poſteros.*

5 *Turris alienatio prohibita ſine cauſa, non tenet.*

6 *Clauſula ita quòd domus nõ exeat de familia &c. utrũ ſit per modũ cauſæ, uel enunciatiuè, aut diſpoſitiuè.*

7 *Legatum domus factũ uxori, ita quòd habitarè poſsit in ea toto tempore uitæ ſuæ &c. hæc clauſula reſtringit legatum domus.*

8 *Clauſula ita quòd domus &c. utrum referatur ad proxima, uel ad omnia præcedentia.*

9 *Clauſula in fine poſita refertur ad omnia præcedentia: limita, ut nu. 10. 12. & 14.*

11 *Argumentum à contrario ſenſu nõ facit promiſsionem ſpecialẽ, ſed per ſubauditum intellectum.*

13 *Clauſula in fine poſita ſi referatur ad omnia capitula etiam remota, tanto magis ad capitulũ unum, ſeu orationem continentem dictam clauſulam.*

15 *Alienationis prohibitio hæredi facta utrũ dicatur odioſa, uel fauorabilis.*

16 *Clauſula in fine poſita etiã in odioſis refertur ad præcedentia.*

17 *Prohibita res alienari an permittatur permutari: & quid ſi minatur ruinam, & prohibitus ſit pauper.*

DECISIO CVIII.

IN cauſa magnifici Frãciſci marramaldi cũ magnifico Ioan. Bapt. marramaldo præſupponendũ eſt, q quondã d. Franci. marramaldus* pater quondã Iacobi Antonii marramaldi ſui primogeniti, à quo deſcẽdit d. Franc. & quondã Antonii marramaldi, à quo deſcendit dictus Io. Bap. in ſuo ultimo teſtamento, fecit primò legatũ infraſcriptũ, uidelicet: Et dictæ domus, in quibus ad præſens habitat ipſe do. Franciſ. ſint & eſſe debeãt dicti Antonii, præter & ultra partẽ eum tangentẽ de hæreditate ipſius do. Franciſci, cum hac cõditione, q d. Ant. durãte eius uita nõ poſsit domos ipſas uẽdere, alienare, obligare, diuidere, nec in aliũ extraneũ transferre, ita q ſi deceſſerit ſine heredibus maſculis ex ſuo corpore legitimè deſcendentibus, q dictæ domus ſint & eſſe debeant ipſius Iacobi Antonii ſi uixerit: & ſi non uixerit, filii ſui primogeniti, ita q dictę domus nõ exeant de domo de marramaldis. Io. Bap. marramaldus filius præfati Antonii poſſeſſor domorũ predictarũ pretẽdit ſibi ius eſſe alienãdi domos ipſas: nam aut uolumus attẽdere prohibitionẽ, de qua ſ. & illa fuit facta Antonio ſua uita durãte, qui nõ eſt caſus noſter, aut fideic. q ſi deceſſerit Anto. ſine liberis, ut ſuprà. & minimè eſt caſus noſter ex quo Ant. deceſsit cũ liberis maſculis, uidelicet, ipſo Ioã. Bap. ac Franciſco, & Antonio filiis Ioannis Loyſii nati ex dicto Anto. prætenditque idem Ioannes Bap. quòd illa

illa uerba,ita q̧ dictę domus &c.referantur ad proxima præcedētia, uidelicet ad ſubſtitutionē factã Antonio,de Iacobo Antonio & filio eius primogenito. Econtrario præfatus Franc.filius Iacobi Antonii præfati uult impedire alienationē domorũ prædictarũ. Præſuppono,quòd eſt
2 quædã prohibitio imperſonalis,*ut quando nõ adiicitur nomē, & fit in rem:uidelicet ne alienetur,& in familia remaneat:de qua loquitur tex. in l.peto.§.ſi.de leg.ij.& iſta tranſit ad filios filiorũ.Imol.in l.filiusfa.§. diui.de leg.j.iiij.col.Quædã perſonalis,ut quando hæres ſub nomine proprio alienare prohiberetur, & hæc non excederet perſonã prohibiti.text.eſt in l.Lucius.in princ.de leg.iij. ubi per Bar.& de hac loquitur ille tex.Quædã perſonaliſsima, ut quãdo eſſet dictũ,ipſe hæres,etiã ſi ſub nomine appellatiuo fieret, & hæc ſimiliter perſonã non excedit. Bal.no.cõſ.ccciiij.v.uol.incip.nobilis uir.refert, & ſequitur Iaſ.in d.§. diui.xxvj.col.Quædã realis,ut quando non eſt adiectum nomen,prout eſt in d.§.fin.& ſuprà dictum eſt.uel quando eſſet heres prohibitus cum cauſa adiecta, quia uult teſtator ut de familia non exeat, ſecũdum diſt. Bar.in l. pater filiũ.§.fundũ. de leg. iij.de qua Sozi.conſi.ccxxvij. ij.col. Et eſt hic aduertendũ,quoniam ad hoc ut prohibitio hæc cēſeatur realis, uidetur uelle Bart. q̧ ponantur illa uerba,ne exeat de familia, per modum rationis cum expreſsione dictionis,quia, uel ideo : & ita ipſe exēplificat,uidelicet ideò fieri,quia uolo hoc. Sic quoque Ludo. qui in cõſi.cccclvij.dum uult ponere quando illa uerba, ne exeat de familia, ponũtur per modũ cauſæ, dicit: ut quia dixerit, ideo ſic prohibui, ut nõ exeat de familia.ſic Soz.in l.qui Romæ.§.cohæredes.vij.col. dũ uult dicere, quãdo uerba adiiciũtur per modũ cauſæ,dicit, quia uolo &c.ſic Iaſon in d.§.diui.xxvj.col. dum dicit,niſi teſtator apponat diſpoſitioni rationē, quia uelit talem rem in familia remanere.ex Pau.conſil.ccxxxiiij.incip.uiſis & cõſideratis. pe. col.in fi.uidetur colligi,q̧ nõ eſt de ſubſtãtia ponere hoc uerbum,quia, uel ſimile,uerba ſua ſunt.Contrariũ dico,quia attenta cauſa prohibitionis, quam teſtator expreſsit, ſcilicet q̧ uolebat dicta bona ſua uenire ad ſuam poſteritatē.Ex Alex.etiã in d. §.diui.vij.colũ.idem colligitur, dũ dicit, q̧ ſi prohibitus eſt hæres alienare fundũ, ut in familia remaneat &c.non dicit:quia uolo ut in familia remaneat.& tamē in quæſt.Alex.
3 præſupponit & decidit, quòd* in quartum gradum per dicta uerba prohibitio extendatur:& ſic ſit realis. Ad conſiderãdum autem an in dubio uideatur realis prohibitio, uidetur multum attendendam eſſe rei naturã,per ea quæ no.glo.& ibi no.Cy.& alii in l.quoties ab omni-
4 bus.C.de fideicom.ubi loquitur*de turri,quæ poterat eſſe tutela, & ꝓpugnaculũ familiæ.& Iaſon,in d.§. diui.xxv.col.per illã gl. dicit q̧ hoc caſu prohibitio facta filiis extēderetur ad nepotes. & facit ad hoc quod no.Lud.in l.ſi quis filium.§.ſi. ff.de acquir.hære.uolens,quòd ubi aliàs prohibitio non extenderetur ad hæredē hæredis:tamē extēditur qñ eſſet prohibitus alienare ſepul-

chra,uel domũ,quæ fuerunt maiorũ ſuorũ,ad quæ habetur affectio.per l.lex quæ tutores.C.de admi.tu.& l. ſi in emptione.ff.de mino.& miror ꝙ Alexan.in d.§.diui.viij.col.teneat cõtra iſtã limitationẽ Lud.cũ ipſemet in d.§.diui.in j.colũ. ſequatur gloſ.in d.l.quoties.& uelit per illam ꝙ ſatis dicitur habere cauſam pro-
6 hibitio,quãdo eſt facta* de turri nõ alienanda, de qua ſuprà,ut ſic ualeat,licet ſi facta ſit ſine cauſa,non tenet,ut d.§.diui. His præſuppoſitis,quoniã habemus in teſtamento clauſulam,ita quòd dictæ domus
&c.eſt uidendũ* primò de intellectu iſtorum uerborũ,an ſint per modum cauſæ,an enunciatiuè,an diſpoſitiuè:& mihi uidetur,quòd ſtẽt diſpoſitiuè,aut in uim modi neceſſitatẽ importãtis,prout quilibet modus importat neceſsitatem,licet nõ ſuſpẽdat diſpoſitionẽ,& poteſt agi actione ex teſtamẽto ut impleatur, ſecundũ Bar.in l.quibus diebus.§.fi. uer.tertium remediũ.per l.ſecũdã. C.de his quæ ſub modo.Et ꝙ hæc uerba importẽt modum ſeu neceſſitatem,& ſic ſtẽt diſpoſitiuè,& non enunciatiuè,facit tex.in l.ita tamen. ff.ad Treb.ubi ualet fideicõ.de reſtit.hære.ciuitatibus,ita tamen ꝙ hi quibus reſtituitur,actorẽ eligant ad agendũ & excipiẽdũ.Facit tex.in l.libertas.§.ij.ff.de manu.teſta.ubi dicitur,Pamphilus liber eſto,ita ut filiis meis rationes reddas.Facit Alb. in dictionario in uerbo,ita tamen:
7 ubi* lego uxori meæ domũ,ita tamen ꝙ poſsit in ea habitare toto tẽpore uitæ ſuæ.hæc uerba reſtringũt & limitãt legatum domus.Facit tex. in Cle.j.de foro cõpẽ.ubi dicitur,ꝙ epiſcopus expulſus poteſt in aliena iuriſdi.ius dicere,ita tamẽ quòd nõ expulſores ultra duas dietas nõ trahantur.Facit text.in c.cũ omnes.de conſtit.ubi erat,do tibi canonicatũ, ita ꝙ nihil percipias,donec alii duo præbẽdas fuerint aſſecuti.Facit tex. in c.ſignificatũ.de præbẽ.ubi do tibi præbendã,ita ꝙ miſſam Sanctæ Mariæ quotidie habeas celebrare.De his uerbis,ita,ut,quòd,ꝙ importẽt modũ,tenet Bar.in d.l.qbus diebus. §.fi.de cõdi.& demon.niſi adiiciantur orationi, per quam aliqd ueniebat explicandũ per grauatũ.Bar.ibi, per l.à teſtatore.de cõdi.& demon. in caſu noſtro hoc grauamen erat explicãdum per honoratum,ſcilicet Ant.Quinimò poteſt dici quòd hæc uerba importent cõditionẽ,licet nõ ſuſpenſiuã:nã ſuprà dictũ erat cum hac cõditione &c.quæ clauſula uidetur referri ad omnia ſequentia,cũ magis inferatur de præcedentibus ad ſequẽtia quàm ecõtra,ſecundum Bart.in l.auia.de cõdi.& demon.Et ꝙ dictio,ita tamẽ,importet conditionẽ,uide iura ad hoc per Neap.in conſuet.ſi qua mulier.in uerbo,ita
8 tamen.de mul.hab.fil. Secũdò* uidendũ eſt,an hęc clauſula,ita ꝙ,etiã debeat referri ad proxima,ut prætẽdebatur per Ioã.bap.& ſuprà dictũ eſt,uidelicet,ad caſum,quo Anto.ſine liberis maſculis decederet,& domus peruenirent ad Iacobũ Anto.ut tunc ſcilicet nõ exeant de domo de marramaldis,an uerò ad omnia præcedẽtia,id eſt, ut etiã ſi nõ ſit factus locus dicto fideicõmiſſario,& domus deuenirent ad maſculos Antonii,ſint ipſi per hanc clauſulã ligati.
9 Regulã habemus,ꝙ* clauſula in fine po

ne poſita referatur ad omnia.l.talis ſcriptura.in fi.ff.de leg.j.in l.fi.ff.de re.du.in l.j.C.de lib.præte. Ad hãc regulã dãtur plures limitationes,ex qbus ad caſum tres attribui poſſent, prout p aduocatũ io.bap.attribuun
10 tur.Prima eſt,*niſi circa id,qđ clauſula ultima cõtineret,eſſet ſpecialiter prouiſum in antecedentibus:nã ad illa nõ referret,ſed ad proxima. Bart.in d.l.talis ſcriptura.per text.in l.j.§.eum qui.de poſthu.in l.ſed & ſi prætorẽ.§.deinde.ex qui.cau.ma.in l.cohæredi.§.qui patrẽ.de uulg.& pu.ſed in præcedẽtibus erat ſpecialiter prouiſum:ergo &c.hæc limitatio non uidetur ꝙ cadat ad caſum noſtrũ:nã de filiis Antonii,ꝙ poſſint uel non poſſint alienare, non erat prouiſum:nec dici poteſt,quòd
11 *dum Antonio fuit prohibitũ,eis à contrario ſenſu uidetur permiſſum: nã iſta prouiſio per argumentũ à cõtrario ſenſu,non eſſet prouiſio ſpecialis,ſed per ſubauditũ intellectũ, ut not.glo.in l.ij.C.de condi.inſertis.Et per cõiecturã,ut in l.apud antiquos.C.de fur.per glo. Secũda li
12 mitatio eſt,niſi clauſula ultima* eſſet poſita non principaliter,ſed ad al.quam diſpoſitionẽ qualificandã, per no.per Bar.ſing.in l.fi.ff.de reb. du.& Alex.conſi.xlviij.j.uol.ult.col. & Mod.in d.l.j.de lib.prete.ſic uidetur eſſe in iſto caſu,& in clauſula ita ꝙ &c.Sed aduertẽdum eſt:nã hæc limitatio intelligitur in clauſula, ex cuius uerbis expreſsè apparet,ꝙ ſit poſita ad qualificandã proximã diſpoſitionẽ,ſicut eſt in l.filiũ.in prin. ff.quãdo dies leg.ce.per quam limitatio iſta fundatur:nam ibi teſtator inſtituerat filiũ fa.purè in parte hæredem,& eidẽ purè fideicõmiſſum reliquerat,deinde ponit clauſulam: quòd ego Titium purè inſtitui,ita eum hæreditatẽ adire uolo,ſi is patria poteſtate liberatus ſit &c.Certè,ut uidemus,iſta clauſula ponitur ad qualificãdum capitulum inſtitutionis:quia in ea ſic dicitur,ideo nõ mirum ſi nõ comprehẽdit fideicommiſſum.Et ideo Barto.in d.l.fi.ff.de reb.du.dicit,ut puta ſi conditio,aut modus infertur legato ultimo loco appoſito.Et uerba Sozini in ea.l. fi.ſunt iſta,ſecus ſi fuiſſent poſita ad qualificandum unũ capitulũ.Et aliter intelligendo obſtaret multum.l. talis ſcriptura : nã illa clauſula quas pecunias legaui,quibus dies appoſitus non eſt:etiã eſt poſita nõ princi
13 paliter*,ſed ad qualificandũ aliã diſpoſitionẽ,& tamẽ tex.ibi in fin.uult referri ad omnia capitula etiã remota,tanto magis,quia nos hic ſumus in uno capitulo, & una oratione.
14 Tertia limit.eſt* ut regula præfata non habeat locum in odioſis,ut eſt hic,odioſum enim eſt ligare aliquẽ, ut alienare nõ poſſit:eſt namq; hęc prohibitio cõtra l.in re mandata.C. mãdati.& l.pen.ff.de pac.& hæc eſt ratio,ob quam in d.§.diui.ſtatutum
15 eſt:ꝙ*prohibitio de alienando debet habere cauſam,uel reſpectũ ad certã perſonã,ut ibi dicitur.& ponderant moder.uidelicet Iaſo.ibi.in iiij.not.qui dicit hoc odioſum,ſeu abſurdum.Cõtra hãc limitationẽ facit:nam iſta diſpoſitio nõ dicitur ex toto odioſa,cũ reſpiciat fauorẽ familiæ conſeruandæ,præcipuè in re, quæ fuit maiorũ,ut ſuprà dictũ eſt. Et quãdo eſſet odioſa,nos habemus textum in materia relationis,quòd etiam

etiã in odioſis fit relatio, ut eſt exhæredatio, per text. in d. l. j. C. de lib. præt. & tenet Alex. conſil cij. ij. uolu.
16 Et ideo* nõ ſine myſterio Iaſ. in ea. l. j. nedum nõ ponit hoc pro limitatione inter. xij. limitationes, quas ponit: ſed ponit pro ampliatione: ꝙ etiam in odioſis clauſula in fine poſita refertur ad præcedẽtia. quam ampliationem dat Alex. conſi. cij. ij. uolu. In hac cauſa fuit pro parte Ioã. Baptiſtæ oblata ſupplicatio, & petitum, ꝙ in euẽtũ, in quẽ domus eſſet uinculata, ipſe offert de pretio maximo: quod reperit de eadẽ domo, emere aliã rem: quæ ſtet cũ eodem
17 onere: & inſuper dicit,* ꝙ domus patitur ruinã, & opus eſt impenſa, & ipſe eſt pauper. Pro ſe fuit allegatũ conſi. xvj. Pauli, in pri[illegible] uolu. antiquorum cõſiliorũ. ubi [illegible]abet ſecũdũ eum: ꝙ re prohibita alienari poterit permutatio fieri: ſed nihil ad rẽ noſtram: nã ibi põderat Paul. de Cas rationẽ, uidelicet ꝙ prohibitio erat fauore eius facta, qui eſt prohibitus: hic autẽ erat fauore tertii: item fuit allegatum cõſiliũ Bologni. xliij. Fuit uotatum per omnes, ꝙ dictũ fideicõmiſſum adhuc duret: ut Io. Baptiſta non poſſit alienare, per clauſulã illam: ita ꝙ dictæ domus &c. Tãdem uirtute dictæ ſupplicationis fuit uotatum cũ interuẽtu domini Ludouici de Montalto, quòd ſi dictus Ioan. Baptiſta. uoluerit iuxta formã ſupplicationis præſentatæ excambium emendum de pecunia dictæ domus ſubiicere & ſupponere oneri dicti fideicommiſſi, quòd liceret alienare ſeu permutare.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium ſeu reſtitutio utrum competat hæredi qui ſucceſſit priuilegiato, puta minori, eccleſiæ, uel mulieri.*
2 *Hæres reſtituitur ex pſona defuncti.*
3 *Reſtitutio ad probandum an detur poſt quadriennium minori, uel Eccleſiæ, & nu. 6.*
4 *Inſtantia perẽpta dicitur reſtaurari uel perpetuari per citationem ad dicendum &c.*
5 *Fatalia non currunt in ſacro Conſi.*
7 *Beneficia duo dãtur in regno mulieri, & minori ſine aliqua cauſæ cognitione etiã læſione nõ probat. & nu. 10.*
8 *Læſio circa probationes omiſſas apparet manifeſtè, eo ipſo quòd omiſſa eſt probatio neceſſaria in termino.*
9 *Reſtitutio pro modica læſione non competit, ſed pro enormi.*
10 *Priuilegium ſi cauſatur ob perſonam, non trãſit ad hæredem: ſin autem ob læſionem, uel aliquam æquitatem, & tunc tranſit.*

DECISIO CIX.

IN CAVSA D. Ducis Hadriæ hæredis quondã. d. Catharinæ de rapta ſuæ uxoris cũ uniuerſitate Salerni. Fuit primò dubitatum* an 1
ipſe. d. Dux uolens proſequi litem, quæ agitabatur inter ipſam Duciſſam & uniuerſitatẽ, poſſit petere beneficium ad faciẽdas probationes, mortua enim fuerat Duciſſa poſt publicationem in cauſa. Quòd hæ-
2 res* reſtituatur ex perſona defuncti eſt tex. in l. nõ ſolũ. ff. de in integ. reſti. in l. minor autẽ. §. ſin ff. de mino. Quinimò etiam ſi quis ſuccederet maiori, in hærede eſſet iuſta cauſa ſuccedendæ dilationis, ut in l. oratione. ff. de feriis. Secundò dubita-
3 tum eſt in muliere* uel eccleſia litigãtibus, an lapſo quadriẽnio à tempore dati termini, ſeu publicationis in cau

in cauſa poſsint petere beneficium,
4 ut puta*quia inſtātia fuit reſtaurata,uel erat facta citatio ad dicendū,
5 & ſic perpetuata.uel ſumus*in cauſa reclamationis,in qua in ſac.Con
6 ſil.fatalia nō currunt.Siquidem*loqueremur de iure cōmuni, uidetur deciſum,quòd in quadriennīū tātū peti debeat,per tex in l.fi.C.de tempo.in inte.reſtit.pe.& in reſtitutione,quæ petitur aduerſus probationes omiſſas,quod in quadr.ēnium tantū petatur.eſt tex.in Clem.j.de in integ.reſtit.ſecundū exēpla glo.ibi, in uerbo lapſum tēporis,quod incipit currere à die lapſi termini,ſecundum gl.in d.Clem.j.in uer.à tēpore læſionis.& Abb.in c.coram.ulti.col. poſt Inno.ibi.& ſic nō à die publica
7 tionis.* At in Regno,ubi habemus obſeruātiā quòd dantur duo beneficia ſine aliqua cauſæ cognitione etiam non probata læſione,uidetur dubiū.Aduertendū eſt,quoniá circa omiſſas probationes non uidetur differētia inter obſeruantiā noſtram,& ius cōmune:nā in petenda reſtitutione aduerſus probationem omiſſam,de iure cōmuni nō eſt neceſſe probare aliter lęſionē:nam eo
8 ipſo apparet de læſione,ꝙ omiſſa eſt probatio * neceſſaria in termino:unde ſatis eſt allegare læſionē, ut in c.auditis.& ibi Abb.in viij.notabili.de in integ.reſti.niſi diceres, ꝙ eſt differentia in hoc uidelicet: quia de iure cōmuni debet allegari licet nō probari:ſed in Regno nec etiam allegari debet.Quòd ſi non eſſet differentia,uidetur,quòd poſt quadriennīū nō poſsit peti.Et quáuis alias reſtitutio non cōpetat,niſi
9 *ubi eſt læſio enormis:nā nō datur pro modica:ut in l.ſcio.ff.de in integ.reſti.& Abb.in c.j.ij.col.eo.titu.
10 de in integ.reſti.Aliqui dicebāt,*in Regno datur beneficiū,nō quia læſus qs eſt,ſed quia minor,fœmina, eccleſia &c.patet:nā non debet etiā allegari læſio,unde ſi ratione leſionis non datur,ſed ſolū ratione perſonæ,donec illa inhabilitas perſonæ durat,ſemper competit. Si hoc eſſet uerū in caſu noſtro non daretur.d.Duci ex perſona Duciſſæ: nā dicit Barto.in l.interdum.de mino. poſt Dy.in c.beneficiū.de reg.iur.in vj.& clarius idē Bart.in l.quia talis. ſolu.mat.quod quando perſona eſt cauſa priuilegii,tunc priuilegiū nō tranſit ad hæredē:quādo uerò cauſa priuilegii eſt læſio,uel aliqua naturalis æquitas,tunc tranſit,& allegat.d.l.non ſolū.Si igitur uellemus dicere,quòd in Regno beneficium detur ratione perſonæ,quia minor, quia mulier &c.d.Dux nō poſſet petere beneficium.ſacr.Conſi.nō notauit:nā pendēte diſcuſsione huius dubii pro parte.d.Ducis fuit oppoſitum de deſertione appellationis. nam eramus in cauſa appella.

SVMMARIVM.

1 *Mulier in uita compelli poteſt ad petendum reſtitutionem ſeu beneficiū, uel ad approbandum actum factū ne pars aduerſa diu teneatur in ſuſpenſo.fallit in minore,uel pupillo.*

2 *Minor non poteſt renunciare beneficio reſtitutionis in integrum:imo cōpetit etiam ſi renunciauerit tacitè,uel expreſſè.*

DECISIO CX.

IN CAVSA Nicolai Franciſci folleriı cū Ioanne thoma calatu & ſororibus.fuit dubitatū,an dictæ

ſoro

1 ſorores,* quæ in Regno propter ſexum muliebrẽ habent primum & ſecundũ beneficium,& ſuperſedent illud petere,poſsint cogi ad petendum.Imo.poſt Pet.in Clemẽ.unica. ulti.col.de in integ.reſt.mouet quęſtionem,ſi minor tenet me obligatum,nec reſtitutionẽ petit,an agere poſsim cõtra illum maiorẽ factũ, uel ut approbet,uel ut reſtitutionẽ petat.& dicit quòd ſic,per l.Iulia.§. ſi quis colludẽte.ff.de act.empt.ubi ſi cõtraxi cum minore,quo caſu cõtractus claudicat: poſſum agere ut uel actus ualidetur:uel reſcindatur, ne ſtet in ſuſpenſo.allegat etiam.l.ſi indebitum.in princip.ff.rem ra.ha. & l.j.C.credit.euict.pig.non debere.Hæc authoritas facit ad caſum, quãdo reſtitutio ſeu beneficiũ eſſet petendum per mulierẽ,uel perſonã quæ poſſet reſtitutioni renunciare.
2 At* quando eſſemus in pupillo,uel minore non facto maiore,dubito: nam minor non poteſt renunciare beneficio reſtitutionis in integrum, imo ei cõpetit etiã ſi renunciauerit, ſecundũ gl.in l.ſi iudex.ff.de mino. & glo.in l.ſi intra.C.de in integ.reſtitu.unde ſi expreſsè renunciare nõ poteſt,minimè poteſt per taciturnitatẽ,ſeu cõtumaciam,quam incurreret per cõminationem iudicis cõminantis ut petat,aliàs ſibi uia petendi præcludatur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia Principis ad relationem unius doct.cui commiſſa cauſa fuit, habet executionem paratam,nec ab ea poteſt appellari.& nu.5.*

2 *Appellare non licet à Principis ſententia,ſed reclamare.*

3 *Appellatio tolli per Regem non poteſt: quia eſt iuris diuini.*

4 *Sententia lata cũ clauſula,pronuncietur nomine Regio,per eum cui cõmiſſa cauſa fuit per D.Vicegerẽ,de communi ſtylo non ſubiacet appellationi.*

DECISIO CXI.

IN cauſa do.Anto.de ſacco cum Daniele uniſio corã me extra ſac. Con.uertẽte ex delegatione domi. Viceregis cum clauſula, ꝙ facerem iuſtitiã nomine regio, & iam nomine Ceſ.maieſt.protuli ſentẽtiã,*fuit 1 dubitatũ,an à dicta ſententia poſſit appellari ad finẽ retardãdæ executionis, an uerò ſentẽtia ipſa habeat paratã executionẽ, nec poſſit ab ea appellari ſed ſolũ reclamari, prout 2 fit* in ſentẽtiis principis.iuxta.l.primã.ff.à quib.ap.nõ licet.& auth.quę ſupplicatio.C.de preci.Impe.offerẽ. Quòd hæc ſentẽtia nõ habeat paratam executionẽ,& ꝙ ab ea appellari poſsit,tenet Lud.ro.in conſi.dxxj. in j.col.incip.circa propoſitã etiam conſultationẽ.ubi uult ꝙ quando Papa promulgat ſententiã ex alterius relatione poteſt prouocari,quia tũc uidetur potius prouocari aduerſus errorẽ,ſeu imperitiã relatoris,quàm aduerſus ſententiã Principis.& dicit ꝙ de hoc eſt caſus in terminis ad propoſitum ualde no.in l.j.in princ. ff.quando appel.ſit.canonica.ij.q. vj.biduum.in uerbo,ſi quidem.Paris de puteo in ſyndicatu.in uer.app.§. ſubiicio pulchrã queſtionem.loquẽs de commiſsione facta per Regem, quòd commiſſarius pronuntiet ſub 3 nomine Regio dicit*, quòd per huiuſmodi clauſulam non tollitur appel.quã Rex tollere nõ poteſt: quia eſt iuris diuini.alleg.Andræ.in titu. quæ ſint reg.in uer.committendum crimen

crimen læſæ maieſtatis, & uidetur ipſe Paris tenere, quòd à tali ſentẽtia poſsit appellari. & allegat d. cõſi. Lu do. licet diuerſificet ſeu erret in numero. Contra has doctrinas facit
4 cõmunis ſtylus. nã uidemus* ꝙ hi, q. bus per d. Vicegerem committũtur cauſæ cũ d. clauſula, pronũciãt nomi ne Regio, & nõ appellatur. tex. allegatus per Ludo. nõ probat. nam ibi non iudicabat Princeps ad relationem præſidis, ſed præſes ipſe. pro tã
to autẽ ibi Princeps cõſulebatur, qa præſes nõ habebat inſulã, & ſic non poterat deportare, quia ſi habuiſſet inſulam, potuiſſet, iuxta no. in l. lega torũ. ubi per Bar. ff. de interdi. & releg. erit ergo illa ſententia præſidis iure ordinario lata cũ Principis authoritate, ſeu cõfirmatione. Nec eſt incõueniẽs dicere, ꝙ Lud. ibi errauerit: nam erraſſe uidetur in eo. cõſi. & grauius, dum tenet ꝙ à dicta ſententia, de qua ibi, appellari poterit ad Conciliũ, quod nũc nõ diſcutio: ſed an à ſentẽtia Papę poſsit appella
5 ri ad Cõciliũ maximè in cauſis priuatorũ, & nõ magnis, ꝑut erat illa. Ego decreui ſentẽtiã nõ obſtãte dicta obiectione exequendã, ſicq; factum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Clericus abbas ac beneficiatus de aſſaßinio inquiſitus, poteſt per iudicem ſecularem puniri mediante ſententia declaratoria, ſi reperitur captus, & in manu dicti iudicis. & nu. 7.*

2 *Pœna ipſo iure incurſa, intelligitur ſecundum iura ciuilia & Can. mediante ſententia declaratoria.*

3 *Clericus aßaßinus utrum debeat degradari quando punitur per iudicem ſecularem.*

4 *Sententia declaratoria contra clericũ aßaßinum an proferatur per iudicem ſecularem.*

5 *Periurii & abrenuntiationis probatio facienda eſt coram iudice, qui de cauſa cognoſcit.*

6 *Clericum eſſe incorrigibilem declarari debet per iudicem eccleſiaſticum.*

8 *Aſſaſsinus clericus poteſt occidi antecedente ſententia declaratoria.*

DECISIO CXII.

IN cauſa Abbatis Franciſci de maſtrilis de Nola clerici* ac beneficia
1 ti inculpati, ſeu querulati ac inquiſiti de aſſaſsinio in perſonam domini Gentilis de albertinis, dubitatum eſt an magna curia Vicariæ, in qua ob cauſam prædictam ſtat carceratus, debeat ipſum remittere ad iudicẽ eccleſiaſticum. Ex textu in c. j. de homicidio lib. vj. dũ dicit: quicunq; prælatus excommunicationis, & depoſitionis ab ordine, officio, & beneficio incurrat ſentẽtiã ipſo facto, ſit à populo Chriſtiano ꝑpetuo diffi datus. Et poſtquã probabilibus cõſtiterit argumentis aliquẽ ſcelus execrabile commiſiſſe, nulla alia excõmunicationis uel depoſitionis ſententia requiratur. hæc ſunt uerba, licet non ad eundẽ contextũ hic reci
2 tata in d. c. j. Communis eſt* opinio, ꝙ iudex ſecularis talem clericũ in caſu dicti capituli primi, poteſt puni re ſine ſententia ſaltem declaratoria, qua declaretur tale crimen eſſe probatum, uel talem eſſe aſſaſsinũ: ſine enim tali ſententia pœnæ illius cap. non irrogantur, ſecundũ Domi. ibi. in uerſicu. ſacri. iiij. & v. colum. poſt Archidiaco. & Hoſtien. & dicit Domi. ibi, quòd ita debent intelligi omnia iura canonica, & ciuilia, quæ dicunt pœnam ipſo iure incurſam. Idem-

Idemq; tenet Anch.in d.c.j.iiij.colū.
poſt Io.And.ad quæ faciunt quæ no
tat Fel.in c.cum non ab homine.de
iudi.Et ita debet intelligi idem Ge-
3 mi.in d.c.j.pen.col.ubi * quærit nū-
quid clericus committens tale deli-
ctum poſsit puniri per iudicem ſecu
larē abſq; alia degradatione. Et cō-
cludit quòd ſic.Et uide Fel.in c.j.xv.
col.de conſti.uerſicu.& quòd emer-
gentis caſus.ibi,ſtatim poteſt degra
dari.ubi allegando Abb.ſentit,imo
dicit quòd debet degradari cleri-
cus aſſaſsinus licet ſtatim. Dubium
modo an talis ſententia declarato-
4 ria*poſsit ferri per iudicem ſecula-
rem.Quòd ſic,facit Domin.in d.c.j.
uer.ſacramēti.col.iiij.qui dicit quę-
ro pœnas cui debet conſtare de hoc
crimine? Et reſpondet quòd iudici,
cui facienda eſt, & licet iſta uerba
obſcura ſint:tamen ex iuribus per eū
allegatis percipitur id quod dixi.al-
legat enim c.ſecundum.de reſcript.
5 ubi * uidetur præſupponi probatio-
nem periurii,& abrenūtiationis, de
quibus ibi,faciendam eſſe coram iu
dice,qui de cauſa cognoſcebat.item
allegat.c.inter cæteras.eo.ti.ubi ꝓ-
batio unius alternatiue facta erat co
ram iudice cauſæ principalis.& in c.
ſtatutum. §.j.in fi.de reſcri.eo.lib.vj.
ubi de perhorreſcentia dicitur faciē
dam eſſe fidem iudicis cauſæ princi
palis.& per hoc Lapus ſecundū Ge-
mi.allegat.c ſeculares.ſuper uerbo,
probationes.eo.lib.de foro compe.
ubi damnātur iudices ſeculares,qui
per probationes coram ſe factas cō
tra clericos procedunt compellēdo
eos ad ſoluendum,qui textus uide-
tur probare contrarium. Quòd au-
tem cognitio hæc ad ſecularem non
ſpectet,adduci poteſt:nam Gemi.ubi
ſ.dum uult probare id quod dixerat,
uidelicet, quòd clericus committēs
aſſaſsinium poteſt puniri per ſecula
rem:allegat qđ no.Io.and.in d.c.cū
ab nō ab homine.de iudi.ubi tenet
ſecundum eum,quòd clericus incor
rigibilis poſsit per iudicē laicum pu
niri abſq; aliqua degradatione.Et ta
men do.Car.in d.c.cum nō ab ho-
6 mine.tenet,ꝙ ante omnia*per iudi
cem eccleſiaſticū declarari debet ta
lem clericū eſſe incorrigibilē, alias
ſi coram ſeculari exciperet de ſuo
priuilegio ſecundū eū,iudex ſecula
ris non poſſet cognoſcere,an ſit de
ſuo foro.allegat de ſentē.excō.ſi iu-
dex laicus.lib.vj.imò & Hoſ.ibi tenet
ꝙ iudex laicus puniet,ad reqſitionē
tamē eccleſiæ.c.ij.de cler.excō.min.
Et dicit And.Sic.in d.c.cum.non ab
ho.ꝙ illo caſu ſecularis nō poteſt ca
pere,niſi ad requiſitionē eccleſiaſti-
ci, ſecundum Hoſt.per tex.in d.c.ij.
de cler.excom.mi.in uerbo,ad requi
ſitionem.nam reliquiæ priſtini cleri
catus remanentes in tali clerico,de-
bent aliquid operari. Sacr.Conſil.
7 uotauit ꝙ magna*curia poſsit pro-
cedere & cognoſcere ipſa,& ſenten
tiam declaratoriam ferre:ex quo ha
bet cauſam in manu,eo quòd cœpit
clericum.Pro hoc uoto facit Abb.in
dicto cap.cum non homine.ubi te-
net contra domi.Car.& dicit in viij.
colū.quòd de neceſsitate nulla re-
quiritur declaratio: ſed Abb. loqui-
tur in caſu quo ille clericus incorri
gibilis erat antea depoſitus,excom-
municatus, & anathematizatus per
eccleſiaſticum, per quæ luce clarius
dicebat ibidem conſtare de incorri-
gibilitate fundante iuriſdi.ſecularē,

quia-

quinimò etiã in caſu illo Car.tenet contrariũ,cumquo tenet And.ſic.& Feli. qui ibidẽ in v.col. ex omnibus dictis doctorũ cõmuniter colligit, ꝙ poteſtas circa hoc data ſeculari, nõ exercetur, niſi declaretur qualitas ipſam conferẽs,per tex.in c.cum ſecũdũ.de hære.lib.vj.in fi.quæ uerba Feli. maximè ſunt cõtra decretũ ſac.Conſi.nam ſi iuriſdictio, ſeu poteſtas data ſeculari non exercetur, niſi declarata qualitate,ergo ſentẽtia declaratoria ferẽda per ſecularem,& cognitio quæ fit ante ſententiã, & etiã captura fierent à non habente iuriſdictionẽ & poteſtatẽ ſuper hoc. Pro uoto etiã ſacr.Conſilii facit conſilium Sozi.quod eſt inter conſilia Franc.Curtii conſi.xx.xviij. col.uer.omitto poſtremo.ubi tenet
1 *ꝙ ante ſentẽtiã declaratoriã aſſaſſini poſsint occidi, ut ſic inferatur ꝙ ad pœnarũ illationẽ inter quas eſt cognitio iudicis ſecularis,& exẽptio à protectione eccleſiæ,non eſt neceſſaria ſentẽtia declaratoria,ſed hoc eſt contra communẽ opi.doct. in d.c.j.& in d.c.cum non ab homine.nec mirum ſi Sozin.qui Piſis legebat ſub penſione & mercede Florentinorum,ita conſuluit.

SVMMARIVM.

1 *Pupillorum res ſine decreto an poßint alienari pro maiori pretio: & an ob dictam cauſam iuſtè interponatur.*

2 *Tranſigere prohibitus ſine decreto, tranſiget quando faciet conditionem ſuam meliorem.*

3 *Eccleſia utrum poßit abſque decreto alienare rem ſterilem.*

4 *Minor an poßit alienare ſine decreto rem, quæ affert plus incõmodi quàm commodi.& nu.8.& 9.*

5 *Eccleſia, uel minor an in cauſa non conceßa poßit alienare, faciendo ſuã conditionem,uel eccleſiæ meliorem.*

6 *Pupillaris rei alienatio quot habet requiſita.*

7 *Sterile non uidetur quod uẽdi poteſt.*

8 *Eccleſiaſtica res omnino inutilis differt ab inutili reſpectiue.*

10 *Pupillaris res alienari non poteſt ſine ſolennitate, nec cum ſolennitate, niſi in caſibus permißis,inter quos eſt ob periculum amißionis rei propter Tyrannos circunſtantes.*

DECISIO CXIII.

Pupillorũ res ſine decreto an poßint pro maiori pretio alienari, & an ob dictam cauſam decretum iuſtè interponatur.

IN cauſa Baliorũ filiarũ quondam magnifici Iacobi Caraffe*prætendentium uelle alienare caſtrum. N. quinq; milliũ,& partẽ caſtri Raſi ob euidentẽ pupillæ utilitatem,cum ex eis reperitur maius pretium, quàm æſtimata fuerunt, dubitatum eſt,an ſuper hac alienatione ſac.Cõſil.interponere debeat decretũ. Pro parte affirmatiua facit. Primò text.in l. cum in.§.cauſa tranſact.ff.de tranſa.
2 ubi prohibitus* tranſigere ſine decreto,tranſiget quãdo faceret ſuam cõditionẽ meliorẽ.ſic etiam text.in auth.item ſi prædium. C. de ſacroſanc.eccleſi.ubi* eccleſia prohibita
3 alienare bona immobilia alienabit rem ſterilem. Secundò facit gl.in l.ij.§.fin.ff.de offi.eius.ubi ſub dubio forte dicit,ꝙ prædium * mino-
4 ris poteſt alienari,quãdo affert plus incõmodi, quàm cõmodi,ad inſtar eccleſiæ, & licet quidã reprobẽt gl. illam,ſecundũ Ang.ibi, quia nõ reperitur hoc cautũ in iure, tamẽ Angelus

 gelus

gelus eam ſequitur. Tertiò facit gl.
in d.l.cum hi.§.cauſa tranſact.ubi di
5 cit eſſe arg.ꝙ ſi uendit* eccleſia,uel
minor in cauſam nõ conceſſam,te-
net uenditio ſi fecit conditionem
ſuam, uel eccleſiæ meliorẽ, & dicit
ibi Bal.per illam gl.ꝙ ualet uẽditio
prædii minoris,uel eccleſiæ nõ ac-
cedente decreto,quando hoc con-
tinet manifeſtã utilitatem eccleſiæ,
uel minoris. Quartò facit Spec.in
tit.de empt.& uendi.§.nunc dicẽdũ
reſtat.uer.hoc quoque.quem refert
Alex.conſi.cxxv.iij.col.j.uol.ubi di-
6 cit, ꝙ res pupillaris * debet uendi
cum licentia tutoris uel curatoris.
item ob æs alienũ, aut ob euidentẽ
utilitatẽ pupilli iam cognitã, ꝙ ita
ſit,& ꝙ non ſint res mobiles in hæ
reditate cõmodè uendẽdæ.& quòd
ſubhaſtentur legitimè. Adde ꝙ De-
cius conſi.lx.ij.col.dicit ꝙ requiri-
tur decretum,& cauſa neceſſaria,&
unũ ſine alio nõ ſufficit,& dicit cau
ſam notoriã,id eſt,æs alienum. Pro
parte autẽ negatiua facit tex.in l.ob
æs alienũ tantũ cauſa cognita &c.
C.de pręd.mino.tex.melior in l.ma
gis puto.§.ſi æs.ff. de reb.eor.ubi ſi
tutor uolens alienare alleget expe-
dire hæc prædia uendere, uel alia
comparare,non eſt audiendus, niſi
alienũ æs urgeret,nec prætor dabit
ſuper hoc decretũ.text. etiã melior
in l.ſi fundus ſit ſterilis uel ſaxoſus,
uel peſtilens.ff.eo.tit.de reb.eo.ubi
uult tex.ꝙ etiam ex dictis cauſis ibi
expreſſis non poteſt ob id alienare
prædium pupilli. Secundò pro hac
parte facit gl. in dicta l.ob æs.C.de
7 præd.mi. quæ dicit* ꝙ fundus mino
ris ſterilis non poteſt alienari, quia
nõ uidetur ſterile quod uẽdi põt.ff.

ad leg.fal.l.iij.ff.de reb.eo. l.ſi fun-
dus. niſi forte nihil poſſet percipi.
idem tenet Azo in ſumma.eo.ti.ul-
tra principiũ,uerſi.quid autẽ ſi mi-
nor,ſecundũ Albe.ibi,qui ſubdit ꝙ
contrariũ uidetur innuere gl.in d.l.
ij.de offi.eius. & nõ dicit ultra Alb.
Tertiò facit Dy.in d.l.ſi fundus.qui
idẽ ſequitur, & ponit rationẽ quare
aliud ſit in eccleſia,nam minor tra-
ctu tẽporis efficitur maior,& eo fa-
cto maiore nollet uenditionẽ factã
eſſe,& ſi uellet,poterit tunc uẽdere
uel diſponere ſecundũ uoluntatem
ſuã,quod nõ eſt in eccleſia. Quartò
facit,quoniã Iac.But. Alb.Barb.Ang.
Fulgo.& Pau.de Caſt. & Iaſ.in d.§.
cauſa tranſactionis.l.cum hi.repro-
bant gl.ibi contrariũ uolentem. ſic
quoq; Saly.Fulgo.Pau.de Caſt.Ro.
& Iaſ. in d.l.ij.ff.de offi.eius.repro-
bant gl.ibi cõtrariũ dicentẽ. Quin-
tò Bar.in l.ij.C.de agr.& cenſ.lib.xj.
tenet ꝙ cum prædii minoris inter-
dicta ſit alienatio abſq; cauſa, talis
interdictio locũ habet etiã ſi præ-
diũ ſit ſterile.idem in re pupilli fir-
mat Ant.de But.in c.ut ſuper.in fin.
de reb.eccle.nõ alien.ubi etiã* dicit 8
notabile uerbũ ad propoſitũ dum
dat primã ſolutionẽ ad capitulũ ter
rulas, ꝙ in eccleſia ſit differẽtia in-
ter rem omnino inutilẽ & rem re-
ſpectiue inutilem. Sextò facit:nam
Iaſon ex mente Bald.ibi in d.l.ij.de
offi.eius.ſaluat opi.ꝙ quando præ-
diũ affert plus incõmodi, quàm cõ-
modi, tunc habeat locum gl.illa, ut
quia ſolueretur plus de cẽſu quàm
eſſet in redditu , aliàs habeant lo-
9 cum contraria. Aduocatus,* qui uo-
lebat interponi decretũ, allegabat
pro ſe dictũ Spe.ubi ſ. & Alex.& di
cebat

cebat non obſtare no. per Iaſ. in d. l. ij. de offi. eius. & in d. §. cauſa tranſactionis. quoniam loquitur quãdo minor uolebat alienare prædiũ ſterile ſine decreto, & ſolẽnitate, quod nõ eſt hic: ex quo petitur interponi decretum, & adhiberi ſolennitates. Et certè Iaſonis uerba in d. l. ij. ſunt, Quid autẽ ſi prædiũ minoris ſit ſterile? an tunc poſſet alienari ſine ſolẽnitate? Sed ineptè ponit Iaſon. q. hoc modo. nam gl. in d. l. ij. præſupponit, ꝙ cauſa cognita uolebat minor alienare, & dubitat ſi in cauſæ cognitione eſt cauſa legitima illa, quia res eſt ſterilis. idem etiã ſentit Iaſ. in ead. l. uerſi. & facit clara ratio. ibi, ſine decreto. Et Iaſon in d. §. cauſa tranſact. in d. terminis, quãdo ſine ſolennitate uidetur formare dubitationẽ. Item Bar. idem in d. §. cauſa. dicit iſtud inducit gl. in arg. ad q. ꝙ ſi eccleſia, uel minor uẽdit ex cauſa non conceſſa, & ſolennitate non ſeruata &c. Ita etiã Bal. in d. §. cauſa.
10 uidetur intellexiſſe. Cõtra has* ponderationes poſſet dici, ꝙ dum ex glo. in d. l. cum hi. §. cauſa tranſact. infertur prout infert Bar. eam uelle, ꝙ minor poſsit uendere ſine ſolennitate, & in caſu aliàs prohibito, & doct. illam reprehẽdũt: nõ propterea uolũt inferre, ꝙ in caſu prohibito, ut in fundo ſterili, poſsit alienatio fieri cum ſolẽnitate: & ꝙ Iaſon, qui quærit, Quid ſi prædiũ minoris ſit ſterile: an tũc poſsit alienari ſine ſolennitate? nõ propterea ſentiat, ꝙ cum ſolẽnitate poſsit alienare: nam eſſet contra d. l. ſi fundus. ubi is qui uolebat alienare fundũ ſterilẽ, ibat ad imperatorẽ pro licẽtia ſeu decreto, & imperator prohibet. Itẽ eſſet contra d. l. magis puto. §. ſi æs. ubi erat dubitatio, an cũ decreto poſsit alienatio fieri quãdo expediret pupillo. & dicit ꝙ nõ. Et ad dictũ Spe. poſſet reſponderi, ꝙ illa uerba ob euidentẽ utilitatem intelligãtur, ut quia erat dãnũ pupillo tenere rem, ſicut concordat Iaſ. in d. l. ij. uel quia erat periculũ amiſsionis ob circunſtantes tyrãnos, ut exẽplificat Guil. quem refert Bal. in d. l. cum hi. §. cauſa tranſact. in ſecunda lectura. Maior pars dominorũ uotauit ꝙ decretum non ſit interponendum: uota tamen ſcripta non fuerunt.

SVMMARIVM.

1 *Cardinales, ſeu cœtus d. Cardinaliũ, an poßint ſede uacante reſtituere, & habilitare Cardinales priuatos per d. Papam Iulium, ſaltem ad uocem.*

2 *Cardinaliũ cœtus ſede uacante nihil poteſt facere de his, quæ erãt iuriſdictionis pertinẽtis ad Rom. Pont. dum uiuebat. fallit, ut nu. 9.*

3 *Capitula inferiora maiorem habent cum prælato cõmunionem, quàm collegium Cardinaliũ: cùm illa condant ſtatuta ſede uacante.*

4 *Cardinales æquiparãtur Senatui Romano: & tantũ poteſt collegiũ Cardinalium, quantũ Senatus: ſed in electione Papæ repræſentant uniuerſalem eccleſiam. & nu. 8.*

5 *Papa electus per duas partes Cardi. abſq; ulla exceptione ab uniuerſali eccleſia Romana pontifex habeatur.*

6 *Hæretici notorij eligunt Põtificẽ, & eligũtur: nã ab electione nõ repelluntur Cardi. excõmunicati, interdicti, & ſuſpẽſi, & ſi notorij ſint. & nu. 9.*

7 *Electio Rom. Pont. utrum fieri poßit non ſeruata forma. c. ubi periculum. de elect. lib. 6.*

10 *Cardinales poſſũt eſſe numero lxxij. ad inſtar diſcipulorum.*
11 *Eccleſiæ urbis Romæ diuiduntur per tit. & diaconias: presbyteri ſcribuntur cum titulo, diaconi ſine titulo.*
12 *Cardinales .xv. fuerũt creati propter baptiſma & ſepulturas hominum à Marcello Papa, ſed à Leone .x. fuerũt creati .xxxj. ſuper alios .xxxj.*
13 *Epiſcopus an poſſit aſſumi in presbyterum uel diaconum.*

DECISIO CXIIII.

1 AN cœtus* do. Cardinalium ſede uacante poſsit reſtituere & habilitare Cardinales priuatos per d. Papã Iulium, ſaltẽ ad uocẽ. Quòd non, facit tex. in c. ubi periculũ. uer. iidem quoq;. de elect. lib. vj. ubi cauetur, ꝙ d. Card. ſede uacan. de alio negotio ſe non intromittere habẽt, quàm ſuper accelerãda futuri Pont. electione. Facit etiã text. in clem. ne Romani. uer. irritũ. eo. tit. per quam ſtatutũ eſt, ꝙ cœtus d. Car. ſede uac. nihil poſſet facere de his quæ erant poteſtatis aut iuriſdictionis pertinẽtis ad Rom. Pont. dum uiuebat. uide Barb. in tract. d. Cardi. in x. baſilica. q. xiij. col. uer. tales ergo. ubi dicit, ꝙ ſi Cardinales delinquunt, & per ſententiã remouentur, ſine ſpe reſtitutionis deponũtur. cap. ex geſtis. d. cle. ne reſ. ad exemplũ Luciferi. de pœn. diſt ij. principiũ. allegat Hoſt. hoc dicẽtẽ in ſumma, de pœn. §. cui cõfitendũ. uer. Cardinales. & paulo pòſt ſubdit: ꝙ nihilominus Cardinalis depoſitus à Cardinalatu ex diſpoſitione & indulgẽtia Papæ poteſt reſtitui. & refert not. in cap. j. de ſciſma. per ſcribẽtes & Domi. lib. vj.
2 Et quamuis alia Collegia* ſede uacante ſuccedãt in poteſtate prælati & iuriſdictione, ut in c. his quæ. de maio. & obe. ob quod Hoſti. tenuerit, ꝙ d. Cardinales ſede uac. ſuccedant in poteſtate papali: tamẽ ſecũdum glo. in d. Cle. in uer. non conſonã. hoc dici non poteſt per Collegium d. Cardin. ſtante d. Cle. Capi-
3 tula* enim inferiora habent maiorem cõmunionẽ cum Prelato, quàm collegiũ Cardinaliũ: cùm illa condant ſtatuta ſede uacãte. Card. Alex. in c. epiſcoporũ. ij. col. xviij. diſtinct. Quòd ſic, facit primò text. in c. j. de ſciſm. lib. vj. in uer. omnẽ perſonam. ubi dicitur, ꝙ collegiũ ſede uacan. non ualeat habilitare illos Cardin. priuatos ad dandum uocẽ. & glarguit ibi in uerſi. ſede uacan. ꝙ ideo expreſsit hoc Papa, quoniã ſi nõ expreſsiſſet, potuiſſet fieri dicta habilitatio. ideo Gemi. ibidẽ in j. col. dicit not. argumentũ ꝙ collegiũ Cardinaliũ ſede uacãte poteſt reſtituere depoſitũ per Papã. Facit ſecun-
4 dò: nam d. Card.* æquiparantur Senatui Romano. c. Cõſtãtinus. xcvij. diſt. unde dicebat Imol. in l. ſi quæramus. ff. de teſta. ꝙ tantũ poteſt collegium Cardinaliũ, quantũ Senatus. per d. c. Conſtãtinus. & facit c. eccleſia habet Senatũ. in prin. xj. q. j. unde ad inſtar Senatus Ro. d. Cardinales poſſunt reſtituere famæ. Inno. & Io. And. id tenẽt in c. cũ te. de re iud. d. Card. Flo. in d. Cle. ne Romani. uer. irritũ. ij. col. ſequitur Laud. in tract.
5 Car. iij. col. Facit* tertiò tex. in d. c. licet. de elect. ubi ſi duæ partes Car. eligant Papam, is abſque ulla exceptione ab uniuerſali eccleſia Romana Pont. habeatur. & dicit ibi. d. Car
6 dina. Flo.* ꝙ etiam hæretici notorii eligunt & eliguntur, per illum tex. &

& ſecundũ Imo.in d.Cle.iiij.col.nõ poſſet opponi exceptio hæreſis. Facit quartò tex. in ea.Cle.ne Ro.uer. cæterũ.dũ dicitur ibi, ꝙ ab electione non repellũtur Card.excõmunicati,interdicti, ſuſpenſi &c.& ſi notorii ſint,ſecundũ glo.ibi:& Imo.in x.colũ. Facit quintò.d.Card.in d.c. licet.de elect.xxviij.qõ.arguit enim per tex. in d.Cle.ꝙ Cardinales non poſſunt eligere monachũ. inde tenet contrariũ, dicens ꝙ in electione Papæ ſunt ſublata iuris impedimenta. Facit ſextò idẽ d.Card.in d.
7 Cle.ne Romani.vij.q.ubi tenet,* ꝙ duæ partes Cardin.poſſunt eligere nõ ſeruata forma.c.ubi periculum. quam nihilominus Papa in ea.Cle. ſeruari mãdat,& reſpõdet ad d.Cle. ut uideatur prohibere d.Card.ſede uacante facere poſſe ea quæ ſpectãt ad Ro.Ponti.dum uiuit:ſed electio Papæ non eſt de prædictis,cum fiat poſt Papæ mortẽ. Facit vij.idẽ do. Car.Flo.in d.c.licet.pe.col.dicẽs, ꝙ
8 d.Card.in his* quæ concernunt electionẽ Papæ, repræſentant uniuerſalem eccleſiã.& idẽ not. d.Alexandrinus in c.in nomine do.ij.col.xxiij.diſt.Facit.viij.d.Car.Alex.in d.c. in nomine do.vj.col. & in c.ſi quis
9 apoſtolicæ.lxxix.diſt.dicẽs,* ꝙ põt eligi inhabilis inhabilitate iuris poſitiui:excipit tamẽ hæreticũ, de quo s.remittitur. Qui tenere uellet partẽ negatiuã, poſſet reſpõdere ad dicta motiua. Ad primũ quòd nõ ſequitur,Papa prohibuit,ergo ſi non prohibuiſſet, collegiũ ualuiſſet facere : nam glo.præallegata quæ.d. illationem ſentit, non uidetur reſidere in hoc.& Domi.ibi in d.notabili ſubdit.de quo dic,ut in Clem.ij. de elect.per quam ut dictũ eſt,abdicata eſt poteſtas.d.Car.ſede uacant. Ad ſecundũ reſpõderi poteſt, quòd d.authoritates loquũtur ut ex ui poteſtatis propriæ cœtus Car.poſsit famæ reſtituere,non autẽ ex ui poteſtatis deuolutæ ob mortẽ.d.Papæ.& ita dicit Car.in d.Cle.& etiam Imo. ibidẽ iij.q.allegans Bu.ꝙ ita demũ poſsint,ſi poterãt uiuente Papa.Sed nulli dubiũ ꝙ Papa uiuente.d.Cardinales nõ poterant hos reſtituere, ergo &c.Tãto magis, quoniã Abb. ac.Feli.& nõnulli, quos ipſe Fel.refert in d.c.cũ te.de re iud.v.colũ.tenent,quòd colleg.d.Car.nullo modo famæ reſtituere poteſt.& Fel.ibi dicit hãc opinionẽ eſſe probabiliorem. Ad tertiũ reſpondetur,ꝙ iura in eo motiuo allegata loquuntur dũmodo hi qui dictos defectus patiuntur, Cardinales ſint. ita infertur ex no.per Abb.in d.c.licet.vj.col.dicentem,quòd exceptio,quòd aliqui ex electoribus nõ erant Cardinales admittitur. ſed prædicti erant priuati,ergo &c. Ad quartum reſpondetur,prout ad præcedens tertium. Ad quintũ reſpondetur, quòd defectus ille concernebat perſonã electi & eius defectũ, non autem eligentium. Ad ſextũ reſpondetur,quòd tranſgreſsio de qua in eo, non erat circa perſonas eligentium qui debent eſſe Cardinales, ut dictum eſt. Ad ſeptimum reſpõdetur, quòd repræſentant uniuerſalem eccleſiam, non tamen ut facere poſsint uel habilitare in Cardinales eos qui non ſunt. Ad octauũ reſpondetur,prout ad v.reſponſum eſt. Qui uolet tenere partem affirmatiuam,dicet d. Cardinales ſede uacante,nihil poſ-

ſe:&c.præter ea quæ ſpectant circa electionē Pont.futuri, & ꝙ iſta habilitatio ad uocē eſt de ſpectātibus ad electionē.ergo &c. An uerò attentari poſsit diſtinguēdo,ꝙ aut.d. Cardinales uellēt prædictos reintegrare, & reſtituere in caſu,quo ſi nō fieret, immineret periculū ſciſmatis,uel aliud graue:& quòd tunc poſsit, quoniā gl.magna in d.c.j.de ſciſma.uult ꝙ ex grandi cauſa & imminenti periculo poteſt cœtus Cardinaliū exercere iuriſdictionē pontificiā, quam gl.refert.Laud.in loco præallegato. vij.col.uer.ardua quęſtio.ſic quoque collegiū Card. ſede uac.ex magna & urgēti cauſa reuocat Legatū Papæ,ſecundū Franc.de Pau.in tract.de offi.& pot.ſede uac. ſexto præludio. Aut nō extaret magna cauſa,& tūc non poſſet:nam ut dicit do.Car.in d.Cle.ne Ro.uer.irritū.ij.col. & in uer.eo ipſo,ult.col. poteſtas Cardinaliū talis eſt, qualis in iure permittitur.Hæc raptim ſcripſi, requiſitus per d.Cardinalē ſurrentinū Neap.exiſtentē,ex Albe.de Roſ.in rub.ff.de ſtatu ho.& Alua.in tit.epiſcopū uel ab.habētur principales eccleſiæ urbis,item tituli Cardinaliū epiſcoporū,presbyterorum
10 & diaconorū. Et de numero *Car. habetur per Car.in Cle.ne Romani.uer.irritū,ult.col.de elect.ubi dicit, ꝙ ſunt.lxxij.adinſtar diſcipulorū Domini.de quibus.xxj.diſt.cap. in nono. & quòd tituli epiſcopales ſunt ſex, de quibus in c.examinata. de cōfir.uti.uel inut.& ꝙ debet eſſe certus numerus presbyterorū & cer
11 tus diaconorū, &* ꝙ eccleſiæ urbis diuidūtur per titulos & diaconias: presbyteri ſcribuntur cū titulo,diaconi ſine titulo & ſine hoc uer.titu. Et Cardinaliū creatio cœpit tēpore Pontiani Papæ,& aliquando fuerūt ccxxxvj.Card.in Clem.ne Romani.§. porro.j.col.iij.no.& Marcellus Papa
12 *fuit primus qui creauit.xv.Cardi. propter Baptiſma,& ſepulturas hominū.allegat.lxxxix.diſt.c.j.& plura alia.& Papa Leo.x.in Anno.1517.in
13 col.Iul.ij.creauit* xxxj. Cardinales ſuper alios.xxxj.Et is qui eſt Epiſcopus an poſsit aſſumi in presbyterū uel diaconū.Car.Gem.in c.cum aliquibus.iij.col.de reſcr.lib.vj.

SVMMARIVM.

1 *Aßenſus in teſtamēto poteſt impetrari etiam poſt mortem teſtatoris.*

2 *Legatū de feudo roborari poteſt per cōſenſum domini,ſicut roboratur alienatio:nā qui poteſt in cōtractu aßenſum præſtare, pōt & in ultima uolūtate: dato quòd fiat poſt mortē teſtatoris.*

3 *Vaßallus teſtari nō poteſt de feudo nouo aßenſu ratificante : nec de feudo antiquo uel paterno, quòd nec poßet alienari etiam domini aßenſu accedente:niſi interueniat conſenſus agnatorum .& nu.5.*

4 *Aßenſus præſtari non poteſt in alienatione mortuo alienante,niſi hæres conſentiat:& ſuper hoc cōſenſu alius impetretur aßenſus.*

6 *Subſtitutus prædecedens nō tranſmittit ad hæredē ſpem ſubſtitutionis pupillaris,nec uulgaris,nec fideicommißaria:niſi hæres ille ueniret ex iudicio teſtatoris.& nu.7.*

8 *Nominatus in conditione non uidetur uocatus ex teſtamento.*

9 *Ordines ſancti Frāciſci tres reperiuntur approbati:uidelicet ordo Minorū, ordo ſororum ſanctæ Claræ, & ordo Tertij ordinis.de quorum obſeruantia*

lia uideas ibi.

10 *Sorores ſancti Frãciſci de eleemoſyna & ſancti Hieronymi exiſtẽtiũ Neap. ſunt de tertio ordine: & licet clauſtraliter uiuant, adhuc poßunt exire & legitimè nubere.*

11 *Clericus, qui laicatur, an ſuccedat in feudo.*

12 *Monachus exiẽs infra profeßionis annum poſt patris mortem an ſuccedat in feudo.*

13 *Fœminæ Tertij ordinis, uel ſorores ſancti Franciſci, & ſancti Hieronymi de Neap. exeuntes de Monaſterio, in feudo ſuccedunt.*

14 *Soror exiſtens in capillo excludit maritatas quo ad ſucceßionem feudi.*

15 *Capitula tertij ordinis aliqua notãtur ad propoſitum præſentis quæſtionis facientia.*

16 *Profeßio fratris, uel ſororis tertij ordinis quo pacto fiat, & eius forma.*

DECISIO CXV.

Memoriale allegationum fiendarum in caſu Comitatus Caputatij.

AMERICVS de Sancto Seuerino Comes Caputatii in ſuo ultimo teſtamento inſtituit ſibi hæredẽ uniuerſalẽ Gaſparem filium eius primogenitũ, & ſpecialiter ad terras & caſtra ibi nominata, & Gaſpari moriẽti in pupillari ætate, uel ab inteſtato ſubſtituit Antonellũ ſecundo genitũ; Antonello & Gaſpari morientibus in ætate pupillari, uel ab inteſtato ſubſtituit Guilielmũ tertiogenitũ. Et ſi omnes filii decederent in pupillari ætate, aut ſine hærede legitimo maſculo ex eorũ corporibus, ſubſtituit in feudalibus unũ ex ſuis fratribus ſeruato ordine primogenituræ, ſecũdogenitus autẽ habeat certa caſtra. Et ſi primogenitus ex fratre ſuo decederet, ſubſtituit ſecundogenitũ, & ꝙ ſi omnes fratres decederẽt ſine legitimis hære. maſculis, ſuperſtitibus fœminis, ſuccedere debeat lo piu proximo parente loro de la caſa di Sanſeuerino. Americo mortuo ſucceſsit Gaſpar, Gaſpari Antonellus, Antonello Guilielmus; qui ſine maſculis obiit, ſuperſtitibus filiabus fœminis. Antequam Guilielmus ultimus ex filiis decederet, & ſic ante factum caſum ſubſtitutionis factæ de fratribus teſtatoris fratres ipſi omnes deceſſerunt, ſuperſtitibus filiis legitimis ex eorum corporibus. Mortuo deinde Guilielmo cõtigit dubitari. Primò uidelicet* ſi dictũ teſtamentũ, ac diſpoſita in eo ſeruari debeãt, ex quo regius aſſenſus non adfuit uiuo, ſed mortuo teſtatore. Secũdò eſto ꝙ ualeret, an filii fratrũ teſtatoris excludant fœminas ultimi moriẽtis. i. Guilielmi Comitis uigore ſubſtitutionis: ex quo non ipſi, ſed patres eorũ Guilielmo ſubſtituti ſunt, & ante euentũ cõditionis deceſſerãt. Tertiò quãdo fœminę nõ excluderẽtur, an ex quo primogenita earũ, uidelicet illuſtr. Principiſſa Melphię reperitur maritata, & dotata tempore mortis patris: & ſic aliæ, pręter ultimam quæ reperiebatur tũc exiſtere monialis in monaſterio. S. Hieronymi, & audita morte patris exiuit à monaſterio; an hæc tanquã in capillo excludat primogenitũ & alias? Ad primũ dubiũ pro memoria allegandorũ, quãdo tẽpus occurret, uidenda ſunt infraſcripta, uidelicet Bald. in c. j. §. donare. j. colũ. qualiter olim feu. alie. po. dicit, quid ſi dominus mortuo uaſſallo approbat eius

teſtamentũ? nunquid confirmetur? & uidetur ꝙ ſic: nã iſtud teſtamẽtũ eſt præter legẽ, & ſic ſtat in eo ſtatu, in quo ſtant teſtamẽta de iuregẽtium. ut no. Iac. de Are. C. de legi. l. nõ dubiũ. ſecus ſi eſſet cõtra legem, quare nõ poſſet cõfirmari. Alua. in d. §. do-
2 nare. pen. col. tenet,* ꝙ legatũ factũ de feudo in ulti. uolũtate poteſt roborari per cõſenſum domini, ſicut roboratur alienatio, per text. in l. j. §. j. de prohi. alie. per Fed. nã qui poteſt præſtare aſſenſum in contractu, poteſt præſtare in ultima uolũtate. l. ſicut. §. uenditionis. quibus mo. pig. uel hypot. ſol. & dicit ꝙ hoc tenet Bal. dato ꝙ iſta cõfirmatio Domini fiat poſt mortẽ uaſſalli diſponẽtis, per rationẽ & authoritatẽ Cyn. in l. non dubiũ. C. de legi. uidelicet quia iſta diſpoſitio eſt ſolũ præter. l. non autẽ cõtra. l. Car. Alex. in eo. §. donare. ult. col. dicit, pone uaſſallus cõdidit teſtamentũ in re feudali, nõ relinquẽdo pro anima, deinde mortuo uaſſallo uel eo uiuẽte, dominus ratificauit teſtamẽtũ, quæritur an ualeat. Bal. hic uidetur ſentire ꝙ ſic, qđ dictũ Bal. ſane intelligerẽ eſſe uerũ in præiudiciũ domini ratificãtis, nõ autẽ in præiudiciũ agnatorum non cõſentientiũ, nec ratificantiũ. arg. §. porro ſequẽti. & facit. l. in cõcedendo. ff. de aqua plu. arcen. Cur. in iiij. parte. §. pe. quæro. uerſ. retẽta igitur hac opi. ibi, ſtat ergo cõcluſio firma &c. chart. xlvij. dum dat limitationes
3 ad regulã,* ꝙ uaſſallus nõ poteſt de feudo teſtari dicit: & primò limitatur ut nõ procedat, quando dominus uiuẽte uaſſallo, uel eo mortuo ratificaret teſtamentum: quia talis ratificatio traheretur retro, & mandato cõparatur. iuxta regulã. l. fi. C. ad Mace. & ita dicebat Bal. in c. j. §. donare. qualiter olim feud. alie. po. Quòd ſane intelligit, & ſublimitat d. Mar. de laude, ut talis ratificatio ualeat in præiudiciũ domini ratificantis: ſed ſi fuiſſet feudũ antiquũ uel paternũ, quòd nõ poſſet alienari etiã accedẽte aſſenſu domini, niſi interueniat cõſenſus agnatorũ. c. j. de aliena. feu. pa. talis ratificatio ſecundũ eum nõ præiudicaret agnatis. arg. l. in concedendo. ff. de aqua plu. arc. unde uidetur ꝙ Alexandrinus furatus fuerit ſuam limitationẽ à Lauden. Mihi uidetur ꝙ de hac q. eſt deciſio And. de Iſer. in l. Impe-
rialẽ. in prin. pen. & ult. col. ubi* loquẽs in alienatione, an in ea poſſit præſtari aſſenſus mortuo alienante. & cõcludit ꝙ non, niſi hæres conſentiat: & ſuper hoc cõſenſu impetretur alius aſſenſus. & miror quòd nullus prædictorũ doctorũ reaſſu-
mat, nec tangat And. ibi. iſti autẽ* dũ uidentur ſentire, maximè Cur. quòd quãdo eſt feudũ nouũ nõ requireretur cõſenſus agnatorũ, male dicunt.
Ad ſecundũ* dubiũ pro filiabus fœminis Comitis Guilielmi cõtra filios fratrũ facit text. in l. ſed ſi plures. in prin. ff. de uulg. & pu. ubi ſi pater ſubſtituit filio ſuo pupillariter, & ſubſtitutus prædecederet pupillo, non tranſmitteret ad hæredes ſuos ſpem huius ſubſtitutionis: & ſicut nõ trãſmittitur ius ſubſtitutiõis pupillaris, ita nec uulgaris. l. ſi ex pluribus. ff. de ſuis & legit. Paul. in d. l. ſed ſi plures. in princ. ita etiã nec fideicõmiſſariæ. Saly. in l. ſi perſonam. C. de fideicõ. qui dicit hanc eſſe cõ. opini. Bar. in l. hæredes mei. §. cũ ita. j. col. ad

ad Treb.qui dicit ꝙ non tranſmittitur etiã ad ſuos.per tex.ibi cũ aliis adductis per Alex.cõſi.clxv.ij.col.v. uol.ad quod etiã Saly.in l.j.C.de his qui ante ap.tabul.viiij.q. At pro maſculis cõtra fœminas facit. Nam per aliã clauſulam teſtamenti quæ incipit.Item ſi caſo foſſe,quod abſit &c. diſponitur ꝙ ſi oẽs fratres decederẽt ſine hæredibus maſculis, ueniãt proximiores: & ſic filii fratrum hoc caſu uidẽtur uocati ex iudicio defuncti, ſecundũ unã opin.de qua per Alc.in l.ex facto.§.ex facto.ff.ad Treb.in l.j.C.de pac.unde ſuccedit, ꝙ licet aliàs ſubſtitutus nõ trãſmittat ad her.ius ſubſtitutiõis,tamẽ trãſmit
7 teret*quando ille hæres eſſet talis, qui ueniret ex iudicio teſtatoris.caſus eſt in l.paterfa. primis tabulis.ff. de uulg.& pu.not.Pau.de Caſt.in d. l.ſed ſi plures.in princ.& in l.qui liberis.§.hæc uerba.eo.tit.de uulg.&
8 pu. Mihi ſtat ſententia pro fœminis,*nec obſtat præcedens motiuũ: nã nominatus in cõditione nunquã uidetur nocatus ex teſtamẽto,ſecundũ co.opi.de qua per Alex.in d.§.ex facto. Ad tertium de moniali ſancti Hieronymi,an excludat nuptas tãquã exiſtens in capillo: ex gl.in c.j. in uerſ.obedientiam.de relig.do.in
9 Clem.& Imo.ibi in ij.col.colligit*ꝙ ſunt tres ordines ſancti Franciſci. Primus ordo eſt fratrũ minorum, & iſti profitẽtur tria ſubſtantialia,nec poſſunt aliquid habere in particulari, nec in communi. Secundus eſt ordo ſororum ſanctæ Claræ, & iſtæ adhuc profitentur tria ſubſtantialia. & differt ordo hic à primo:nã iſtæ poſſunt habere proprium in communi.& ideo ſecundũ Imo.ubi ſ.fratres minores multoties procurant illis relinqui,ut ſic etiã ipſi commodum ſentiant per illas,ubi per ſe nõ poſſunt. Tertius ordo qui dicitur tertii ordinis ſancti Franciſci,ſeu ſororũ minorũ tertii ordinis, & dicit gl.prædicta,ꝙ iſtæ promittunt obedientiã, & habent regulã non propriè quo ad tria ſubſtantialia: ſed quendã modũ uiuẽdi approbatum per ſedẽ apoſtolicam,ut dicit gl.ſibi cõſtare. idem tenet Guil.ſecundum Imol.ibi, dicens tertiũ ordinẽ beati Franciſci approbatũ per Nicolaum quartũ,ut manifeſtauit Ioã.xxij.per ſuas patentes literas.& de illa regula ſubdit Imol. poſſunt eſſe uiri & mulieres cõiugati, & nõ coniugati, licet nõ renuncient proprio, & abdicent continentiã, nec promittunt aliter obedientiã, niſi ꝙ ſeruabunt fideliter mandata Dei, & illa quæ cõtinentur in ſua regula.De his qui ſunt de tertio ordine ſancti Fran.ui de Feli.in tract.quando literæ apo. noceãt parti.viij.col. uerſ.limitatur
10 quartò.Sorores*ſancti Franciſci de eleemoſyna, & ſancti Hieronymi, quas Neapoli habemus,ſunt de tertio ordine, nec in aliquo differunt, prout audio, niſi quia hæ clauſtraliter, ac cœlibes uiuunt, hæc tamen (uidelicet in clauſtro,& cœlibatu uiuere)nõ uouent,nec promittũt aliquid plus quàm illæ,quæ extra clauſtrũ,& in matrimonio degũt:& prout mihi relatũ eſt, poſſunt impunè & licitè exire & nubere. His ad euidentiam huius tertii dubii præmiſſis dico,quòd Andr.in cap.j.de mil. uaſſal.qui art.bell.depo. uult ꝙ cle
11 ricus,*qui patre mortuo laicatur,ſtatim ſuccedit in feudo, quia nõ perditur

q 5 ditur

ditur quod non habetur.ex qui.ca. ma.l.deniq;.l.nec inutilẽ.& de reg. iur.l.non uidetur.quando enim erat clericus,nõ erat dominus feudi.deinde dum recitat Iac.de Are.in ſumma,& limitat,uidetur uelle,ꝙ ſi antequàm eſſet quæſtio de feudo,ꝙ eſſet perditũ,dimittit clericatũ,non perdit feudum.& uidetur ſentire,ꝙ hoc habeat locũ,quãdo nõ longo tẽpore ſtetit poſt patris mortẽ,ibi pro quo eſt &c.Idẽ Andr.in c.qui cleri-
12 cus.ſi de feud.fue.contro.tenet,*ꝙ Monachus etiã exiens infra annum profeſsionis pdit feudũ,licet quàm durum ſit.idẽ And.in c.j.de beneficio fœm.uidetur tenere,ꝙ exiẽs licitè de religione infra annum probationis,poſt mortẽ patris,cũ inueniat feudum alii apertũ,nõ ſuccedit, niſi cum eſſet quæſtio de feudo,an ſcilicet alii debeat aperiri,habitum
13 deponat. Præſuppoſito * ergo in facto,ꝙ hęc domina Catherina ultimò genita exierit Monaſterium,incontinẽti mortuo patre,uidetur ꝙ
14 omnino ſuccedere debeat,*excluſis maritatis & dotatis.Cũ ſimus in terminis Andr.in d.ca.j.de mil.uaſſal. qui ar.bo.de.& in c.j.de ben.fœm. Quinimò etiam ſi uellemus tenere opi.Andr.in d.c.qui clericus.adhuc fortè ſuccederet,ex quo regula tertii ordinis nõ contradicit. Ad pro-
15 poſitum*autẽ prædictæ dubitationis pono hic copiã quorundã capitulorum regulæ tertii ordinis, quæ faciũt ad rẽ,quæ ſunt in bulla Nicolai quarti expedita Artet.xv.Calen. Septẽb.pont.anno.ij. Dixerat ante, quòd uolẽs intrare fraternitatẽ debet certiorari de oneribus ipſius,& ꝙ reſtituere debet malè ablata,& recõciliari proximis.inde ſubditur: & poi de queſte coſe ſeranno menate ad compleměto,da poi lo ſpacio de uno anno ſia receputo per cõſiglio de alcuni diſcreti frati ſi alloro parera acconcio & ſufficiente.cio è in queſto modo,che prometta obſeruare tutti li diece comandamenti de Dio,& anchora ſatisfare come ſi conuiene de li defetti,& traſpaſſamenti che cõmetteſſe & faceſſe contra de queſta regula,quando ſerra chiamato & domandato à la uolũtate de lo uiſitatore.Et deinde paulò poſt ſubditur.Rub.che nullo poſſa uſcire dall' ordine.Ordinãdo che nullo poſſa uſcire da queſta fraternitate da poi che ſerra pfeſſo,& tornare à lo ſeculo,ma bene poſſa hauere libera authoritate & uia de ire ad altra religione appropriata. Rubrica de non andare à li lochi dishoneſti.Et ſia à loro uetato & tolto coſsi à li frati come à le ſore lo andare à li conuiti dishoneſti,& a le uedute uane,& canti,& balli,& danze,& corte,& piaceri mundani, & non donare coſa nulla a li ioculari,o per uanitate & procurano de uetare che nulla coſa ſia data alloro de la ſua famiglia.Rubrica de non portare le arme.Arme de combattere nullo frate porte ſaluo per defenſione de la ſanta Ro.eccleſia & fede chriſtiana,& de la terra loro,o uero per licẽtia de li miniſtri loro. Verba autẽ profeſsionis reperio,ꝙ ſunt iſta quę dicuntur manibus profitẽtis iunctis inter manus recipientis.Ego frater,uel ſoror talis uoueo
16 &*promitto Deo,& Beatæ Mariæ ſemper uirgini,beato Frãciſco,& omnibus ſanctis,& tibi patri Miniſtro,

ſtro, uel Viſitatori toto tẽpore uitæ meæ ſeruare omnia præcepta diuina, & de tranſgreſſionibus per me in regula tertii ordinis Sancti Frãciſci cõfirmata per. d. Nicolaũ quartum cõmittendis parte mandantis Viſitatoris, & pœnitentiã per eum mihi impoſitã humiliter adimplere.

SVMMARIVM.

1 *Conceſſa res ad beneplacitum nõ poteſt ſine cauſa reuocari.*

2 *Mutuum factum ſine temporis præfinitione non poteſt incontinenti reuocari: ſed expectatur iudicis arbitrio.*

3 *Iuriſdictio ordinaria per Principẽ ad beneplacitũ conceſſa morte Principis nõ expirat uſq; ad ſucceſſoris euentũ.*

4 *Legatum ad beneplacitum legatarij non importat liberam uoluntatẽ, ſed boni uiri arbitrium.*

5 *Precarium ſine cauſa non reuocatur cum damno recipientis precarium.*

6 *Officialis ad beneplacitum parificatur cum perpetuo.*

7 *Priuilegium ad beneplacitum conceſſum ſimpliciter, uel ob merita, utrum poſſit reuocari ſine iuſta cauſa: & an ueniat in generali reuocatione. & nume. ſequen.*

8 *Merum imperium propter ſeruitia cõceſſum ſine cauſa non poteſt auferri ſi ex priuilegio conſtat.*

DECISIO CXVI.

1 QVOD Res conceſſa ad beneplacitum* nõ poteſt ſine cauſa reuocari cõtra. l. cum precario. ff. de precario. Facit primò Bald. in l. ſi pœnã. ff. de uer. obli. ubi dicit* quòd mutuum factũ ſine tẽporis præfinitione nõ poteſt incontinẽti reuocari, ſed debet expectari per aliquod interuallũ arbitrio iudicis moderandum. Facit ſecũdò Bal. in l. meminiſſe. ff. de offi. procon. dicens,* quod ſi per Principẽ concedatur iuriſdictio ordinaria ad beneplacitum, & moriatur Princeps, non expirat hæc iuriſdictio ante euentũ ſucceſſoris. refert & ſequitur Philipp. de fr. in ca. ſi delegatus. iij. colũ. de offi. del. lib. vj. Facit tertiò Abb. in c. uerũ. ij. col. ultimo notabili, de foro cõpe. dicẽs*, quod hęc uerb. relinquo beneplacito tuo, non importãt liberã uoluntatẽ, ſed potius referuntur ad arb. boni uiri, & ſequitur ibi Barb. Facit quartò idẽ Abb. in c. fi. ulti. col. de precario, ubi* dicit ſe putare, quòd ſi precario concedẽs uellet ſine cauſa reuocare precarium illud cũ maximo damno alterius, obſtaret ſibi excep. doli. quia nõ poteſt negari quin precarium ſit beneficium, unde non debet doloſe uerſari in beneficio conceſſo: ſicut dicimus in eo qui inuitauit uiatorẽ, & ipſum detinuit, ſed poſtmodum pœnituit de beneficio, ut not. Ioan. And. in procœmio decret. & allegat etiã Bal. in d. l. ſi pœnã. Facit quintò Alex. in l. principalibus. in fin. ff. ſi cer. pet. ubi dicit* quòd dicta in officiali perpetuo habent locũ in officiali ad beneplacitum: nã de illa dubietate reuocationis, ſeu de illo beneplacito iudicatur ut de perpetuo, ut in l. ſufficit. de condi. inde. c. ſi delegatus. de offi. deleg. lib. vj. Et plura de beneplacito uide per Deci. in cõſil. cviij. j. ij. colũ. Et uide Andr. in conſti. ea quæ. in ij. col. qui dicit,* quod quãdo priuilegiũ conceſſum eſt alicui ad beneplacitũ, ſi concedẽs uult illud reuocare, debet ſpecialiter hoc facere, nec uenit ſub generali reuocatione. uide etiam in tract. actor & reus. in uer. priuilegium. ubi author colli

colligere uidetur ex And.in d.cõſti. ea quæ.ꝙ quãdo priuilegiũ ad beneplacitum fit cũ cauſa,ut propter ſeruitia,& merita,& hoc exprimitur in priuilegio,tunc nõ poteſt etiã ſpecialiter reuocari niſi ex iuſta cauſa.& aduerte quia licet And.expreſsè hoc non dicat,tamẽ uidetur tacitè affirmare:nã dixerat ante finem,
8 quòd in caſu,*in quo priuilegium eſſet reuocabile & ſine cauſa, ut quando cõcederetur merũ imperiũ alicui in terris ſuis,tamẽ quãdo propter ſeruitia fuerat talis meri imperii conceſsio facta,& hoc conſtaret per priuilegiũ maximè,non poſſet tunc ſine cauſa auferri.arguitur ergo in eo.tractatu,actor & reus de priuilegio meri imperii reuocabili ad priuilegium ad beneplacitũ ſimiliter reuocabile,ut ſicut illud,ſi ob merita datum eſt,nõ poſsit reuocari,ita nec iſtud ad beneplacitum cõceſſum.Sed cogita an ſit iſta bona argumentatio:nã quãdo cõceditur priuilegiũ ob merita ad beneplacitum,iſtud uerbũ ad beneplacitũ habet in ſe annexam reuocationẽ expreſsè,ut in alio caſu habet annexã reuocationẽ tacite.& uide Spec.in tit.de locato.§.nũc aliqua.uer.quid ſi dominus Papa.poſt uerſicu.cl.ubi dicit ꝙ beneplacitũ durabit donec reuocetur.& per prædicta maximè ex notatis per Abb.in d.c.ſi.dũ dominus Rex. cath.conceſsiſſet illi.d. 3130.officiũ perceptoris Aprutii ad beneplacitum,& cõceſsionarius feciſſet multas & maximas expenſas 1
pro habenda poſſ.& poſtea rex cõceſsionem reuocauit.Ego notaui ꝙ non potuiſſet euocare niſi ſolutis expenſis,alii cõtra,& ſic iudicatum.

SVMMARIVM.

1 *Dominus ſoli an poſsit uẽdicare oſtracum, ſeu ſolarium ſuperius.& nu. me.11.*

2 *Cœnaculum ſemper debet cedere illi domui,cui ſuper impoſitũ eſt:& quid ſit cœnaculum.*

3 *Aedificium,ſeu ſuperficies cedit ſolo: & traditione ſoli uenit ſuperficies etiam non mentionata.*

4 *Solo dato in emphyteoſim:& ſuperficie iure proprio,tota ſuperficies erit emphyteotica.*

5 *Actor uendicans ædificium, nõ cogitur probare ſe ædificaſſe:ſed ſufficit probare ſoli dominum.*

6 *Cœnaculum annexum domui meæ ex latere,licet mẽbrum inferius ſit tuũ, ex quo non habes aditum,ſicut ego: meum erit in totum.*

7 *Poſſeſſor cœnaculi licet contra quemlibet extraneum agere poſſit interdicto uti poſſi.tamen contra dominum ſoli minime, niſi oſtendat ſe habere iuſte cœnaculum.*

8 *Cœnaculum habens aditum ex publico,non eſt illius qui habet membrum inferius,ſed eius à quo poſſidetur.*

9 *Præſcriptio ſeruitutis habentis cauſam diſcontinuã,requirit tantũ tempus,cuius initij memoria non extat.*

10 *Præſcriptio.xxx.anno.& bona fides debet allegari.*

11 *Superficies cedit ſolo regulariter,ſed contra hoc reperitur ſacr. Conſil.ſemel notaſſe.*

DECISIO CXVII.

IN CAVSA Pyrrhi campanilis cũ Galeocto de miraballis*dubitatũ eſt,ſi aliquis reperitur in poſſeſsione alicuius oſtrachi aliàs mẽbri ſuperioris ad ſolẽ,& non oſtẽdit titulũ illius oſtrachi,quod oſtrachũ ſtat ſu

ſtat ſuper membro uicini ſui,& non apparet ꝙ aliquãdo ille uicinus habuerit oſtrachum illud,& ad illud oſtrachum ſolitũ eſt haberi aditum, non ex mẽbro inferiori uicini,ſed ex domo illius qui eſt in poſſeſſione oſtrachi,an ille qui eſt in poſſeſſione,uel dominio ſoli poſsit uendicare oſtrachũ. Pro domino ſoli
2 facit:nã iſtud mẽbrum* de quo agitur,dicitur proprie cœnaculũ,ut declarant doc.in l.pe.in fi.de da.infe. & cœnaculũ ſemper dicitur cedere illi domui,cui ſuper impoſitum eſt, ut in d.l.pe.uerſi.nec tamen.& in l.ſi duo.§.ſed ſi ſupra ædes.uer.plane. ff.uti po.facit.l.ſi ſupra tuum parietem.ff.de acquir.re.do.Facit etiã,nã
3 *ædificium cedit ſolo,& ſic ſuperficies,adeo ꝙ ſi ego dicerẽ,quòd trado tibi ſolum ſine ſuperficie,uenit etiã ſuperficies,ut dicit tex.in l.obligationem fere.§.placet. uer.plane. ff.de actio.& oblig.per quẽ tex.Bar. in l.j.§.j.de ſuperficiebus.dicit ꝙ ſi in conceſsione rei in emphyteoſim
4 ego aſſeuerarẽ,* ꝙ cõcedo tibi ſolum iure emphyteotico,& ſuperficiem iure proprio,tota domus erit emphyteotica:nam non poteſt eſſe alterius ædificiũ niſi cuius eſt ſolum. per.d.§.placet.Facit tex.in l.ij.C.de rei uẽdi.per quẽ dicit ibi Bal.in pri-
5 mo not.* ꝙ ille qui uẽdicat ędificiũ, non habet neceſſe probare ſe ædificaſſe,uel de ſuo mandato ædificatum eſſe:ſed ſufficit ſibi probare dominũ inferioris partis.At pro ſuppeditante oſtrachum facit tex.in d.l. pen.uer.nec tamẽ.ubi ſi ſub cœnacu-
6 lo* eſt membrũ inferius,nõ eſt cõſequens,ut cœnaculũ,quod nõ eſt cõnexũ domui ei⁹,qui uult ipſum ſuppeditare,nec aditũ aliunde habet, quàm à mẽbro inferiori,ſit alterius quàm eius cuius eſt id,cui ſuperimpoſitũ eſt.Ex quo tex.infertur à contrario ſenſu,ꝙ quãdo cœnaculũ eſt annexum domui meę,licet ſubtus ſit tuum,& tu nõ habes aditũ ex membro inferiori:ſed aliunde ſcilicet ex meo habetur,hoc cœnaculũ debet eſſe meũ.Facit etiã tex.in d.l.ſi duo. §.ſed ſi ſ.edes.ff.uti po.ubi ſi ego habeo membrum inferius, & alius quaſi dominus moretur in cœnaculo ſuperiori,ſi turbor,habeo ego interdictum,nõ ille qui tenet cœnaculũ:ſemper enim ſuperficies ſolo cedit:& ſubiungit tex.limitãdo in uerbo plane.ut iſtud nõ habeat locum quãdo illud cœnaculũ ſeu membrũ ſuperius haberet aditũ ex publico, & idẽ dicit glo.ibi in uerſi.ex publico,quãdo haberetur aditus à priuato ſolo illius qui habet cœnaculũ: ex quo patet ꝙ ego qui ſuppedito oſtrachũ ſum in poſſeſſione,& hoc tenet gl.in d.l.ſi duo.§.ſed ſi ſupra, quando habeo aditũ aliunde quàm ex inferiori. Cõtra tamẽ ſuppeditantẽ oſtrachũ in caſu prædicto facit,quod no.Iac.de Are.quem refert Cy.in d.l.ij.C.de rei uendi.& Bar.in d.§.ſi ſupra ædes.uidelicet ꝙ in caſu prædicto is qui habitat cœnaculum, etiã ſi habitat iure ſuo,non poſsidet niſi naturaliter: dominus uerò ſoli in quo ſuſtentatur cœnaculũ poſsidet ciuiliter:ex quo Bart.dicit in §.
7 ſed ſi ſupra ædes.ꝙ poſſeſſor* cœnaculi licet poſsit cõtra quemlibet extraneum agere interdicto uti po.tamẽ cõtra dominũ ſoli nõ poteſt agere,niſi oſtendat ſe habere iuſtè cœnaculũ.Aduerte tamẽ quoniã Iac.de Are.

Are.quem ſequitur Bar.prout refert
eum Cy.dicit ꝙ naturalis poſſeſsio
exiſtẽs penes cœnaculariũ eſt quæ
habetur tãquàm à ſuperficiario. Ad-
8 uerte etiã*quoniã Ange.in d.§.ſi ſ.
ædes.dum tex.dicit ꝙ quãdo cœna
culum habet aditũ ex publico, non
poſsidetur ab eo qui habet mẽbrũ
inferius:ſed ab eo qui habet illud
cœnaculũ.ſ.addit Ang.ꝙ illud cœ-
naculũ erit ſuũ ratione proprietatis
utilis:unde uidetur,ꝙ ex quo cœna
culum habetur tãquam à ſuperficia-
rio.itẽ habetur ratione utilis domi-
nii,ſeu in dominiũ utile,uidetur ꝙ
cõtra dominũ etiã cõpetat interdi-
ctũ,& etiã utilis uẽdicatio:niſi dica-
tur ꝙ ad hoc,ut cõpetat cõtra domi
num demõſtrari debeat iuſtũ initiũ
dicti cœnaculi. In caſu autem de
quo agitur conſiderãdũ eſt in fauo-
rem Galeocti,qui cœnaculũ habet,
primò ꝙ iſtud ſuſtẽtatur ex uno la-
tere,itẽ ex alio,& ſic ex duobus late
ribus in parietibus iũctis domui Ga
leocti.Secũdò ꝙ probatũ eſt,ꝙ per
annos quinquaginta ſemper fuit ha
bitus aditus à domibus Galeocti,&
nõ ex inferiori,& nũquàm inferior
habuit aditũ ꝙ probetur. Tertiò ꝙ
licet membrũ exiſtẽs ſubtus cœnacu
lum ſit Pyrrhi,tamẽ ſolũ ſub illo mẽ
bro eſt pro parte ipſius Galeocti,ut
ſic ſicut cœnaculũ debet cedere mẽ
bro inferiori,ita illud membrũ infe
rius debet cedere ſolo Galeocti pro
parte illa una cũ parte cœnaculi per
directũ tendente.ſ.ſolũ Galeocti.Et
iſtud eſt forte motiuum,& cõcludẽs
quo ad partẽ prædictã.Quartò ex-
tat unus teſtis qui deponit patrem
Pyrrhi,qui fecit oſtrachum cõſide-
raſſe,quòd dominus domus Galeo
cti tenebatur contribuere,& quòd
nihilominus iſte nõ curabat de iſta
cõtributione,unde ille ſuperior ha-
bebat ius. Quo ad ſecundã ratio-
nem duo obſtãt:primò,quoniã hic
non caderet præſcriptio iure ſerui-
tutis,non enim allegatur.itẽ quan-
do allegaretur non procederet: ex
9 quo*non eſt probatũ de quaſi poſ-
ſeſsione,à tẽpore cuius initii nõ eſt
memoria,prout requiritur in ſerui-
tutibus habẽtibus cauſam diſconti-
nuã,ſicut eſt iſta,ut not.Pau.in l.iii.
col.C.de ſeruit.& Bar.uer.in tract.
10 ſer.urb.c.ij.Secũdò ob.nam*quãdo
proprie diceretur, ꝙ procederet
præſcriptio iure dominii,& nõ iu-
re ſeruitutis ſaltẽ quaſi dominii re-
ſpectu ſuperficiei,quę quidẽ pręſcri
ptio uidetur perfici ſpatio xxx.ann.
tamẽ hæc etiã pręſcriptio allegata
nõ eſt,nec etiã bona fides,prout re-
quiritur ſecundum Ang.in l.cũ qui.
§.ſi.ff.de publ.& eſt caſus ſing.in l.ſi
adulteriũ cum inceſtu.§.idẽ Pollio-
ni.de adul.& not.Bar. Vero.ubi ſ.c.
ij.ij.col.Quo ad tertiũ,illud uidetur
forte motiuum, & quidem quo ad
id quod prætenditur.ſ.ſolum Galeo
cti procedit:nam rationes facientes
contra Galeoctũ in oſtracho,faciunt
contra Pyrrhum in membro media
no exiſtente ſub oſtracho, quatenus
tenet ſuperficiem ſuper ſolum Ga-
leocti. Vnum eſt,quod maxime ui-
detur facere pro Galeocto, ſaltem
quo ad ſuperficiem,& pro iure ſu-
perficiei teneat illud oſtrachum,ſeu
tenere poſsit,nã non apparet initiũ,
nec ꝙ aliquo tẽpore ipſe ſuiq; an-
teceſſores oſtrachum nõ tenuerint,
nec apparet initiũ,ſeu tẽpus,quo alii
quãdo Pyrrhus,ſiue anteceſſores ha-
buerint

buerint oſtrachũ prædictũ. Extat ſententia aliàs lata in Sac. Conſi. me referente in fauorẽ domini Ferdinãdi de punzettis, & nepotum cõtra Dominicum de Marco, qui uendicabat oſtrachum, quod per eos detinebatur ſupra cellariũ ipſius Dominici. Sed tũc nõ fuerũt iſta diſcuſſa. Extat ſententia aliàs prolata in eod. ſacro Conſi. in Viceprotonotariatu domini Antonii de Alexandro, in cauſa, in qua is qui habebat mẽbrum inferius alio habẽte oſtrachum ſupra illud mẽbrum, ædificauit ſupra illud oſtrachum: & fuit iudicatum ꝙ debeat demoliri, ſed ex æqtate ne ędificia ruinæ darentur: dictum in ſentẽ
11 tia eſt, ꝙ is* qui ædificium fecit, debeat illud retinere & ſoluere uictori iuſtũ pretiũ oſtrachi ſiue terratiæ, & hoc fuit in cauſa Antonii Martialis cũ Iacobo Tagliamilo. Sac. Conſi. in
12 hac cauſa uotauit, ꝙ Galeoctus* qui iam ædificauerat camerã ſupra dictũ oſtrachum, teneatur illam demoliri facere, & reducere oſtrachũ in priſtinam formam ſeu ſpeciẽ. & quatenus actor uendicabat oſtrachũ fuit uoti quòd ab hac impetitione Galeoctus abſolueretur, ſed ꝙ illud tenere debeat ut per prius, ut ſic Galeoctus nõ potuerit mutare formam antiquam dando maius onus parietibus exiſtẽtibus à parte Pyrrhi, quod onus infertur ex eleuatione dictorũ parietum: dando etiã onus cõtinuationis ſuppeditationis oſtrachi. Et ita iudicatum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Baro an poßit compellere uniuerſitatem ſuæ uillæ ad præſtandũ ſibi Camerarium pro exigendis eius redditibus.*
2 *Syndicum eße, uel collectarũ exactorẽ computatur inter munera perſonalia, ad quæ quilibet aſtringitur.*
3 *Iudices locorum æquiparantur defenſoribus ciuitatum in hoc Regno.*
4 *Priuilegiũ uenditionis factæ per Regẽ cõtinens clauſulã cũ regaliis, angariis, & perãgariis: operatur ꝙ Baro poßit exigere ſeruitia quæ poterat Rex.*
5 *Libera præſumitur omnis res.*
6 *Vaſalli ſunt omnes in dominio Regis in Regno, & nõ poßunt etiam uolentes perpetuis ſeruitiis alligari ſine Regis aßenſu. & nu. 16.*
7 *Vaſallus, qui grauatur angariis à Barone, poteſt implorare iudicis officiũ, & ibi no. implorandi forma.*
8 *Vaſalli præſtãt angaria Dominis ſuis in Regno ex conſuetudine, quæ cuius temporis ſit probanda eſt.*
9 *Vaſalli an poßint recedere probata per Baronem conſuetudine quòd ſint angarii. & nu. 10. 11.*
11 *Villani habitantes in burgis & caſalibus poßunt compelli præſertim tempore belli ad deferendam annonam in ciuitate.*
13 *Vaſallus habens terram à Barone uidetur cum eo agere ne diſcedat: ſed hoc intelligitur niſi uelit relinquere terrã.*
14 *Filius Vaſalli de uaſallagio moleſtari nõ poteſt: ſi quæſtio uaſallagii patri, dũ uixit, mota non fuerit.*
15 *Vaſalli per inſtrumẽtũ obligati domino dare annuas operas in putatione & uindemia, non tenentur obſeruare: nec temporis lapſus in hoc operatur.*

DECISIO CXVIII.

IN CAVSA magnifici Franciſci Siripanni* utilis domini Villę Caſepuzanæ, cũ Bartholomæo de torza, & cõſortibus de dicta domo habitantibus in uilla Frignani maioris

perti

pertinẽtiũ Auerſę.Videt̃ in hac cauſa ꝙ bene cõſideretur,& inſpiciatur in iure an dictus Baro Caſepuzanæ circunſcriptis probationibus ualeat compellere uniuerſitatẽ ſuę uillę ad præſtandũ ſibi camerariũ,aliàs baiulum,qui habeat ſeruire ad exigẽdos redditus Baronis.uide ad hãc deciſi. no.per iudicẽ Blaſium in rub.de ult. uol.ſecunda differẽtia.chart.xc.& in tit.de his qui ſe in ali.po.ſub.char. clxxix. Quòd ſic,facit tex.in l.j.§. fi.& in l.fin.§.defenſores.ff.de mun.
2 & ho.ubi * eſſe ſyndicũ & geſtorem negotiorũ publicorum computatur inter munera perſonalia,ad quæ q- libet aſtringitur.l.iij.§.præſes prouinciæ.eo.ti.Et proprie in collectore pecuniæ loquitur text.in l.munerum.§.qui annonã.eo.ti.Et dicit Bar. in l.ergo.§.creditoribus.ff.de fideicom.liber.quòd iudex poteſt cõpellere uniuerſitatẽ ad faciendum ſyndicũ.facit etiam: nã eſſe defenſorẽ ciuitatis,& ſic præeſſe ad cauſas ciuiles,eſt munus & ſeruitium perſonale & neceſſarium.l.munerũ.§.iudicandi.eo.ti.de mu.& ho.l.ſcimus.C. de aduo.diuer.iud.& in hoc regno baiuli locorum æquiparantur defenſoribus ci.ut no.And.in conſtitutione officiorũ.facit cõſtitutio Regni,
3 ſi quãdo.ubi habetur * ꝙ Baiulus q domini res adminiſtrãdas ſuſcepit, nõ poteſt bona etiã à ſe quęſita alienare,niſi reddita prius domino ratione ſuæ adminiſtrationis.Et quòd in Regno hoc procedat,eſt capitulum Regis Caroli primi inter prima edicta pro bono ſtatu Regni,ita dicens,Itẽ collectores ſyndici, & aliæ perſonæ,quæ ab uniuerſitatibus ſub eorum periculo pro ſeruitio noſtræ curiæ eliguntur,non amoueãtur per iuſtitiariũ &c.Nec facio uim, quòd ibi dicatur pro ſeruitio noſtrę curię: nam ſi tenebantur dare uniuerſitates Camerarium ſeu collectorẽ pro curia Regis, ita & pro Barone,cui Rex concederet cum ſeruitiis realibus & perſonalibus.Dicebat enim d. Paris in ſyndicatu.c.de exceſsibus
4 Baronum.ij.colum.quòd ſi*in uẽditione facta per Regẽ,ſeu conceſsione eſt clauſula,cũ regaliis,angariis, & perangariis:poterit Baro exigere ſeruitia,ut poterat Rex,ut uerba priuilegii aliquid operẽtur.l.j.§.is qui nauem.ff.de exercitoria.l. non aliter.de lega.iij.in priuilegio quod fecit Rex Ferd.ſecundus huic Baroni, ſunt uerba cum uaſallis angariis, & perangariis, ſeruitiis perſonalibus, & realibus.& licet doctrina Paridis dictet cum regalibus &c. tamen ea ratio militat in hoc priuilegio: nam hæc uerba nihil operarentur quæ in priuilegio poſita ſunt. Sed ꝙ non
5 poſsit,facit:nã * dare Camerariũ uidetur eſſe ſeruitiũ perſonale.d.l.j.§. fi.& d.l.fin.§.defenſores.& ſicut res quælibet præſumitur libera.l.ſi quis ædes.in princi.ff.de ſer.urba.prædi. & no.And.in c.j.§.item ſi ſit.de cõtrouer.inter maſcu.& fœmin.multo
6 magis homines.Facit:nam * homines Regni ſunt omnes in dominio Regis,& non poſſunt etiam uolentes perpetuis ſeruitiis,aut conditionibus alligari.ut in conſtit.quia frequenter.in fi.quemadmodum allegat Lucas.in l.ſi qs.ult.col.C.de agrico.& cenſi.lib.xj.Et quòd uaſalli nõ poſsint ſe ſubiicere alii ſine uoluntate Domini,uide Feli.in c.dilecti. de maio.& obedien.Facit Spe.in tit. de exact

de exactionib. §.j.uer.ſæpe.& uerſi. 7 uaſſallus.uolēs* q uaſſallus qui grauatur huiuſmodi ſeruitiis à domino poteſt cōtra eū implorare iudicis officiū: docétq; formā implorandi. Nec ob.primū & ſecundū adducta pro prima parte:nam nō ſequitur,eſt munus perſonale hoc, ergo ſeruitiū, ibi enim illa præſtabantur in cōmuni ad cōmunē utilitatē,non pro aliena,ſed domini. Non ob.tertiò:nam iura in eo adducta nō inferūt q ex debito, ſeu ab inuitis illi officiales dati ſint:& ſi dati ſunt regi,uereor an dari debeāt Baroni, & exemplum d.Paridis de angariis & perāgariis regalibus,ubi ſcilicet eſt expreſſum regalibus, ſi enim regalia nō exprimūtur,nunquā ueniunt. 8 Attamen uidemus contrariū ſeruati per totū regnū,*ut iſti Camerarii ac etiā plures Baiuli præſtentur anno quolibet domino,niſi dicatur q illud eſt ex conſuetudine & præſcriptione centenaria,quæ in hoc pro- 9 ceſſu probata nō ſunt. Sed eſto* q eſſet probata cōſuetudo, & q uerū ſit ut in regno quælibet uniuerſitas teneatur dare domino Baiulos ſeu Camerariū, an propterea homines uniuerſitatis ſint angarii, uel ad ſeruitia perſonalia obligati, & ideo nō poſsint recedere. Et certè uidetur q nō:nam hoc intelligo, ſcilicet q debeat præſtari Camerarius uel Baiulus:tamē de his qui habitāt in loco,non de aliis,ut per hoc recedere non prohibeantur. Videmus q eſſe exactorē, eſſe ſyndicū & ſimiles,eſt inter munera ſeu onera perſonalia, & nihilominus intelligitur ineſſe iſtud onus inhabitātibus,& nō propterea prohibentur ire ad alia loca ad domiciliū trāsferendū, ut in l.in bello.§.manumittēdo.ff.de capt.in l.nihil.ff.ad munici.Facit:nam & libertus qui debet perſonales operas poteſt habitare ubi uult,nec cogitur habitare cum domino ſuo patrono, ut dicit tex.in l.pe.in fi.C.de ope.liber.quo argumento utitur Andr.in cōſtit.quiſquis.de burgenſibus,niſi ex pacto, & in manumiſsione dictū eſſet,ut à certo loco, ſeu à patrono nō diſcederet,ut in l. Titio.§.Titio. ff.de cond.& demonſt.& in l.medicus libertus.ff.de op.lib.Videtur autem dicit And.in d.conſti. actū eſſe inter do.& uaſſ.ut nō diſcedat à loco quādo daret ſibi terram , ut hæc conditio nō diſcedendi,ex quo cōmuniter ſic terra dari cōſueuit, ha- 10 beatur*pro expreſſa.l.cum quid.ff. ſi cert.pet.l.ſi is qui.§.fi.ff.cōmoda. Et circa hoc d.Paris in c.de exceſsibus Baronū.§.j.pe.col.dicit ſic, uidelicet. & de modo probādi q ſint uaſſalli habetur in cōſti.regni, probationū defectū, quam bene nota, quia hodie Barones regni ut poſſint uēdicare uaſſallos ut angarios, dicunt,quòd tenētur facere ſeruitia perſonalia,ut portare literas de terra in terrā, uel exercere officiū Camerlingatus pro domino,uel deferre cippum in prima die anni, quia iſtæ probationes ſunt ſufficiētes,ut quis ſit angarius,uel obligatus perſonaliter domino per d.cōſtit.quia portare cippū dicta die fit ex quadam curialitate.arg.no. in l.ſolēt.§. non uerò.ff.de offic.procon.ubi gl. Bar.& Bald. & etiam exercere illud officiū eſt munus,quod etiā de iure communi tenētur exercere ciues,& incolæ.ff.ad muni.l.j.§.j.uer.ut ſyndicus

dicus fiat, & corrupte allegat: nam eſt.l.j.§.fin.de munc.& hono. Cum ergo ex præſtatione Camerarii nõ fit cõſtitutũ ſeruitiũ perſonale: nec per conſequẽs neceſsitas manẽdi in caſali, uidetur quòd ex hoc capite aſtringi nõ poſsint hi conuenti: ut reuertantur ad habitandum. uillani
11 quoq;*habitantes in burgis & caſalibus poſſunt cõpelli, præſertim tẽpore belli ad deferendã annonã in ciuitate, ut dicit Luc.in l.j. C. ut ruſticani ad nullũ obſeq.lib.xj.non tamen dicet quis propterea eos anga
12 rios. illud autẽ conſtat,* ꝙ tunc uaſſallus Baronis recedens ab eius terra poteſt compelli ad rehabitandũ, quando eſſet obligatus ad ſeruitia perſonalia.arg.in cõſti.errores eorũ. quæ prohibet tales accedere ad ordinẽ clericatus.facit etiã capitulũ regni,item ſtatuimus ꝙ uaſſalli. uolens, ꝙ uaſſalli eccleſiarũ ad ſeruitia perſonalia obligati,non poſsint à loco recedere. Facit quoq; prouiſio quædã Regis Roberti quæ incipit, pro parte Cariniani, poſita retro cõſtitutiones domi. Antonii de Ianuario, ſtatuens, ꝙ taliter obligati, ſi receſſerint, redire cõpellantur. facit capitulum Honorii, quod incipit, ad nonas cõminantias.relatũ & poſitũ per Luc.in d.l.ſi quis.ult.col. de agric.& cenſ.ubi aſcriptitii,& ſimilis conditionis nõ poſſunt deſerere terrã, nec obligari ad ſeruitia perſonalia ratione perſonæ: ſed ſi ratiõe rei dimiſſa re poſſunt ipſius terræ deſerere incolatũ, & ad alia loca ſe transferre. Et licet Andræ.in
13 conſtit.quiſquis,de burg. uelit* ꝙ is qui habet literam à Barone uidetur agere cum eo, ut non diſcedat, hoc debet intelligi niſi uelit relinquere terrã, ut in d.c. & in d.cõſtit.errores eorũ. Ex qua conſti.patet ꝙ etiã ſine re poteſt quis eſſe angarius, quod aliqui negãt. Nec uidetur opitulari actori ꝙ probatũ ſit unũ ex cõuentis iuraſſe ſibi fidelitatẽ ſeu aſſecurationẽ, & ꝙ parentes aliorũ conuẽtorũ idem iurauerint, ut ſic filius uaſſalli mei ſit mihi uaſſallus, ut dicit gl.in conſt.probationis defectũ. in uer.prædeceſſorũ ſuorum, per illum tex.& Spe.in tit.de feu.§.quoniã.uerſi.v.cum ſi.nam nõ ſequitur, eſt uaſſallus ergo nõ poteſt recedere ut dictũ eſt, niſi adeſſet qualitas ſeruitiorum.& iſtud idem firmat d. Paris in ſyndi.in uer.excedũt etiam Barones tenere uolentes. Quinimò quo ad filios eorum, qui iurauerunt obſtat quod dicit Luc. in l. ſi ille. in fi.C.de decu.libro x. per hæc uerba.
14 Dicit hic And.ꝙ ſi quæſtio* uaſſallagii patri dũ uixit mota nõ fuerit, nõ poterit eius filius ex tali uaſſallagio moleſtari, ad quod etiã facit ſ. de bo.quæ li.cum opus.§. ſin autem res. & de reuoc.do.l.j.in fi. & l.fi.in fi.cum concor.ibi no.& arg.ff.de re mil.l.milites prima.§.pen.& l.milites ſecunda.& extrà.de dona.c.propter,& ibi no. Et ſubdit Luc.ꝙ ille dicitur uaſſallus alicuius, qui ab eo, & ſub eius dominio tenet terrã, ut in conſti.de prob.probationũ defe-
15 ctum. Nec etiã uidetur* ꝙ poſsit ſe fundare ex eo ꝙ illi de Caſapuza-
16 na * obligauerãt ſe ad præſtandum domino certas operas in putatione & uindemia, ut ob hoc dicantur angarii, iuxta no. per And.in titu. quæ ſunt regalia. in uerſic.angariæ. & in cõſti.proſequẽtes. & per gl.in l.neminem.

minem.C.de ſacroſan.eccle.de qua obligatione patet per inſtrumẽtum quoddã productũ, & cõfectum, ſunt anni elapſi. lxx. & ꝙ uigore illius inſtrumenti perſeueratũ ſit in dicta præſtatione. Nam quicquid ſit de iure cõmuni, d.conſti.regn.quia fre quẽter.uult ꝙ non poſsint homines Regn.perſonas ſeruitiis perpetuis aut cõditionibus obligare ſine Regis aſſenſu, qui eſt dominus perſonarũ, nec tẽporis lapſus in hoc operatur, tum quia habuit initium iniuſtũ, uidelicet d.inſtrumẽtũ,per quod patet ꝙ antea nõ tenebãtur, ſed ex tũc ex urbanitate ſeu æquitate promittũt. Tum etiã quia cõſtitutio, ut uniuerſis. prohibet præſcribi homines de demanio: quã alleg. Andr. in cõſtit.Regn.ſi dubitatio.Et licet iſti de Caſapuzana nõ ſint de demanio, tamẽ illa qualitas libertatis à ſeruitiis, eſt qualitas demanialis, contra quã uidetur ꝙ præſcriptio non ualeat. Sac.Conſi.uotauit conuentos eſſe abſoluẽdos, & ita iudicatũ eſt.

SVMMARIVM.

1 *Creditor cõdẽnatus ad rei reſtitutionẽ, põt eam retinere poſt ſentẽtiã uirtute hypotheca uel precarij, quam uel quod licet non oppoſuerit. & nu.11.*

2 *Retentio pro alio debito nõ oppoſita, magis prodeſt cõdemnato, ꝙ̃ oppoſita.*

3 *Mulier mortuo uiro poteſt authoritate propria remanere in retentione domus, in qua cũ uiro inhabitabat: donec dos actualiter ſibi ſoluatur.*

4 *Venditor cõuẽtus ad rem tradendam negãs uẽditionẽ, & cõdẽnatus ad dictã traditionẽ: poteſt nihilominus uti retẽtione: donec ſibi ſoluatur pretiũ.*

5 *Retineri quando poteſt una res pro altera, diſtingue ut ibi.*

6 *Variatio nõ permittitur creditori rerũ alternatiuo, altera ſemel electa: ſecus eſt in creditore qui per hypothecariam poteſt auocare omnes res debitoris. Et pẽdente lite ſuper una re, poteſt agere ſuper alia. & nu.11.*

7 *Creditor, qui habet plures inſolidum obligatos, pẽdente iudicio cõtra unũ, poteſt adhuc alium conuenire, nõ expectato fine ſi primò conuentus ſit ſoluendo, ſiue non.*

8 *Retẽtio multoties permittitur, quando non datur actio: ut in legato relicto in teſtamento minus ſolenni.*

9 *Dominus authoritate propria poteſt emphyteot. expellere non ſoluentem: etiam pendente iudicio, in quo ſit petita licẽtia de expellendo: ſi proteſtatus fuerit de hoc in primordio litis.*

10 *Creditor petens miſsionem in poſſeſſ. bonorũ debitoris, poteſt adhuc agere perſonali: ſi reus iterum poſt miſsionẽ citatus perſeuerat in contumacia.*

DECISIO CXIX.

IN cauſa domini Goffredi de Galticipo, cum do.Cath.de Cardines dubitatũ eſt, an domina Catherina,
1 *quæ fuit in iudicio petitionis hære ditatis cõtra eã mota per d. Goffre. condemnata ad reſtituendũ & aſsignandum actori turrim annũtiatæ, poſsit retinere dictã turrim uigore ſui inſtrumenti dotalis ac precarii, pro cauſa ſuarũ dotiũ & iuriũ dotalium. Quòd poſsit retinere, facit Albe.in l.j.pe.col. etiã ob chirogra. pecu.ubi dicit, ꝙ ſi debitor egit pignoratitia contra creditorem, quia ſoluerat debitum, creditor fuit condemnatus ad reſtitutionẽ rei, nunquid poſt ſententiã poſsit uti retentione pro alio debito? & uidetur ꝙ nõ: imò hoc debuerat opponi ante

ſententiam, argu.eius quod dicitur ff.de fideiuſſ.l.fideiuſſores. In con
2 trariũ uidetur,* ꝙ prætor in condẽnatione hoc beneficiũ nõ abſtulit, nec etiam auferre potuiſſet,ar.j.de adult.l.adult.cùm ſi. Vber.dicit, aut ante ſententiã de iſta retẽtione fuit oppoſitũ, & ea nõ obſtante condẽnatus fuit ad reſtitutionẽ,& tunc uti non poſsit,aliàs ſic.ſ.de fideiuſſ.l.ſi. & ff.de neg.ge.l.ſinautem.§.ſi.cùm ſimilib.In caſu noſtro d.Catherina conuẽta nihil de iuribus dotalibus, nec dicta retentione oppoſuit, nec diſcuſſum eſt.ergo &c. Facit Iaſ.in l.ſi non ſortẽ.§.ſi centũ.ult.colũ.de cond.inde.dicens ad limitationem regulæ prohibẽtis retẽtionẽ. Vltra doctores fallit quartò in muliere fa uore dotis.tex.eſt ſecundum intell. Bar.& aliorũ in l.ſi filio.in princi.ff. ſol.mat.imò ſignanter tenet Bald.l.
3 pen.C.de pign.act ꝙ mulier*mortuo marito poteſt propria authoritate remanere in retẽtione domus, in qua habitabat cum marito, donec dos actualiter ſoluatur. idẽ tenet Bal.in l.pe.in prin.C.de non nu. pe.in l.j.C.de ſer.pe.da.ma.in l.cum tibi.C.qui po.in pig.hab. Facit Bal. in l.per hanc.iiij.colũ.C.de tempo.
4 app.uer.item dubitatur,*utrũ debitor, uolens ꝙ ſi uenditor conuẽtus ad rem tradendam negaſſet ſe uendidiſſe, & eſſet cõdemnatus ad rei traditionẽ,poteſt nihilominus non obſtante cõdemnatione opponere exceptionẽ pretii non ſoluti, & uti retentione. Et licet cõtra d.Cathe. allegetur ꝙ non poteſt retinere: ex quo adepta eſt poſſeſsionẽ cum uitio, nam cõſtat ꝙ mortuo domino Nicolao eius uiro, ipſa uigore cu- 6

inſdam interſignii prætenſi & fortè falſi intruſit ſe in poſſeſsionẽ turris, per quod eſſemus in eo quod dicit Bal.in l.fin.C.commo. ubi in illa q.
5 *utrum una res poſsit pro alia retineri,diſtinguit,ꝙ aut illa res quam uolo retinere pro alia peruenit cũ uitio, & nõ poteſt retineri pro alia re:quia nec pro ſe ipſa,per l.primã. §.rediguntur.ff.quorũ leg.aut peruenit ſine uitio:& tũc ſubdiſtinguit, ut ibi per eum. Et contra eam allegari etiã poſſet glo.in l.cum nemo. C.de acqui.poſſ.uolens ꝙ quis nõ põt ſibi mutare cauſam poſſeſsionis de iniuſta in iuſtã, aliquo extrinſecus non ſuperueniente,per l.non ſolum.§.j.ff.de uſucap. Tamen ad illud de poſſeſsione uitioſa poteſt reſponderi,ꝙ ipſa poterat ueriſimiliter credere, quòd ſibi liceret capere:ex quo in teſtamento d.Nicolai, quod prima facie uidebatur ſolenne,legata ſibi fuerant bona, quorũ retentione uti uult.Item ex quo retentio hæc ſua fundatur ex precario dotium ſuarũ, talis poſſeſsio etiam antè habita non poteſt conſiderari modo aliquo uitioſa. Ad illud d.l. cum nemo.etiã reſpõderi poteſt eo modo propter precariũ. Et ſic ſac. Conſi.pro maiori parte habuit poſſeſsionẽ pro non uitioſa. At cõtra retentionẽ facit: nam d.Catherina antequam declaraſſet ſe uelle retinere turrim pro dotibus ſuis,& iuribus dotalibus,egerat in ſac.Conſ. contra d.Goffr. ut poſſeſſorẽ caſtri rocchæ Raynolæ, & aliorũ nonnullorũ bonorũ quondam do.Nicolai ſuper aſsiſtentia & adiudicatione eorũ pro dictis dotibus & iuribus dotalibus.Vnde ſuccedit*quod dicit

tit Bart.in l.eum qui certarũ. §.fi.ff. de uerb.ob.per tex.ibi.& in l.ſi quis ſtip.ſit Stichum.eo.ti. q quãdo creditor habet plures res obligatas, in quibus habet electionem, ſi ſemel unã elegit poſt litẽ conteſt. non licet uariare, & eligere aliã, ſiue habeat actionẽ ex prouiſione ſua.d.l. ſi quis ſtip.ſit Stichũ.ſiue ex prouiſione legali.l.iij.§.& generaliter.de eo quod cer.loco. idẽ enim importat electio collata ſimpliciter à lege,quod electio collata ab homine per futurum indicatiui.d.l.eum qui cer.§.fi.per gl.& Bar.ſed hæc obiectio nõ obſtat:nam loquitur in creditore rerũ alternatiuo, qui nõ poterat niſi alterum tantùm conſequi, unde nõ mirũ ſi facta electione ſuper uno,aliud tollatur. At hic ſumus in creditore, qui per hypothecariã poteſt auocare oẽs res & omnia bona debitoris loco pignoris, per eũ tenenda donec integrè ſatisfiat de debito, iuxta tradita per Barto.in l. rem alienã.ff.de pig.actio.in l.ſi cũ uenditor.in prin.de euict.in l.j.C.ſi unus ex plu.hære.& Moder.in §.itẽ Seruiana.inſti.de act.unde non mirum ſi acto ſuper una re, & lite ſuper ea pendente, poteſt agi ſuper
7 alia. Et pro hoc facit* arguendo de perſonis ad res, id quod tenet Bart. in l.in duobus.§.ubi duo.ij.co.ff.de duobus reb. qui uult, q ſi creditor qui habet plures inſolidum obligatos,egerit primò contra unũ,& deinde uult agere contra aliũ,poterit: non obſtante q primò actũ ſit contra unũ, & hoc etiã pendẽte primo iudicio,& nõ expectato fine,an ille poſt repertus ſit ſoluẽdo ita, an nõ: & dum reſpondet ad d.l.quoties.§. ſi creditor.ff.de pecu.conſiderat diuerſitatẽ,an ſimus in his,quorũ electio præiudicat in aliis. Præterea q uariatio, & conſequenter retentio locũ non habeat:facit text.in l.j.§.fi. ff.ſi fa.fur.fec.dicatur.ubi ſi is, qui à familia ſeruorũ Titii paſſus eſt furtũ,egerit contra dominum actione furti, tanquam facti à Sticho, & ſic nomine Stichi,non poteſt pendẽte lite,imò nec finita per ſententiã cumulare actionẽ eãdẽ nomine aliorũ,ſed debet expectare exitũ rei,an per executionem ſibi de tota litis æſtimatione ſatisfiat.Sed lex illa nõ obſtat:nã loquitur in agere uolen-
8 te,nos enim in poſſeſſore* uolente retinere:multoties nanque cui non damus actionem,permittimus retẽtionẽ.& pro uno caſu uide Bar.in l. nemo poteſt.ff.de lega.j.ubi uult q relictum in titulo minus ſolẽni,poteſt retineri, tamen ad illud agi nõ
9 poteſt. Præterea facit* contra hanc retentionem quod not.Iaſ.in l.ij.vj. col.C.de iure emphyteo.uer.& multa remedia. quærens an pendente iudicio,in quo eſt petita licentia de expellendo emphyteotam, poſsit dominus eum propria authoritate expellere,& ſic an poſtquam elegit uiam iudicii, poſsit redire ad uiam facti.& allegat Bald.quòd non,in l. ij.x.q.C.de ſer. & alia plura,niſi ſecundum eum fuiſſet in motione iudicii facta proteſtatio, & reſeruatio propriæ facultatis. Sed poteſt reſponderi,prout in præcedenti, uidelicet ut per modum agendi fieri nõ poſsit,ſecus ſi per modũ retinẽdi.ſeu ut rectius loquamur,loquitur in nõ poſſeſſore,nos in poſſeſſore. præterea ibi in una re,hic in diuer-

ſa re. Præterea facit contra retentionem: nã quãuis Bar. in l. cõſentaneũ. pen. col. C. quomodo & quãdo iud. teneat, q́ ſi quis* contra contumacẽ elegerit unã uiam, puta miſsionẽ in poſſeſsionẽ, & deinde uult adiungere aliã, ſcilicet capturã perſonæ, q́ poſsit: per l. j. §. quid ergo. de uentre inſp. & alia, ut ibi per eũ: quem ſequitur Ant. in l. edita. pen. colũ. de edendo. & ibi Riminal. in xx. col. tamen Alex. poſt Pau. de Caſt. in l. j. §. j. ff. ſi quis ius dic. nõ obe. & in §. fi. ea. l. quẽ refert & ſequitur Iaſ. in d. §. j. limitat, ut procedat quando reus iterũ poſt miſsionẽ citatus perſeueraret in cõtumacia, aliàs per miſsionem in poſſ. ſatis punita eſſet prima cõtumacia. Sed ad id etiã poſſet reſponderi, q́ procedat proponendo nõ autẽ retinendo. Et uide Bar. in l.

10

11 de rebus. ff. rerũ mot. ubi dicit* quòd quãdo uariatio nõ eſt circa idẽ, nec circa diuerſa quę habẽtur loco eiuſdem, permittitur. & tex. eſt ibi. quòd cõtra diuerſas res admittitur uariatio. Sacr. Cõſi. uotauit & decreuit

12 eſſe locũ retentioni,* & q́ procedatur in cauſis motis per d. Cathe. quæ primo loco egerat hypothecaria & adiudicatiõe ſuper Roccha, & aliis bonis ibi nominatis, & ſecũdo loco egerat ſuper adiudicatione turris annũciatę poſt lit. cõteſt. & primum beneficiũ petitũ in primo iudicio.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiæ Romanæ urbis quinque ſunt principales, quæ patriarchales dicuntur.*

2 *Cardinaliũ ordo eſt triplex: uidelicet epiſcoporum, presbyterorum & diaconorum.*

3 *Cardinales epĩ ſunt quinque titulati.*

4 *Cardinales presbyteri ſunt xxviij.*

5 *Cardinales diaconi ſunt xvj.*

6 *Cardinalium numerus eſt certus ad inſtar numeri diſcipulorum, qui fuerunt lxxij.*

7 *Cardinales presbyteri ſcribuntur per titulos, uidelicet tituli ſanctæ Ceciliæ presb. Card. d. Diaconi uerò ſcribũtur à diaconiis, uidelicet tituli ſanctæ Mariæ in porticu diaconi Card.*

8 *Cardinales ccxxxvj. aliquando fuerunt tempore Pontiani Papæ.*

9 *Cardinales xv. fuerunt creati propter Baptiſma & ſepulturas: quæ officia hodie non exercent: cum ſit ſummus gradus in eccleſia poſt Papam.*

10 *Cardinales xxxj. fuerunt à Leone x. creati uno die ſuprà alios. xxxj. qui tunc erant: & ſic tunc tẽporis eccleſia Dei habuit lxij. Cardinales, uidelicet vj. epiſcopos. xxxvij. presbyteros. & xix. diaconos.*

DECISIO CXX.

Ex Alb. de Roſ. in rub. ff. orum. de ſtat. ho. Pone hic deciſio. cxx. ex his quæ ſunt ſuprà in hac rubrica in cauſa ſancti Martini.

1 ROMANAE Vrbis * eccleſiæ quinque ſunt principales, quæ patriarchales dicũtur. Eccleſia ſancti Ioãnis Lateranẽſis, quæ habet Priorem, ſed ex conſtitutione Bonifacii octaui habet Decanum, & erãt religioſi, & facti ſunt Canonici ordinis ſancti Auguſtini. Eccleſia ſancti Petri, quæ habet Archipresbyterũ, qui debet eſſe Diaconus Cardinalis, & ſunt Canonici ſeculares. Eccleſia ſancti Pauli quæ habet Abbatem, & ſunt Monachi ſancti Benedicti. Eccleſia ſanctæ Mariæ maioris, quę habet Archipresbyterũ, & ſunt Canonici ſeculares. Eccleſia ſancti Laurẽtii

tii extra muros, quæ habet Abbatē,
& ſunt ordinis ſancti Benedicti. Car
2 dinaliũ* ordo triplex recitatur per
3 Alua. in titulo * Epiſcoporũ, uel ab.
Epiſcoporũ, qui ſunt Hoſtieſis, Por-
tuenſis, Albanēſis, Peneſtrinus, Tu-
4 ſcularus. Preſbiterorũ,* quorũ ſeptē
intitulati ſunt ad eccleſiã ſancti Pe-
tri, uidelicet ſanctæ Mariæ ad trans
Tyberim, ſancti Griſogoni, ſanctæ
Ceciliæ, ſanctæ Anaſtaſię, ſancti Lau
rentii in Damaſo, ſancti Marci, ſan-
cti Martini in monte. Septem alii
ſunt intitulati ad eccleſiã ſancti Pau
li, uidelicet ſanctæ Sabinæ, ſanctæ
Priſcæ, ſanctæ Balbinæ, ſanctorum
Nerei & Achilei, ſancti Syxti, ſancti
Marcelli, ſanctæ Suſannæ. Septē alii
ſunt intitulati ad eccleſiã ſanctę Ma
rię maioris, uidelicet ſanctorũ Apo
ſtolorũ, & hic nõ nominatur per ti-
tulũ, ſed per Baſilicã ſancti Cyriaci
in thermis, ſancti Euſebii, ſanctæ Po
tentianæ, ſancti Vitalis, ſanctorum
Marcelli & Petri, ſancti Clemētis.
Septem alii preſbyteri Cardinales
ſancti Laurentii ſunt, uidelicet ſan-
ctæ Praxedis, ſancti Petri ad uincu-
la, ſancti Laurentii in Lucina, ſan-
ctæ Crucis in Hieruſalē, ſancti Ste-
phani in Celio monte: ſanctorũ Io-
annis & Pauli: ſanctorũ quatuor co-
ronatorũ. In eccleſia ſancti Ioannis
nõ ponũtur alii Cardinales præter
Epiſcopos, qui ſubſunt Papę Epiſco
5 po illius eccleſię Diaconorũ,* uide-
licet ſanctæ Mariæ in dominica, &
iſte eſt Archid. aliorũ, ſanctæ Luciæ
in circo Palatii iuxta ſeptiſoliũ, ſan
ctæ Mariæ nouæ, ſanctorum Coſmi
& Damiani Palatii, ſancti Adriani
Palatii, ſancti Gregorii Palatii, ſan-
ctæ Mariæ in ſchola græca, ſanctæ
Mariæ in porticu, ſancti Nicolai in
carcere, ſancti Angeli, ſancti Euſta-
chii, ſanctæ Mariæ in aquario, ſan-
ctæ Mariæ in uia lata, ſanctæ Aga-
thæ, ſanctę Luciæ in capite Saburrę,
ſancti Quiriaci: ſecundũ Alb. ubi ſu
prà refert aliter, quē uide. Et de eo
qui eſt epiſcopus an poſsit aſſumi
in preſbyte. uel diac. Car. Gem. in c.
cũ aliquibus. ij. col. de reſcr. in vj. Et
uide Cardi. in Cle. ne Romani. de
elect. in uerbo, irritũ. ult. col. qui di-
cit ꝙ eſt certus numerus Cardina-
liũ, ad inſtar numeri diſcipulorum:
de quibus xxj. diſtin. in nouo, quòd
ſunt lxxij. & quòd tituli epiſcopales
ſunt ſex. de quibus in c. examinata.
de confir. utili. inter quos eſt Por-
tuenſis, cui unitus eſt titulus ſanctæ
Rufinæ, & ꝙ debet eſſe certus nu-
merus preſbyterorũ Cardinalium,
& certus diaconorũ. & quòd eccle-
7 ſiæ urbis * diuiduntur per titulos &
diaconias. preſbyteri enim ſcribun
tur per titulos, ſcilicet talis tituli ſan
ctæ Ceciliæ preſb. Car. Diaconi ue-
8 rò ſcribũtur à diaconis, * ſcilicet ti-
tuli ſanctæ Mariæ in porticu diaco-
ni Car. Sed idē Car. in d. Cle. ne Ro
mani. §. porro. j. col. iij. notabili dicit
poſt Matth. ꝙ aliquãdo fuerunt cc-
xxxvj. Cardinales tēpore Pontiani
Papæ. & allegat chronicas, ꝙ Mar-
cellus Papa cõſtituit. xv. Car. Romæ
9 eſſe propter Baptiſma * & ſepultu-
ras hominũ. allegat. lxxxix. diſt. c. j. &
plura alia, quæ officia ſubdit quòd
hodie nõ exercent, ſed eſt ſummus
gradus in eccleſia poſt Papã. Et hęc
10 nota* pro Papa Leone. x. qui in uno
die, uidelicet in Calēdis Iulii. 1517.
creauit Cardinales xxxj. ſupra alios
xxxj. qui erant, ſicque noſtro tem-

pore eccleſia Dei habuit lxij. Cardinales ſimul, uidelicet vj. epiſcopos. xxxvij. presbyteros. xix. diaconos.

SVMMARIVM.

1 *Rex ſucceſſor an teneatur ſeruare data per eius prædeceſſorem.*

2 *Procurator uẽditoris ad tradẽdã poſſeſ. rei uẽditæ, an dicatur reuocatus ob mortem uẽditoris ante traditionem.*

3 *Papa regi Vngariæ, qui patri ſucceſſerat in regno, imponit pœnã priuationis regni: dum nõ uult obſeruare uotum à patre factum.*

4 *Rex Aragonũ non poſſet facere filium naturalem legitimari per Papam in præiudicium alterius conſanguinei, cui conſuetudo regnum defert rege decedente ſine filijs legitimis.*

5 *Officiales utrum debeãt eſſe annales, uel biennales, uel perpetui.*

6 *Titulus priuilegij an incipere debeat à nomine proprio, an appellatiuo.*

7 *Gratia utrũ expiret per mortẽ cõcedentis, antequam uacauerit officium.*

8 *Feudum cõceſſum tibi, & cui dederis, tu potes alteri dare uigore illius inueſtituræ: nec huiuſmodi poteſtas expirat morte concedentis.*

9 *Poſſeſſio uel quaſi iurium incorporalium tranſit per ſolum priuilegium.*

10 *Beneficiũ, ſeu gratia cõceſſa contẽplatione cõferentis, & nõ illius cui cõfertur, non expirat morte concedentis.*

11 *Aſſenſus factus Titio, quòd alienet feudũ, prodeſt hæredi Titij decedentis ante alienationem: & quid ſi moriatur Rex ante alienationem, an requiratur nouus aſſenſus.*

12 *Donatio facta per prædeceſſorẽ, præfertur donationi eiuſdẽ rei etiã poſtea uacãtis factæ per ſucceſſorẽ in regno.*

13 *Regnum transfertur ſucceſſione iure hæreditario: non autem electione.*

14 *Succeſſor in dignitate grauari nõ põt per ſuũ prædeceſſorẽ in rebus proprijs, niſi conſentiat: ſed in rebus dignitati ſic, ad ipſam dignitatẽ pertinentibus.*

15 *Donatio quæ aliàs eſſet reuocatoria per ingratitudinem, ſi fiat ob merita, non reuocatur.*

16 *Priuilegium conceſſum ſubdito poteſt etiam ſine cauſa reuocari: niſi datum ſit ob renunciationem.*

17 *Officialis delinquens in officio priuatur officio: nec amplius unquam ad dictum officium reuertatur*

18 *Officiales committentes furta & barattarias poſſunt dignitate priuari, & degradari.*

19 *Officialis delinquẽtis bona, uel ſalariũ dãtur illi officio, in quo fraudẽ cõmiſit.*

20 *Officialis perpetuus deponi non debet, niſi depoſitionẽ culpa inducat: ut quia deliquit in officio.*

21 *Officij priuatio utrum inducatur ipſo iure, uel per ſententiam. & nu. 23.*

22 *Officialis delinquens ſi aufugit, habetur pro confeſſo: & qualiter intelligatur conuictus de delicto, ut poſſit dignitate priuari.*

24 *Sententia ſaltem declaratoria, requiritur in caſibus, in quibus per leg. quis ipſo iure priuatur: fallit in notorio. & nu. ſequen.*

26 *Hæredi non nocet, licet pro cõfeſſo defunctus habeatur.*

27 *Poſſeſſorio recuperãdæ agẽti, & iuſtificãti ſuã poſſeſſionẽ ex priuilegio, nõ opponi poteſt exceptio de proprietate.*

28 *Poſſeſſorio adipiſcendæ agenti, opponitur exceptio proprietatis, cuius probatio fiat incontinenti.*

29 *Exceptio quòd titulus primus eſt reuocatus per poſteriorem excipientis, releuat excipientem.*

30 *Poſſeſſorio retinendæ non obſtat exceptio*

ptio proprietatis.

31 *Prædeceſſoris delictũ acquirentis feu- dum, uel officium, nocet ſucceſſoribus filijs: ſed utrũ noceat agnatis in feudo antiquo. & quid ſi nominatim datũ ſit patri & filijs.*

32 *Electio non cadit in unum: diſpoſitio enim fit pura, ut ille unus habeat of- ficium ſine electione.*

33 *Patris culpa nocet filio in eo, quòd de- bet habere filius poſt patris mortem.*

DECISIO CXXI.

Hinc petij Siciliã die 17. Aprilis. 1517. cum Domino Comite Montis Leo- nis cauſa informationum capienda- rum de Inſulæ reuolutionibus.

Panhormi.

IN cauſa Officii cõſeruatoris re- gni Siciliæ uertẽte inter magnifi- cũ Petrũ Andræã Iambardum peten tem ſe poni in poſſeſsionẽ ſeu quaſi officii ſuprà dicti ex una parte, & re giũ fiſcũ ex altera, præſupponitur, ꝙ quondã Magnificus Ioannes Ripes altes ultimus cõſeruator, qui pridie deceſsit, habuerit priuilegiũ à quon- dã Catholico Rege, in quo ob ſua ſeruitia ampliauit ſibi dictũ officiũ ad unum ex generis ſuis poſt eius 2 mortẽ eligendũ per eundẽ Ioannẽ, & ꝙ Ioannes ipſe elegerit iam di- ctum Petrũ Andręam ſuũ generum, licet electio ipſa ac etiã uacãtia of- ficii facta ſint poſt obitũ cõceden- tis priuilegiũ, uidelicet Cath. regis. Quãdo conſeruator ex cauſa dotis hoc officiũ genero promiſiſſet. ca- ſus uideretur habere minus dubiũ, quoniã ſucceſſor Regis non poſſet reuocare, licet ipſe Rex potuiſſet. l. ſi ego. §. j. de iure dot. & uide Bald. nou. in tra. de dot. 5 o. ſpeciali. vj. par tis. cũ duob. ſequẽ. ubi uult ꝙ fauore dotis heres nõ põt reuocare nec cõ tradicere. Bal. no. in trac. dot. vj. par- te & priuilegio. Cõtingit primò dũ bitari, an dominus Rex Catholicus potuerit in cõceſsione dicti priuile 1 gii ligare* ſucceſſorẽ in regno. Bar. in l. prohibere. §. plane. ff. ꝙ ui aut clam. dicit, ꝙ ſi Rex alienaret aliquã quorũ donatio eſſet in magnã di- minutionẽ iuriſdictionis regalis, nõ poſſet hoc facere, etiam iuramento mediãte, per c. intellecto. de iureiu. ſed ſi donaret ea quæ nõ diminue- rẽt ita iuriſdictionẽ regiam: ualeret donatio, & præiudicaret ſucceſſori in regno. & allegat tex. in c. Abb. ſa- nè. de re iud. lib. vj. loquẽtẽ de rege Aragonũ, qui donauerat rem exi- ſtentẽ in poſſe hoſtiũ, ſub cõditione quãdo, uel ſi ad manus fideliũ deue niret. Facit etiã ꝓ priuilegio: nã ob merita & ſeruitia iam datũ eſt. ꝙ ſi poteſt Princeps militibus dare bona aliena. l. Lucius. ff. de eui. l. uẽditor. §. ſi cõſtat. co. pręd. l. itẽ ſi uerberatũ. de rei uend. multo fortius bona re- gni, ſeu Regia: facit etiã tex. in l. fun di uenditor. ff. de acquir. poſſ. ubi is *qui fundũ uendiderat, procurato- rémque ad ipſius fundi poſſeſsionẽ tradendã cõſtituerat, deceſſerat an- te traditam poſſ. non expirat man- datum: imò dummodo hæres non cõtradicat, ſi tradit, ualet: licet Aret. ibi intelligat illum tex. ꝙ hæres de- bet eſſe cõſcius de ipſo cõtractu & traditione fienda, qui intellectus ad materiam noſtrã faceret, ſi eſſet ue- rum quòd Cæſarea maieſtas debeat conſultari. Albe. in l. digna uox. pe- nul. col. C. de leg. tenet, quòd quan- do predeceſſor in regno, uel impe- rio diſponeret contrahendo, uel

alienando in caſibus à iure permiſſis, ſucceſſor ligatur. c. j. de ſoluti. cũ ibi no. & no. in c. fin. ne prælati uices ſuas. per Inno. & Hoſti. & quantuncunq; Albe. faciat duo capita: primũ in hærede in uniuerſali, ſecundũ in ſucceſſore in dignitate & officio: & in ſecundo capite ponat Imperatores & Reges. eos æquiparando in hoc. tamen Iaſ. in l. j. pe. col. de conſtitu. princip. facit differentiã inter Papam, & Imperatorẽ, qui electione creãtur: & alios qui ueniũt per ſuceſsionem, ut Reges & ſimiles. Credit enim, quòd in his ſucceſſores tenentur ſeruare omnẽ cõtractũ, quãcunq; conuentionem, ſicut quilibet ſucceſſor priuati. per regulam l. cũ à matre. C. de rei uendi. & allegat Iaſon etiã text. in ca. licet. de uoto. ubi

3 *Papa Regi Vngariæ, qui ſucceſſerat patri in Regno, imponit pœnã priuationis Regni, dum non uult obſeruare uotum à patre emiſſum, & licet ibi filius iuraſſet patri obſeruaturum ſe uotũ, tamẽ idẽ eſſet, etiã ſi non iuraſſet, nec promiſiſſet, nam in ſummario illius c. hoc nõ ponderatur.

4 Rex Aragonum* nõ poſſet facere legitimare filium naturalẽ per Papãin præiudiciũ alterius conſanguinei, cui cõſuetudo defert Regnũ Rege decedente ſine filiis legitimis, quia hoc nõ pẽdet ab eius poteſtate. c. licet de uoto. Ioan. de Imo. & Gem. in c. grãde. de ſupp. negli. præla. in vj. ſimpliciter ſequitur in locis, de quibus per Iaſ. in §. & quid ſi tantum. ij. col. Abb. in d. c. licet. dicit no. ꝙ hęres nõ adimpiens uolũtatẽ defuncti, etiã contra executionẽ uoti, perdit omne emolumentũ, quanuis fortè aliquis ponderãdo illud uerbũ hæres diceret, quòd ibi adiuerat filius paternã hæreditatem. Bal. conſi. ccclix. j. uol. tenet quòd ſucceſſor in Regno, etiã non iure hæreditario, ſed per electionem tenetur habere ratas collationes. & infeudationes factas à prædeceſſore, & loquitur in officiis, quando factæ ſunt ſub nomine dignitatis. Et hic eſt aduertendum, quoniã officia magis uidẽtur adhærere oſsibus Principis quàm feuda: officia enim annalia ſunt, ut in l. Publius Meuius. de cõdi. & demon. l. prædio. ff. de feriis. tex. in c. j. de feudo guardiæ, uult quòd licet officia ſint annalia, ut ſuprà dictum eſt, & ideo feuda ſeu prouiſiones ratione officiorũ ſtabilitæ anno finiantur: tamẽ hoc nõ habet locum, quando aliter eſſet diſpoſitum, ut quia eſſet appoſitũ ulterius tẽpus, tũc enim durant durãte illo tempore.

5 Et quòd oficiales* non debeant eſſe perpetui, ſed annales, uel ad plus biennales, eſt text. in l. neminé. C. de ſu. & ar. lib. x. & uide Abb. in c. fi. ij. col. de iud. Et hanc opi. ꝙ quando infeudatio non eſſet in magna diminutione regalis iuriſdictionis, ꝙ de iure ſucceſſor non poſſet reuocare, tenet Alua. in c. j. in prin. vij. col. de his qui feu. dare po. & Iac. in tracta. feu. in uerſi. princeps. ij. & iij. colum. poſt Bal. in l. j. ff. de conſti. pr. dũmodo faciat ea quæ ſunt de natura ſui officii, ut infeudare. & idem uidetur eſſe in cõceſsione officiorum, cũ pariformiter ſit de ſui natura officii. & Bal. in l. qui ſe patris. ix. col. C. und. lib. uidetur idẽ quod antè dixeramus firmare, dum tenet ꝙ indiſtinctè ſucceſſor in his, in quibus per prædeceſſorẽ tranſlatũ eſt

uti

utile uel directũ dominium, nõ poteſt reuocare: & in officiis, licet non tranſeant quo ad dominiũ, ſed ſolũ quo ad titulũ, ſicut beneficia, ut in c. ij. de dona. tamen poſſunt dici noſtra, ut not. Phil. in c. ſi huius abſenti. j. col. de pręben. lib. vj. in his enim iuribus quæritur ius perfectum per acceptationem, ut not. in c. nouit. de iudi. per Feli. poſt Anto. de Butri. in vj. col. Eſt bene uerũ, quòd Phi. Deci. in c. j. v. colũ. de proba. dum notat, ꝙ obligatio Principis ligat etiam ſucceſſorẽ in dignitate, not. poſt Abb. ibi, eſſe hoc intelligendum quãdo ſub nomine dignitatis cõtractus celebratus eſſet, per text. in c. quoniam Abbas. & quæ ibi habentur. de offic. dele. Et ita intelligẽdo iſtud uerbũ ſub nomine dignitatis, prout notat Abb. in d. c. quoniã Abb. uidelicet ꝙ
6 debeat* titulus priuilegii incipere à 8 nomine appellatiuo, uidelicet Rex Alphonſus ſeu Ferdinandus, nõ autẽ à nomine proprio, uidelicet Ferdinandus Rex, nullũ priuilegiũ, nec pontificia bulla eſſent facta ſub nomine dignitatis: omnes enim incipiũt à proprio nomine, licet in ſubſcriptione Regia quę fit priuilegiis, nunquàm ponatur nomẽ proprium per. d. Reges præſentes, dicũt enim Yo el Rey. & Reges Regni Siciliæ dicebant, Rex Ferdinandus &c. ut utroq; caſu ſit poſitũ nomen appellatiuum, uel ſolũ in prin. ſubſcriptionis. & uide Bal. conſil. ccccxvij. j. uol. 9 qui dicit, ꝙ id uerbũ, domino noſtro, poſitũ cũ uerbo Rege, uidetur denotare, quòd actus non ſit geſtus ſub nomine dignitatis. Cõtingit
7 dubitari ſecundò, an* ex quo ante uacantiã officii, & ſic caſu quo debebat peruenire ad generũ conſeruatoris, Rex ipſe mortuus ſit, ob hoc expirauerit gratia. & dubiũ facit circa hoc tex. in c. j. qui ſucceſſores teneantur. nõ enim habemus clarè, ſi dominus Rex modernus uenit ad Regnum iure hæreditario. Et quòd tex. ille, & ſimiles, uidelicet. c. primũ hic poteſt eſſe tex. qui ſucceſſo. ten. c. moribus. ſi de feu. fue. controuer. non obtinuerat in caſu iſto. Facit primò, nã aliud eſt concedere Titio feudũ Sempronii poſt mortẽ Sempronii, hoc enim eſt odioſum, & inducit uotum captãdæ mortis: aliud cõcedere Sempronio, & facere ſibi gratiam, quòd de officio ſeu feudo poſſit diſponere, uel ꝙ feudũ tranſeat ad unum hæredẽ, ut tibi, & uni hæredi tuo. nos habemus text. in c. j. de feudo nõ habẽte propriam naturam feudi.* Quòd ſi cõceditur feudum tibi, & cui dederis, tu potes dare alteri uigore illius inueſtituræ: nec dicit aliquis ꝙ ſi antequàm des moritur cõcedens, expirat illa poteſtas. Item habemus opi. Saly. contra Spe. quam ſequitur Imo. in c. potuit. loc. Alexã. in pluribus conſi. Iaſ. in l. ij. ij. colũ. C. de iure emphy. ꝙ ſi fiet Titio inueſtitura, & dicitur ꝙ poſſit alienare &c. non requiritur ulterior aſſenſus in alienatione: nec dicet aliquis quòd ſi moritur cõcedẽs ante alienationẽ, expirat illa poteſtas. Facit ſecundò: nã in iuribus incorporalibus* trãſit poſſeſſio per ſolũ priuilegiũ. Inno. in c. cũ noſtris. de cõceſ. præbẽ. iij col. uer. imò plus dicitur, & ibi Imo. pen. col. & in d. c. j. qui ſucceſſores teneantur. dicitur, quòd quãdo dominus directus feudi uolente Sempronio tenẽte feudum

dum,miſerit Titiũ in poſſeſsionem
feudi illius uiuentis,etiã in Prælato,& non hærede,ualet inueſtitura:
nec poteſt reuocari,ſi moriatur cõcedens ante caſum mortis:ut ita ſit
in caſu noſtro,dum per priuilegiũ
conceſſum,de quo ſuprà, uideatur
tranſlata poſſeſsio,ſeu,ut aptius dicam,poſitus in poſſeſsionem officii
gener illius uiuẽtis.Et de poſſeſsione incorporaliũ per priuilegiũ,uide Abb.in c.fin.ij.colũ.de iud.& ibi
Feli.in ij.colũ.ubi dicit,quòd in his
ſententia eſt modus transferẽdi ciuilem & naturalẽ. Facit tertiò tex.
in c.ſi cui nulla. de præb.lib.vj.ubi ſi
10 Papa*concederet alicui poteſtatem
conferẽdi beneficiũ in certa eccleſia incertæ perſonæ,& moritur Papa antequàm cõferatur beneficium,
nõ expirat gratia,adeo ꝙ etiã mortuo Papa poteſt ille prouidere de
beneficio,& hoc quãdo gratia facta
eſt cõtẽplatione illius primi,qui debebat prouidere ſeu conferre,ſicut
eſt in caſu noſtro:nã ex priuilegio
patet ꝙ contẽplatione do.Ioan.ripes aliàs dictum priuilegiũ conceſſum eſt:& licet dicatur ibi nulla perſonarum facta expreſsione, tamen
idem eſt ſecundũ docto.& prẹcipuè
Phili.de fr.quãdo ſunt nominata certa perſona,nõ tamen ſui gratia,ſed
illius qui debebat cõferre.Et uidendus eſt Inno.in c.cũ noſtris.ij.col.dicens,ꝙ c.gratũ.&.c.relatũ.de offic.
dele.obtinent in literis iuriſdictionis.ſecus in beneficialibus,cũ ſæpe
cõtingat,quòd in uita delegãtis nõ
occurrat facilitas prouidendi, licet
aliqui cõtradicant,ſecundũ eũ.Hic
11 cadit dubitatio*quam nullibi reperi tactam,ſi Rex facit priuilegium
aſſenſu ſuper obligatione uel alienatione feudi,& antequàm uendatur uel obligetur, moritur Rex,an
poſsit poſtea alienari uel obligari
uigore primi aſſenſus,an uerò debeat impetrari nouus aſſenſus.Ecõtra enim ſi eſt factus aſſenſus Titio;
quòd alienet,& moritur Titius ante alienationem,poteſt hæres abſq;
nouo aſſenſu alienare,ut in l.ſicut.
§.pe.ff.quib.mod.pig.uel hypo.ſol.
Facit quartò text.in d.c.Abbate ſane.de re iudic.eo.lib.uer.pro parte
autẽ.iuxta glo.ibi,in uer.per partẽ:
12 *nã Rex Aragonũ donauerat Hoſpitali ſancti Ioannis Caſtrũ Curuariæ cũ ſuis iuribus;inter quæ erat locus de Roſellis,tunc exiſtẽs in poteſtate infidelium,ſub cõditione,ſi ad
manus fideliũ perueniret. Demum
mortuo illo Rege ſucceſsit ei in regno nepos ſuus,qui locũ ab infidelium poteſtate armorum ui recepit,
donauitq; Monaſterio Populeti,&
determinatur in fauorẽ primæ donationis,& licet gloſſ.in d.uerſicu.
pro parte.in uerbo, ſeparata.dum
pro ſecunda donatione adduceret,
ꝙ bona illa nouiter acquiſita erant
per ſucceſſorẽ in Regno,& ſeparata ab aliis bonis hæreditariis prædeceſſoris,ponderet quòd ille ſucceſſor patris uel patrui hereditatem
ſimpliciter adiuit,& ꝙ cẽſeatur una
hæreditas,unde nõ mirum, diceret
aliquis, ꝙ ligatur ibi ſucceſſor:tamen idẽ uidetur eſſe etiã ſi hæreditas adita non ſit.uel intelligẽdus eſt
tex.ille,quòd nõ poterat haberi Regnum niſi adita hæreditate,ut au-
13 thoritates quæ dicunt*quòd Regna
transferuntur ſucceſsione,intelligãtur,id eſt hereditario iure,& hoc uidetur

detur ſentire Phil.de Fra.dum ſuper
glo.illa dicit hæc uerba.& maximè
quia Regna trãsferũtur per ſucceſ-
ſionẽ,nõ per electionẽ.c.grandi.de
ſupp.negli.prę la.& idẽ uidetur ſen-
tire Barto.in d.§.plane.dum allegat
illud c.ad hoc ſcilicet,ꝙ ſucceſſor in
Regno non reuocat alienata per
prædeceſſores.Et circa gloſſ.ibi in
uer.per partẽ.dictus Phil.ſentit glo.
ꝙ etiã res quæ nõ pertinẽt ad Re-
gnum,poſſunt donari ſub cõditio-
ne ſi fiant ipſius Regni,& obligat ta
lis donatio ſucceſſorem in Regno
adueniẽte cõditione.& allegat An-
14 cha.ibi dicẽtẽ,*ꝙ licet ſucceſſor in
dignitate grauari nõ poſsit per præ
deceſſorem in rebus propriis, niſi
conſentiat,ut not.in c.licet de uoto.
tamẽ bene poteſt grauari in rebus
dignitatis ad ipſam dignitatẽ per-
tinentibus,& põderat etiã ibi ꝙ res
illa quæſita fuerat per nepotẽ ſuc-
ceſſorem in Regno,& ſub uexillis
Regni,allegando Ioã.And. Facit
quintò:nã dictũ priuilegium fuit fa-
ctum & conceſſum ob merita,unde
nõ poteſt reuocari,etiã in terminis
15 illius capituli.Donatio enim,*quæ
aliàs per ingratitudinẽ reuocatoria
eſſet,ſi ob merita fiat,reuocari non
poteſt.l.ſi pater.& ibi glo.&Bart.ff.
de donat.Itẽ cõceſsio iuriſdictiona
lium,quæ poteſt aliàs ad nutũ cõce
dẽtis reuocari,etiã ſine cauſa,ut no.
Gemi.in c.j.de conſtit.lib.vj.vj.colũ.
Bal.in d.l.qui ſe patris.ix.colũ.Feli.
poſt Are.in c.nouit.de iudi.ſi tamen
fiat ob merita,eſt irreuocabilis.An-
dræ.in conſtitu.ea quæ ad decus.&
16 Bal.ubi ſ.Item priuilegiũ*conceſ-
ſum ſubdito,poteſt etiã ſine cauſa
reuocari,ut no.Feli.in c.j.ij.colũ.de
proba.per glo.fi.in regula, decet.de
reg.iur.in vj.tamẽ ſi datũ eſt ob re-
munerationẽ,eſt irreuocabile.Feli.
in d.c.nouit.x.col.de iudi. Cõtin-
git tertiò dubitari,an fiſci regii pro
curator,qui ſe opponit contra di-
ctum Petrũ Andræam,ꝙ nõ debeat
habere officium,ex quo olim Ioan.
de ripes altes conſeruator, à quo
ipſe cauſam habet,deliquit in ipſo
officio:& uult hoc in promptu pro-
bare,audiri debeat ad excluſionem
poſſeſſorii,ſeu poſſeſsionis, quam
ipſe Pet.And.prætendit.Et quidèm
17 negari non poſſet,*ꝙ ſi quondã cõ
ſeruator in ſuo conſeruatoris offi-
cio deliquiſſet,fuiſſet iam in pœna
priuationis officii.text.eſt in l.ſi ali-
quid.C.de ſuſcep.& archa.libr.x.ita
dicens,nemo eorũ qui ſemel inter-
uerſione conuictus idẽ rurſus offi-
cium gerat,in quo ante decoxit:&
ſi reſcriptũ noſtrum elicitũ clande-
ſtina ſupplicatione intulerit.& not.
ibi Ioan.de plat.per illũ tex.quòd ſi
ſuſceptor tributorũ,uel eius nota-
rius,uel alius officialis in ſuo deli-
quit officio,& de hoc conuictus &
cõdemnatus exiſtat,nũquàm ad idẽ
officium amplius reuertetur.tex.etiã
eſt in l.iudices.C.de digni.li.xij.cu-
ius hæc ſunt uerba: Iudices qui ſe
furtis,& ſceleribus fuerint maculaſ-
ſe conuicti,ablatis codicillorum in-
ſignibus,& honore exuti inter peſ-
ſimos quoq; & plebeios habean-
tur.& dicit ibi Ioã.de pla.hãc legem
18 bene nota cõtra officiales*cõmittẽ-
tes in officio furta & barattarias,ut
poſsint dignitate priuari & degra-
dari.tex.quoq; eſt in l.ij.C.de pala-
tinis ſacrarum larg.li.xj.ſic loquens,
Nullus theſaurẽſis uel officialis Co-
mitis

mitis theſaurariorũ ſemel deprehẽ
ſus euerſor,quocunq; pacto,aut re-
petat militiam ſuã aut aliã.& Io.de
plat.dicit ibi,& hanc l.not.pro the-
ſaurariis, ſeu pro conſeruatoribus
monetæ,ſeu defenſoribus æris com
munis:qa ſi reperti fuerint aliquam
fraudẽ cõmiſiſſe in officio,priuan-
tur & illo,& omni alio officio & di
gnitate. Quinimò in l.ordinariorũ.
19 C.de coarctal.eo.lib.xij.habetur* ꝙ
bona talis officialis applicantur illi
officio,in quo fraudẽ commiſerunt.
an uerò lex illa intelligatur de o-
mnibus bonis,an uerò de ſalario tẽ
poris,quo ſeruiuit,tãgit ibi Ioan.de
pla.in fi.Et idẽ doctor in l.iudices.
ij.col.C.de anno.& trib.loquens de
magiſtratibus inquit,Maiores autẽ
magiſtratus propter enormia deli-
cta in officio commiſſa remoueri
poſſunt.l.fin.ſ.ad l.Iul.repet.text.ta-
men in d l.fi.nõ ponit pœnã priua-
tionis,ſed quadrupli,& ei qui cõui-
ctus eſt.& not.Bal.in l.mãcipia.C.de
ſer.fugi.dicens ꝙ officialis perpe-
20 tuus*non debet deponi,niſi culpa
inducat depoſitionem,ut quia deli-
quit in oficio.allegat d.l.ſi aliqd.in
glo.de infa.l.ij.§.miles.& talis ſecũ
dum eũ dicitur extinctus.C.de pri-
micerio.l.præclarã. Sed dubiũ eſt
21 *an iſta priuatio officii inducatur
ipſo iure.tex.in authen.habita.C.ne
fi.pro patre.loquens de officialibus
patiẽtibus iniuriã fieri,& extorſio-
nem ſcholaribus,dicit,Notaq; infa
miæ ipſo iure eis irrogata dignita-
te ſua careãt in perpetuũ.& dicit ibi
Bal.in vij.col.ex hoc not.ꝙ quando
propter delictũ qđ in officio cõmit
titur aliquis ipſo iure infamatur,&
ipſe dignitate priuatur.iſtud eſt in
caſu dictæ authen.qa ita lex ibi nult.
At in aliis caſibus dubitãdũ eſt,nam
tex.in d.l.ſi aliqd.dicit cõuictus &c.
ſicq; in d.l.iudices.dicitur conuicti
&c.Vnũ not.circa hoc ponit Feli.in
c.ſi cõſtiterit.de accu.in gl.prima.ꝙ
in crimine de quo quis nõ eſt priua
tus ipſo iure,ſed puniẽdus ſeu pri-
uãdus per ſentẽtiã,ſentẽtia ſuper eo
lata nõ facit beneficiũ uacare.& di-
cit ita tenere d.de Rota cõtra Inn.
in c.inter dilectos.in prin.de excep.
præla.ubi dicit,ꝙ iſta exceptio,con
dẽnatus es de crimine, inducit pri-
uationẽ: ſi probatur, inducit priua-
22 tionẽ ipſo iure. Eſt bene uerum,* ꝙ
Io.de Pla.in d.l.iudices.de dig.tan-
git qualiter intelligatur quis eſſe cõ
uictus de delicto, ut poſsit dignita-
te priuari,& remittit ſe ad d.l.ſi ali-
quid.ibi dicit. Sed qualiter pbetur
hoc delictũ.gl.in authen.ut iud.ſine
quoquo ſuffr.§.neceſsitate.in uerſi.
oſtenditur.colla.ij.dicit quòd per te
ſtes,uel ſolum ſacramentũ agentis.
Quod eſt uerũ quãdo delinquẽs in
officio aufugit,quia tũc habetur pro
confeſſo:ideo ſufficit ſacramẽtum.
l.iij.ſ.de aſſeſſo.& l.ſi pariter.in fin.
de coarctal.uel etiã,quãdo eſſet præ
ſens,& certũ eſt de delicto. Sed du
bium eſt de ſumma uel quantitate,
uel qualitate rei.l.ſi quando.C.unde
ui.aliàs autẽ requiritur plena proba
tio.l.ſciant.C.de proba.Sed Ioan.de
pla.loquitur de modo probandi.nõ
de modo iudicãdi,ſcilicet an reqra-
tur ſentẽtia,quæ regulariter ad pri-
uationẽ reqſita eſt,ut in c.j.de feu.
ſine cul.non am.& ibi And.& Andr.
in l.fi.de prohibi.alie.per Loth.& in
l.Imperialem.§.Callides.de prohi-
23 bi.alie.per Fede.Et * ad propoſitum
noſtr

noſtrũ Alua.in d.c.j.de feu.ſine cul. nõ am.ij.col.in materia,quãdo quis intelligatur condẽnatus ipſo iure,& quãdo nõ,facit pulchram diſtinctionẽ,& dicit,ꝙ aut eſt expreſſum à lege uel ſtatuto ꝙ ipſo iure,& nõ exigitur ſententia.l. commiſſa,cum ibi not.de publica.aut ſimpliciter,& tũc requiritur ſententia,ut in d.§.iconomus.in l.iubemus.C.de ſacr.ſanc. eccle.& ibi per doct.& in l.in criminali.C.de iur.om.iudi.ubi gloſ.ſentit prędicta,& allegat etiam nõnulla alia. In caſu noſtro non reperio uſq; adeo l.uolentẽ ꝙ ipſo iure offició priuetur quis ob delictum in eo cõmiſſum,& ſumus in officiali perpetuo:& in auth.habita.eſt caſus ſpecialis, ex quo ibi propter delictum ipſo iure infamat̃ qs,ut animaduertit ibi Bal.ſentiens,quód nõ ſit ſic in alijs caſibus.Imò uidetur, quód etiã in caſibus, in quibus quis ipſo iure
24 per l.priuatus eſt, debeat adhiberi * ſentẽtia ſaltem declaratoria,iuxta no.per Bar.in l.eius qui delatorem. j.colum.ibi.& ideo puto.& habetur per Alex.cõſi.cxxiiij.omiſsis ſuperfluis.primo uolu.But.conſi.xxij.Pau. conſil.cxxj.ſuper primo puncto.iij. col.doct.in l.ſi quis maior.de tranſ. Ro.cõſi.ccxj.uide Pau.in l.ij.§.quód
25 ſi actor.C.de iur.cal.Et licet * in notoriis maximè grauibus poteſt reus puniri abſq; ſentẽtia declaratoria iudicis,ut in c.ꝓpoſuit.& ibi per Phili. j.colum.de appel.qui dicit eſſe hoc ſingu.notandum ad cap.cum ſecundum.de hære.libro vj.& ad d.l.eius qui delatorem.de iure fiſ.& ibi Bar. tamen hic non ſumus in delicto notorio,licet graui.loquitur enim.d.capitulum in notorio facti permanẽtis, ſecundũ Abb.ibi in fine.c.quód non eſt hic, cũ requirantur probationes extrinſecus, quo caſu debet ſuper hoc iudex ꝓnũciare expreſsè, ſecundũ Bar.in d.l.eius qui delatorẽ.de iur.fiſci.Et hoc maximè procedit in q.præpoſita:cum ſimus in tertio,& tractetur de præiudicio tertii, quo caſu maturius eſt agendũ. Hinc Bar.in d.l.eius qui delatorem . poſt
26 prin.dicit.no.quód licet * defunctus habeatur pro cõfeſſo,hoc tamẽ non nocet hęredi. Et ne diutius uagemur ſup iſto paſſu,breuiter. Aut iſte Petrus Andręas intentat poſſeſſoriũ recuperãdę poſſeſsionis,quod fortè poſſet,nã ſtante ſuo priuilegio uolente,ꝙ ex tũc prout ex nunc,mortuo conſeruatore gener ſuus faciat officium,quo caſu uidetur in caſum prædictũ tranſlata ipſo iure poſſeſſio de conſeruatore in generũ per priuilegium, quod in corporalibus trãsferi ipſo iure poſſeſsionẽ:ut no. Inno.in d.c.cum noſtris.de conceſ. præbendę.Hinc ſi fiſcus prohibet eũ exercere officium,ſpoliare ipſum uidetur,iuxta no.in l.clam poſsi.§.qui
27 ad nũdinas. unde * ſibi agenti poſſeſſorio recuperandę,ac iuſtificanti ſuã poſſeſsionẽ ex priuilegio,& titulo priuilegii,non poteſt opponi exceptio de proprietate.l.ſi quis ad ſe fundũ.C.ad l.Iul.de ui:c.j.de reſtitu. ſpo.c.cum dilectus.de ord.cog.c.reintegranda.iij.q.j.Etiam ſi conuẽtus dicat ſe uelle incontinenti probare, ut not.Pau.in l.ſi de ui.ff.de iud. & in l.ij.de edict.di. Adria.tollen. habet enim iſte priuilegium,& hic ſuccedunt uerba notanda.quę ponit Felin.in c.licet cauſa.viij.col.xj.not. de proba.qui dicit,quód probatio quæ ſit per

fit per priuilegium, eſt euidentiſsi-
28 ma probatio. Aut intentat* poſſeſ-
ſorium adipiſcendæ, & hoc caſu li-
cet ſint communes doctrinę, ꝙ exce-
ptio proprietatis admittitur, ſi de ea
probatio incõtinẽti offertur, ut not.
Pau. de Ca. in l. ij. ult. col. C. de edict.
diui Adr. & in l. ſi de ui. pe. col. ff. de
iud. ex quo poſſeſsio occupata uaca
bat. Et habetur optimè per Phil. de
fra. in c. licet epiſcopus. de præbẽ. in
vj. dicẽtem in pe. col. ſecundũ Lapũ,
quòd cõtra agẽtem poſſeſſorio adi-
piſcendę poteſt opponi non ſolum
exceptio cõcernẽs ius poſſeſsionis,
& iuſtificationẽ tituli ipſius, ſed etiã
exceptio ſolũ, uel principaliter ex-
cluſiua iuris ipſiꝰ agẽtis, & ius ipſius
& proprietatẽ cõcernẽs, & hoc quã-
do incontinenti offertur probatio
parata. Et uide Alexan. in hac l. ij. de
edict. diui Adria. ponentẽ exceptio-
nem in eo qui diceret titulum pri-
29 mum* eſſe reuocatũ per poſterio-
rẽ, in quo ſe ſcriptũ diceret, & illud
ſtatim produceret. Et dicit ibi Alexã.
poſt Saly. ꝙ ſi iam cognito ꝙ hæres
eſſet in poſ. mittendus, poſſeſſor op
poneret aliquam de exceptionibus
ibi expreſsis, non eſſet audiendus
niſi in promptu, ponendo exẽplum
ſupradictũ, quod quidẽ exemplum
militat, quando nihil eſſet aliud do-
cendum, aliàs iudex debet conſide-
rare an de exceptione poſsit cõſtare
infra tẽpus, in quod iudex in termi-
nis illius legis habet examinare, an
hęres ſcriptus ſit in poſſeſsionẽ mit
tendus, an nõ. & ad propo. dicit Bal.
in l. fi. C. quorũ bo. ꝙ illud interdi-
ctum non excluditur per exceptio-
nem dominii, niſi probatio domi-
nii ſit in promptu. ubi ergo requirit
altiorẽ indaginem, ibi reſeruatur in
petitorio, ſed ubi de facili poteſt p-
bari, ſtatim diſcutitur. Tamẽ iſta ex-
ceptio defectus proprietatis in caſu
noſtro nõ procederet, niſi prius fer-
retur ſentẽtia, ut ſuprà dictũ eſt, ſu-
per qua debet quis, pręcipuè iſte ter-
tius, plene audiri. nec poſſet expedi-
ri infra tempus deputatũ, uel neceſ-
ſariũ ad cognoſcẽdum de idoneita-
te petentis, quę iam prõpta eſt, iuxta
no. per Bar. in l. ſi is aqua. ff. ut in po.
leg. iuxta quẽ Phil. in d. c. licet epiſco
pus. intelligit prædicta. Aut inten-
30 tat * poſſeſſoriũ retinendæ, & tunc
adhuc nõ admittitur exceptio pro-
prietatis. Paul. in d. l. ſi de ui. contra
Dy. in c. qui ad agendum. de reg. iu.
lib. vj. & Cy. in d. l. ij. C. de edict. diui
Adria. per gloſſ. ordi. in l. ſi de eo. §.
31 fi. ff. de acqui. poſ. Et tangendo * ali-
quid de meritis exceptionis, quãdo
non poſſet denegari cognitio peti-
torii, illud cõſtare uidetur ꝙ delictũ
huius cõſeruatoris mortui noceret
genero ſuo, ex quo iſtud officiũ p-
cedit ab ipſo delinquente q fuit cau
ſa proxima: ut officiũ poſt eius mor-
tem iret ad generum, iuxta ea quæ
habentur in c. j. ubi And. ſi uaſal. feu.
priuet. cui defera. & in c. j. §. pe. quæ
fuit prima cauſa benefi. amit. & ibi
etiam per And. & in c. ſi uaſallus cul-
pam, ſi de feu. fue. contro. In quibus
locis, habetur quòd quãdo ſumus in
feudo nouo delictum acquirẽtis, no
cet ſucceſſoribus filiis: de agnatis
non ponit, quia non ſuccedunt in
feudo acquiſito de nouo: unde ſi eſt
datum feudum non nominatim Ti
tio & filiis ſuis, cum uideatur datum
contemplatione patris, filii contem
platione patris quæſita perdent, per
ea quæ

ea quæ dicuntur.ff.de procura.l.qui proprio.§.ut incertis.ff. de uulga.& pup.l.ſed & ſi plures.§.in arrogato. ita And.in d.c.j.ij.col.ti uaſſal.feud. priue. ſecus ſi nominatim ſecūdum eum, ut Titio & Gaio & Seio filiis ſuis:quia tunc nō perditur,niſi quo ad partē patris ſecundū eū. Et licet in agnatis poſsit quandoq; poni,ut no.ibidē And.& quando eſſet datū quid duobus fratribus à principe, iuxta l.ſecundā.ſi ſocerus imper.lib. x.tamē nō ſumus in illo caſu:ſed in caſu quo genero poſt ſoceri mortē, ſoceri tamē contēplatione datū eſt
32 officiū.Et ꝙ ſi* ſucceſſurus eſt nominatus in priuilegio nominatim,poſſet forté dici, ꝙ etiā ſine aliqua ſoceri electione iſte gener habiturus eſſet, ex quo ex tribus generis tunc duobus re,tertio ſpe,poſtea res redacta ſit ad unū, cum alii obierint. unde cum in uno nō cadat electio, diſpoſitio eſt effecta pura,ut ille habeat officiū ſine electione,iuxta l.ſi tibi.§.j.ff.de opt.leg.& l.ſi optio. in prin.eo.tit.quæ iura Bar.in d.l.ſi tibi.ad plura adducit. Et ſi hoc procederet, forté dici poſſet ꝙ delictum conſeruatoris nō noceret genero, cui iam ex priuilegio erat ius quæſitū abſq; electiōe ſoceri.circa iſtud tamē uidenda eſſent uerba priuilegii.Tamē neſcio ſi euadi poteſt motiuū, ꝙ ſoceri contemplatione ſibi quæſitum perdet ob culpā patris, ut
33 not.And.in d.cap.j.dicens,* ꝙ in eo quod debet habere filius poſt mortem patris, & à patre,præiudicat ei culpa patris.Quo ad primum & ſecūdum dubiū,fuit pro maiori parte uotatum pro Petro Andræa contra fiſcum.Quo uerò ad tertiū,non fuit clarè uotatum, ſed eſt in pendenti, quia pars iuit ad Regem.

SVMMARIVM.

1 *Continentia cauſæ utrum attēdatur ubi ſunt plures inquiſiti diuerſi fori.*

2 *Rei plures diuerſi fori coguntur apud eūdē iudicē litigare in cauſis cōnexis.*

3 *Priuilegiū recipit limitationes, quas recipit ius commune in materia, ſuper qua diſponit.*

4 *Connexitatis cauſa ut in petitorio & poſſeſſorio conuentus non poteſt ſe tueri priuilegio.*

5 *Connexitatis aut continentiæ cauſa non attenditur,ubi actor & reus eſſent diuerſi fori.*

6 *Priuilegiū continens clauſulā abdicatiuā cum decreto,operatur tantā ſeparationē iuriſdictionis,ꝗ etiā de cōſenſu partium renuntiari non poteſt.*

7 *Mandās & mandatarius corā diuerſis conuenti nō poſſunt petere cauſam terminari per alterum ex iudicibus.*

8 *Titulus,de quibus rebus ad eun.iu.ea. an habeat locum in cauſa criminali.*

9 *Exceptio proceſſus pendentis non ob. iuriſdict.niſi ibi ob.exceptio rei iudi. ipſi actioni.*

DECISIO CXXII.

Panhormi.

IN cauſa ſpectabilis admirati Regni Siciliæ cum regia magna Curia ſuper petita remiſsione Ioannis
1 * Antonii campanellæ nautæ accuſati in dicta magna curia ſuper homicidio Iacobelli morronelli una cum pluribus aliis fuit dubitatū, an petita remiſsio fieri debeat. Pro iuriſdictiōe magnæ curiæ facit tex. in l.j.ff.de quib.reb. ad eundē iudi.
2 eatur. ubi habetur,* prout ſummat eam Bar. ꝙ in cauſis connexis plures licet diuerſi fori coguntur apud

e eund

eundem iudicẽ litigare:& facit etiã l.nulli.C.de iud.& quod ibi no.per Iaſ.in ij.col.uer.tertiò dicuntur.uolens ꝙ titulus, de quibus rebus ad eundẽ iud.eatur, habet locũ non ſolum in cauſis ciuilibus,ſed etiam in criminalibus.Facit etiã tex.in c.uolentes.§.& id ipſum.de priuil.lib.vj.
3 ubi patet,*ꝙ priuilegiũ recipit limitationes,quas recipit ius cõmune in materia ſuper qua diſponit.Vnde licet ſit quis priuilegiatus, ut debeat tantũ ſub uno iudice reſpõdere,per hoc nõ cenſetur exẽptus ad aliis iudicibus ratione cõtracti delicti, uel rei ſitæ, ut colligit Do. ibi in princ. ut ſic uideatur in caſu iſto,ſcilicet ꝙ iſte nauta, licet aliàs priuilegiatus ſit,tamẽ hoc ſuum priuilegium debeat interpretari,ut non habeat locũ,quãdo ratione connexitatis cauſæ uel continẽtiæ aliter de iure communi ſtatueretur.Dicit tamẽ Gemi. ibidẽ in prin.ult.col.quædam uerba de clauſula derogatoria. uide ibi. Facit tertiò Abb.in c.fi.de iud.v.col. uerſi.ſi autem reus in una cauſa.ubi
4 uult* in materia ꝙ ratione cõnexitatis cauſæ, quæ eſt ratione petitorii & poſſeſſorii, is qui conuenitur, etiã ſi habeat priuilegiũ ſibi eligendi iudicẽ iuxta auth.habita.C. ne fi. pro patre. quãdo originaliter eſſet de foro,ubi cõuenitur, non poterit ſe tueri ex illo priuilegio. At pro admirato facit tex.in d.c.fin.de iud.
5 ubi patet,*ꝙ cauſæ continẽtia non attenditur, ubi actor & reus eſſent diuerſi fori.& eſt tex.ille ad hoc reputatus ſingularis per legiſtas in d. l.nulli.prout not.Feli.ſimpliciter in d.c.fi.iij.co.uer.nona concluſio,limitans certo modo.& ita per illum text.in d.c.fi. Alex.in d.l.nulli.ij.col. uer.ſecũdò ultra prædicta.limitat regulã illius legis ꝓcedere, ubi actor & reus eſſent eiuſdẽ fori:ſecus ſi diuerſi.Et licet dictus Iaſ.ibi in iij.co. uer.ſecundò limita.in fi.reſtringere uideatur hanc limitationẽ ad clericum,& ſic ad diuerſitatẽ fori ratione ordinis clericalis, tamen alii, ut Alex.ibi,& Pau.& Fely. in d.c.fi.loquuntur generaliter. Facit ſecundò pro Admirato : nam in ſuo priuile-
6 gio*eſt clauſula abdicatiua, cũ clauſula decreti, quæ quidem clauſula operatur tantam ſeparationẽ iuriſdictionis,ꝙ etiã de conſenſu partiũ non poteſt renuntiari,ſecundũ glo. in c.ſtatutũ,ad fi.in prin.in uer.committatur.& in c.diſpendia. in uerſi. proceſſus.de reſcri.in vj.Gemi.in c. cum beneficio,de præb.eo.lib. Bal. in l.non dubium.x.col.de leg.tex.& ibi can.in c.dilecto.circa fin.uer.niſi forte, de præben. ut ſic caſus iſte ſit quodammodo ſimilis clericali cauſæ,id eſt quando unus ex delinquẽtibus eſſet clericus.Facit tertiò:nam Bal.in l.nõ ideo minus,ult.col.C.de
7 accu.dum quærit,*an ſi mandans & mandatarius qui cõueniuntur corã diuerſis poſsint petere perduci ad eundẽ iudicẽ : uidetur concludere, ꝙ nõ.dicit enim,ꝙ uidit iſtam q.de facto, & ita fuit determinatũ, uidelicet ꝙ non habeat locum remiſsio per rationẽ,quia iſti obligãtur quilibet per ſe, & proceſſus cum uno non ualet cum alio.arg.l.cum reus. de cri.expi.hær.& ar.in d.l.j.de quibus reb.ad eundẽ iud.eatur.Item facit Bal.in c.j.ulti.col.de controuer. feud.inter pa.ter.ubi.in illa q.accuſaui percuſſorẽ coram poteſtate, & auxil

auxiliatorem coram Capitaneo &c.
8 primò dubitat,* an titulus ille, de quibus reb.ad eundẽ iudi.eatur, habeat locum in cauſa criminali quo ad remiſsionẽ perſonarũ. & primò dicit, ꝙ debet remitti tota cauſa ad iudicem, qui primò incepit cognoſcere, & ꝙ hoc putat uerũ, nec iudicum diuerſitas perplexitatem inducat. arg. C. de accu. l. qui de crimine. & C. de aſſer. tollen. l. j. in fi. deinde
9 ſubdit, uel dic, ꝙ exceptio* pceſſus pendẽtis nõ obſtat iuriſdictioni, niſi ubi obſtat exceptio rei iudicatę ipſi actiõi. ut de exce. l. fundi. & l. fundũ. quæ dicta Bal. allegat Alex. in addi. in d. l. j. de quib. reb. ad eundem iud. eat. & in d. l. nulli. Fuit determinatũ eſſe locũ continẽtiæ cauſæ ex præeminẽtia & obſeruãtia mag. Curiæ.

SVMMARIVM.

1 *Reus diſceſſurus, & abfuturus conuentus ſeu conueniendus ab aliquo creditore, an teneatur dimittere procuratorem in cauſa ardua, & abſentia neceſſaria. & nu. 5.*

2 *Impedimentum in dubio præſumitur eſſe perpetuum.*

3 *Impedimentum abſentiæ debet eſſe iuſtum, & neceſſarium, & abſque impediti culpa.*

4 *Gratia conceſſa ad beneplacitũ: uel gratia, cuius terminus eſt incertus, dicitur perpetua.*

6 *Teſtes ad futuram rei memoriam ad actoris inſtantiam, an poſſint examinari, ſi reus eſt diſceſſurus ex cauſa neceſſaria, & non teneatur dimittere procuratorem. & nu. 8.*

7 *Teſtes ad futurã rei memoriã utrum examinentur omnes, uel tantum ſenes, ualitudinarij, & abfuturi abſentia longa pro reo. cum in eius poteſtate non ſit ordinare iudicium: uel pro actore in eodem caſu.*

DECISIO CXXIII.

Panhormi.

IN cauſa don Antonii de ſancta pace, cũ Marchione Licodiæ eius nepote ſuper Marchionatu & terris eius. Fuit primò dubitatũ, an ex quo prædictus Marchio ex mãdato Regio eſt receſſurus à Regno, & pe titurus Neapolim, debeat ſuperſederi in cauſa contra eum mota per dictũ don Antonium, an uerò poſſit cõpelli, ad relinquendum ſeu dimittendũ procuratorẽ. Bar. in l. ij. §. ſi quis in iudicio. ff. ſi quis caut. per illũ text. poſt Guil. tenet, ꝙ quando aliquis eſt abſens ex cauſa iuſta & neceſſaria, & eſt reus, non tenetur mittere procuratorẽ. idẽ tenet Bart. in l. j. ff. de diuerſis & temporalibus præſcriptionibus. diſtinguẽs, an impedimentũ ſit breui, uel multo tempore duraturũ. tamẽ diſcuſsio eorũ que per Bar. in d. locis recitantur, & per alios remiſsiuè relatos per Ale. in l. quæſitũ. ff. de re iudi. nõ uidetur neceſſaria in caſu noſtro, ex quo ſumus in cauſa ardua, uidelicet Marchionatus, & in omnibus caſibus in quibus concluditur per Bar. & doct. ꝙ abſens teneatur mittere procuratorem. fallit in cauſis arduis. c. querelam: ubi glo. & doct. de procur. & Iaſ. in d. §. ſi quis in iudicio. allegat multa concordantia ad hoc, ſed nõ reperio doctores ita large loquentes, prout per Iaſ. allegatur. nã Abb. in d. c. querelam. quod eſt etiam de procuratoribus, tenet quòd in reo, ſi impedimentũ eſt perpetuum, tenetur dimittere procuratorẽ: ſi uerò eſt temporale, tunc diſtinguatur

 inter

inter cauſam grauẽ & leuem. Adde, nam impedimentum temporale poteſt eſſe longũ & breue, & cauſa ardua non dimittit procuratorẽ: ſi longum tunc mittit procuratorem, ſaltem ad litem conteſt. ut ſic præſcriptio actori non currat. Car. in cap. ſi ægrotans. v. q. iij. Præterea ſi cauſa eſſet cœpta antequam ſuperueniret impedimentũ, eo caſu tenetur quis dimittere procuratorẽ, etiã in caſibus in quibus aliàs nõ teneretur dimittere. l. eundẽ. §. j. ff. de legatio. gl. & Bar. in l. fi. ff. de in integ. reſt. ſic & ubi eſſet præparata ſciente illo qui uult ſuperſederi, ſecundũ Alex. in d. l. ij. §. ſi quis in iudicio. j. col. allegat Bal. in l. ab eo. C. quomodo & quando iudex. & tamen Alexan. in d. §. ſi quis in iudicio. dum refert Imol. in d. l. quæſitum. de re iudi. dantem intellectum ad d. c. querelam. ut inducat ſpeciale, ꝙ etiã in cauſis arduis cœptis ante impedimentum nõ teneatur quis mittere procuratorẽ, ſi cauſa eſt ardua, ipſe inquam Alexã. poſt relatã dictam limitationẽ ſubdit: uel dicas, ꝙ in cauſis nõ arduis diſtinguitur an impedimentum ſit longo uel breui tempore duraturũ, ut ibi per Bar. ſed in arduis non attenditur illa diſtinctio. d. c. querelã. & iſtud ſibi magis placet: quaſi ſentiat, ꝙ etiam in arduis cœptis, tamẽ ante impedimẽtũ non ſuperſedeatur. Et ſtringendo rem cõtra Marchionem facit primò, ꝗ hic nõ ap-
2 paret* quanto tempore durabit iſta ſua abſentia, & in dubio impedimẽtum præſumitur perpetuũ. ita Imol. in d. l. quæſitum. ff. de re iudi. ar. per l. ſufficit. ff. de condit. indeb. & not. per glo. in Cle. ij. de reſcript. & glo. in cap. fin. de reſcrip. in ſextò. refert Alexan. in d. §. ſi quis in iudicio. penult. col. Secundò facit contra eum: nam iudicium hoc fuit cœptum ante impedimentum, uel ſaltem præparatũ, & ſupradictũ eſt quòd hoc caſu tenetur mittere procuratorem. Si attenderemus uerba Iaſ. iſta duo motiua nõ procederent: nam dicit quòd in omnibus caſibus, in quibus concluditur per Bart. & doct. quòd abſens tenetur mittere procuratorem, nõ habet locũ in cauſis arduis. Item ſi tenemus Imo. in d. l. quæſitũ. relatum per Alexã. ut ſuprà. ſcilicet ꝙ in cauſis arduis cœptis ante impedimentum, non tenetur quis dimittere procuratorem, adhuc non obſtat primum motiuum prædictũ, ſcilicet quòd cauſa fuit cœpta ante impedimentum. Alexã. in d. §. ſi quis in iudicio. j. co. iſtud de cauſa cœpta intelligit, & limitat, niſi impedimentum eſſet modico tempore duraturum. Allegat Cyn. & Ange. in l. cum antiquitus, per illum text. C. de teſt. Item ſi teneremus intellectũ Alexã. ad d. c. querelam. ſuprà recitatũ, non obſtaret primũ motiuum, ꝙ impedimentũ in dubio præſumetur perpetuum: nam quomodocunque ſit, non tenetur mittere procuratorem. Item adhuc ad ſecũdũ motiuũ prædictũ poteſt conſiderari reſponſio alia: nam in cauſa nondũ eſt lis conteſtata. & dicit gl. ſing. in l. ſi quis inſtituatur in diem. in gl. fi. ff. de hære. inſti. quam ſequitur Paul. de Caſt. in d. §. ſi quis in iudic. & Iaſ. ibidem in ult. col. ꝙ in cauſis in quibus impeditus tenetur mittere procuratorẽ, fallit quo ad cõteſtandam litem, & quo ad ſentẽtiã: quaſi illi actus ſint magis

magis ponderoſi. ſed ut ſubdit Iaſ. quem uide, gl. illa improbatur. Ego
3 autē uehementer dubito* an Marchio audiatur petens ſuperſederi. maximè autē uidetur facere contra eum: nam eſto ꝙ cauſa ob quam uocatur ſit iuſta, licet in ueritate ſit dubium, an ſit iuſta, nec conſtet adhuc de iuſtitia ipſius cauſæ, & dubium hoc ſit fortè tolerabile, dico tolerabile ex quo non apparet, an ex ſua culpa abſentia hæc procedat, & hoc reſpectu dixi cauſam iuſtā: nam nō ſufficit cauſam iuſtā eſſe, ſed debet præuenire ſine culpa rei. ſi enim impediretur culpa ſua, puta quia relegatus, teneretur mittere procuratorē. l. Papinianus. de mino. c. intelleximus. de iudi. & not. Abb. in d. c. ij. ij. col. de procu. Attamen dubium eſt, an hoc impedimentū, ſeu iuſsio regia de eūdo Neap. ſit lōgo tēpore uel perpetuo duratura, & ut dictū eſt, in dubio præſumetur ſeu iudicabitur de ea ut perpetua, maximè per gl. in d. c. fi. de reſcr. in ſextò. per quā dicit ibi Gemi. eſſe inferendū ad ſtatuta diſponētia ſuper actus perpetuos, ꝙ includāt etiā actus qui poſſunt eſſe tēporales & perpetui: ſecundum ꝙ caſus accidere poſſet, quādo iſtud cōſtat ex uerbis ſtatuti. Et ex illa glo. not. ibi Bal. ꝙ omnis
4 gratia,* cuius terminus eſt incertus, dicitur perpetua, ſicut aliàs dicitur de gratia cōceſſa ad beneplacitum. refert ibi Phil. pe. co. Pōt cauſa & articulus iſte decidi ex his quæ ponit Bar. in d. l. j. circa fi. ff. de diuer. & tē-
5 po. preſcri. ubi diſtinguit,* an impedimentū ſit paruo tēpore duraturū: ut tunc non teneatur dimittere procuratorē, an ſit duraturū multo tempore: & eo caſu ſi lis nondū conteſtata eſt tēpore impedimenti. & ſuperſedebitur, aliàs nō, per l. eandē. ff. de legatio. & cum Bar. iungantur not. per Imo. in d. c. ij. de procura. in iij. & iiij. co. qui notanter diſtinguit, ꝙ aut impedimentū eſt perpetuū, & tunc nō ſuperſedetur: aut eſt tēporale, & tunc aut modici tēporis, & tūc ſuperſedetur, ſi cauſa eſt ardua, per d. c. ſecundū. ſi leuis, non: aut nō modici tēporis, ſed multi. & eo caſu etiam ſuperſedetur, ſi ſuperuenit imp. ante litē inchoatā, aliàs nō. per d. l. eandē. & per no. per Bar. in d. l. j. Secūdò in eadē cauſa dubitare cōntingit,* an quando non teneretur 6
Marchio relinquere procuratorē, poſsit dictus don Antonius actor petere, ꝙ examinentur dicti ſui teſtes, ſaltē ad futuram rei memoriā, non ſolū ſenes ualetudinarii, & abfuturi longa abſentia, ſed omnes: ſicut dicimus in reo. Bar. in authen. ſi quis. aliàs, ſed & ſi quis ab aliquo. facit differentiā inter actorē & reū, ꝙ reus, uel is qui poteſt eſſe actor, & reus, poſsint indiſtincte examinari facere teſtes ad futuram rei memoriam, & publicari. Albe. in d. authen. ſed & ſi quis. uerſic. item fallit, hoc ſentit. tamen non aperit an in caſu tantum, quo actor habet in poteſtate ſua agere, illud ſit. Actor uerò ut tangamus caſum noſtrum qui impeditur agere, ut quia pendebat conditio obligationis, ſiquidē poterat ſibi actio ſuperuenire, etiā ſine teſtium examinatione, & nō potterunt eo caſu teſtes ſui recipi ad futuram rei memoriā, niſi adſit timor mortis, uel abſentiæ diuturnæ. & ſic uidetur intelligere. l. in leg. Aqui. ſi

s 3 de

deletũ.ff.ad leg.Aquil. & licet Bar. clare ita nõ dicat: tamen doctores omnes eũ referẽtes ibi, & in c.ſignificauit.de teſtibus.hoc modo ipſum referũt intellectualiter magis quàm uerbaliter. Ang.in d.auf.ſi quis.tenet in hoc cũ Bart.& eum ſequitur, ut ſcilicet actor etiã ſi non ſit in ſua poteſtate agere, non poſsit petere examinationẽ teſtiũ, niſi dubitetur de morte uel abſentia. in hoc tamẽ tenet cõtra Bart.uidelicet, ꝙ in iſto caſu quãdo in dubio mortis, uel abſentiæ fiet examinatio, fiet etiã publicatio.Bal.ibidẽ ſequitur Bar.ſubdit tamẽ in vj.col.uer.circa cuius intellectum, ꝙ quãdoque timetur de perditiõe totius probationis, quandoque de perditione probationis per quoſdam teſtes, puta ſenes &c. Exemplũ de primo, in actore habẽte ius cõditionale uel in diẽ longũ: nã in tanta tẽporis mora naturaliter eſt poſsibile, ꝙ omnes teſtes moriantur: tũc teſtes omnes ſecundum eũ recipiẽtur & publicabũtur.Exemplum de ſecũdo in actore: nã de eo loquimur, quia poteſt eſſe, actorem timere ratione quorundã teſtiũ determinato modo, ideſt ad quoſdam teſtes: ita ꝙ non ad omnes alios, cũ forte habeat, uel habere poſsit plurimos, qui poſsint teſtificari, tũc non omnes recipiũtur: ſed tantum hi, de quibus eſt timor, & iſto caſu nõ publicãtur.allegat Nico.de matt.Imo. c.ſignificauit.iij.col.ſequitur ſimpliciter Bar.Feli.in d.c.ſignificauit.ſequitur etiã Bar.in ult.col.uer.ſecũda
7 cõcluſio.* At Abb.in eo.c.ſignificauit.dicit in pe.col.ꝙ cõtrariũ ſentit gl.in d.c.ibi, quãdoque &c.& quòd apertè contra opi.Bar.ſentit Imo.in c.quoniã freq.in uerſi.abſens.ut lit. nõ cõteſt.& Io.An.in Spe.de teſte.§. nũc tractemus.in add.in c.itẽ quero. & ꝙ Ant.de But.hoc ſequitur cõtra Bar.ut ſcilicet quãdo nõ eſt in poteſtate actoris agere, oẽs teſtes recipi debeãt, & hanc partẽ putat ipſe ueriorẽ, & magis cõſentaneã literæ illius.l.in le.Aqui.& dicit ꝙ æquitas maximè illã ſuadet. cum enim non poſsint agere de præſenti, & nihil incertius hora mortis, ęquũ eſt ſubueniri prout ibi dicitur: cũ nullũ in hoc, ſed in cõtrario periculũ eſſe poteſt, & adducit pro hoc gloſ.in d.c. quoniã.in uer.ſubtrahãtur.quę dicit ꝙ ſi dubitatur an teſtes uariẽt dicta ſua propter morã, ſunt recipiẽdi. Cũ ergo dicit ipſo tẽpore cõditionis, uel diei exiſtentis poſſent teſtes dicta ſua uariare, uel fortuitis caſibus nõ ſupereſſe, eſt merito prouidẽdũ. uide gl.Neap.in cõſuet.idẽ in inſtrumento.xix.Io.in uerſ.geſta.in tit.de inſtr.conf.procur.Neap.Salyc.quoque in d.auth.ſed ſi quis.ij.co.dicit. addũt moderniores, ꝙ ſicut ex parte rei oẽs examinantur ex eo, quia in eius poteſtate nõ eſt ordinare iudicium: ſic ex parte actoris oẽs ſunt examinãdi, quãdo nõ eſt in eius poteſtate ordinare iudiciũ: ut ſic tunc per omnia idẽ cenſeatur in actore, qđ in reo: dicit eſſe notandũ. Alexã. quoque cõſi.cciij.dicit hęc uerba, & licet quando teſtes producuntur ex parte rei, & in quib⁹ etiã caſibus ex parte actoris poſsint recipi teſtes, nõ ſenes, nec infirmi, nec abſentes, etiam quo ad publicationẽ.ut plene not.in c.ſignificauit.de teſtibus. & per Io.Andr.poſt Spec.in titu.de teſte.§.nũc tractemus &c.ex quibus uide

uidetur ſentire dictã cõformitatem. Are.in d.c.ſignificauit. dicit in pen. col.ꝙ forte opi.Bar.de iuris ſubtilitate eſt uerior,licet alia ſit æquior & cõmunior, quam etiã approbat ſecundũ eum Sal. in d.aut.ſed ſi quis. & ſuprà relatũ eſt.Fuit cõpoſita res, quòd in quatuor mẽſes nihil poſsit fieri,niſi examinari facere teſtes ſtãtes in periculo mortis,poſt quatuor menſes poſsint examinari oẽs teſtes ad futurã rei memoriã,& etiã procedi in cã principali,prout iuris erit.

SVMMARIVM.

1 *Baro quãdo punire poſsit uaſſallos rebellantes à ſua obedientia ad Cæſarem, impedientéſque introituũ exactionem.& nu.11.*

2 *Iudex in cauſa propria nullus eſſe poteſt inferior à Principe,etiam aduerſario uolente.*

3 *Barones, & Communitates non poſſunt cognoſcere de cauſa, quæ uertit inter eos & eorum ſubditos:nec alijs committere.*

4 *Notorium delictũ contra ſuperiorem etiã à Principe inferiorẽ,ubi ſit certa & terminata pœna, cognoſcitur, & punitur ab eo.fallit ut infrà.nu.6.*

5 *Pœna poteſt minui,& augeri ex cauſa cognita in omnibus criminibus etiam ordinarijs, & habentibus ordinatam pœnam.*

7 *Notorium aliud eſt facti permanentis & aliud facti tranſeuntis,quod indiget probatione:& multa dicũtur notoria,quæ non ſunt.*

8 *Iudex ut ſuſpectus recuſari poteſt,maximè in recipiendis probationibus notorij facti tranſeuntis.*

9 *Iniuria illata in perſonã iudicis an ſit realis reſpectu dignitatis, an perſonalis,cognoſcitur ex inferentis uolũtate. Iniuria non realis reſpectu dignitatis illata,nec perſonalis, punitur ab ipſo iudice ſi ſit ordinarius dato adiuncto.eo.nu.*

10 *Baro recognoſcẽs ſuperiorem actu & poteſtate, an poſsit conſtituere iudicem ordinarium in cauſis ſuis abſque ſuperioris authoritate.*

11 *Clericus cõuentus à Prælato opponens ſe nõ eſſe de iuriſdictione ſua,uel non debere ſibi ad decimas, oſtendens ſup hoc inſtrumentũ, uel teſtes, uel alias probationes,an poſsit excõmunicari.*

DECISIO CXXIIII.

Panhormi.

1 IN cauſa Domini Comitis Calatabellorũ cum ſuis uaſſallis de Binona. Fuit dubitatũ,an ipſe poſsit procedere ad punitionẽ uaſſallorũ prędictorũ,qui rebellarunt terram à ſua obedientia, prætendẽdo ſe eſſe Cæſarianos, impediuerunt quoque ſuorũ introituum exactiones.imò & filios ceperunt. Et quidẽ regula eſt:
2 * ꝙ nullus inferior à Principe põt eſſe iudex in cauſa propria.l.qui iuriſdictioni.cũ ibi no.ff.de iuriſ.om. iud.& in rub.& nigro.C.ne quis in ſua cauſa.nec poteſt in cõtrariũ diſponi per conſtitutionẽ inferioris à principe.ut nò.Abb.in c. in geneſi.iij.no.de elect.ubi notãter ſubdit, ꝙ nõ poterit eſſe iudex etiã aduerſario uolente. per not.in l.pe.ff.de arb.& idẽ not.Abbas in c.cũ ueniſſent.pen.col.de iud.licet ibi Decius cõtra in v.col.& procedit hoc etiam ſi quis regia præfulgeat dignitate, & uoluit Old.cõſi.cxxiiij.allegat in arg.§.tutoris. inſtit.de tuto. & l.primam.§.de qua re.ff.de poſt.quæ omnia affert Sozi.in conſi.xcvj.uerſ. tertiò quia dicit.vj.colũ.ſed quoniã

contra hanc regulã adducũtur aliqua, diſcutiamus illa breuiter. Et ad propoſitũ illa. l. qui iuriſd. Bart. in j. col. not. cõtra cõmunitates & Barones,
3 nes,* ꝙ non poſsint cognoſcere de cauſa quę uertitur inter ipſos & eorum ſubditos: & ꝙ nec poterãt aliis committere, & de materia habetur plene per Abb. in c. cũ ueniſſent. de iud. & ibi Feli. per Saly. in l. j. C. ne quis in ſua cauſa. per Phili. de Fr. in c. j. de pœ. in vj. per Ancha. in c. j. de maled. per Car. Alex. in c. ſi quis erga. ij. q. vij. Abb. in c. dilectus. de pœ. & aliquid per Ang. in tra. mal. in uerbo, hæc eſt quædã inquiſitio. xvj. co. uer. quæro an iudex. Primò addu-
4 citur* quòd dicta rebellio & inobediẽtia fuit notoria, & ubi delictum cõtra ſuperiorẽ eſt notoriũ, etiã ſi ſit inferior à Principe, poteſt ipſe cognoſcere & punire. c. ſi quis erga. c. ſi quis ab epiſcopo. ij. q. x. Bart. in l. ſi quis. §. ſi quos. ff. de pœ. poſt Cy. in d. l. j. C. ne quis in ſua cauſa. Inn. in. c ex parte. de uerb. ſig. Et uide Pau. de Caſt. in d. l. j. C. ne quis in ſua cauſa. ubi referẽdo Cy. dicit ꝙ in notoria diſtinguitur an ſit in iniuriã officii an nõ: ſed in nõ notoria indiſtincte tenet ꝙ non cognoſcit. Sed ad id poteſt reſponderi, primò quia quãdo delictum eſſet notorium, adhuc requiritur aliud, ſcilicet, quòd ſit certa & determinata pœna, ſecus ſi ueniret declarãda arbitrio iudicis. Inno. in c. propoſuit. de app. refert & ſequitur Phil. de Fr. ibidem. iij. col. Abb. in c. dilectus. de pœn. & in c. ex parte. de uerbo. ſigni. & ibi Anto. de But. mod. in l. qui iuriſdi. præallega-
5 ti. In hoc caſu eſſet uidendũ,* an delicta hæc habeãt certam pœnam. illud conſtat quòd in omnibus criminibus etiam ordinariis & habẽtibus etiam pœnam ordinatam, iudex poteſt augere uel minuere ex cauſa cognita, ut no. Bar. in l. hodie. ff. de pœnis. debet ergo pœna eſſe talis, quæ iuncta cum notorietate non poſsit augeri, nec minui. Et no. in prop. ter minis Phil. Decius in d. c. cum ueniſſent. iiij. col. de iudi. Secundò re-
6 ſponderi poteſt * quòd etiam ſi pœna eſſet certa, tamen quando ueniret imponenda, ratione proprii intereſſe, tũc poterit recuſari iudex in cauſa propria is, ad quẽ pœna applicanda eſt. ita notanter determinat Saly. in d. l. j. C. ne quis in ſua cauſa. iij. col. allegat. l. ſenatus. in fin. ff. de offic. præſidis. in hac cauſa Comes ipſe habet emolumenta pœnarum,
7 ergo &c. Tertiò reſpondetur* ꝙ in terminis noſtris delictum debet eſſe notoriũ notorietate facti permanentis, ut quia in ipſo actu iudex pronunciaret, & nõ ſufficit quòd ſit facti tranſeuntis: cum tale notorium indigeat probatione, ut per gl. ij. q. j. de manifeſta. & multa dicantur notoria quæ non ſunt. c. conſuluit. de
8 app. & *in ipſis probationibus recipiendis iudex poſſet grauare partẽ. Ideo ut ſuſpectus recuſabitur. ita not. Phili. de Fr. poſt Abb. ibi in d. c. propoſuit. de app. loquens in ſuſpicione iudicis. at in terminis in iudice iudicare uolẽte in cauſa propria not. Decius. in d. c. cum ueniſſent. v. col. Secundò pro d. Comitis parte
9 aſſertur: nam dicta Regula* non habet locum quando iniuria ſeu delictum non reſpiceret perſonam, ſed dignitatem iudicis, ut not. Cy. in d. l. j. & Saly. ibi. Inn. in d. c. ex parte. de uerb.

uerbo.ſign.tunc enim debet ei dari adiunctus ſi eſt ordinarius,ut in d.l. j.per Cyn.& per Ioan.And.in c.j.de maled.& not. Phili.de Fra.in c.j.de pœnis.in vj.ij.colũ.Dicitur pro Comite, quòd iſta rebellio, & alia patrata per uaſſallos non ſunt cõmiſſa contra perſonam, ſed contra dignitatem. Ad hoc reſponderi poſſet ex his quæ no.do.Abb.in c.cum ueniſſent.de iudiciis.pen.colum.dicit enim eſſe conſiderandũ principale propoſitum, an ſcilicet quis intendat principaliter inferre iniuriam dignitati,ut quia principaliter non habet reſpectum ad perſonã,& tunc erit realis, nam iniuria cognoſcitur & diſtinguitur ex uolũtate inferentis,ut in c.cum uoluntate.de ſenten. excom.& ff. de iniur. l. qui iniuriarum. uideatur ergo animus uaſſallorum, & nedũ animus, ſed factum: nam deliquerunt in dominium Comitis,dicendo ſe non eſſe eius uaſſallos,ſed demaniales. item in perſonas filiorum eos capiẽdo. Item in iniuriam ſeu honorẽ Comitis,ut apparere põt ex informationibus. Et pro hac reſpõſione facit aliud:nam eſſe illos de demanio, uel non, uel aſſerendo ſe eſſe de demanio iuſte an iniuſte aſſeruerint, eſt uertendum & diſcutiendũ in hoc iudicio, quod ſpectat ad intereſſe.d. Comitis. Tertiò pro d.Comite allegatur quod not.Bal.in c.j.ij.col.de in-
10 ue.in mari.facta. dicens *quòd & ſi aliquis recognoſceret ſuperiorem, tamẽ poteſt in ſuis cauſis conſtituere iudicem ordinariũ.uerbi gratia, ſtatutũ eſt in ciuitate Peruſiæ,ꝙ iudex portæ Suſannæ ſit iudex ordinarius in quibuſcunque cauſis uertentibus inter cõmune uel fiſcum,& priuatas perſonas.& allegat gl.in l. ij.C.de ſent.quæ ſine cer.quãti.profe.ſed idem Bal.in d.l.ij.ult.col.hoc nõ tenet:imò dicit ꝙ in ciuitate nõ putat, ꝙ poſsit facere hoc ſine authoritate ſuperioris,qui ſit ſuperior actu & poteſtate.& tenet contra illã gl.& Saly.ibidẽ intelligit illam glo. ꝙ loquatur localiter, quia ita erat in illa ciuitate. Et Ang.intelligit ibi in officiali qui pręſidebat ius dicendo toti prouinciæ, ſicut eſt in prouincia Marchiæ & Ducatus Patrimonii. Quartò adducebatur Bar. Veronen.in conſil.xvij.ubi conſulit quòd dominus Fauentiæ uallis Hamonis. defenſ. & protector ſanctæ Ro.eccle.in temporalibus Vicarius generalis potuerit per ſe, uel per ſuum iudicẽ procedere ad confiſcationem bonorũ,& ſententiam condemnatoriam cõtra nonnullos,qui uoluerant ſibi auferre fortilicium Calamelli, ut ſic in cauſa propria iudicaſſe potuerit contra ſubditos. Sed in illo cõſil.uerbum nullum de iudicando in cauſa propria, nec de hoc ibi fuerat oppoſitum : imò ibi in v.colum. dum uult dictus doctor probare, quòd illi cõmiſerunt crimen læſæ maieſtatis,põderat & cõſiderat,quòd ille.D.recognoſcebat fortiliciũ ab eccleſia Rom.tanquam eius Vicarius,& quòd delinquentes uolendo auferre, uel auferendo à Vicario pontificis,ſeu eccleſiæ Romanæ, uidentur uoluiſſe auferre ab eccleſia Romana,& ſic delictum uidetur eſſe commiſſum ibi contra dignitatem,& contra eum ut Vicariũ. Quintò pro do.Comite facit Luc. de penna in l.coloni. C. in quibus

cauſis coloni cēſiti.lib.xj.iiij.col.cuius uerba ſunt hæc,uidelicet:tertiò quęritur,q̄d ſi uaſſallus inferat iniuriam Domino ſuo,qui habet in eū iuriſdictionē,& merum imperiū:an poterit ab ipſo proinde puniri?uidetur ꝙ ſic.ff.ſi quis ius dic non ob.l.j. econtra ꝙ non,ſupra nequis in ſua cauſa iudicet.in rubro & nigro cōcord.Videtur dicendū,ꝙ aut iniuria tāgit dignitatē ſui dominii,puta Comitatus,aut alterius dignitatis, aut non:ut primo caſu poſsit eā punire, ſecundo uerò nō,pro his uide quod legitur.& not.ij.q.viij.ſi quis ab epiſcopo.& xxiij.q.iiij.inter querelas, cū concor.& quod not.Inn.extra de uer.ſig.ex parte.& de pœ.c.dilectus. uel dic clarius,aut ex iniuria huiuſmodi ſua iuriſdictio impeditur,aut non:ut primo caſu poſsit,ſecūdo uerò non.& hoc uerū in iniuriis nō notoriis,& manifeſtis:nā ſi iniurię notoriæ ſunt,& manifeſtæ, uidetur ꝙ illas punire poſsit ordinarius ſibi uel ſuis illatas,etiā ſi eius iuriſdictio non impediatur.de pœn.c.j.in fi.li. vj.& uide quæ ſcripſi ſuprà.de decur.l.quinq;.hāc materiam diffuſius tractat Cy.ſ.nequis in ſua cauſa.l.j. iij.q.hæc Lucas. Et pro Comite facit etiā Innoc.in c.ex parte.de uerb.
11 ſig.ij.col.ubi tenet* ꝙ quādo cōuentus à Prælato quis diceret,ego non ſum de iuriſdi.tua.ego enim ſum à te exēptus,uel non debeo tibi hæc iura,puta decimas parrochiæ &c.& oſtēderet ſuper hoc inſtrumētū,nō cognoſcet epiſcopus,ſed debet de ſuo iure agere cōtra ſuperiorē:ſed ſi non oſtendit priuilegiū,ſed dicat ſe habere priuilegiū,uel inſtrumētum alibi,uel teſtes,uel probationes alias:tūc ſi id quod petitur à Prælato eſt notorium de iure uel de facto ſibi deberi,ut quia petit decimas ſuæ parrochiæ,poterit eum excōmunicare.Inno.c.dilectus.de pœnis.dicit ꝙ quis nō debet eſſe iudex in cauſa ſua,niſi turbaretur eius iuriſdictio. Mihi uidetur ut etiam ſuprà tetigi, debere in facto conſiderari an delicta iſtorū tangāt dignitatē principaliter,an perſonā:& ideo dixi pōderanda uerba doctorū. Cy.in d.l.j. nequis in ſua cauſa.iij.col.utitur his uerbis,aut iniuria eſt illata obtentu dignitatis,aut ex inimicitia perſonali.ſi dignitatis obtētu,poteſt inquirere & punire:ſi uerò illata ſit iniuria ex inimicitia perſonali,licet ſecundario pertineat ad dignitatem, præualet principale,licet iniuria perſonalis,& hoc caſu nō poteſt punire.Bart.in d.l.ſi quis.§.ſi quos.referens Cy.utitur his uerbis,uidelicet: ſiquidē delictū cōmittitur cōtra officium principaliter nō cōtra perſonā,tūc poteſt procedere,& punire: ſi uerò delinquitur contra perſoná, tunc nō poteſt procedere.Saly.referens Cy.in d.l.j.nequis in ſua cauſa, dicit.Aut delictum eſt cōmiſſum cōtra officiū,uel in cōtumeliā dignitatis tantū,aut ratione inimicitię perſonalis.primo caſu &c.Abb.in d.ca. cum ueniſſent.referēs doct.dicit in iiij.col.ſi tāgitur perſona ſua principaliter,nō poteſt eſſe iudex,aut cauſa principaliter ſpectat ad eccleſiam ſuā,ſeu iniuria tangit dignitatē ſuā principaliter,& tunc poteſt eſſe iudex.Deinde in ſequē.colū.loquitur, ut iam ſuprà relatū eſt.Fuit decretū
12 *quòd Prorex ponat unū iudicem, & Comes aliū,qui procedant in cauſis uſq;

ſis uſq; ad expeditionem excluſiue, ſuſpenſis proceſsibus factis per Comitem,& tūc ſac.Conſi.uiſo proceſſu fabricando uidebit ſi cauſæ ſpectabunt ad Comitē,uel ad Regiam Curiam.& hoc fuit ideo factū,ut uideri poſsint cauſæ,ſuper quibus eſt procedendū,an in eis ſit offenſa dignitas,& quomodo.

SVMMARIVM.

1 *Pecunia, & labor recipiunt diuiſionem.*

Salarium nō debetur officiali niſi pro tempore, quo ſeruiuit: eo.nu fallit, ut infra.nu.4.5.6.& 7.

2 *Officialis mortuus infra tēpus officij debet habere integrū ſalarium, quod tranſmittit ad hæredes.*

3 *Aſſeſſor mortuus in officio an debeat habere ſalarium integrum.*

8 *Officialis ad beneplacitum impeditus officium exercere, an debeat habere ſalarium integrum, an pro illo anno quo incipit.*

DECISIO CXXV.

Panhormi.

IN CAVSA Magnifici Andreo ctæ de Auguſtino rationalis Regni Siciliæ prætendentis deberi ſibi ſalarium ſui officii à tēpore expulſionis don Hugonis, nō obſtante ꝙ nō iuerit cū eo Meſſanam, nec ſeruiuerit per menſes circa ſex. Re-
1 gula eſt* quòd officialis nō debeat habere ſalarium, niſi pro tempore, quo ſeruiuit, quoniā labor & pecunia recipiunt diuiſionē.l.Scio amico.ff.de annuis leg.in princi.quam ad hoc allegat Bart.in l.diē functo.ij.& iij.col.ff.de offic.aſſ.& facit.l.ſi uno.§.item cum quidā.ff. loc. Vide Abb.in c.fi.ij.col.de iudi.quòd officialis ad annū uel certum tempus ſi non potuit toto illo tēpore exercere officiū, etiā ſine culpa ſua, nō poteſt petere illud pro tempore ſequēti. Et loquor de officiali uiuēte,* nā 2
de mortuo infra tempus officii clarum eſt ꝙ trāſmittit ſalariū ad hæredes, etiā* pro tēpore quo non po- 3
tuit ſeruire. Bar. in d.l.j.in fi.& bene per Alex.ibi.vij.col. facientē differētiam inter poteſtatē,& aſſeſſorē,& diſtinguentē, quē uide. Fallit pri-
4 mò.d.Regula,* quando eſſemus in officio reſpiciente ſeu requirēte ne dum laborē, ſed etiā probitatē ſcientiæ uel intellectus, quoniā tūc ſi ob caſum in ſua perſona cōtingentem puta infirmitatē impeditur ſeruire, debebit habere ſalarium. Bart. in l.j. §.diuus.iiij.colū.uer.quartò quæro. iunctis dictis per eū ibidē in iij.col. uer.ſecundo caſu.ff.de ua.& extraord.cog.in quibus locis Bar.loquitur quādo operæ non poſſunt præſtari caſu fortuito, quem caſum applico tam morti, quàm infirmitati.
5 Fallit ſecundò* quādo in ciuitate in qua quis debebat exercere officium inſurgeret tyrannus, uel aliqua ſecta, uel aliquid fit, ex quo rector nō poſſet remanere, quoniā tunc debet habere totum ſalariū. ita Bar. in d.§. diuus.v.col. dicens ita fuiſſe obſeruatum Bononiæ in perſona.d.Iaco. de gabrielibus, quādo uenit ibi legatus,& ꝙ idē fuit obſeruatū Piſis.
6 Fallit tertiò* quando ſine ſua culpa officialis ſtaret detentus, debebit enim etiā pro illo tēpore habere ſalarium. Ioā.de plat.in l.j.C.de re mi.
7 lib.xij. Fallit quartò.d.reg.* quando quis ſe abſentaſſet cum licentia ſuperioris, etiam pro ſuis negociis peragendis: interim enim cōſequetur ſa

tur ſalarium.l.hac lege.& ibi etiam Ioã.de pla.C.de proxi.ſac.ſc.lib.xij. Ad caſum noſtrũ ſumus in officiali ad beneplacitum.Bart.in d.§.diuus.
8 uer.ſecũdo caſu,dicit:* quòd ſi erat fienda una prętatio,debetur totum ſalariũ,per illũ tex.& in l.legatus.§.j.ff.de legationibus.ſi uerò annua, debetur pro illo tãtũ anno quo incipit.l.poſt duos.C.de aduo.diuer.iud.& Bar.ibidẽ.v.col.uer.ſed quid dices, æquiparat huic ultimo caſui officialem ad beneplacitũ:ut ſcilicet debeat habere pro primo anno tantum.In facto præſupponitur ꝙ ob nouitates euẽtas Panhormi hic magnificus non potuerit ſtare in officio,tamen inculpatur ꝙ debuit ire Meſſanam cũ Prorege,quo acceſſerunt alii rationales cũ officio:ipſe dicit,quòd ſi nõ iuit Meſſanam,minime ſtetit Panhormi,nec participauit cum aliis,& ꝙ dubitabat accedere Meſſanam,& relinquere familiã Panhormi.Cæſarea Maieſtas ſuper hoc ſalario ſcripſit quaſdam literas in effectu,ꝙ daretur ſibi ſalariũ debitum,ſi nõ participauit in tumultu Panhormitano.dubitabaſ, an illud uerbum debitum referatur ad tẽpus quo ſeruierat,an ad tempus etiam quo non ſeruierat.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis unus omni exceptione maior facit indicium ad torturam.*
2 *Conatus ut puniatur debet actus eſſe multũ principaliter propinquus delicto,& quaſi de eius eſſe,& quaſi pars eius intrinſeca,uel ubi eſt res exẽpli pernitioſi.& nume.9.*
3 *Seruus in facto ſuo torqueri non poteſt abſq; indicijs.& nume.17.*
4 *Indicia requiruntur etiam in crimine læſæ maieſtatis,poſito quòd iudex habeat liberũ arbitrium in criminali.*
5 *Pœna ſemper eſt commenſurãda delicto.*
6 *Tortura grauior eſt pœna,quàm utriuſq; manus abſciſsio.*
7 *Seruus mori debet ſi dominus occiditur in ſua præſentia:& non clamat, nec auxiliatur.*
8 *Seruus teſtis confitens contra alium torquetur,etiam ſi indicium nõ aſcendat ad ſemiplenam probationem.*
10 *Seruus torqueri poteſt a domino,uel ab hærede domini occiſi ad eruendam ueritatem,moderatè tamen.*
11 *Indicium ſufficit,licet minus ſit quàm ſemiplena probatio contra perſonam uilem.*
12 *Seruus punitur grauius quàm liber in pari delicto,ubi pœna eſt corporalis.*
13 *Inquiſitus uel accuſatus utrum abſolui debeat, an in aliquo condemnari ex ſemiplena probatione in delicto, in qua pœna eſſet arbitraria:& tortura locum non haberet.*
14 *Semiplena probatio,uel plusquàm ſemiplena in delictis quid operatur.*
15 *Pœna minor imponitur ubi proceditur ex præſumptione.*
16 *Serui poſſunt deportari cum nõ habeant libertatem,nec ciuitatem.*

DECISIO CXXVI.

Panhormi.

IN CAVSA Ioannis nigri ſerui domi.Anto.de plathamone carcerati,& per dominum petiti torqueri:ex quo per unum teſtẽ conſtat,ꝙ ipſe ab eodem teſte pluries quæſiuit auxilium ad fugã:ex quo uolebat interficere dominum offerendo ſibi pecuniã domini. Si pœna* hu- 1
ius conatus eſſet à deportatione citra incluſiue,eſſet clarũ quòd haberet

ret locum tortura: ex quo per unũ teſtẽ, iam ſimpliciter probatũ uidetur de hoc conatu, ut ſic ſit indicium ad torturã, ſecũdũ Bar. in l. fi. iij. col. ff. de quæſtio. & in l. mariti. eo. tit. & Bal. in c. ſacramentũ. ij. col. in princi. de conſue. rec. feu. dũmodo ſit probatæ uitæ & opi. ſecũdũ Bal. ubi ſ. & omni exceptione maior ſecundum Ang. in l. fi. in fi. C. de accuſa. & idoneus ſecundũ Bart. in d. l. maritus. ij. col. de quæſt. Quòd hic nõ ſit niſi pœna arbitraria, & quòd tortura locum nõ habeat, & ſic pro ſeruo, facit quod not. Bal. poſt Cy. in l. ſi quis nõ dicã rapere C. de epiſc. & cle. vj.
2 col. dum dicit* quòd in grauioribus delictis aut eſt deuentũ ad actũ uerbi, & delictum nõ punitur tanquàm pro conſummato, ſed extraordi. id eſt, minori pœna. l. j. de extraor. crimin. aut proceſſum eſt ad actum facti, & tunc ſi quidẽ ad proximum & immediatũ, & punitur pro conſummato. l. is qui cũ telo. C. ad l. Cor. de ſic. ſi uerò ad remotum, minus punior, quàm ſi cõſummaſſem, in hoc ultimo capite ſumus. uidetur enim eſſe iſte actus remotus: & idẽ etiam tenet Saly. in d. l. is qui cum telo. iij. col. dum loquitur de actu nõ proximo cõſummationi. & facit quod dicit Bal. in d. l. ſi quis nõ dicã rapere. iij. col. ꝙ ad hoc ut conatus puniatur, actus debet eſſe multũ principaliter propinquus delicto, & quaſi de eſſe eius, & quaſi pars intrinſeca eius. Facit etiã pro ſeruo quod no. Saly. in l. interrogari. C. de quæſtio.
3 dicens* ꝙ quãdo ſeruus interrogatur de ſuo facto, & negat, ei nõ creditur, ſed ad tormenta recurritur: & tũc indicia ſunt neceſſaria per l. pri

mam. ff. de quęſtio: & hoc tenet glo. in l. quicunq;. in uer. interrogatione. C. de ſer. fug. & d. Paris in uerſi. tortura. §. an ſtetur. uerſic. an domi-
4 nus. Facit tertiò,* nam etiã in crimine læſæ maieſtatis requirũtur indicia ad torturã. tex. glo. Cy. Bald. & Saly. in l. ſi quis alicui. C. ad l. Iul. maie. etiã ſi iudex habeat liberum arbitrium in criminali. Alex. in l. filiusfa. in quinta poſtilla. ff. de donat. allegat Pau. de leazar. in cap. grauis. de
5 depoſito. Facit quartò:* nã pœna eſt cõmenſuranda delicto. text. & ibi Bald. in authen. omnes peregrini. C. cõmunia de ſuc. ſed tale delictũ habitum pro non cõſummato, nõ uidetur tale quod ingerat pœnam tor-
6 tura maiorem.* Grauior enim eſt tortura & eius pœna, quàm utriuſq; manus abſciſsio, ut habetur in authen. ut nulli iud. §. fi. At pro cõtraria parte, & ſic cõtra ſeruum pro domino, facit primò text. in l. j. ff. ad Sylla. in prin. ubi ad ſciẽdũ quis interfecit dominũ in domo repertum occiſum, torquentur ſerui eius, ergo multo fortius quando ipſe ſeruus
7 hoc attentauit. Facit ſecundò:* nã quando dominus in præſentia ſerui occiditur, & ſeruus nõ auxiliatur, nec clamat, debet mori. d. l. j. §. potuiſſe. §. cũ dominus. & §. tuliſſe. ff. ad Sylla. ergo multo magis in dicto caſu debet ſolum torqueri. Facit tertiò text. in l. diuus. ff. de quæſt. ubi etiam in cauſa pecuniaria ſeruus in ſubſidium probationũ torquetur. hinc Barto. in d. l. j. §. ſi ſeruus. ff. de quæſt. dicit ꝙ liberi homines nõ ita de facili torquẽtur, ſicut ſerui. & facit. l. ſerui. ff. de teſtib. Facit quar-
8 tò: nã* ad torquendũ teſtẽ ſeruum conſi

confitentẽ cõtra aliũ, ſufficit etiã indicium nõ aſcendẽs ad poteſtatem ſemiplenæ probationis. Fulg. no. ad hoc glo. primam. in l. cũ probatio. ff. de probatio. ſuper illa autem gloſſ. uide Salyce. in d. l. interrogari. C. de quæſtio. poſt glo. ibi. Facit quintò
9 l. ſi quis ſeruo. C. de furtis. ubi* conatus punitur pro facto, & ratio ibi datur, quia res erat pernitioſi exempli. & no. ibi Saly. quòd quando res eſt pernitioſi exẽpli, punitur factũ, licet non ſit perfectum. Ita etiã eſſet in caſu noſtro: ut ſcilicet coerceantur ſerui ab occiſione dominorum: licet Saly. ibi per uerbum maximè, ſubdat, maximè quãdo animo delinquentis cenſebatur eſſe perfectũ, ut ibi erat: quod in caſu noſtro iam habetur pro abſoluto in facto. Facit
10 ſextò: * nam dominus ipſe poſſet ſeruum ſuũ torquere ad eruendam ueritatẽ, ut dicat eos qui ſibi inſidiati ſunt, ut dicit tex. in l. & ſi certus. §. fin. ff. ad Sylla. & dicit ibi Ludo. Ro. prout refert. d. Paris in loco præallegato: ꝙ poteſt hæres defuncti occiſi ſeruos non terribiliter torquere. ſed paruis tormentis afficere, ut dicant ea de quibus iudici reſultẽt indicia ad torturam. ar. l. liber homo. & l. ueracius. §. ſi ſeruus. ad leg. Aql. Facit ſeptimò Bal. in l. fi. ulti. colũ. C.
11 de probatio.* dum dicit quòd in uili perſona ſufficit indiciũ, licet eſſet minus quàm ſemiplena probatio.
12 * Et ꝙ in pari delicto ubi pœna eſt corporalis grauius punitur ſeruus quàm liber. l. Pedius, cum concord. de incen. ruina. nauf. Bart. in l. quæ-
13 dam. ff. de pœnis. Siquidem * eſſemus in perſona non uili, in perſona libera, ex quo eſt delictum, in quo pœna eſſet arbitraria, & forte ultra deportationem non haberet locum tortura per dicta ſuprà. Quid autem tunc eſſet fiendum, an debeat accuſatus uel inculpatus abſolui, an in aliquo cõdemnari? quidam dicũt quòd cõdemnari ex illa ſemiplena probatione per doct. Bald. in d. l. fin. ult. colum. C. de proba. ibi, quædam eſt probatio quæ in ciuilibus. ubi
14 uult, * quòd quãdo eſſet aliqua probatio, quæ coniuncta ſemiplenam probationem excederet, & non adminicularetur ei confeſsio, uel quia qualitas perſonæ hoc non pateretur, uel quia cum hoc ſit cõmiſſum arbitrio iudicis, iudex non uult torquere, uel quia reus abeſt, uel quia ſtatutum prohibet, tunc non poteſt imponi pœna corporalis: quia propter inopiam probationũ minuitur pœna, hoc eſt quia non poteſt plus puniri in criminali quàm condẽnari in ciuili. & ſubdit eſſe ſententiam
15 Inn. * quòd ubi proceditur ex præſumptione, imponatur minor pœna: & propter hoc dictum dicebant præfatum ſeruum non torquendum, ſed per unum teſtem debere condemnari, mitiori tamen pœna, quàm eſſet illa arbitraria, quæ ueniret imponenda ob delictum non conſummatum. Sed uereor an dictum Baldi haberet locum in caſu noſtro, duabus rationibus: Prima, Bal. loquitur quando extat plus quàm ſemiplena, quod hic nõ eſt. Secũda eſt quia hic ſumus in ſeruo, in quo forte non inconueniret procedere ad torturam ex argumentis prænarratis, cum delictum etiam non conſummatum: & tale in ſeruo debeat haberi pro conſummato, uel ſi eſſet pu

ſet puniendum arbitrarie, iſtud arbitrium nõ deberet eſſe mitius deportatione, cum ſi uerè conſummaſſet
15 deberet mori. nec eſt abſonum* ꝙ ſeruus, qui nõ habet libertatem nec ciuitatem, deportetur: poteſt enim hoc fieri ſecundum Bar. in l. hos accuſare. §. fina. ij. colum. ff. de accuſa.
17 Mihi uiſum eſt* quòd condemnationi locus non ſit, quoniam hic nõ habemus pluſquam ſemiplenã probationem, prout Bald. requirit, nec etiam torturæ: nam licet maiorem pœnam hic quàm liber ex hoc conatu mereretur, non arbitrabor eã ut ſit deportatio, ſed damnarem eum ad triremem per annum uel biennium, uel ad fuſtigationem, & hoc quando conſtaret pluſquam ſemiplene: nunc quia non ita conſtat, melius eſt fortè nec abſoluere, nec condemnare, liberarẽ tamen eum à carcere.

SVMMARIVM.

1 *Actor tenetur edere reo iura ſua ad fundandam exceptionem: niſi reſultaret criminis manifeſtatio.*

2 *Crimen læſæ maieſtatis eſt exceptuatũ circa probationes.*

3 *Reus cogitur edere probationes & inſtrumenta contra ſe in cauſa capitali: ſic arma ſumuntur de domo rei.*

4 *Emptor, & habens cauſam à fiſco an gaudeat priuilegio fiſci.*

5 *Iudicis officium, quod datur ad editionem fiendam, tranſit in ſingularẽ ſucceſſorem actiuè & paſſiuè.*

6 *Acta iudicialia ſiue ciuilia ſiue criminalia debent edi cuicunq; prætendenti intereſſe.*

7 *Reus, qui ſumptibus ſuis acta recollegit à notario deperditis originalibus, tenetur edere parti ſumptibus reſtitutis.*

8 *Turpitudinẽ ſuam nemo tenetur manifeſtare.*

9 *Poſitioni criminoſæ nemo reſpondere tenetur.*

10 *Reſtitutio nõ datur ad obiicienda crimina aduerſus aduerſarium ad pœnã ſeu uindictam, limita ut ibi.*

11 *Exceptio excommunicationis & banni poteſt opponi ciuiliter, & in cauſa ciuili.*

DECISIO CXXVII.

Hic reuerſus fui Neapolim, applicuiq; xv. Auguſti. 1517. cum è Panhormo ſoluiſſem xiiij. eiuſdem.

Neap. xv. Octobris. 1517.

IN cauſa magnifici Ioannis de Samidio cũ magnifico d. Iacobo Carbono ſuper petitorio terræ Padulæ, fuit dubitatum, an præfatus Iacobus qui eſt in dicto petitorio actor, teneatur præfato Ioanni ad exceptionem fundandã edere quædã capitula expedita per quõdam Sereniſsimũ d. Regẽ Ferdinandũ primũ, ex quibus prætẽditur ꝙ inferri poſsit magnificum quondã Domitiũ Carbonũ patrem prædicti Iacobi fuiſſe in crimine rebellionis contra dictũ Regem. Et quidẽ regula uera eſt, & cõmuniter approbata*, ꝙ actor tenetur edere reo ad exceptionẽ fundandam. l. non eſt nouum. cum l. ſeq. & l. fin. C. de eden. & omnes doc. in d. l. fi. & in c. j. de proba. Sed dubium in puncto facit, nam ex hac editione reſultaret criminis manifeſtatio, quo caſu actor non tenetur edere reo. Bal. allegatur ad hoc in d. l. fi. iiij. col. uolens ꝙ in qualibet exceptione criminoſa actor non edat reo, per l. ſecundam. §. diuus. in fi. ff. de iure fiſci. ſequuntur Alexã. ibi. ij. col. & Anto. de Alex.

ac alii

ac alii moderniores. Feli. in c.j.xiiij. colum. de proba. & ibidē Decius in ij. col. Pro Samudio tamen, ꝙ omnino debeat ſibi edi nō obſtante dicta limitatione facit, primò: hic ſumus in crimine læſæ maieſtatis*, quod
2 eſt crimen exceptuatū circa probationes, ut patet in l.j.C. de quæſt. ubi
3 * in hoc crimine ſeruus torquetur contra dominū, & ſic ſumuntur arma de domo rei. & ideo Decius in d.c.j.ij. col. dum ponit affatam limitationē, dicit quòd forte illa nō procederet in criminibus exceptuatis: quia ſicut diſpēſatur in probatione, ita in editione. & allegat. d.l. primā. C. de quæſt. ſed licet ipſe nō alleget Bar. in d. §. diu⁹. facit in ſecūda lectura dictā equiparationē, uolens ꝙ in illis caſibus qs cogatur edere inſtrumenta contra ſe in cauſa capitali, in quibus ſeruus cōtra do. torquetur, q caſus ſecundū eū ponuntur in l.j.C. de quæſt. Facit ſecundò, nam text. in d. §. diuus. per quem fundatur dictū Bal. loquitur in cauſa capitali, & non in cauſa criminali pecuniaria: ut ſic non ſufficiat cauſam eſſe criminalē, ſed debet eſſe capitalis, ad hoc ut quis edere non teneatur. uerba tex. ſunt, toties edēda eſſe inſtrumenta, quoties de iure capiendo, uel de iure dominii, uel de aliqua ſimili re pecuniaria quæratur: non ſi de capitali cauſa agatur. & dicit ibi Barto. in prima lectura, quia in cauſa capitali non agitur de pecuniario intereſſe. l. ſi liber. ad exhibend. & inferius in tertia inquit, acta uerò criminalia non cogitur edere ipſa pars, contra quā criminaliter agitur. & iſta fuit cōſideratio Iaſ. in l.j.vj. col. C. de eden. qui tantum mouet. & Decij in d.ca.j.
5 xxxij. col. de proba. qui mouet & tenet, ꝙ ad hoc ut reus non teneatur edere fiſco contra regulas iuris quæ ſe habent quòd teneatur edere, non ſufficit cauſam eſſe criminalē & pecuniariā, ſed debet eſſe capitalis. Vt ita ſit in caſu noſtro, ſcilicet quòd ad hoc ut actor nō teneatur edere reo cōtra regulas iuris uolentes ꝙ teneatur edere, nō ſufficiat executionē eſſe criminoſam, ſed ꝙ crimē ſit capitale, id eſt capitaliter obiectū, nō autē ad effectum pecuniarium, ſumus enim nos in cauſa ciuili, & in re pecuniaria. Et ex hoc ſecundo motiuo
4 correlarie poſſet inferri*, ꝙ ſicut fiſco in cauſa criminali, ubi eſſet pœna pecuniaria debet fieri editio: ut dictū eſt. ita & huic de Samudio habēti cauſam à fiſco. p ea quæ no. Bal. in l.j. §. editiones. pen. col. ff. de edē. uolens ꝙ ſi fiſcus peteret gabellam de cōtractu, poterit petere inſtrumētū cōtractus ſibi edi. & idem uidelicet in emptoribus gabellarū: quia in locū fiſci ſuccedunt, & quāuis Deci. in d.c.j.xxxj. col. loquens in editione impugnet hoc dictū, & dicat ꝙ priuilegium conceſſum fiſco nō debet in emptorē tranſire, per ea quæ not. Bart. in l. licitatio. §. emptores. ff. de publ. & Berth. in trac. de gab. vij. parte. vj. colum. & per multas authoritates quas ipſe allegat, & præcipue Alexan. in d. §. emptores. & in l. nec quiſquam. ff. de edē. tenet cōtra Bal. tamen poteſt dici, ꝙ illæ authoritates loquantur in caſibus ſuis, non in materia alterius editionis: nam Bal. in l. inſtituta. ij. colum. uer. quæro ecce hęres. quem refert & ſequitur Fel. in d.c.j.xj. colum. uer. limita. quartò ultra omnes. de probatio. uult* quòd offic

officium iudicis quod datur ad edi-
tionē ſiendam,tranſit in ſingularem
ſucceſſorem actiue & paſsiue.& ui-
detur bene dicere,quaſi ꝙ hoc ius
concernat rem potius quàm perſo-
nā,niſi dicas ꝙ nō habeat locū hoc
in ſucceſſore ſingulari fiſci, & ꝙ in
eo loquatur Bart.in d.§.emptores.
6 & Berth.ubi ſ. Facit tertiò:*nā hæc
capitula, quorū editio petitur, fue-
rāt authenticata in mag.Curia,& de
illo authentico edendo agitur:& ſic
facta ſunt de actis,& acta iudicialia
ſiue ſint ciuilia, ſiue criminalia,de-
bent edi cuicunq; intereſt.l.ij.C.de
eden.Feli.in d.c.j.uer. limita.vj. etiā
ſi eſſent facta per modū uoluntariæ
iuriſd.ſicut eſt emācipatio,ſecūdum
Bal.in d.l j.§.editiōes.ult.col.Et hoc
7 procedit* nedū quādo editio acto-
rū peteretur à notario,ſed etiā quā-
do ab ipſo reo conuento, qui ſuis
ſumptibus à notario recollegiſſet:
tūc enim ex cauſa, ut quādo origi-
nalia eſſent deperdita , debet reus
edere,ſecundū Inn.in d.c.j.de prob.
refert & ſequitur Alexā.in d.l.ij.iij.
limita. de eden. & Feli. in d.c.j.xiij.
co.uer.iij.declarat.Solutis tamē ex-
penſis factis per reū in recolligēdo
ſecundū prædictos.& licet Bar.in d.
§.diuus.in tertia lectura cōtradice-
re uideatur:dum facit differentiam
inter acta criminalia exiſtentia pe-
nes eum, contra quem criminaliter
agitur,ut is illa etiā fiſco edere non
teneatur, & exiſtentia penes tertiū,
ut ille teneatur edere : tamen dum
Bar.dicit,ꝙ is,contra quem agitur,
nō debet edere acta criminalia exi-
ſtentia penes ſe, debet intelligi niſi
adſit cauſa,ut ſuprà dictum eſt. Pro
Carbono uerò ꝙ edere non tenea-
8 tur,facit:* nam quis nō tenetur do-
cere de ſua turpitudine illámq; de-
tegere.l.aliàs.ff.de iureiu.& eſt hæc
9 ratio Alex. in d.l.fi.Facit:*nam po-
ſitioni criminoſæ nemo tenetur re-
ſpondere,ut not.Bart.per illū tex.in
l.tranſactione.C.de trāſact.not.in c.
dudum.ſecūdo.de elect. & habetur
per Bal.in l.Marcellus. ff. rerū mot.
& hanc rationē affert Decius in d.c.
10 j.lj.colū. Facit in caſu,*in quo quis
eſt priuilegiatus cōtra reſtitutionē
petendam, nō poteſt uti priuilegio
ſuo ad finē opponēdi crimina cōtra
aduerſariū.Ant.de But.in c.auditis.
vij.col.de in integ.reſt.& ibi Abb.v.
col.& Feli.in c.fraternitatis.v.colū.
uerſi.fallit tertiò.de teſti.Inde dici-
mus, ꝙ in cauſa criminali nō dātur
beneficia, & dicetur cauſa crimina-
lis ad propoſitum, quādo agitur ex
delicto ad pœnā ſeu uindictam,uel
pecuniā,non ꝙ aliquid à me abfue-
rit. Ad hoc ergo ut cōpetat reſtitu-
tio, debet id quod petitur, etiam ſi
pœna ſit deberi uel ex cōtractu, uel
etiā ex delicto,dum tamē agatur ad
intereſſe pecuniariū ad rei proſecu
tionē,non ad pœnā ſeu uindictā.ita
not.And.in conſti.regni.obſcurita-
tem.in ij.col.In caſu de quo quæri-
mus de delicto rebellionis opponi-
tur ad uindictam pœna amiſsionis
feudi.ergo &c. Sacrū Conſi.uota-
uit pro Carbono. nec obſtat primū
motiuū:nam loquitur quando age-
retur criminaliter : quòd nō eſt hic.
tex.enim in d.l.j.C.de quæſt.in cau-
ſa ciuili nō uult ſeruū torqueri con-
tra dominū. Nec etiā obſtat ſecūdū
motiuum ; nam ſufficere uidetur ꝙ
exceptio cōtineat crimē ſiue ciuili-
ter,ſiue criminaliter opponatur. ſic

11 Alex.in d.l.fi.C.de eden.*exemplificat exceptionē criminoſam in exceptione excōmunicationis & banni,quæ tamen nō opponebantur ad puniēdū:ſed ciuiliter, & in cauſa ciuili. Nec & tertiū argumētū obſtat, nam editio nō fuit petita ex capite, quia acta ſunt ſeu de actis ea, quæ edi petūtur.item nec apparet,ꝙ nō poſsint haberi à magiſtro actorum.

SVMMARIVM.

1 *Executio ſententiæ lata contra uxorem, an poſsit fieri contra uirum ſuper bonis datis in dotem,ex quo uxor nil aliud habeat.& nu.5.*

2 *Executio nō fit in reb.dotis pro debito uxoris,niſi in caſibus expreſsis in l.*

3 *Executio non fit in fundo dotali pro debito utriuſque ſimul, ſcilicet uiri & uxoris.*

4 *Mulier debitrix, ſi dat in dotem omnia bona ſua: quod æris eſt alieni dediſse non uidetur.*

6 *Sententia lata contra alienantē,mandatur executioni abſq; alia tela iudiciij contra emptorē rei litigioſæ:limita in alienatione cauſa dotis.n.7.& 13.*

8 *Executiuum ius ex ſententia utrum tranſeat cōtra ſingularem ſucceſſorē.*

9 *Reuocatoria rei alienatæ in fraudem non procedit niſi probetur emptorem participaſſe de fraude.*

10 *Dotis titulus dicitur titulus oneroſus.*

11 *Alienatio quando cenſetur facta in fraudem executionis.*

12 *Executio rei alienatæ in fraudem executionis paratæ utrum fiat cōtra emptorem ſine alio proceſſu tam in actiōe reali,quàm perſonali:& quid ſi res alienata fuit ante litē motam.*

DECISIO CXXVIII.

IN cauſa do.Ramundettæ Carlinæ tutricis & matris filii quondā Ioannis Gagliardi, cum d. Iulio de Capua,ſuper eo uidelicet,an ſententia lata in ſac.Conſi.contra dominā Bernardinā minutulam uxorē dicti do.Iulij in actione perſonali poſsit mandari executioni cōtra d.Iulium
1 ſuper bonis*datis ſibi in dotem lite pendēte,præſuppoſito ꝙ omnia bona in dotē data ſint, nō ſub nomine uniuerſali,nec collectiuo , ſed talia & talia, adeo ꝙ facta diſcuſsione, reperitur nihil apud præfatam Bernardinam remanſiſſe:nec apparent aliqua illius alia bona ſuper quibus exequi poſsit. Et primò uideamus, an poſsit dicta ſententia exequi ſuper bonis in dote datis. Pro d.Iulio facit glo.in l.quinq; legibus. in fi.ff.
2 de bonis dam.dicens,*ꝙ pro debito uxoris non fit miſsio in rebus dotis,præterquā in caſibus in illa.l.expreſsis. Facit etiā Bald.in l. Titia.ff. de iure dot.dicens per illum tex.ꝙ licet uxor conſtante matrimonio ſit alicui priuato cōdemnata,non poterit fieri executio in res dotales:& uidetur facere glo.in d.l.quinq; legibus,ꝙ nō. allegat.d.l. Titiam.ubi dicit caſum eſſe de hoc.Facit Bal.in l.ob maritorum.in fi.C.ne uxor pro
3 marito.dicens,*ꝙ etiam pro debito utriuſque ſimul,ſcilicet uiri & uxoris nō poterit fieri miſsio in fundo dotali, & quòd ſentētia in perſonali contra uxorē non exequatur in rebus dotalibus niſi in illis.v.caſibus. l.quinq; legibus.dicit Alex.in l.à diuo Pio. §.in uēditione.xj.col.in addit.incip.additio inquantū gl. ff. de re iudic. Pro pupillo facit tex.in l. ubi pa-mulier bona.ff.de iure dot. ubi pa-
4 tet,*ꝙ quando mulier daret in dotem bona ſua,illud quod æris alieni

ni eſt in bonis, non uidetur datũ in dotẽ, unde ſuper illo, uel ad concurrentẽ illius quãtitatem debet poſſe fieri executio in bonis dotalibus. ita uidetur hic quo ad affectũ: licet no-
7 mẽ collectiuũ uel uniuerſale, bona, non ſit expreſſum. Facit gl. ſingu. in d.l. Titia. in gl. fi. ff. de iure dot. quæ uidetur uelle, quòd executio in bonis dotalibus fieri poſsit contra uirum in ſubſidiũ, quando nõ poteſt aliter conſuli creditori. In hoc pri-
1 mo dubio ſacr. Conſil. concluſit,* ꝙ poſsit ſuper dictis bonis ſatisfieri debito ipſius uxoris iam exiſtẽte ante matrimoniũ. Et ꝙ gl. in d.l. quinque legibus. cum aliis ſupra allegatis pro d. Iulio non habeant locum in caſu noſtro propter adducta pro alia parte. Secundò uidendũ erit, an opus ſit nouo proceſſu pro pupillo. ꝙ nouo proceſſu opus nõ ſit, facit: nam hæc alienatio bonorũ in uirũ facta fuit pendente lite contra uxorẽ, contra. l. fi. ff. & C. de litigi. Et ad propoſitũ Bart. in ea. l. fi. C. de litig. dicebat per illã legẽ eſſe intro-
6 ductũ: ꝙ ſentẽtia* lata cõtra ipſum principalẽ reũ poteſt mandari executioni cõtra eum qui rem litigioſam emit. Et Abb. in cap. eccleſia. S. Mariæ, lo primo. pe. col. ut lite pendente dicit, ꝙ eſt dare aliũ effectum litigioſi: nam ſententia lata contra alienantẽ, mãdatur executioni abſq; alia tela iudicii cõtra eum in quem facta eſt alienatio. Et Pau. in l. certa. C. ut in po. leg. refert. Cy. in l. j. vij. q. C. de alien. iu. mu. ca. fa. determinet, ꝙ ſi lite pendente in rei uendi. reus transferat poſſ. in aliũ, ſententia lata contra eum, mittetur executioni contra poſſeſſorẽ, etiã nõ citatum, in exemplario non reperio hoc ita expreſſum. ſubdit tamẽ Paul. ꝙ Bar. tenet contrarium in pluribus locis, uide ibi. Pro domino Iulio, quòd ſit opus nouo proceſſu, facit: * nam hæc alienatio pendente lite fuit facta in cauſam dotis, quo caſu nõ eſt locus uitio litigioſi, ut dictat tex. in d.l. fin. C. de lit. & ad propoſitũ Abb. in cap. fi. pe. col. de alie. in. mu. ca. facta. dicebat, ꝙ ubi alienatio facta eſt lite pendente in caſibus à iure conceſsis, oportet quòd inſtituatur nouum iudiciũ cõtra tertiũ, ad hoc ut ſententia habeat executionẽ in illa re. & alleg. Bart. quem ipſe ſequitur in d.l. fi. C. de litig. Et plenius ſecundum eum in d.l. creditores. quamuis Bar. in d.l. fi. nihil dicat ad hoc, & in d.l. creditores. ix. col. dicat ſolum, ꝙ quando res non obſtãte litigio poterat alienari, quia erat quæſtio in hypotheca, tunc non tranſit ius exequendi: ſed erit opus contra ſucceſſorem nouo proceſſu, per §. ad hęc. in authent. de litig. & iam bene dicit Abb. ꝙ Bar. hoc tenet. Et aduertendũ, quoniã dum Bart. in d. ix. col. dicit, aut erat in actu producendi, & tunc non obſtante tali litigio poterat alienari ut illa uerba, aut nõ erat in actu producẽdi, & tunc ſuperflua ſunt. & ideo But. in c. quia. in ult. col. de iudic. dum refert Bar. non ponit
8 dicta uerba. *Conſiderãdum uidetur eſſe hũc paſſum, ꝙ hic ſumus in alien. facta pẽdẽte lite ſuper actione perſonali, imò non perſonali ad rem, ſed ſimpliciter ad pecuniã. Et Bar. in d.l. creditores. viij. colũ. dicit eſſe diſtinguendũ inter ius executiuũ actionis perſonalis, & actionis realis. Nam ſecundum eum in iure

executiuo perſonalis ex cõtractibus nõ tranſit cõtra ſingularẽ ſucceſſorem executio, niſi reuocata alienatione per actionẽ reuocatoriã, iuxta §.item ſi quis in fraudem.inſtitu.de
9 act.*Et in iſta reuocatoria agens nõ poterit obtinere, niſi probetur nouum acquiſitorem participaſſe de fraude.ut in l.qui autem.§.hoc edictum.& in l.ait prætor.in prin.& in §.quod ait. ff. de his quæ in fraud. cred.quando titulo oneroſo acquiſiuiſſet, iuxta not. in d.§.item ſi quis in frau.ubi per doct.& Iaſonẽ in vj. colũ. prout eſt titulus dotis in caſu
10 noſtro.eſt enim *titulus dotis, titulus oneroſus.l. ex promiſsione de acti.& oblig.cum remiſſ.Neapo.in cõſue.ſi quis uel ſi qua.in gl.in uer. præterquã.xvij.col.Et quamuis Bal. in d.l.ob maritorum.C.ne uxo. pro ma pe.col.teneat, ꝙ quãdo alienatio fieret in fraudem paratæ executionis, illa fiet etiã cõtra poſſeſſorẽ ſine alio proceſſu, per l. chirographis.§.fin.ff.de admi.tut. & cum eo pertranſeat Paul.de Caſt.in l.à diuo Pio.§.ſi ſuper reb.de re iudi.declarans quando in fraudẽ executionis alienatio facta cẽſeatur, & quando
11 non: quia* ſi poſt litẽ motã fieret, in fraudẽ executionis facta cenſeretur: ſi ante, & tunc ſecus, ut ſic is in quẽ alienatio facta eſt, ſciuerit litẽ motam.Et hæc opinio Bal. & Pau.ſatis æqua uideatur Herculano in d. §. ſi ſuper rebus.pe.col. & ſecundũ eum
12 non obſtant iura contraria,* quoniã tunc debet agi reuocatoria, quãdo alienatio facta eſſet in fraudem creditorũ & iudicis, ut quia mota lite fieret: quia tũc ſecũdũ ipſum poterit fieri reuocatio ex eadẽ ſentẽtia, & pronuntia probata fraude & ſine nouo proceſſu: quia duo uincula ſunt in cõſideratione.auth.itaq;.cõmun.de ſucc.& c.j. de treug. & pac. Attamẽ Alex. in d. §.ſi ſuper rebus. iiij.col. dicit ueriorẽ eſſe opinionẽ Barto.in eo.§.ut ſcilicet agi debeat reuocatoria indiſtinctè, & reſpõdet ad l.chirographis. ꝙ lex illa loquitur, quãdo lis pẽdebat ſuper re quæ fuerat alienata, ſecus quãdo ageretur actione perſonali ad quantitatẽ, & executio ueniebat faciẽda in bonis iuxta formã. §.in uẽditione.e.l. Iaſ.in d.§.ſi ſuper rebus.iij.colũ. ſequitur opi.Bald.in d.l.ob maritorũ. ut ſic pro iſta ſentẽtia adſint Cy.Bal. Pau.Herc.& Iaſ.Et quidẽ ut dicit d. Hercu.æquior uidetur ad circuitus euitandos.Areti. in c.quia.v.pen. & ult.co.tenet ſimpliciter opi.Bar.reſpondet aliter ad d.l.chirographis. ut ibi per eũ. Pro æquitatis tamẽ ac naturalis iuſtitiæ obſeruantia uidetur, ꝙ nõ ſit opus agere reuocatoria: tamẽ nõ poteſt negari quin ipſe do.Iulius uocetur & audiatur, neq; Hercul. hoc negat, dum loquens de probatiõe fraudis dicit hæc uerba, quæ probatio ſecũdum ipſum fieri debet in hoc iudicio executionis. Contra hanc æquitatem & ꝙ nullo modo poſsit d. Iulius moleſtari, facit: nam eſto ꝙ ſequeremur op.Bal. in l.ob meritorũ.illa loquitur quando alienatio eſt facta in fraudẽ paratæ executionis, & ut fraus cõuẽti alienãtis titulo oneroſo obſtet nouo poſſeſſori: debet ipſe nouus poſſeſſor participare de fraude, & ſic eſſe conſcius litis, quod in caſu noſtro nõ apparet, ſed ꝙ tempore cõtractus do.Iulius habuit ſcientiã de lite

lite, quod Paul. de Ca. & Hercul. uidentur requirere, ſcilicet ut acquiſitor ſciētiam litis habuerit niſi duas ꝗ ex quo omnia bona data ſunt in dotē & non uidetur datū quatenus æs alienū aſcēdit, ut ſuprà dictū eſt, ut ex hoc domi. Iulius qui illa tenetur ſatisfacere uel ex iſto capite, uel quia tenetur in ſubſidiū, per gl. in d. l. Titia. quãuis in puncto iuris forte nō procederet hoc: nam bona fuerunt data inter eos æſtimata ea æſtimatione quæ facit uenditionem: & propterea do. Iulius habet uicē emptoris particularis. Et pro hoc facit quod no. ſing. Bar. in d. l. creditores. ix. col. C. de pign. ubi tenet ꝗ etiam in executione iuris realis fiēda contra tertiū poſſeſſorē, qui habuit cauſam à debitore, etiā ſi omnia eſſent contra debitorē liquidata, quia contra ipſum ſucceſſorē non eſt ita liquidum, & poſſet eſſe dubiū, an habeat cauſam uel non, debebit hoc corā iudice liquidari, & ſummarie. Facit etiam Aret. in d. c. quia v. adducens Inn. ibi clarius loquentē ſecundum eū, ꝗ in realibus in quibus magis contrahitur uitiū litigioſi, etiā ſi ſententia ſit lata priuſquam fiat alienatio, & poſtea res alienetur, nō poterit fieri executio in ſingularē ſucceſſorē, niſi prius ipſe citetur, & liquidetur ipſo præſente, uel citato, quia habet cauſam ab eo cōtra quē fuit lata ſententia, & quia ſententia fuit lata ante alienationē, tamē hæc inductio quæ fundat ſe in ſententia lata ante alienationē, neſcio ſi debilitet iura do. Iulii in puncto de quo agitur. ſi enim alienatio facta ſit poſt ſententiam, eſt facta finita lite: ergo non litigioſa, niſi dicas ꝗ ex alio capite prodeſt: quia ſi facta poſt ſentētiā, ergo magis in fraudē paratæ executionis cōſideratā per Bal. in d. l. ob meritorū. pe. col. Sacr. 13 Conſiliū uotauit,* ꝗ ſuper dicta petita executiōe uocetur ac citetur d. Iulius poſſeſſor ipſorū bonorū, ſuper quibus executio petita fuit.

SVMMARIVM.

1 *Tutor in teſtamento datus utrū confirmari debeat à iudice, & facere ſolennia.*

2 *Tutor an uere dicatur cuſtos ſeu dominus pupillorum in teſtamento conſtitutus, & an indigeat iudicis cōfirmatione.*

3 *Tutoris bona ſine ſolennibus adminiſtrantis, in teſtamēto dati, utrum ſint tacite hypothecata pupillis.*

4 *Hypotheca tacita utrum complectatur bona futura, uel nomina debitorum maximè pro dote uel tutela.*

5 *Hypotheca tacita utrū cōtrahatur à tēpore adminiſtrationis, uel à tēpore malæ geſtiōis tutoris in teſtamēto dati, & ſic retrotrahatur hypotheca.*

6 *Rex aut Regina utrum habeat tacitam hypothecam, ut fiſcus.*

7 *Princeps dedit Auguſtæ priuilegia, quæ ipſemet habet.*

8 *Vxor conſequitur uiri ſui dignitatē, & eam etiam tenet poſt mortē: ſi non nubat homini gradus inferioris.*

9 *Vidua gaudet priuilegio, quod datur ratione dignitatis.*

10 *Hypotheca tacita fiſci utrum præferatur tacitæ pupillorum.*

11 *Prior in tempore potior in iure in pari cauſa.*

12 *Fiſcus præfertur priuato in bonis quæſitis poſt hypothecam tacitam: ſecus ſi priuatus ſit etiam priuilegiatus, ut pupillus.*

13 *Primipilaris hypotheca tacita præfertur omnibus creditoribus etiã priuilegiatis habẽtibus expreſſam, quibus non præferretur fiſcus ſimpliciter.*
14 *Primipilaris hypotheca tacite cõtrahitur in bonis in dotem primipilo datis ab uxore.*
15 *Primipilus quis proprie dicatur.*
16 *Camerarius Papæ dicitur primipilarius, ſeu generalis theſaurarius.*
17 *Vxor & filij quando tenẽtur fiſco cauſa uel occaſione uiri & patris primipilarij fugientis: licet nõ ſint hæredes. & nu. ſequen.*

DECISIO CXXIX.

IN cauſa Sereniſsimæ. d. Reginæ, Loyſius benet ut tutor Sberti benet & fratrũ nepotum ſuorũ ex fratre adminiſtrauit eorũ bona, poſtmodũ fuit theſaurarius generalis. d. dominæ Reginæ, & etiã ut ſubſtitutus theſaurarii dominæ Reginę matris. Hic finita tutela durante adminiſtratiõe pecuniarũ utriuſque Reginę acquiſiuit certa cenſualia data ſibi in ſolutum à. d. Rege Federico eius debitore. ſuper his cenſualibus egit. d. Sereniſsima Regina filia ratione tacitæ hypothecæ cauſatæ ex dicta adminiſtratione officii. in ea lite ſubintrarunt præfati Sbertus & fratres pro eorũ tacita hypotheca 3 cauſata ex adminiſtratione dictæ tutelæ. lata extitit ſentẽtia in fauorem dominæ Reginæ ſaluo iure ipſorũ fratrum, obtinuítque Maieſtas ſua poſſeſsionẽ. Nũc Sbertus & fratres proſequuntur litẽ, ẽſtq; ferenda ſententia. Et primò dubitari contingit, an iſti actores fundauerint eorũ intentionẽ ſuper tacita hypotheca. Pro domina Regina facit: nam eſto
1 quòd Loyſius fuerit conſtitutus* tutor in teſtamento Bernardi patris actorũ, tamen non ob hoc factus eſt tutor: cũ non appareat, ꝙ ſit confirmatus à iudice prout requiritur, ut in l. fi. §. fi. C. arb. tu. & not. Bart. poſt gl. ibi. ubi ponit omnia ſolennia ſeruanda per tutores, in l. legitimos. ff. de legit. tu. & Saly. in l. tutores. ulti. col. C. de admi. tu. Quinimo* etiã in 2
teſtamento nõ relinquitur expreſſè tutor: nam licet pater in teſtamento diceret, ꝙ relinquit filiũ in cuſtodiã alicuius: nõ ob hoc uidetur eum tutorem facere. l. qui aliena. §. quanquam. iũcta gl. j. ff. de neg. geſt. & ibi not. Bar. & Bal. in l. oẽm. C. ad Tert. Pro actoribus facit: nam Loyſius in teſtamento fratris fuit conſtitutus dominus nepotũ ſuorũ, & alter ipſe, & quando quis relinquitur ſub dominio ſeu poteſtate alicuius, per hęc uerba importatur tutela. Bal. in c. ex parte. de app. & ibi Phil. in ulti. colũ. Quinimo per hæc uerba ita ampla dum cõſtitutus eſt alter ipſe, uidetur data poteſtas ut ſine decreto poſsit gerere, cõſtat enim, ꝙ quãdo pater, qui in teſtamento dat tutorẽ, & daret ſibi poteſtatẽ ſua authoritate adminiſtrandi, non requiritur confirmatio iudicis, ut no. Bar. in d. l. legitimos, prima col. Itẽ facit: * nam dato, ꝙ Loyſius non poſsit dici tutor ob defectũ aliorum ſolenniũ, nõ poteſt negari quin dicatur protutor. Et clarũ eſt, quòd in tacita hypotheca ueniunt etiã bona protutoris, ut no. glo. in l. dabimus. in gl. in uer. priuilegio. ff. de priuile. credi. non enim debet eſſe melioris conditionis tutor qui nulliter adminiſtrat, quàm ille qui adminiſtrare poteſt, ut not. Aret. conſil. xxix. incip. diligenter & mature.

mature.j.col.ubi illud tenet & comprobat. Rurſus pro domina Re-
4 gina facit: nam *tẽpore adminiſtrationis tutelæ, quam faciebat præfatus Loyſius, non habebat hos cenſuales, nec etiam cauſatum erat no-
5 mẽ debitoris Regis Federici, à quo iſta cenſualia deſcenderũt, propter quod inferri poſſet ipſos cenſuales non ueniſſe in tacita hypotheca, in qua bona futura nõ ueniunt, ſecundum gloſ.in l.iij. in j.col.C.de hær. action.& in l.fi.C.quæ res pi.ob.po. in opi.per eam ultimo loco recitata. quam ſequi uidetur iuxta not.in l.qui filiũ.§.Sabinus. ad Treb.& gl. in d.l.iij.ſequitur ibi Bald.allegans no.per gl.ord.ff.mãdati.l.hæredi.& in arg.ff. pro ſocio.l.ea uerò. & idẽ uidetur firmare Bal.in l.iij.C.de priuileg.fiſci.per locum à ſpeciali, Pro actoribus tamẽ facit, nam uerior & cõmunior opinio eſſe uidetur, ꝙ in hypotheca tacita ueniunt bona etiã futura reprobata.gl.in d.l.iij.ita Cy. ibi loqui uidetur in nominibus debitorum. Bat.Ang.Albe.& Salyc.in d.l.iij.idẽ tenent Cy. & Bal.in l.ubi adhuc.C. de iure dot.ult.col.& Bal. in l.j.ult.col.ſolu.mat.de quibus aliquid per Alex.in addi.Bal.in l.ter-
6 tia.C.de priuileg.fiſci.Et quòd tacita hypotheca contrahatur etiam in nominibus debitorum tenet Bal.in l.pater.ff.de ſolutio. Quinimò licet Albe.in l.pro officio.circa fin.C.de admi.tuto. moueat dubiũ, an quæſita poſt finitam tutelã ueniant in tacita hypoth.quia ita erat hic:tamen ipſe remittit ſe ad.l.primã.§.ſi ut plenius.C.de rei uxo.actio. & ibi tenet indiſtincte bona futura uenire in tacita pro dote.alleg.l.fin. C. quæ res pi.ob.po.& dicit eſſe expreſſum in l. hac edi.§.in omnibus.& in l.ſi quis prioris.§.in illo.de ſecũdis nuptiis. ſic Bald.no.in tract.do.vj.parte.vij. priuil.iij.col. Rurſus facit pro domina Regina:*nam iſta tacita hypotheca pupillaris non uidetur poſſe conſiderari: quòd habuerit ortum à tempore mortis Bernardi patris pupillorum, quo tempore adminiſtratio cœpta eſt, ſed à tẽpore malæ geſtionis. Sed pro actoribus, quòd retrotrahatur ad tẽpus initii geſtionis.l.pro offi.ubi Alber.j.colũ.C.de admi.tuto.& eſt text.loquens in tacita hypotheca data filio in bonis patris adminiſtratoris ſeu legatarii in l.cum oportet.§.fin.C.de bo.quę libe.ubi doc.omnes. Et circa hoc uidendus eſt Bald.nou.in tract.dotæ. parte.xiij.col.qui idem firmat in materia dotis cõfeſſatæ ſeu promiſſæ, & pro ea ſolutæ. Et aduertendum, quoniam iſtud motiuũ poteſt facere pro d.Regina, ut circa adminiſtrationẽ ſeu debitũ deſcendens ex adminiſtratione Loyſii attẽdatur tempus, quo cœpit gerere officium, nõ autem tempus ultimorum ſex menſium, pro quibus debitum arguitur. Secundò*in cauſa principaliter dubitari contingit, an domina Regina ſuper dictis cenſualibus habuerit etiam tacitã hypothecam. Pro actoribus facit: nam lex quæ dat tacitam hypothecã in multis caſibus, nunquam nominat. iſtud quòd habeat eam Regina, licet lex ſecunda. C.in qui.cau.pig.uel hypot.tac.contrah.nominet fiſcũ, & det ſibi hypot. in bonis cõtrahentis cũ eo.ſic.l.aufertur.§.fiſcus.ff.de iure fiſci. ſic lex j.C.de iure fiſci.lib.x.ſic lex.iij.& iiij

C.de priuil.fiſci.& l.ſi quis poſt hac. §.fin.C.de bo.proſcr.ubi gl.in uer. habuerit.extendit eam etiã ad futura in bonis adminiſtratoris. & not. Laud.in trac.de fiſco.ij.notab. Pro
7 d.Regina*facit tex.in l.princeps.ff. de leg.ubi dicitur, ꝙ princeps dedit Auguſtæ priuilegia quę ipſe habet, licet illa.l.ſoluta nõ ſit.itẽ facit tex. in l.fiſcus. la.j.§.fi.ff.de iure fiſci.ubi ſunt hæc uerba. Quodcũque igitur priuilegiũ fiſco competit,hoc idẽ & Cæſaris ratio habere ſolet & Augu
8 ſtæ.& dicit* Albe.in l.fœminæ. ff. de ſena.quòd mulieres cõſequuntur dignitatem uiri, & eam detinẽt etiam poſt mortem mariti: ſi non nubant homini inferioris gradus. & dicit
9 *idem doctor in l.omnis.ulti.co.de epiſ.& cle.ꝙ priuilegium quod datur ratiõe dignitatis,remanet apud uxorem in uiduitate permanẽtem. Et dicit Bal.conſil.ciij.ij.col.j.uolu. quòd uxores principum gerẽtium uicem Cæſaris habent iura Auguſtę. Vnde uidetur quòd do.Regina habeat priuilegiũ tacitæ hypothecæ,
10 quemadmodũ & fiſcus.Tertium*& maius dubium in hac cauſa eſt, quæ hypotheca iſtarũ tacitarum præferatur. Pro actoribus facit:nam ipſi ſunt in tacita hypotheca pariter ut fiſcus priuilegiati, ut eſt pupillus:
11 tunc enim in pari cauſa* qui prior eſt in tempore potior eſt in iure:ut in l.ij.C.de priuile.fiſci.hic præſupponitur adminiſtrationẽ tutelarum
12 præceſsiſſe: ergo &c.Et ſi dicat, *ꝙ priuilegiũ fiſci eſt ꝙ in bonis poſtſtea quęſitis,id eſt,poſt hypothecam contractã,prefertur ipſe fiſcus,ut dicit tex.in l.ſi is qui.ff.de iure fiſc.etiã ſi habuit anteriorem in tempore,ut ibi.Ad hoc poſſet reſponderi,ꝙ ille text.loquitur in fiſco cõcurrẽte cum alio priuato. ſecus ſi concurrit cum perſona priuilegiata,ut eſt pupillus: tũc enim in pari cauſa qui prior eſt in tẽpore,potior eſt in iure, etiã in quæſitis poſt utriuſque obliga.iſte eſt tex.& ita illũ ſummat Bar.in l.fi. ff.q pot.in pig hab.& ita tenet Bar. ibi.& in d.l.ſi is qui.Ange. in ea.l.ſi is qui.Bal.in d.l.fi.in ſummario.licet Ful.in e.l.fi.& Sal.in l.licet.C.q pot. in pig.ha.teneant ꝙ cõcurrat utерque,prior ſcilicet & poſterior in bonis poſtea quęſitis. Pro d.Regina facit:nam eſto ꝙ uera ſit opi.Bar.de qua proxime, & ſequaciũ:tamẽ illa loquitur ſimpliciter in debitore fi-
13 ſci: * at hic ſumus in eo qđ debetur fiſco ex cã primipilaris adminiſtrationis, quo caſu fiſcus eſſet præferendus omnibus etiã anterioribus creditoribus,etiã habẽtibus expreſſam hypothecã,quibus fiſcus ſimpliciter nõ pręferretur,ut no. Ang.in l. aſsiduis.C.qui pot.in pig.hab.& ꝙ fiſcus in debito primipilari pręferatur etiã perſonę priuilegiatę habẽti anteriorẽ cõtra d.l.ſecundam. C. de priuil.fiſ.eſt tex.in l.utilitas.C.de primipilo.lib.xij.ubi ſi cõcurrunt ſuper bonis primipilarii fiſcus.cui ille debitor erat occaſione officii pro ſua tacita hypotheca : & ex parte alia uxor pro ſua hypotheca dotis tacita, præfertur fiſcus uxori.& iſtud eſt etiã ſi tacita mulieris præceſsiſſet: nã Ang.in d.l.ij.C.de priuil.fiſ.dicit eam nõ habere locũ in debito primipilari. Itẽ pro hoc tex.in l.ſatis.in quib.cau pi.uel hypo.ta cõtrah.ubi
14 *in bonis datis primipilo in dotem ab uxore cõtrahitur tacita hyp.fiſco, in

in qua præfertur ipſi uxori. Ideo Dy. in regula, q prior. de reg. iu. in vj. dū dat plures limitationes ad iliā regulam: inter aliàs dicit. Itē fallit in fiſco agente ex cauſa primipili, ut. C. in quib. cau. pig. uel hypo. ta. cont. l. ſatis. iccirco Ioannes petrus de Ferrariis in ſua practica dicta Papiēſi generalius loquēs in xij. col. §. ſub eadem oblig. uerborū, dū recitat limitationes ad. d. regulā dicit, item fallit in fiſco qui in cauſa primipilari præfertur omnibus. ut l. ſatis. C. in quib. cau. pig. ta. cōtrah. Et ꝙ ſimus hic in primipilari debito facit: nam Loyſius bene erat theſaurarius generalis dominæ Reginæ filiæ, & ſubſtitutus in theſauriatu. d. Reginæ matris per d. Comitem Triuenti. ergo primipilus præſupponendo cōmunicationem priuilegiorū Regis cū Regina. Et hoc probatur primò per glo. in rub. C. de primipilo.
15 quæ dicit, ꝙ *primipilarii dicuntur primi adminiſtratores, & ꝙ ita ſumitur in l. ſolita. & in l. ordinariorū. de coart. lib. xij. & quāuis gl. ibi det aliā expoſitionē, uidelicet ut ſumatur pro his qui primū pilum gerūt, tamē nō recedit à ſuprà dictis, ut ſic utroque modo accipi poſſit. & debeat. Secundò per gl. in l. officialis. C. de epi & cle. in uerſi. primipili. id eſt primę & maximę adminiſtrationis quam gerebat. Tertiò per gl. in l. quiſquis emerſis. C. eo. tit. ubi exponit primipilares, pro his qui primi ſunt adminiſtratores & rationales principis, licet quo ad materiā illius. l. uarie exponat. Quartò per glo. in l. ſed & milites. §. fi. ff. de execu. tuto. text. ibi loquitur de his qui exercent primipilū. glo. exponit, id eſt uexillum, & ſubdit: aliàs ſumitur ſeu dicitur adminiſtrator maior. Quintò per gl. in l. pater. ff. de adi. leg. ubi rationē primipili exponit, id eſt, cuiuſdam adminiſtrationis in qua multa cōmoda & lucra fuerūt.
16 Sextò, nam* Ange. in l. j. C. de priuil. fiſci. dicit quòd primipilarius eſt officiū maius Principis, & credo dicit, quòd intelligatur de generali theſaurario Principis, in cuius burſa omnes introitus Principis ſunt, & ꝙ in Curia appellatur primipilarius camerarius. d. noſtri Papæ. Septimò adducitur idem Ang. in l. ſatis. C. in quib. cau. pi. uel hypo. ta. cōtrah. ubi dicit, ꝙ primipilarius adminiſtrator eſt uniuerſalis collector pecuniarū quæ ſoluūtur cameræ imperiali ſeu apoſtolicæ. Octauò facit quod not. Alex. in l. à diuo Pio. §. in uenditione. x. col. de re iud. in addi. incip. inquantū gl. dicit, ubi ponit primipilarem pro adminiſtratore rerū Principis. Nonò facit Laud. qui in tract. de fiſco no. ccxiiij. dicit, quòd maior theſaurarius Principis, qui in ciuitate Senenſi, appellatur Camerlingus gabellæ, in cuius burſam regulariter ueniūt omnes introitus Principis, habet officium primipilare. & alleg. Angel. in dicta l. j. C. de priuileg. fiſci. Decimò facit Franciſcus de Parma in tracta. de priuileg. fiſci. in xviij. priuileg. ubi dicit quòd maior theſaurarius Principis, qui appellatur Camerlingus gabellæ: in cuius burſa ueniunt omnes introitus Principis, habet officium primipilatus. Et quamuis Lucas de penna in l. utilitas, de primipilo. libro duodecimo, in fine ſecundæ columnæ, dicat ſic,
17 fortè* enim primipilarius

recipiebat à fiſco ſtipendia pro ſe & militibus ſub ſe, uel uexillo, aut pilo ſuo conſiſtentibus quæ non erogauit: uel recepto pro ſe ſtipendio militari deſeruit & aufugit, quare tenetur etiam uxor ut hic: & filii, licet non ſint hæredes, ut j. l. proxima. Sed quòd hoc officiũ cõſiſtat in adminiſtratione pecunię, colligitur in C. de epiſ. & cle. l. officiales. & C. de priuil. fiſ. l. j. & ff. de adi. leg. l. pater. & hoc patet bene ex dictis Vegetii, primipilarius enim qui eſt ſignifer comprobat dimidiam totius ſtipendii omniũ militũ apud ſigna: ut ipſe ponit lib. ij. c. xx. uel merita & commoda uelut caput. idẽ. c. viij. & ſubdit Lucas, quòd hic eſt uerus intellectus legũ & concordantiũ, quæ de materia, & bonis primipilariorũ loquuntur. tamẽ ſi bene aduertatur, Lucas ponit originem officii, & nõ negat quin loco illius antiqui hodie ſit adminiſtrator generalis: maximè per illa uerba, quæ dicũt illud officium cõſiſtere in adminiſtratione pecuniæ. Sic quanuis Abb. in c. ex
28 parte prope fi. de conſue. dicat* ſic: & dicũtur primipilarii illi qui deferebant in bello prima pila, id eſt tela, & propter magnũ periculũ quod in eis uertebatur, cũ erant primi in bello, fuit inducta iſta ſpecialitas, ut ſi ipſi condẽnati, q; ſe fraude geſſerint in officio, nõ habent unde ſoluant, poteſt manus extendi ad bona uxoris & filiorũ. tamẽ nõ negat Abbas, quin ad inſtar illorũ, hodie ſumantur adminiſtratores primi pecuniarũ fiſcaliũ. Fuit uotatũ in fauorem dicti Sberti & fratrum. Iterũ petii Siciliam & ſic ſecundò in menſe Martii. 1518. 14. dicti menſis.

SVMMARIVM.

1 *Maieſtatis crimen qualiter & quot modis committatur: fere per totam deciſi.*
2 *Crimen læſæ Maieſtatis aliter cõmittitur in ciuitatem Romanã, uel aliã non recognoſcentẽ ſuperiorem: & aliter in aliam ciuitatem. & nume. 13.*
3 *Seditioſi qui ſint. & qualiter puniendi. & nume. 5.*
4 *Patriæ proditor ad finem ut auferat à Principe dicitur cõmittere crimen læſæ maieſtatis.*
6 *Seditioſi concitantes rumorem ſtudio ſe, puniuntur eorum pœna: ſecus ſi ſper accidens tumultus incideret.*
7 *Officialis aut Princeps occiſus ob inimicitias uel à ſe defendente, non dat locum pœnæ de ſeditioſis.*
8 *Iniurians aut uiolãs res, uel familiã, aut Curiales Regis in Curia morantes, duplicatam pœnam patitur.*
9 *Reges Siciliæ, non habentes licitè Regnum, incidunt in l. Iul. Maieſtatis: & condemnantur ab Eccleſia Romana.*
10 *Baro carcerãs aut prohibens ire uaſſallos appellantes ad regiam Curiam quando teneatur crimine læſæ Maieſtatis.*
11 *Collaterales Principis parificantur Principi quo ad pœnã offendẽtiũ eos: niſi fiat occiſio cauſa inimicitiæ. & nume. 15.*
12 *Officiali offenſo reſpectu dignitatis, uel ut perſona priuata, recurritur ad præſumptiones uel coniecturas.*
13 *Cõiectura uaſſalli offendẽtis dominũ qualiter & quot modis inueniatur.*
14 *Fiſcus & reſp. idem ſunt.*
16 *Rebellis Imperij an quis reputari debeat antequam feratur ſententia condemnatoria.*
17 *Fellonia ſeu iniuria, qua feudũ perditur*

tur ipſo iure, trãſit etiã in hæredẽ: cũ trahat ſecũ executionẽ. Capitula, cauſæ, & caſus l. Iul. Maieſtatis ſunt ibi.

28 Pœna l. Iuliæ Maieſtatis in primo capite quæ ſit, & in ſecundo capite. nume. 22.

29 Memoria delinquentis dãnatur in duobus tantũ caſibus, ſcilicet quãdo cõmittit contra Principem, & Rempu. Romanam.

21 Priuata perſona ſuſcipiens ex ſe magiſtratum committit crimen uſurpatæ iuriſdictionis. & nu. 28.

22 Officialis ſi committat alij cauſas criminales, tam ordinator quàm ordinatus puniuntur omnibus bonis & officio in Regno. & nu. 29.

23 Vniuerſitas creans officialem in ciuilibus & criminalibus debet deſolari: & homines angarij in perpetuum haberi. & nume. 31.

24 Baro, qui ſine regia conceſſione exerceat iuſtitiariatus officium in terris ſuis, priuabitur eis, ſi tantum ciuilem iuriſdictionem habebat. & nume. 30.

25 Pœna capitalis de iure cõmuni cõmutatur in publicationẽ bonorũ in Regno circa crimẽ læſæ Maie. & nu. 33.

26 Magiſtratuum creatio eſt de regalibus ad Principem ſpectantibus.

27 Vſurpantes iuriſdictionem qualiter puniuntur. & nu. 32.

34 Officialis regius utrũ poſſit ll. tranſgredi cõtra populos & gentes inſurgẽtes ex frequenti motu & cõſuetudine ad cõmittẽda facinora & ſcãdala.

35 Tyranni ſunt inſtrumentum iuſtitiæ diuinæ ad puniendũ delicta hominũ, ſicut Rex Aſſyriorum ſuper Iſraeliticum populum: & Rex Gothorũ flagellum Dei ſuper Italiam: & Dionyſius Siciliæ rexit in uirga ferrea.

36 Homines tranſmutantur in natura regionis & loci ubi uiuendo frequentant: ſicut planta transplantata.

37 Sicilia ter populata fuit de gentibus Gallicis.

38 Regimen & dominium debet ordinari ſecundum gentis diſpoſitionem.

39 Sicilia, Sardinia, & Corſica ſemper habuerunt tyrannos propter eorum prauos mores.

40 Confiſcare omnia bona quibus iudicibus licet. & nume. 41.

42 Ciuitas rebellis officiali Principis propter Principem dicitur hoſtis: ſecus ſi rebellaſſet propter ipſum officialem.

43 Andreas de Iſer. fuit occiſus à quodã Gallo Neapo. ante portam Petrutij reuertẽdo domum è Caſtello nouo, propter ſententiam latam contra occiſorem: unde mors eius Conſiliarij Regij fuit habita pro crimine læſæ maieſta.

44 Princeps concedendo poteſtatem generalem uel ſpecialem officiali, quam poteſtatem dicitur conceſſiſſe.

45 Præfecti prætorio quam poteſtatem habeant in Prouincijs ſibi deputatis.

46 Vicarius Papæ in terris eccleſiæ, ut dominus Camerini & ſimiles, eſt loco præfecti prætorio.

47 Conatus ſolus ſeu tractatus de occidendo Poteſtatem uel alium officialẽ punitur crimine læſæ maieſtatis.

48 Crimẽ læſæ maieſtatis cõmittitur ab occidente officialem habente merum imperium.

49 Vicerex & Vicarius Principis an pareficentur Principi quo ad offendentes eos, & fere per totam. q.

50 Extrauagantes leges utrum ſeruentur in Regnis Siciliæ.

51 Pœna læſæ Maieſtatis complectitur hodie filios & nepotes.

52 Extrauagantes factæ ſunt in Anno Domini. 1312.

53 *Leges Imperatorum ſeruătur in terris eccleſiæ ubi non contrariantur iuri canonico.*

54 *Maieſtatis crimen quot habet ſpecialia.*

55 *Minor in crimine læſæ maieſtatis torquetur.*

56 *Abolitio per ſtatutum conceſſa delinquentibus non procedit in crimine læſæ maieſtatis.*

57 *Socius criminis admittitur contra ſocium in crimine læſæ maieſtatis.*

58 *Frater accuſat fratrĕ in crimine læſæ maieſtatis.*

59 *Mulier poteſt accuſare in crimine læſæ maieſtatis.*

60 *Impubes authoritate tutoris accuſat in crimine læſæ maieſtatis.*

61 *Miles accuſat in crimine læſæ maieſtatis.*

62 *Delinquens in crimine læſæ maieſtatis fit inteſtabilis.*

63 *Accuſari poſt mortem poteſt in crimine læſæ maieſtatis.*

64 *Appellari non poteſt in crimine læſæ maieſtatis.*

65 *Sciens & non reuelans quando punitur, ut faciens in crimine læſæ maieſtatis. & nume.68.*

66 *Officialis inuaſus debet protegi à præſentibus: alias præſentes ipſi puniuntur. & nume.69.*

67 *Conſcius criminis quando puniatur.*

70 *Vniuerſitas poteſt delinquere omittendo.*

71 *Bona rebelliū poſſunt à Rege dirui.*

72 *Domus in quibus caſibus poſſunt ab officialibus dirui. Quid de uineis, uiridariis, & arboribus delinquentiū.*

73 *Creditores delinquentium an impedire ualeant domum uel uineam dirui. quid de uxore delinquentis.*

74 *Duellū in Regno quādo habeat locū.*

75 *Clericus degradatur per coniurationem factam contra Principem, uel dominum terræ.*

76 *Arma ſeu inſignia bănitorum in quo caſu deſtruantur.*

DECISIO CXXX.

Dubia quæ occurrerunt in cauſis reuolutionum Siciliæ læſæ maieſtatis capita.

Panhormi.

1 PRIMVM Dubium eſt* quot ſint capita.l.Iuliæ maieſtatis.pro quo declarādo recitabimus capitula dictæ legis,& ex.l.j.ff.eo.tit.colliguntur hæc:dicitur enim ibi. Maieſtatis crimen eſt cū quid cōmittitur aduerſus Po.Ro.uel aduerſus ſecuritatem eius:quo crimine tenetur is cuius opera,dolo malo conſiliū initum eſt,ut obſides in iuſſu Principis liberarentur. Is cuius opera,dolo malo conſiliū initum eſt,ut armati homines in urbe ſint,cōueniatuúe aduerſus rempub.locáue occupent,uel tēpla. Is cuius opera,dolo malo conſiliū initium eſt, ut cœtus cōuentusúe fiant,hominesue ad ſeditionem cōuocentur. Et
2 no.* q̀ hæc duo proxima præcedētia capitula uidētur.q̀ habeant locum quādo in eis cōtenta cōmitterentur in ciuitate Romana,ut not. gl.ibi in uer.in urbe ſint.Dicit tamē ibi Bart.quód qui facit cōgregationem gētis in alia ciuitate,tenetur.l. Iulia de ui.allegat.l.cū.l.ſeq.ff.ad l. Iuliā de ui.& l.fi.C.eo.tit.Et id quod dictum eſt de ciuitate Romana,habet locū etiam in ciuitate nō recognoſcente ſuperiorē,ut in addi.ad Bar.in d.l.j.ult.colū.ff ad l.iul.maie.
3 ubi uide allegationes.Et in eo* qui congregat ſeu mouet plebē ad ſeditio

ditionem in detrimentū Reipu.eſt
etiā pœna ſeditioſi,quæ habet locū
etiā in eo,qui in Caſtro faceret talē
cōmotionem:ut eſt text.in l.j.iuncta
gl.j.C.de ſeditioſis.& exemplificat
gl.ij.ibi,illā.l.in eo qui uolebat ex-
pellere Poteſtatem ſeu deponere.
& Bal.in l.data opera.C.qui accuſa.
non poſſ.inter cauſas in quibus de-
bet quis mori,ponit iſtas : uidelicet
fautores ſeditionis uel tradimenti.
allegat.l.fautores.ff.de pœn.conci-
tantes populum gridādo uiuat,uel
moriatur.allegat.d.l.primā.C.de ſe
ditioſis.qui inuadunt caſtra, ciuita-
tes uel oppida.& alleg.l.j.infra de
ſedit.& l.primam.§.loca.ff.ad l.iul.
ma.& uide gloſſ.in l.fallaciter.C.de
abolitio.in uerſi.prodita.quæ dicit,
quòd is qui prodit patriā eſt in cri-
mine læſæ maieſtatis. ſed Saly.ibi li
4 mitat* quādo proderetur ad finē,ut
principi auferatur : refert Areti.in
tracta.malefi.in uer.che hai tradito
la tua patria.in ij.colū.Lucas in ru-
bri.C.publi.letitiæ.lib.xij.dicit hæc
uerba,ſi quis mouerit ſeditionē in
ciuitate utens acclamationibus di-
cēs uiuat uel moriatur talis:uel pro
ſpecie aut quæſito colore boni ad
malum,tamē exclamat,& dicat po-
pulo,ut ſæpe numero fit in ciuitati-
bus Italiæ,ut tumultum impetumue
committat,uel cōuenticulā collecta
multitudine in qualibet parte ciui-
tatis uel uia uel cuiuſcunq; loci col-
ligere in ſecreto , aut celebrare in
publico conetur,aut ſeditionē mo-
uere tentaret:quia ex hoc generalis
pax loci,aut tranquillitas uiolatur,
ultimo ſupplicio punietur.l.denun-
ciamus.ſuprà de his qui ad ecc.con
fu.& idē ſi qualitercunq; ad ſe trahe
re plebem aduerſus publicā diſcipli
nā aliqua ratione tentaret.ſuprà de
ſeditio.l.j.idem ſi pro inuadēdo ali
quo officio,uel honore in ciuitate,
aut pro aliquo officio,uel rumorē
populi remouēdo,uel ſimilibus tu-
multuoſis clamoribus populus con
citatur.C.de ſedit.l. ij. ex his enim
pax & quies locorum publica uiola
tur.Et prædicta locū habent cum id
ſæpius delinquentes admiſerūt,uel
à præſide admoniti ab his illicitis
actibus ceſſare noluerint:nam pro
unico actu , ubi nihil periculi , aut
grauioris maleficii eſt inde ſecutū,
pro prima uice delinquentes huiuſ-
modi,aut cæſi uirgis dimittuntur,
aut eis ſpectaculis interdicitur.ff.
de pœ.l.capitaliū.§.ſolēt.& l.ſi quis
5 aliud.§.actores. Pœna autē* ſedi-
tioſi quæ ſit,gloſ.in d.l.j.in uer.gra-
uiſsimam,ponit duas opi.primò ut
ſit pœna mortis propter illud uer-
bum grauiſsimā,per.l.ſi.ff.de pœ.ſe
cundò ꝙ puniatur quis pro qualita
te perſonæ & dignitatis,ut uel fur-
ca ſuſpendatur,uel beſtiis ſubiicia-
tur , uel in inſulam deportetur.l.ſi
quis aliquid. §.ſi.ff.de pœ.Bald.ibi
in ſummario dicit quòd debet mori
pœna ſeditioſi.Ang.in ſummario.l.
primæ.eo.tit.dicit quòd congregās
plebem in detrimentum reipublicæ
debet capitaliter puniri,ſed in l.ij.
dicit,nota hāc.l.& ſequentē contra
facientes & cōcitantes rumorem in
populo:nā capitaliter puniuntur,&
quandoq; figuntur furcis,quandoq;
6 ſubiiciuntur beſtiis,quādoq;* depor
tantur pro qualitate perſonę,ut in l.
ſi quis aliquid.§.ij.ff.de pœn.& in-
telligit Ang.illas leges in cōcitante
rumorem ſtudioſe,& ad finē tumul-
tus ſi

tus:ſi autem per accidens tumultus inciderit,erit quis alia pœna puniēdus ſecundū eū.Saly.not.in d.l.j.dū glo.ibi ſ.relata ponit duas opi.dicit ꝙ prima eſt approbata in practica,ſed ipſe ſecundā putat tutiorē de iure.& intelligit Saly.ibi prima col. illas.ll.non habere locū in accurrētibus ad tumultum per laſciuiā nihil ultra peccantibus. Is cuius ope
7 ra* & conſilio dolo malo conſilium initū fuit,quo quis magiſtratus populi Romani,quiue, imperiū poteſtatémue habeat occidatur.& uide And.in conſtitu.regni ut participatio.in ij.colū.qui alleg.iſtum text.& dicit hoc habere locū,quādo in exitium reipu.hoc fieret,ut careat prouincia tali rectore,non ſi ob inimicitias proprias,nō etiā quando quis occideret officialem defendēdo ſe cum moderamine inculpatæ tutelæ:& dicit quòd eadem ratione id eſſet in Principe,ſi uellet aliquē ſpeciali odio occidere cōtra iuſtitiā:& ſubdit quòd in dubio pro Principe præſumeretur, & recitat de Rege Manfredo qui occidit Borcillū de Anglone in Theano, nō uolēs expectare ꝙ alius faceret,& uide d.cōſtitutionem,ut participatio.de iniu
8 riis curialibus illatis.ubi is* qui infert uiolentiā uel iniuriam in rebus uel familia officialibus Regis in Curia Regis morantibus,duplicatā pœnam patitur, quàm ſi intuliſſet aliis.& limitat Andræas ibi hoc,niſi iniuria fieret ob inimicitias particulares.Ad quod eſt cōſtitutio,eos.de repulſa officialium,alias de iniuri. cur.perſo.cætera ad hoc capitulum uidebimus infra,ubi de.l.quiſquis. Is cuius opera & conſilio dolo malo conſiliū initū fuit,ut quis contra Rēp.arma ferat.Is qui hoſtibus populi Romani nunciū literáſue miſerit ſignūue dederit.Is qui dolo malo fecit ut hoſtes populi Romani cōſilio iuuētur aduerſus Remp.Is qui milites populi Romani ſolicitauerit, aut concitauerit ad tumultum aut ſeditionem aduerſus rempubl. Ex l.j.eo.tit.ff.ad le.Iul.maie.colliguntur iſta,uidelicet:Is qui de prouincia cum ei ſucceſſor datus eſſet nō deceſſerit.Is qui exercitū deſeruerit.Is qui priuatus ad hoſtes profugerit. Is qui ſciens falſum cōſcribſerit uel recitauerit in tabulis publicis, nam & hoc capite primo maieſtatis numeratur. Nō uidetur iſte tex. inferre ꝙ omnia poſita in præcedentibus ſpectēt ad primū caput: in præcedētibus enim eſt de eo qui occidit magiſtratū Po.Ro.ſed nos in primo capite ponimus ſolū quando cōmittitur contra perſonā Principis uel rempub.ut ī.in ſecundo dubio. Quidā mod. Siculi pōderant iſtum tex.quaſi ꝙ omnia precedentia ſint in primo capite numerata. Item ex l.iij.Is q cōtra rēpub.hoſtes cōcitauerit.Is qui opē hoſtibus tradiderit. Maieſtatem publicam lædens, ut eſt is q bellis ceſſerit retro. Is qui cōtra Principis uoluntatē arcem tenuerit. Is qui caſtra cōceſſerit inimicis.Is q iniuſſu Principis bellum geſſerit inimicis.Is q iniuſſu Principis delectū militū habuerit,aut exercitum comparauerit.Et uide Andr.in cōſti.Regni,Comes uel baro.ubi allegat hūc text.Is qui tenens in prouincia ſibi commiſſa exercitum,illū ſucceſſori tradere recuſauerit.Is qui imperium aut exercitum populi Romani deſeruerit.

ſeruerit. Is qui priuatus geſſerit qđ ſciens, dolo malo pro poteſtate magiſtratúue. Et uide And. in conſti. regni, durã & diram. ubi allegat hunc tex. Cõſtitutio enim illa imponit huiuſmodi perſonis pœnam publicationis bonorum tãtũ, & eximit à pœna capitis, quãdo criminalis tantũ iuriſdictio uſurparetur, de quo infra. Quidue eorũ quæ ſupra ſcripta ſunt facere curauerit: & uide Bart. hic, qui per iſtũ tex. in uer. is qui priuatus. di
9 cit, * ꝙ eccleſia Romana cõdemnat omnes illos, qui dicunt ſe Reges Siciliæ, cum nõ habeant Regnũ licitè, incidunt in l. Iul. maieſtatis. Item ex l. iiij. Is cuius dolo malo iureiurando quid actum eſt quod faciat aduerſus rempublicam. Is cuius dolo malo exercitus populi Romani in inſidias deductus hoſtibusue proditus erit. Is cuius dolo malo factũ eſt quo minus hoſtes in populi Romani poteſtatem ueniant. Is cuius opera dolo malo hoſtes populi Romani cõmeatu, armis, telis, equis, pecunia aliáue aliqua re adiuti erunt. Is cuius opera dolo malo ex amicis aliqui hoſtes Po. Ro. fierent. Is cuius dolo malo opera factum eſt, ut Rex exteræ nationis Po. Ro. minus obtemperet. Per iſtum text. dicebat Luc. de pen. in l. prima. in fi. C. ut ne-
10 mo ad ſuũ pat. quòd Barones * prohibentes eorũ uaſallos pro querelis delictorum uenire ad Regem, uidẽtur teneri crimine læſæ maieſtatis, prout refert Paris in ſyndica. cap. de exceſsibus Baronum. §. iij. quod limitat d. Paris ubi ſ. niſi ipſe Baro haberet merũ & miſtũ imperium in terris ſuis, uel cognitionem primarum cauſarum ciuilium & criminalium: nã poſſet ſecundũ eũ prohibere uaſſallũ, ne in derogationẽ iuriſdictionis & priuilegiorum ſuorũ veniat ad Curiam Regis. Et not. hæc contra nonnullos Barones Regni. qui (vt fertur) carcerant ſubditos appellantes ad regia tribunalia. Is cuius dolo malo opera factum eſt, quo magis obſides, pecunia, iumenta, hoſtibus Populi Romani dẽtur aduerſus rem publicam. Is qui confeſſum in iudicio reum crimine læſæ maieſtatis, & propter hoc in vincula conuictum emiſerit. Item ex. l. qui ſtatuas. Item qui ſtatuas aut imagines Imperatoris iam cõſecratas cõflauerit, aliudue quid ſimile admiſerit. Item ex. l. pœna. Is cuius ope, conſilio, dolo malo prouincia uel ciuitas ab hoſtibus prodita eſt. Item ex. l. quiſquis.
11 C. ad l. Iul. maie. Is qui tractat * uel pficit necem collateralium Imperatoris ſiue cõſiliarii, ſiue milites, uel alii ſint illi collaterales, & multò magis ipſius Imperatoris. & dicit Cy. ibi. quẽ refert & ſequitur ibidẽ Sal. ꝙ in perſonã Principis & eius latus aſtantes, ſeu qui ſunt pars corporis ſui, ꝓprie crimẽ læſæ maieſtatis cõmittitur, improprie in cæteris capitulis. d. Paris in uer. iniuria officialis. §. an officia-
12 lis. dubitat * ſi cõmiſſum eſt delictũ in officialem, & ſit dubium, an ſit commiſſum reſpectu iuriſdictionis uel dignitatis ſuæ: an uerò ut in priuatam perſonam, quid tunc eſſet iudicandum? & dicit, quòd erit recurrendum ad coniecturas & præſumptiones. per no. per And. in tit. hic finitur lex. & per eundem in ti. qui. mo. feu.
13 amit. ubi * ſi nõ poteſt probari liquidò, quòd uaſallus ad dãnum Domini reuelauerit credentiam, ſumitur

proba

probatio ex cōiecturis: ſi aliàs Dominum habuit odio, aut aliàs damnificauerit Dominū ex aliqua cauſa: & p no. per ipſum. in ti. ex quib. cau. feud. amit. §. porro: & in tit. de phi. alie. p Loth. §. & ſi uaſallus: ubi latè ſcribit, ꝙ coniectura ſumit ex pſonis, ex cauſis, ex ſeruitiis, ex induſtria, ex pecuniis, ex conſanguinitate, ex amicitia, ſocietate, & conuerſatione. hæc Paris. Sed And. in conſtitu. reg. ut participatio. ij. colum. dicit, ſi quis ergo occidat habentem merum imperiū dicitur committere crimen læſæ maieſta. ff. ad leg. Iul. maieſt. l. j. §. j. ibi, cuiusue: & hoc intelligendū ſecundum eū quādo in exitium reipublicę quæ
14 Rex eſt, hoc fit, fiſcus enim* & reſpublica idem ſunt. ff. de bo. poſ. l. nō eſt ambigendū. & patet per Senecā primo de cle. ut in ſuperioribus dictū eſt: ut careat Princeps tali milite, uel ut puincia ſine rectore remaneret: ꝙ ad aliquod malū rebellionis perueniret, occidit iuſtitiariū: & hoc dicitur in l. quiſquis. C. ad leg. Iul. maieſt. ꝙ cū barbaris & hoſtibus factionē, aliàs cauſam conceperat de occidendis Collateralibus. Aliàs ſi non contra Principem, ſed quia erat inimicus occidētis: nō dicitur crimē læſæ maieſt. cōmittere: id enim eſt quādo cōtra Principē hoſtili animo qs animatur. ff. ad leg. Iul. maieſt. l. fi. & de bo. lib. l. j. quòd hic nō eſt: licet ergo lædatur Princeps ipſe & reſpublica, qa carent tali homine: iudicatur delictum à principali intentione, quæ fuit non contra Principem agere: nā etiam ſecundum Angel. peccatum eſt in uoluntate. ff. de fur. l. qui iniurię patet. ff. de capti. & poſtli. reuer. l. ſi quis ingenuā. §. in ciuilibus: quomodo peccauerit contra Principem ille qui in animo hoc gerebat: aliàs nō gerebat, ſed uindicauit ſe de inimico ſuo: hoc dici non pōt, ſicut nō dicitur abeſſe cauſa reipu. qui cauſa ſui cōmodi abeſt. ff. ex quib. cau. maio. l. uerum. Et ad intell. d. l. quiſqs. uide And. in titu. quæ ſint regalia. in uerſi. & bona committentis crimen læſæ maieſta. in vij. colum. in uerſic. animaduertēdum eſt etiā ꝙ uulgariter. ubi ad conſtitutionē, humanitatem, quā æque intelligit cū d. l. quiſquis, dicit hæc uerba. Sed hoc intelligendū eſt quādo ille qui occidit collateralem, uel ad actū occidendi cogitatum perduxit, iniit de hoc factionem ſeu conſpirationē cum hoſtibus Regis & principis militibus uel non militibus, ut dicit litera. d. l. quiſquis.
15 Inde ſubdit paulo pòſt: & ſic* quiſquis occideret cancellarium Regis uel Principis, ſecretarium uel alium Collateralem intimum propter inimicitiam quam haberet ſecum, non tangentem Regem uel Imperium, ut dicitur ibi factione cum hoſtibus non inita: non uidetur eſſe crimē læſæ maieſt. quia nō offendit intentionaliter Principem: & paulo pòſt adducit conſtitutionem de iniur. off. illat. l. iij. & titu. ſequen. & conſtitutionem, eos tantū: ſecus ſi fecit in odiū Principis. & paulo pòſt dicit: ſed ſi in exitium ciuitatis & damnum reipublicæ, ſicut dictum eſt, ut careret tali ſtrenuo uiro Princeps uel Rex, uel propter iuſtitiā quam fecit, uel cōſuluit ut fieret hoſtis & reus maieſt. per ar. à cōtrario ſenſu &c. & idē in viij. colum. uerſi. unde contra Collateralem, dicit: unde contra Collateralem inire factionē cū hoſtibus qualitercun

tercunque etiã propter odiũ eſt crimen maie.quia.l.quiſquis.indiſtincte loquitur,indiſtincte intelligitur. ff.de aleato.l.j.ſi ſine factione cũ hoſtibus diſtinguitur, utrum propter odiũ ſpeciale,propter damnũ Principis & reipub.quæ idem ſunt. inde ſubdit & in hoc uidetur cõtradicere prædictis dicens:ſed ſi cõtra Collateralem inirẽ factionẽ cum hoſtibus propter odiũ non in damnũ reipub. non eſt crimen maieſtatis,ſi in damnum reipub.uel Principis ſic,ut patet ex prædictis:ubi uerò cõtra Principẽ attẽtatur hoc ſine factione:uel cũ etiã factio ſit inita per ſubditos Principis,habet locũ.l.quiſquis.hæc And.& uide circa prædicta Laudẽſem in tract.de Principe,not.xxj.qui dicit,ꝙ priuata inimicitia nõ excuſat à pœna rebellionis: allegat Inn. & Bal.in c.j.de offi.del.licet Bar.teneat cõtrariũ ſecundũ eum in l.hoſtes.de captiuis.cuius ſententia dum ipſe uidetur humanior: aliqua alia circa.d.l.quiſquis.uidebis j̃. Item ex extrauagãti Henrici Imper.in ti. qui ſint rebel.Is qui quocũq; modo publice uel occulte cõtra Imperatoris honorẽ & fidelitatẽ rebellionis opera facit & cõtra Imperii proſperitatẽ aliquid machinatur,cõtra Imperatorẽ ſeu officiales ſuos in his quæ ad cõmiſſum eis officiũ pertinent rebellando:& dũ text.ibi dicit contra Imperatoris honorẽ,Bar.ibi in uerſi.noſtrũ honorẽ:dicit ſcilicet perſonæ uel Imperii:& dũ tex.dicit faciunt rebellionis opera.Bar.ibi in uer.faciunt, dicit, loquitur ergo de ea rebellione,quæ in faciendo conſiſtit, ut in cõferendo ſe in numero hoſtiũ,in ſequendo Principẽ & gentem eius:& Bar.ibidẽ in gl.in uerſi. machinãtur.exemplificat illã.l.quãdo Imperator uel eius nuncius uellet ingredi ciuitatẽ pro recuperandis iuribus Imperii,& aliqui reſponderẽt, ꝙ intromittere eũ uel gentẽ eius eſt periculoſum ſtatui eorũ, & ſic tenẽt eos in uerbis, & ſic labitur tẽpus quo multa poſſet facere pro Imperii proſperitate: & Bart.ibidẽ in uer.rebellando.declarando qualiter contra officiales Imperatoris dicitur quis rebellare in terminis illius.l.dicit,intellige quando rebellat pro his quæ petuntur pro ſtatu imperii:& uide an dici poſsit ꝙ d. l.nõ loquatur in eo qui machinatur cõtra officiales Imperatoris,ſcilicet cõtra perſonas eorũ,ut quia eos interficere conãtur uel tractant:ſed ſolũ quando machinantur rebellãdo cõtra eos mandãtes aliquid pro ſtatu imperii per illa uerba,in his quę ad cõmiſſum eis officium pertinent &c.& uide Laud.in trac.de crimine læſæ maie.xij.not.quòd ille dicitur facere cõtra ſtatũ Principis,qui uult dirigere ſtatũ ad aliud regimẽ,puta ad aliũ Principẽ.allegat.Bal.in l.j.§. huius ſtudii.ff.de iuſti.& iu. Et no. bene hanc extrauagantẽ, quoniã in terris in quibus ſeruatur,ſi uolumus tenere quod rebellando cõtra officiales regios puta contra Vicarium (aliter quam cõmittẽdo cõtra perſonã uel ſtatum Regis)ut in eos qui Vicariũ ipſum expellunt uel interficiunt cõmittatur crimẽ rebellionis de quo in illo.ca.ſi moritur delinquens ante ſentẽtiã. eſto ꝙ nõ poſſit dãnari memoria ut infrà in ſecũdo dubio:tamen feuda & bona ſunt deuoluta ad fiſcũ,& in eis nõ habet

ſucceſſorē:hoc probo:nam in d.extrauaganti Henrici dubitabatur,an
16 debeat* quis reputari rebellis Imperii antequā feratur ſentētia condēnatoria,& reſpondet Imperator inferendo,ꝙ ſic,primò dū dicit,attendentes ꝙ acta praua malorū potius quàm uerba ſententiarū ipſos faciūt pœna cōdignos:deinde & ſecundò dū dicit,declaramus,decernimus,& pronuntiamus, ꝙ illi oēs & ſinguli ſunt rebelles.Hoc ergo fundato ſequitur,ꝙ quādo fellonia eſt talis,ꝙ feudū perditur ipſo iure,& ſic ſit iniuria quæ trahit ſecū executionem, etiam in hæredē tranſit:ut elegāter not.ff.ꝙ quiſq; iuris.l.iij.§.quod ait prætor.ita Bal.in l.imperialē.§.inſuper.ult.col.de proh.feu.alienan.per Federi.& ideo ſecundū eum ſi eſſet cōmiſſa fellonia alienādo,quæ contraheretur ipſo iure etiā ſine pacto, ut ea.l.§.callidis.in tex.& gl.uel etiā alia fellonia,eſſet tamē appoſitū pactum, ꝙ per eam uaſſallus caderet à feudo ipſo iure,tale præiudicium tranſiret in hæredē etiā querela nō præparata:quod eſt no.ſecundū eū. Item ex c.Felicis.de pœ.lib.vj.Is qui inſequitur, percuſſeritue dominos Card.ceperitue eos,aut conſiliū,uel fauorē circa hæc præſtiterit.Ex prædictis patet plura eſſe capitula.l.Iul. maieſt.tex.in l.fi.ff.eo.appellat cau-
17 ſas:dum enim ibi dicitur * damnari memoriā hominis in crimine perduellionis, ſubiungitur, cæterum ſi quis ex alia cauſa l.Iul.maieſta.reus ſit &c. Gloſæ appellant capitula,ut facit gl.inſti.de pub.iudi.§.publica autē. ibi intelligas in duobus capitulis illius.l.gl.in l.antepen.ff.ad l. Iul.maieſta.dum illa.l.uult ꝙ libertorū bona reſeruētur filiis damnatorū crimine læſæ maieſt. dicit eam procedere in aliis capitulis quàm contra principē uel rempub.gl.fi.in l.j.C.de bonis lib.nominat etiam capitula ibi,aut in alio capitulo:& ibi, uel dic,ꝙ in aliis capitulis.glo.in l. pe.C.eo.tit.ad l.Iul.maieſt. dum ibi dicitur dānari in hoc crimine memoria hominis dicit.Quod intellige in duobus capitulis illius.l.quando ſcilicet cōtra principē uel rēpu. molitus eſt:non in aliis,ut ff.eo.l.fi. At meo iudicio reſpōdendo primo dubio crimen hoc habet tantū duo capitā:in primo capite ponēdi ſunt oēs caſus cauſæ, & capitula in quibus molitur quis contra principem uel rempu.Sicut eſt uidere in pluribus caſibus ex ſuprà narratis: ut in maiori eorū parte prout ingenioſus lector eliciet:& ideo iuriſcon.in d.l.ij.ff.ad l.Iul.maieſt.loquēs in eo qui falſum conſcripſerit,uel recitauerit in tabulis pu.in damnū reip. dicit:nam & hoc capite primo.l.Iul. maieſt.enumeratur. In ſecūdo uerò capite ponantur aliæ cauſæ ex ſuperius expreſſis: in quibus quis non molitur contra principē uel rempu. principaliter:ideo Cy.etiā quem ſupra retuli in d.l.quiſquis.dicebat,ꝙ in perſonam principis & eius latus aſſiſtētes: & idem intelligo ſi in rempub.cōmittitur crimen læſæ maieſt. proprie:in ceteris uerò capitulis improprie,de quo etiā per Aret.in tra. malefi.in uer. che hai tradito la tua patria.ij.colum. dare ergo operā,ꝙ Magiſtratus populi Ro. occidatur, item ꝙ priuatus gerat ſe pro magiſtratu,uidētur eſſe in ſecūdo capite collocāda:dare operā ꝙ Magiſtratus

tus po. Ro. expellatur cõcitata ple-
be, ad hoc uidetur eſſe crimẽ ſedi-
tioſi: nõ læſæ maieſt. de iure ffforũ. &
18 C. Secundũ * dubiũ eſt quæ ſit pœ-
na l. Iul. maieſt. In primo capite. tex.
inſti. de pub. iud. §. publica autẽ. di-
cit, lex Iul. maieſt. in eos qui contra
Imperatorẽ uel rẽpu. aliquid moliti
ſunt ſuum uigorẽ extẽdit. Cuius pœ
nã animæ amiſsionẽ cõtinet, & me-
moria rei etiã poſt mortẽ damna-
tur. tex. inſti. de hære. quæ ab inteſt.
defer. §. per contrariũ. dicit: ueluti ſi
poſt mortẽ ſuã pater iudicatus fue-
rit perduellionis reus, ac per hoc
memoria eius damnata fuerit: ſuum
enim hæredẽ habere non poteſt, cũ
fiſcus ei ſucceſsit. tex. in l. iij. ff. ad le.
Iul. maieſta. dicit, lex xij. tabul. iubet
eum qui hoſtes concitauerit, quíue
opem hoſti tradiderit capite puni-
ri: lex autẽ Iulia maie. præcipit eum
qui maieſtatẽ publicã læſerit tene-
ri, non dicit qua pœna. tex. in l. fin. ff.
eo. ti. loquens in eo qui perduellio-
nis reus eſt hoſtili animo aduerſus
rẽpu. uel principẽ animatus: dicit ꝙ
hoc crimen nõ extinguitur morte:
ſed ſi à ſucceſſoribus nõ purgatur,
hæreditas fiſco uẽdicatur: & idẽ di-
citur in l. pe. & in l. fi. C. eo. tit. ad le.
Iul. maieſt. tex. in l. quiſquis, prælle
gata, loquens in eo qui machinatur
contra principẽ uel eius Collatera-
les, dicit gladio feriatur, bonis eius
omnibus fiſco addictis: & inſuper
diſponit filios eius eſſe inhabiles &
incapaces bonorũ & ſucceſsionum.
Et aduertendum quoniam in hoc
primo capite differentia eſt, an quis
damnetur ex machinatione in prin
cipis perſonam cõmiſſa: an uerò ex
crimine perduellionis: nam in pri-
mo caſu filii non ſuccedent in iure
patronatus, quod poterat trãſire ad
hæredes extraneos: ſed fiſcus. ut eſt
tex. in d. l. j. C. de bon. lib. in ſecundo
uerò caſu ſiquidẽ tale ius patrona-
tus erat auitũ, fiſcus nõ ſuccedet. ita
Ang. in d. l. j. j. col. C. de bon. libe. eſt
ergo concluſio, ꝙ pœna le: Iul. ma-
ieſt. in primo capite continet amiſ-
ſionẽ uitæ, & bonorũ, & memoriæ
damnationẽ. Aug. in addi. ad Areti.
in uer. qui iudex uidens ꝙ inquiſiti.
xiij. col. allegat Ang. conſi. ccxxj. in-
cipi. pro deciſione conſultationis,
19 * ꝙ in duobus tantum caſibus dam-
nari poteſt memoria. primus quan-
do cõmitteretur cõtra perſonã Im-
peratoris: ſecundus quando contra
rempu. Rom. in omnibus autẽ aliis
cap. læſæ maieſta. dicit hoc not. eſſe.
uide ibi. itẽ adde ꝙ Laude. in tract.
de crimine læſæ maieſt. no. xxxvj. di
cit, quidam Barones facientes cõtra
ſtatum principis, habent magis pu-
niri quàm alii ciues. allegat Bar. in l.
j. C. de condi. impu. lib. x. Illud ſcien
20 dum, * ꝙ poteſt eſſe quis in crimi-
ne læſæ maieſt. & eſſe in pœna tan-
tum relegationis, ut no. Bart. in ex-
trauag. ad repri. in glo. in uer. legi-
time. uerſi. nõ obſtat hęc litera. iun-
cta glo. in eo. tit. in uer. tangat. In
ſecundo uerò capite, non poſſum
colligere ex textibus & doctoribus
pœnam aliam ſeparatam, uidetur ta
men ꝙ ſit pœna capitis & publica-
tionis bonorũ, & ad pœnam capitis
adduco tex. in d. §. publica. inſtit. de
pu. iud. iũcta gl. ibi in uer. & memo-
ria. dicit tex. lex Iul. maie. quę in eos
qui cõtra Imperatorem, uel rempu.
aliquid moliti ſunt, ſuũ uigorẽ ex-
tendit, cuius pœna animæ amiſsio-

nem ſuſtinet, & memoria rei etiam poſt mortẽ damnatur. & licet tex. uideatur ſe ſtringere ad primũ caput, tamẽ gl. prædicta dicit, & quod diximus poſt mortẽ accuſari: intelligas in duobus capitulis illius. l. hoc eſt cõtra principẽ, uel Rempu. quaſi ꝙ in illis duob. ca. hoc tantũ ſit ſpeciale, ꝙ poteſt damnari memoria hominis: alia pœna, uidelicet mortis, ſit æqualis in omnibus capitulis. in eo. §. in tex. & gl. nõ probatur de pœna public. bonorum. Nam licet Ang. ibi in ij. col. dicat not. ꝙ pœna læſæ maie. eſt animaduerſio in corpus: & ſic mors naturalis: ſupple tu cum publicatione bonorum. ut in l. quiſquis. C. ad le. Iul. maieſt. tamen hoc dictum Ang. uidetur inferre, ꝙ circunſcripta. l. quiſquis: & ſic ante illã legẽ non erat ſtatuta hæc pœna: quaſi ꝙ in aliis capitulis extrà d. l. nõ ſit pœna publicationis bonorũ. Et ꝙ etiam in ſecũdo capite ſit pœna mortis, adduco Bal. in l. data opera. iiij. col. uer. ulti. in hac. l. not. ubi ponẽs delicta in quibus ſtatuta eſt pœna mortis, inter cætera dicit aliquos caſus. l. Iul. maieſt. in ſecũdo capite, uidelicet in eo qui cum ſit priuatus utitur imperio, uel inſignia magiſtratũ repræſentãtia gerit: quia illud dicit ipſe eſt crimẽ læſæ maie. ut ff. ad le. Iul. maieſt. l. iij. §. fi. & ff. de fal. l. eos qui ſe. item in eo qui inuadit caſtra, ciuitates, uel oppida. allegat. C. de ſeditioſis. & d. l. j. §. loca. ff. ad l. Iul. maieſt. ſ. adductã. Et ad idem ꝙ ſit pœna mortis, adduco Bonifaciũ in tract. de malefi. in rub. quibus de cauſis quis poſsit ad mortẽ condemnari, uel in membro: ubi inter cæteros caſus dicit. Item illi qui cõmittunt in l. Iul. maieſt. quod fit multis modis: ut ff. ad leg. Iul. maie. l. ij. & ſeq. & C. eo. l. fi. & idem doctor in rub. ad l. Iul. maie. dicit: pœna autem eſt, ꝙ non ſolum qui ſic delinquunt puniũtur ad mortẽ pœna capitis: ut ff. eod. l, iij. ſed & filii eorũ qui bonis omnibus ſpoliãtur ſola uita eis relicta. C. e. l. fi, licet antea poſuiſſet potius caſus primi capitis, & iam miſceat caſus non faciens differentiã. Ad idẽ ꝙ ſit pœna mortis: adduco quartò Saly. in d. l. quiſquis. in prin. ij. col. ubi dicit iſta uerba. Nam licet in quolibet caſu ſit pœna capitis. ut ff. eo. l. ij. &c. Adduco ad probandũ ꝙ etiã in ſecũdo capite ſit pœna publicationis bonorũ, tex. in l. antepe. quæ incipit eorũ. ff. ad l. Iul. maieſta. quæ ſecundũ gl. ibi loquitur in his qui damnãtur ex crimine læſæ maieſta. in ſecũdo capite: & dicit quòd bona eorũ qui fuerũt liberti damnatorũ, maieſtatis crimine ſeruãtur liberis damnatorũ, & tunc demũ (& hoc facit) fiſco uẽdicantur, ſi nemo damnati liberorum exiſtat: quaſi ꝙ ſpeciale ſit in hæreditate libertorũ damnati, ut reſeruetur liberis, alia bona erũt fiſci. & dum loquitur ibi de liberis, uidetur etiã inferri, ꝙ pater iam debebat mori ob iſtud crimen. Ad idem ꝙ bona publicãtur: adduco. l. fi. ff. eo. tit. per argumentũ à ſpeciali, uel à cõtrario ſenſu, dum ibi dicitur, ꝙ in crimine læſæ maie. perduellionis damnatur memoria, & hæreditas per fiſcũ uẽdicatur ab hæredibus. item dum in fi. l. dicitur, ꝙ delinquens ex alia cauſa. le. Iuliæ maieſta. quàm perduellionis morte crimine liberabitur: infertur, ꝙ ſi uiueret & dãnaretur perderet bona.

addu

adduco ad idẽ Saly. in d.l.j.in prin. ij.col.C.eo.quẽ pluries uentilamus, ubi dicit:nam licet in quolibet caſu ſit pœna capitis,ut ff.eo.l.ij. (credo ꝙ uoluerit dicere tertia) & publicationis bonorũ.ut ff.eo.l.corũ:quem ſuperius induxi:& ſuprà de bo.libe. l.ita tamẽ &c.& not.ꝙ lex,quiſquis, loquitur in caſu ſuo. Cõtra hæc tamẽ ꝙ ante.l.quiſquis,non erat inducta publicatio bonorũ: facit Areti. in d.§.publica.in ij.col.quem paulo ſuprà recitaui dum ad fundandam hanc pœnam adducit.d.l. quiſquis. quaſi ꝙ in aliis caſibus non ſit iſta pœna.Facit etiã gl.in l.j.C.de peti. bono.ſubla.lib.x.ubi dum text.facit mentionẽ de cõſuetudine cõfiſcãdi bona cõmittentiũ crimen læſæ maieſta.gl.ibi dicit. & lex eſt allegata, ſuprà ad l.Iul.maie.l.quiſquis, quaſi ꝙ non ſit alia lex quæ iſtam pœnam inducat:& tamẽ.l.illa quiſquis, non loquitur niſi in primo capite, & in caſu ſpeciali Collateralium:ꝙ autẽ pœna prædicta obtineat: facit text. in d.tit. quæ ſint regalia.uer.& bona committentiũ crimen læſæ maieſta. Sit ergo cõcluſio quòd in ſecundo capite.l.Iul.maieſt. eſt pœna mortis, & publicationis bonorum: ſed morte crimẽ extinguitur.d.l.fi. ff.eo.titu. Et quoniã ſuprà bis allegauimus Saly.in hoc ſecũdo dubio in l.quiſquis. in prin.ij.col.C.ad le. Iul.maie.aduertendũ eſt:nã uidetur defectiue locutus: Dum enim quærit, an ſit aliqua differentia, an hoc crimen cõmittatur in principem, & eos qui ſunt pars corporis ſui, an circa alia capitula in eo quod dixit, & in eos qui ſunt pars corporis ſui: debuit ponere uel in rempub.ut ſic iſtud non relinquatur ſub aliis capitulis:æquiparantur enim iſta,moliri contra Imperatorem, uel cõtra rempublicam, ut dicit text.inſtit.de pub.iud.§.publica.& in l.fin.ff.ad le. Iul.maieſt.& in utroq; caſu damnatur memoria,ut in d.iuribus: quod in aliis capitulis nõ eſt, ut dicit ipſe Salyc.hic in d.l.j.niſi ſaluãdo Salyc. dicas, ꝙ dum ipſe dicit in principẽ, uoluit ſub hoc uocabulo uenire etiam rempu.ar.in l.non eſt ambigendũ.ff.de bo.po.potes etiã dicere,quòd Saly.uerè uoluerit & bene facere differentiam,an hoc crimen cõmittatur in principẽ, & collaterales,an contra rempu.& alia capitula:nam primo caſu filii efficiũtur penitus inhabiles:ut in d.l.quiſquis. in ſecundo non,ut in iuribus allegatis per Salycet. & iam notat hoc Ange.in l.j.j.colum.C.de bon.liber. ſed ponendo inter alia capitula crimen perduellionis,quando contra rempu.non diceret bene Saly. dum dicit,quòd eſt differẽtia quo ad extinctionem criminis per mortẽ rei, ut dixi:nam in hoc nulla eſt differẽtia,an in principem,an perduellionis im remp. licet ſit differẽtia quo ad pœnã filiis infligendã.cogitabimus. Et not.quia Sal. dum reſpõdet q.& dicit, dic ꝙ ſic primo &c. ponit duas mitigationes in aliis capitulis,unã quo ad extinctionẽ criminis per mortẽ rei.ibi primo &c. Aliã quo ad pœnã filiis infligẽdã. ibi ſecũdo: & poſtea in uer.nam licet &c. ibi tamẽ nõ reaſſumit,niſi unã mitigationẽ:uidelicet,ꝙ pœna ad filios trãſeat:& nõ puto,ꝙ uoluerit negare quin ſit etiã alia prædicta mitigatio,ſcilicet quo ad extinctionẽ crimi

nis per mortẽ rei. Sed ꝙ bona non publicentur niſi quando quis committit contra Principẽ uel rempu. facit Andr. in titu. quæ ſunt regalia. in uer. bona com. cri. læſæ ma. pe. colũ. uer. quæri cõſueuit. & in titu. de ſtat. cõtra lib. eccleſiæ. in §. diffidamus. antepe. col. uer. in crimine maieſtatis. ubi And. in uerſ. quæri cõſueuit. Queri cõſueuit nunquid in crimine læſæ maieſtatis in illis capitulis, maxime ubi publicantur bona, quando ſcilicet contra principẽ & rempub. ff. eo. l. fi. & C. eo. l. quiſquis. &c. ubi Andr. in d. uerſ. in crimine læſæ maieſta. ſ. h. s. cuius multa ſunt capitula, in duobus tantũ confiſcantur bona, & damnatur memoria: quando contra Principẽ & rempubl. ff. ad le. Iul. maie. l. pe. & in fin. colũ. j. ij. & iij. &c.

21 Tertiũ dubiũ.* Quoniã inter alios caſus. l. iij. ff. ad leg. Iul. maie. eſt crimen uſurpatæ iuriſdictionis contra eos, qui ſuſcipiũt magiſtratũ cũ ſint priuatæ perſonæ: quod uidetur eſſe ſecundi capitis: & Bald. in d. l. data opera. C. qui accu. nõ poſſ. iiij. colũ. ponit caſum iſtũ inter illos qui mortem irrogãt, an per iura conſtitutionum regni ſit circa hoc derogatũ. Si ius cõmune imponit in uno delicto unam pœnã, & ſtatutũ imponit aliã, quæ pœna ſit attendẽda, uide Aret. in tract. mal. in uer. & ibi caput à ſpatulis. j. & ij. col. & ibi Auguſtinum in addi. Sed altius aliquantulũ repetendo materiã uſurpatæ iuriſd. tex. in d. l. iij. in fi. ponit caſum iſtũ in læſa maieſtate: in qua eſto, quòd ſint in ſecũdo capite ut ego teneo, iam eſt pœna mortis, & publicationis bonorũ. tex. in l. eos. §. fi. ff. de fal. dicit, ꝙ qui ſe pro milite geſsit, & illicitis inſignibus uſus eſt, uel falſo diplomate uias cõmeauit pro admiſsi qualitate, grauiſsime puniẽdus eſt. tex. in l. probatorias. & in l. fin. C. de diuer. offi. lib. xij. uolunt quòd electi ad officia, de quibus in illis. ll. debẽt habere approbatorias Principis ab eo ſcriptas, & qui aliter adminiſtrat carebit officio, & punietur proſcriptionis ſtylo, aliàs capitis periculo (quod nõ exponitur pro pœna mortis, ſecũdũ Io. de platea ibi) & amiſſione bonorũ: & hoc ob falſitatem, quia ut dicit Ang. in l. ubi per illum. in fin. C. de falſis. quando falſum eſt ualde graue punitur capitali pœna. tex. in l. in his. e. tit. C. de diuer. offi. & in l. actuarios. C. de numerariis. eo. lib. diſponunt eos qui officia in illis iuribus cõtenta uſurparent puniri extra ordinẽ: quæ iura ad hæc allegat And. in cõſt. regni. durã & diram. ſub rub. de prohib. offic. occaſione. Cõſtitutio regni Siciliæ Regis Gulielmi: quę incipit, officia quę perſonis. ſub rub. ut iuſtitiarius aliũ loco ſui ordinare nõ poſsit. ſtatuit,

22 * ꝙ quando magiſter iuſtitiarius uel iuſtitiarius cõmitteret alii cauſas criminales, tam ordinator quàm ordinatus capituli ſententiæ ſubiaceat: at poſtmodũ Imperator Federicus in d. cõſt. durã & diram, mitigauit dictam pœnã, ſtatuens ꝙ prædicti publicatis omnibus bonis ab officio quod ſic illicite uſurpauerãt remoueantur. & ſecundũ glo. ibi eſt mitigata pœna etiam in cõcedente ſeu cõmittente. Idẽ autẽ Imperator Federicus in cõſti. cũ ſatis. ſub rub. qua pœna uniuerſitates teneãtur, uoluit

23 * ꝙ ſi uniuerſitas crearet officialem ad iuſtitiã in ciuilibus & criminalibus

bus miniſtrandã, debet deſolari, & omnes illius ciuitatis homines angarii in perpetuũ haberi, & ꝙ officialis ita creatus capite puniatur. & quare maior pœna ſtatuatur in d. conſti. cũ ſatis, quàm in alia durã & dirã, no. And. poſt glo. ibi. quia in d. conſti. cũ ſatis, fuit uſurpata iuriſdictio ciuilis & criminalis, & ſic plus: Cõſtitutio, ea quæ ad decus. in tit. ut nullus Prælatus &c. diſponit: ꝙ Ba-
24 ro* qui ſine conceſsione Regia in terris ſuis exerceret officiũ iuſtitiariatus, uel aleri cõmitteret gerẽdũ, punitur publicatione terræ. Habemus ergo in hac materia diuerſa iura. Lex ffforũ imponit his talibus crimen læſæ maieſtatis, & nedũ gerenti ſe pro magiſtratu: ſed ei qui talia fieri curauit, ut in ea. l. in fi. ibi, quíue quid eorũ quæ ſuprafcripta ſunt facere curauerit. ll. C. in caſibus earũ ponunt pœnã mitiorẽ. Conſtitutio, officia, ponit pœnã capitalẽ in uſurpante criminalia. cõſtitutio, duram & dirã, dat pœnã publicationis. & dicit ibi Andræ. ꝙ iure Romano eſt crimen læſæ maieſtatis facere ſe magiſtratũ, & magnũ officialẽ ſine motu imperii. allegat. d. l. tertiã in fi. ff. ad l. Iul. maieſt. & ff. de iniur. l. nec magiſtratibus. in fi. dicit etiã Andr. ibi, ꝙ plerunque ſtatuitur iure Romano capitalis pœna in uſurpantes talia ſine iuſſu & licentia. allegat. d. l. probatorias. & l. fi. §. fi. de diuer. officii. Nam falſum cõmittũt ſecũdũ eũ dicendo ſe poteſtatẽ habere quã nõ
25 habẽt. Et not.* quædã uerba, quæ ponit And. ibidẽ, quę uidẽtur mihi obſcura: dicit enim ſic, ubicũque ergo in hmõi eſſet pœna capitalis de iure cõmuni, erit publicatio bonorũ per hanc cõſti. dubiũ enim apud me eſt, ſi illa uerba, erit publicatio bonorũ, ponantur cumulatiue, ſcilicet ultra pœnã capitalem, uel mitigatiue ut transfundatur capitalis pœna in pœnã publicationis. & dũ And. dicit in huiuſmodi uidetur debere intelligi, id eſt, in uſurpãtibus iuriſdictionem criminalẽ tantũ. Nam in ea ſolũ mitigat. d. cõſtitutio: ſecus ſi ciuilẽ, & criminalẽ. Et not. And. in fi. in ea. conſt. nã dicit, ꝙ illi qui dicũt ſe officiales cũ nõ ſint ad alia miniſteria: puta ad recolligendũ pecuniã fiſcalẽ, puniuntur in quadruplũ, per l. primã. C. de ſtat. & ima. & dicit ꝙ in hoc caſu non eſt pœna capitalis. Cõſtitutio, cũ ſatis, ingerit pœnam capitalẽ. Et quidẽ quando cõmitterentur cauſæ criminales tantũ, tunc eſt publicatio bonorum. Sed ſi per uſurpationẽ cõmitterentur criminalia & ciuilia, tũc eſt pœna capitis. ¶Ita And. dicit dando differentiã inter. d. cõſtitutiones. in cõſtitutione, officia quæ perſonis. Conſtitutio, ea
26 quæ, dat pœnã publicationis terræ. dicit And. ibi* ꝙ creatio magiſtratuũ eſt de regalibus ad Principẽ ſpectantibus ſolũ: ut in tit. quæ ſunt regalia. Iccirco uſurpantes puniuntur ad omnia bona, ut in conſtitutione ibi proxima, durã. Et ad d. conſtitutionẽ, cũ ſatis, notandũ eſt quod di-
27 cit glo. ibi & ſequitur And. *ꝙ illa lex nõ loquitur de illo populo qui fecit Rectorẽ, Conſulẽ, Poteſtatem, ſeu Capitaneũ tempore turbationis, & guerræ ad honorem domini Regis, & ad defendendũ terrã pro eo in fide regia. & dicit glo. ꝙ uniuerſitas hoc faciendo tẽpore pacis non excuſaretur, ſed tẽpore guerrę,

& intelligendũ eſt ſecundum eum
d.conſtitutionẽ factã fuiſſe pro tem
28 pore pacis. Aliàs cogitabã,*an di-
ci poſſet ſic,uidelicet, ꝙ aut ſumus
in eo qui authoritate propria occu-
pat iuriſdictionẽ, & facit ſe officia-
lem ſine motu Principis:ut tunc ha-
beret locũ.d.l.iij.§.fi.ad l.Iul.ma. &
ſit pœna capitis & publicationis bo
norũ & falſi, ut uidetur uelle Bal.in
d.l.data opera, ſecundũ.l.quam alle
gat,uidelicet.l.eos.§.fi.ff.de fal.Aut
29 *ſumus in eo qui ab alio magiſtra-
tu crearetur magiſtratus cauſarũ cri
minaliũ tantum:& tũc ſit pœna pu-
blicationis bonorum, & de hoc lo-
quatur.d.conſtitutio,durã & diram.
30 Aut in eo*qui dũ eſſet aliàs Domi-
nus loci, & haberet in eo ciuilẽ iu-
riſdictionẽ uſurparet ſibi crimina-
lem,exercendo eam uel alii cõmit-
tendo in terra ſua, & tũc habeat lo
cum conſtitutio,ea quæ, & ſit pœna
publicationis terræ tantũ. Aut in eo
31 *qui patitur ſe creari ab uniuerſita-
te officialẽ cauſarum ciuiliũ & cri-
minaliũ, & tunc ſit pœna capitalis,
& de hoc loquatur.d.conſtitutio,cũ
32 ſatis.Aut in eo*qui aſſumit ſibi offi
cia,de quibus in d.ll. C. de diuerſis
officiis, & de numerariis libr.xij.&
tunc ſit pœna falſi uel extraordina-
ria,ut in d.iuribus habetur.An cogi
tatio iſta ſit bona poterimus melius
cogitare,in caſu uero d.cõſt.cum ſa
tis, ubi datur pœna capitalis, an ſit
etiã publicatio bonorũ. Dices tu ꝙ
non. nam And.in conſti.durã & di-
ram, dicit iure Rom.eſt crimẽ læſæ
maieſtatis facere ſe magiſtratũ &c.
quaſi ꝙ aliud ſit de iure cõſtitutio-
num.Sed Andr.dicit hæc ad conſti-
tutionem, duram & diram, quæ lo-
quitur in eo, qui uſurpat ſolum cri-
minalem.Et ſi diceres, ꝙ And.poſt-
ea ibidẽ dicit.ubicunque ergo in hu
iuſmodi eſſet pœna capitalis de iu-
re cõmuni : erit publicatio bonorũ
per hanc conſtit. reſponderi poſſet,
primo quód And.dũ dicit huiuſmo-
di,uult loqui tantũ in uſurpante ſo-
lam criminalem, ꝙ nõ eſt in conſti
tutione, cum ſatis.ſecundo quia ille
uer.poteſt intelligi cumulatiue non
mitigatiue,ut dixi.cogitemus ergo.
33 Quartũ dubium eſt: *an in pœna.l.
Iuliæ ma.in ij.capite,quam conclu-
ſimus eſſe capitis & publicationis
bonorũ ſit hodie immutatũ per au-
then.bona damnatorũ.de bo.dam-
natorũ.quæ uult, quod hodie bona
damnatorũ debeantur aſcendenti-
bus, & deſcendentibus, & uſque ad
tertiũ gradum collateralibus. ut in
d.auf.eſt uidere. Et uide Aug.in ad-
di.ad Are.in tract.male.in uer.præ-
ſente Caio & appellante.iiij.co.ibi.
ſed aduerte,quia ego ſum in cõtra-
ria opi.dũ reſpondi ad l.primã.C.de
fal.mo. Tex.in ea.auth.in fi.dicit,in
maieſtatis uero crimine condẽnatis
ueteres.ll.ſeruari iubemus. text.ui-
detur clare loqui : ſed dubitatio eſt
apud me, an per hæc uerba excipi-
antur bona damnatorũ ex primo ca
pite tantũ, an etiã ex aliis,ſeu ex ſe-
cundo:& id quod facit me dubitare
eſt glo.ibi in uerbo iubemus, quæ
dum tex.ibi dicit ueteres.ll.exponit
ſic dicens, ut & ſuprà ad l.Iuli.ma.l.
quiſquis.& hæc l.& l.quiſquis.loqui-
tur in caſu ſpeciali ex primo capite.
gl.etiã in auth.ut nulli iudicũ, unde
auth.illa ſumitur:dũ tex.ibi dicit ue-
teres leges:dicit quę ſunt.C.ad l.Iul.
maie.l.ii.§.pen.& l.quiſquis(credo
quód

2 *Iudici mandanti quando non eſt parendum.*
3 *Iudex qui metu tyranni profert malam ſententiã aliàs nõ laturus, utrum excuſetur.*
4 *Executores Prælati literarum papalium iniquarum, nec audentes ſuperſedere rationabili cauſa: utrum excuſentur.*
5 *Papæ an ſit obediendum peccato imminenti.*
6 *Officialis regius non debet regi parere uel pragmaticis dictãtibus, quòd non poßit capi poßeßio alicuius eccleſiæ ſine literis executorialibus regijs.*
7 *Statuentibus non ſufficit rationabilitas ſtatuti, niſi concurrat etiam potentia ſtatuendi.*
8 *Domini temporales facientes prohibitiones generales in detrimentum eccleſiæ ſunt excommunicati.*

DECISIO CXXXII.

Panhormi.

1 AN in Foro cõſcientiæ* ſit obediendum iniuſtis ordinationibus ſuperioris? tex. in l. non uidetur. §. qui iuſſu. ff. de regu. iur. dicit qui iuſſu iudicis aliquid facit, nõ uidetur dolo malo facere: quia parere neceſſe habet. glo. ibi diſtinguit, ꝙ aut ſuperior mãdat aliquid exercẽdo ſuũ officiũ: & tunc ſiue iuſtũ ſiue iniuſtũ ſit, parẽdũ eſt. aut aliquid mandat non ſpectans ad ſuũ officium, & tunc parendũ nõ eſt, ſi iniuſte præcipit: nec excuſatur obediens, & hoc in atrocioribus, nõ autẽ in leuibus. tex. in c. ꝙ quis. de reg. iur. in vj. dicit
2 *ꝙ qui mandato iudicis facit, dolo facere nõ uidetur, cũ habeat neceſſe facere. Dy. ibi dicit diſtinguẽdo, ꝙ aut præceptũ eſt aperte cõtra. l. & tunc nõ debent officiales parere iudici: imo poſſunt & debẽt reſiſtere. allegat. C. de decurio. l. omnes. lib. x. & alia iura: aut aperte eſt ſecundum legẽ, & tunc punitur qui nõ paret. l. j. ff. ſi quis ius di. nõ obt. aut eſt dubiũ de iuſtitia præcepti: & tũc adhuc debet parere. l. ſi quis ex aliena. ff. de iud. & ad hoc quàm plura affert. Ange. in tract. male. in uer. Semproniũ mandatorẽ. ij. & iij. col. uerſ. quartò quæro: ubi primò loquitur de extraneo, deinde de filio & ſeruo: & in filio & ſeruo qui ſunt ſubditi dicit, ꝙ in leuibus excuſantur, per l. liber homo. in princi. & ibi gloſſ. & Floria. ff. ad leg. Aquil. in grauibus uerò non. d. l. liber homo. & alleg. Barto. in l. non ſolum. §. ſi mandato. ff. de iureiur. quem hîc non habeo. & refert Salyc. & Bal. in l. ſeruus. C. ad leg. Iul. de ui. quòd excuſetur ad pœnam mitigandam: & dicit, quòd id quod dicitur de filio & ſeruo, eſt idem in berocino ſiue executore, licet faciat iniuſtitiam exequendo ſententiam ſeu præceptum iudicis. allegat no. per Dyn. ubi ſuprà. Paris in uer. ſententia. §. utrũ iudex. quęrit
3 an iudex, * qui propter uim uel metum Tyranni profert malam ſententiam, aliàs non laturus, excuſetur,

& dicit,quod ſic:niſi à principio ſciuiſſet hoc euenire potuiſſe,quia non debuit officiū acceptare.ar.de dam. infec.l.qui bona.§.de illo.& ff.loc.l. habitatores.§.ſi.& l.ex conducto.§. j.idem in uer.tortura.in §.de repetitione.in iij.col.uerſic.an iudex qui hominem:dicit an iudex qui hominem ſine indiciis tormētauit mādato Regis teneatur.uide in l.itē apud Labeonē.§.queſtionis.ff.de iniu.tamen ubi hoc faceret iudex Regio mandato excuſaretur, per not.per Bal.in l.ſeruo.C.ad l.Iul.de ui.& aliquid per And.in cōſti.proſequētes. de teſti.& proba.contra Barones.gl. in authenti.de man.principū.§.deinde cōpetens.in uer.nunciās.colli
4 git*argumentū cōtra miſeros prælatós exequentes ſtatim literas Papæ iniuſtas,nec audentes ſuperſedere,etiā ſi rationabilis cauſa id ſuadeat.de qua gloſſ.facit mentionem Bal.in proœ.decretaliū.iij.col.uer. dicit collectaneus.& Feli.in c.ſi quādo.in j.colū.de reſcrip.poſt Bald.& Imo.ibi.& dicit Ioā.And.in c.ad honorem.de auct.& uſu pallii:quod non
5 obſtāte ple.po.quæ eſt in Papa*non eſt ei obediendū peccato imminenti.refert Feli.in d.c.ſi quando.ij.col. & dicit Hoſtien.in c.ſignificauit.de offic.ordi.quod exclamat Abb.ibi.j. col.quód Papæ nūquàm debet obediri contra Deū.refert Feli.in d.c.ſi quando.iij.col.& dicit Pet.de monte.in libro de poteſtate Papæ & cōſilii.xxxix.colū.quod cuiuſlibet præcepto Papæ quáuis duriſsimo debet obediri : per c.in memoriā.xix.diſt. ibi,licet iugum uix ferēdum &c.niſi cōtineat peccatū.Feli.ubi ſ.in v.col.
6 uer.dicta per iſtū text.ex quibus*inter alia poteſt inferri:an poſsit cum bona conſcientia inferior adminiſtrator,ſeu officialis inferior dicto reſpectu Regis parere Regi,uel pragmaticis regiis dictātibus,quod nō poſsit capi poſſeſsio alicuius eccleſiæ ſine literis executorialibus regiis:an ſcilicet peccet officialis prohibendo capi huiuſmodi poſſeſsionem.Ange.cōſi.xxiij.inci.nulla perſona,loquens de ſtatuto populi Florentini,tenet quod talis ordinatio ualet,& poteſt fieri per laicum,& ſic ſecundū eū nō eſſet peccatū reſiſtere iſtis capturis poſſeſsionū ſine executoriis.Abb.ueró in conſil.lxxxiij. incip.præſens dubium in effectu cōſiſtit.tenet cōtrarium,quoniā eſſet tale ſtatutum cōtra libertatē eccleſiæ:& dicit,quod apprehendēs dictam poſſeſsionem ſine licētia nō incidit de iure in pœnam ſtatuti:nec notarius de ea rogatus,nec teſtes:quinimo ſtatuentes,& ipſa ſtatuta ſeruari facientes ſecundū eum ſunt excommunicati ipſo iure:& hoc putat uerius Feli.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ.xxxxj.col.xj.q.de conſtitu.& di-
7 cit,*quód in ſtatuētibus nō ſufficiat rationabilitas ſtatuti,niſi etiam concurrat potentia:& ſubdit Feli.ibi quod ex hoc poſſet inferri contra Principes & Dominationes,quæ per generales prohibitiones ſtatuunt,ut quis beneficium nō impetret à Papa ſine eorum licētia,& quód uidentur incurrere in excommunicationē ipſo facto. Facientes ergo ſeruari dicta ſtatuta ſecūdum Abbatem ſunt excommunicati. An hæc excommunicatio liget officialem Regis, qui faceret obſeruari Pragmaticam dictantem,ut ſupra. *

SVM

SVMMARIVM.

1 *Indultus generalis nondum publicatus: ſed tantum coram nonnullis declaratus cum reſeruatione aliquorũ, an poſſit à Principe reuocari, uel reſeruatorum numerus augeri.*

2 *Cõfeſſio liberatoria licet abſente parte non ualeat: ualebit tamen pactum liberatorium. & nume. 5.*

3 *Donatarius abſens non fit dominus, antequam rem ſibi miſſam donatam accipiat.*

4 *Renuncians liti antequam pars ſciuerit, uel ratum habuerit, pœnitere poteſt.*

DECISIO CXXXIII.

Panhormi.

DECREVERAT, declaraueratq; Illu. Vicerex Regni Siciliæ corã nonnullis perſonis ſe facere indultum & remiſsionẽ generalẽ quaſi omnibus terris & ciuitatibus dicti Regni cum reſeruatione certi numeri perſonarũ tunc nõ expreſſarum. nõ fuit hoc notificatũ uniuerſitatibus dictorũ locorum, nec illæ curarunt pro indultu mittere. Dubita-
1 tum eſt* an poſſit præfatus Illu. Vicerex poſtmodum augere numerũ reſeruatorum, ſicq; dictã remiſsionem reuocare. Quòd nõ poſsit, facit tex. in c. ſi tibi abſenti & ignorãti. extra de præbẽ. lib. vj. ubi habetur ꝙ ſi per epiſcopũ fieret abſenti & ignoranti collatio de beneficio, ualet in tantũ, ꝙ collator non poteſt amplius uariare, & debet requiri ille ſi uult acceptare, & ſtatui ſibi terminus. Eſt bene uerum, ꝙ ante acceptationẽ non quęritur illi ius: ſed facta acceptatione quæritur ius ſine apprehẽſione, quod de apprehẽſione nõ habet locum in prophanis, facit Saly. in l. unica. xv. oppo. C. de cõ-
2 fe. qui dicit,* ꝙ licet liberatoria cõfeſsio facta abſente parte nõ ualeat: tamen ualebit pactũ liberatorium. Quòd poſsit pœnitere, facit text. in
3 l. abſenti. ff. de dona.* Vbi ſi qs mittat rẽ ad donandũ abſenti, donatarius antequàm rem miſſam accipiat non efficitur dominus, & ſic eſt in l. nec ambigi. C. eo. tit. Facit Saly. in l. poſt quàm liti. C. de pac. pen. col. di-
4 cens,* ꝙ ſi quis renũciat liti, antequàm pars ſciuerit uel ratũ habuerit poteſt pœnitere. Facit Saly. in l. unica. xv. oppo. C. de cõfeſſ. remittendo ſe ad. l. ſi actionẽ. C. de pac. qui dicit, ꝙ confeſsio liberatoria facta parte abſente nõ ualet. & ſequitur Feli. in c. ſi cautio. de fide inſtru. facit Fel. in c. inſinuante. ij. col. de offi. deleg. qui ſic dicit. Itẽ nota, quòd literæ familiaritatis nihil operantur antequàm perueniant ad notitiã illius, cui cõceduntur: & ratio eſt ſecũdũ eũ (quę facit fortè pro prima parte.) quoniã familiaritas eſt quidã cõſenſus reciprocus, ideo ante notitiã nihil operatur, & dicit de hoc eſſe conſi. Pet. de Anch. conſil. cccxcviij. incip. præmitto pro clariori. & uide Feli. in c. nouit. vj. & viij. colũ. dum tractat, an quæratur ius aliquod priuilegiato ante acceptationem. uide Alex. in l. qui abſenti. §. j. de acqr. poſ. ubi reprobat Bar. qui uolebat in l. ſi. iij. col. de ſenten. paſ. ꝙ ſi princeps reſtituit deportatũ: quæratur ipſi deportato talis reſtitutio abſenti. & ignoranti.

SVMMARIVM.

1 *Electio. ſeu conſenſus eligentium, an præſcribatur per non uſum. xxx. uel xl. annorum.*

2 *Ciuitas habens priuilegium faciendi nundi*

nundinas, & per x. annos nõ fecerit: priuilegium perdit.

3 *Epiſcopus, qui ſui capituli cõſiliũ habere debet in exercenda iuriſdictione, poteſt præſcriptione ſibi quærere, ut dictũ cõſilium requirere minime teneatur.*

4 *Canonici habentes facultatem optandi præbendas in eccleſia ex conſuetudine: non optantes nullo unquam temporis ſpatio perdunt facultatem.*

5 *Electionis qualitas canonicorum per non uſum eſt talis quòd qualitas ipſa non perditur.*

6 *Facultas an perdatur per non uſum.*

DECISIO CXXXIIII.

Drepani.

IN CAVSA Antonii planes Cõſulis Catalanorum ciuitatis Panhormi ſubſtituti per dominũ Marimontẽ cõtra homines nationis Catalanæ in eadem ciuitate degentes. Extat priuilegiũ regis Caroli ſecundi cõfirmatum per Reginã Mariam, per quod ad cõtẽplationem Iacobi Regis Aragonum concedit ciuitati Barchinonæ, quòd ualeat creare Cõſules in certis locis, inter quæ comprehenditur inſula Siciliæ: ita tamẽ quòd Cõſul creãdus quoties ipſum abeſſe cõtigerit, poſsit & ualeat de uoluntate, & electione Catalanorũ in dictis locis cõmorantiũ ſubſtituere alium in officio cõſulatus. cõſtat,
1 * ꝙ per xxx. item xl. annos proximè præcedẽtes Conſules creati fecerũt ſubſtitutos, quibus per Catalanos Panhormi fuit præſtita omnis obedientia: fueruntq; ſemper acceptati in officio. Ad præſens dũ dictus de Marimonte ſubſtituiſſet Antonium planes, natio quę eſt Panhormi, opponit ſe, quòd non potuit hęc ſubſtitutio fieri ſine uolũtate ipſius nationis. Et quidẽ nuſquàm apparet, quòd Cõſules uoluerint ſubſtituere, & ꝙ Natione repugnãte ſubſtituerint: adeo quòd nõ poteſt Dominus de Marimonte dicere, ꝙ ſui prædeceſſores fuere in quaſi poſſeſsione ſubſtituendi inuita Natione, nec econtra oſtenditur, ꝙ Natio elegerit, uel quòd electionis actus per Conſules factus, ſit factus de Nationis uolũtate. Quid erit modo dicendũ? an fuerit præiudicatũ Nationi per dictas electiones ſeu creationes factas à Conſulibus modo quo ſuprà? Pro actore facit tex. in l. j. ff.
2 de nund. ubi dicitur, * ꝙ ſi Princeps concederet Ciuitati priuilegium, ꝙ ualeat facere nũdinas, & ciuitas per x. annos non fecerit: perdit priuilegium. Secũdò facit Bar. in d. l. j. dicẽs per illũ text. ꝙ ſi Princeps cõcedit ciuitati priuilegium ſtudii generalis: & ciuitas eo per x. annos non utitur, amittit. Tertiò facit Bar. in l. nemo eſt qui neſciat. ff. de duobus reis, qui dicit, ꝙ licet doctor nõ poſſit legere de iure ꝑ ſubſtitutũ: tamẽ ſi eſſet de hoc cõſuetudo in loco ſeu ſtudio, quòd legatur per ſubſtitutũ: perditur priuilegiũ, uel, ut aptius loquamur, poterit legi per ſubſtitutũ. Quartò facit tex. in c. pen. de cõſue-
3 tu. lib. vj. ubi * epiſcopus qui in iuriſdictione erga ſuos ſubditos exercenda debet habere cõſiliũ ſui capituli, poteſt conſuetudine, uel præſcriptione ſibi quærere ut dictũ cõſilium minime requirere teneatur, & not. ibi Dom. in primo notabili. ꝙ aſtrictus in aliquo actu ad requirendũ cõſiliũ alterius poteſt cõſuetudine, uel præſcriptione ſibi quærere:

tere:ut illud requirere minime teneatur:& ad.d.c.uide Dom.in c.nō poteſt,in fin.de re iudi.quem refert Feli.in c.ex parte in fi.de conſti.qui dicit,ꝙ in caſu.d.c.non dicitur capitulum aſsiſtere,ut iudex,cum eius cōſil.nō teneatur epiſcopus iudicás ſequi. Quintò pro actore tenet Iaſ.in l.fin.ff.de conſtit.Principum. In cōtrariū pro Natione Catalanorum facit gl.in c.ut priuilegia.in gl. pe.de priuileg.quòd ſi aliqui regulares habent priuilegiū,ꝙ eis uenientibus ad locum interdictū ſemel in anno aperiantur eccleſiæ: ut celebrentur in eis diuina:quod intelligitur de una tantū eccleſia,ut ibi.Si per centū annos ſtetiſſent,ꝙ nō ueniſſent ad eccleſiam illā quæ ſæpe fuit interdicta,non præſcribetur.Sic ergo ſi Natio nunquàm uoluit uti iſta facultate eligendi:nec eis contradicentibus creatio facta eſt:ſibi non præiudicarunt. Secundò facit quod dicūt Io.And.Ioā.de ligna.& Domi.in ij.col.in c.fi.de conſue.lib.
4 vj.uidelicet* ꝙ ſi Canonici haberent ex conſuetudine facultatē optādi præbendas in eccleſia,ſi uoluerint,nō perdunt eā facultatē ullo tēporis ſpatio.per d.glo. Tertiò facit Calde.cōſi.xix.incip.in operaria, in tit.de pręben.uolēs,ꝙ licet Canonici multo tēpore nō poſuerint operariæ clericum,ſed laicū:cū ad eos ſtabat ponere alterum ex eis quem uellent:per hoc nō eſt præſcriptum laicis,ꝙ non poſsit eligi clericus. Quartò facit idem Cald.ubi ſ.quòd ſi Canonici* qui poterāt eligere per ſcrutiniū,& de gremio eccleſiæ uel aliter:ſi multo tempore elegiſſent per ſcrutiniū uel de gremio eccleſiæ,nō per hoc amiſerūt facultatem eligendi aliter. Quintò facit Feli. qui prædicta cumulat in c.cū acceſſiſſent.xiij.col.de conſti.dicēs,* ꝙ ſi 7
Imperator daret in ſuo priuilegio uni nobili facultatē faciendi molēdinum cū clauſula ad libitū uoluntatis tuæ:& ipſe per multos annos non eſſet uſus hac facultate,eā non perdit. Dubium eſt:nā in priuilegio Regis Caroli non ſunt hęc uerba,ſi uoluerint.Et dum eſſet res in procinctu declarādi,C.maieſtas ſcripſit,quòd ipſa ex quo erat de proximo intratura Barchinonā, ubi ſunt ambæ partes originariæ, uidelicet officiales Barchinonę,& Natio Catalana tota,uolebat ibi cauſam diffinire:ſicq; ad ſuam celſitudinem remiſſa eſt.

SVMMARIVM.

1 *Maritus tenetur in certo loco perpetuum domiciliū habere cum ſua uxore:prout in capitulis matrimonialibus cautum eſt.& nume.6.*

2 *Pactum apponi poteſt in qualibet traditione rei.*

3 *Societas poteſt ex cauſa ſuperueniente diſſolui ante tempus.*

4 *Pactum,per quod inducitur perpetua priuatio libertatis,non ualet.*

5 *Vxor habet ius in perſona uiri:& econtra.*

DECISIO CXXXV.

Panhormi.

1 IN CAVSA * magnifici domini Ioannis loyſii de Septimo, cum Barone Rocellæ genero ſuo:prætēdit præfatus do.Ioānes loyſius quòd Baro teneatur deferre uxorem ſuā ad faciendum incolatum in ciuitate Panhormi, ex quo ita in capitulis matrimonialibus cautū eſt.Ex aduerſo ge

ſo gener ſuus aſſerit dictum pactũ
nõ ualere. Abb.in c.j.ij.col.qui ma.
accuſ.po.dicit hæc uerba.Sed quæ-
ro nunquid in cõtractu matrimonii
poſsit apponi pactũ,ut uxor nôn te-
neatur ſequi maritũ,ſed ut maritus
moretur cũ uxore & in certo loco.
Pet.& Abb.& cõmuniter doct.ſequẽ
2 tes tenent,ꝙ ſic,*nã ſicut in traditio
ne rei poteſt apponi pactũ,ut in ca.
uerum.de condi.appo.& in l.j.C.de
pact.connu.ita & in traditione mu-
lieris:& hoc uerũ,niſi oriatur noua
cauſa,propter quam maritũ opor-
teat ſe abſentare:ut poteſt poni exẽ
plum hic in caſu noſtro.facit.l.ſi cõ-
3 uenerit.cum l.ſeq.ff.pro ſocio.*ubi
ſocietas poteſt ex cauſa ſuperueniẽ
te diſſolui ante tẽpus.Ro.in l.ſtipu-
lationes nõ diuidũtur.viij.char.uer.
ſupereſt ultimo.ff. de uer.obli.dicit
4 *nõ ualere diſpoſitionẽ:per quam
inducitur perpetua priuatio liberta
tis,ueluti ut quis perpetuo à tali lo-
co nõ diſcedat.per tex.in l.Titio cẽ
tũ.§.Titio cẽtũ relicta ſunt,ita ut à
monumento nõ recedat.ff.de cõdi.
& demon.limitat ibi,ꝙ licet dictum
præceptũ,per quod ius libertatis frã
gitur,nõ poſsit à teſtatore efficaci-
ter fieri perſonæ liberæ,ut ibi:tamẽ
poteſt fieri perſonæ libertæ,in qua
idem ius habet,ut eſt caſus ibi,& in
l.Meuia.ff.de manu.teſta.& per hoc
ſubdit Ludo.hæc uerba.& pro hoc
anno iſto exiſtens Romæ conſului
apud Vrbinũ in caſu pulcherrimo,
ſcilicet an ualeat pacti factũ in con
tractu matrimonii inter maritum &
uxorem,ut maritus debeat certo in
loco perpetuum domiciliũ cũ uxo-
re habere:nec ab illius habitatione
unquam diſcedere.Maior enim pars

Dominorum aduocatorũ Curiæ cõ
ſuluerat,quòd nõ,ea ratione,quia ꝙ
aliquis obligetur ad ſtandum in cer
to loco perpetuo,eſt ſpecies ſerui-
tutis,quia ex hoc ius libertatis in-
fringitur,ut in d.§.Titio.ergo ſequi
tur,quòd illud eſt inualidum,cũ nõ
poſsit quis per pactũ libertati per-
ſonæ ſuæ preiudicare.C.de lib.cau.
l.nec ſi uolens. & in l.interrogatã.
cum ſi.Ego uerò ſolus,dicit Lud.te-
nebã contrariũ ea ratione: quia nõ
eſt dubiũ, ꝙ hæc conuẽtio ualeret,
cũ in eo, in quo obligatur, quoties
haberet ius aliquod.ut in d.l.Me-
uia. & in d.§.Titio: eſt caſus de li-
5 berto.ſed uxor*habet ius in perſo-
na uiri,ut patet ex no.in tex.& glo.
de coniu.lep.c.j.& xxxij.qõ.j.ſi quis
uxorẽ,ad finẽ.igit &c.Et qa mihi nõ
credebatur,allegaui dictũ Anto.hũc
q.in terminis ponẽtẽ,& ita determi
nat, licet nihil alleget in c.j.q matr.
accu.poſ.& ita fuit obtentũ. Quod
diligenter no.qa dubiũ eſt peregri-
nũ:hec ille.Limitat ſecũdò præfatus
doc.ubi ſ.ꝙ licet non poſsit hoc,ꝙ
in certo loco qs cõtinuo ſtet,uenire
in diſpoſitione,tñ bene põt uenire
in cõditione.caſus eſt ſecundũ eum
ff.de leg.iij.l.qui concubinã.§.uxo-
ri.& de condi.& demon.l.ſi quis ita.
6 ob has doctrinas * emanauit mãda-
tum,iuſtificatum tamẽ à domino Vi-
cerege contra præfatum Baronem:
qui licet primo loco multum uerbis
& ſupplicationibus recalcitrauerit:
tamen demũ ceſsit,& attulit Panhor
mum uxorem ſuam.

SVMMARIVM.

1 *Gratia facta per Proregem,ſine con-
ceſsio ad beneplacitũ regiũ,& ipſius
Proregis an expiret ſinito Proregis
officio,*

officio, uel per mortem Regis: & numero 4.

2 *Pronomina meum, tuum, ſuum, & noſtrum, ſemper in dubio cõcernunt perſonas.*

3 *Gratia facta ad beneplacitũ Ro. pon. reſpicit dignitatem & nõ perſonam: & ſic non extinguitur per mortem concedentis.*

4 *Officium finitur finito rectoratu concedentis officium. & nu. 6.*

5 *Beneplacitũ, & uoluntas expirat officio finito.*

7 *Licentia Rectori data per Epiſcopum de reſidendo, non expirat Epiſcopi morte.*

8 *Gratia conceſſa per ſummum Ponti. ad beneplacitum noſtrum & apoſtolicæ ſedis, utrum expiret per mortem Papæ.*

DECISIO CXXXVI.

Panhormi.

1 IN cauſa * Franciſci Calãdrini cũ Franciſco caſtiglio, habuerat Calandrinus uiuente catho. Rege conceſsionem officii conſeruatoris munitionũ regiæ Curiæ à domino don Hugone tunc Prorege ad beneplacitum regium & ipſius do. don Hugonis ſuccedentibus, deinde Regni reuolutionibus, ac ſtante dicto Prorege extra officium uenerunt prouiſiones catho. maieſtatis noui Regis in quibus mandat, quòd ſi de officio tarcinalis eſſet prouidendum: prouideret dicto Franciſco caſtiglio, & hę literæ directæ ſunt domino lòcumtenẽti generali, qui Regno nomine regio præerat. Præſuppoſito, ꝙ idẽ ſit officiũ gubernatoris tarcinalis & cõſeruatoris munitionũ: dubitatũ eſt an gratia facta Calãdrino expirauerit per mortẽ Regis, & abſentiã domini don Hugonis à Regno & eius regiminis ceſſationẽ. Lapus in c. ſi gratioſe. de reſcri. lib. vj. tenet ꝙ cõceſsio facta ſub nomine Rom. Põtifi. concernat dignitatẽ, & intelligit illũ tex. in prima parte ꝙ fuerat expreſſum nomẽ propriũ, aliàs eſſet idẽ in primo caſu qđ in ſecundo illius tex. & reſpondẽdo ad dictũ Archidiaconi, ibi limitat, niſi id de quo fit mẽtio eſſet tale qd, quod reſpicere haberet perſonã Põtificis tũc exiſtẽtis tantũ: ut quia reſpicit animũ uel qd ſimile: aliàs ſi eſſet tale, qđ poſſet referri ad perſonã exiſtẽtis tũc, & ad ſucceſſores, eo caſu uerbũ Ro. Põti. uel alius Prelatus ꝓprio nomine nõ expreſſo reſpicit Pontificatũ & Papatũ & Prælaturã, nõ perſonã Pontificis, uel alterius Prelati tantũ. Ioã. de Ligna. in

2 eo. tit. c. j. dicit, * ꝙ iſta pronomina meũ, tuũ, ſuum, noſtrũ, ſemper in dubio cõcernunt perſonas: & dicit hoc probari bene ibi. & in c. literis. ſ. eo. & idẽ tenet Matth. in cle. j. de proba.

3 ſecus ſecundũ eũ, * ſi dicat ad beneplacitũ Ro. Põti. qa tũc uidetur contẽplaſſe dignitatẽ ſecũdũ eũ. Gemi. ibidẽ. in ij. col. inquit, credo dictũ Lapi uerũ: quia iſtud nomen, Romanus Põtifex, eſt nomẽ deſignãs locũ, ubi eſt collata dignitas apoſtolica: ut patet ex no. ſ. eo. lib. de cõſti. c. j. Sed tales determinationes debent referri ad dignitatẽ, & nõ ad perſonã, ut dicit text. in c. quoniã Abbas. ergo &c. & hæc faciunt pro Calãdrino, & per mortẽ Regis non ſit extinctũ beneplacitũ Regium poſitũ in cõceſsione Calandrini. At cõtra Calandrinũ facit glo. in d. c. ſi gratioſe. in uerſic. ſui. quæ tenet, quòd uerba, de quibus ſuprà, reſpiciunt perſonam tantum,

tum, & ad hoc gl. illam ponderat ibi Philip. in ij. col. ſic quoq; Archid. ibi tenet, ꝙ quãdo loquimur de Romano Pontifice, debet intelligi de perſona, non de dignitate: ſed Lapus ibi dicit hoc eſſe uerum in cõmuni locutione, uel quando id, de quo fit mẽtio, eſſet tale qd, quod reſpicere haberet perſonã Pont. tunc exiſtentis: ut ſupra dictum eſt. referẽdo Lapum Ioan. de Fantutiis, ubi ſ. tenet, quòd per iſta uerba: ad beneplacitum Ro. Pontificis non uidetur contemplata fuiſſe dignitas, ſed perſona. Phili. de Frã. ibi. in ij. col. dicit, quòd pars, quæ uult, quòd reſpiciat perſonam, uidetur uerior: per tex. ibi, à Romano Põtifice. & facit ſecundũ eũ gl. j. ibi ponendo ſummarium, aliàs ſecundũ eũ nimis reſtringeretur pars prima illius capituli, dicẽdo, ꝙ ibi fuerat expreſſum nomen Papæ propriũ: inde colligit ibi Phili. tres caſus: aut ad beneplacitũ ſedis Apoſt. aut Ro. Pont. aut noſtrũ: & hæc quo ad beneplaci

4 tum regium. Sac. Conſilium. Neapo. in cauſa Ducis Grauinæ cum uniuerſitate Altamuræ, quæ habebat priuilegium à Rege Ferdi. primo: ꝙ poſſit uti territorio Garigliani ad regiũ

5 beneplacitum, iudicauit, * ꝙ dictum priuilegium non expiret per mortẽ Regis. Quo ad beneplacitum Viceregis: an ceſſet eo deſinẽte ab officio. Ioan. Cal. ſub rubri. de reſcript. conſi. iij. quærit ſic. Rector prouinciæ poſitus per Papam contulit quoddam officium uſq; ad ſuum beneplacitum, an finito rectoratu ſit finitum illud officium, & primò dicit, quòd iſtud dubium uidetur decidi per capitulum, ſi gratioſe, ſcilicet quòd officiũ ſit finitum finito rectoratu: deinde arguit in contrarium per multas rationes, quas refert Gemin. in d. c. ſi gratioſe. cum quibus reſidet: & dicit, quòd iſta uerba ad noſtrũ beneplacitum extincto rectoratu operabuntur: quoniam ab eius in rectoratu ſucceſſore poterit officium reuocari, quod aliàs non potuiſſet: ut in c. decet. de reg. iur. Gemi. in d. c. ſi gratioſe. reſidet cũ Calderino: ut dictum eſt. Bal. ibidem tenet, quòd ſit ſic finitum officium eius, qui concedit ad beneplacitũ ſuum, reuocatur cõceſsio. ar. l. Lucius. la prima. ff. de iurei cõ. liber. at Phil. de Fran. tenet ibi cõtra Calde. & Domi. & dicit ꝙ ſiue in fauorabilibus, ſiue in odioſis, pcedat diſtinctio illius tex. per l. quartã ibi allegatam. & per glo. in uer. morte: in c. ſi delegatus. de off. dele. & ſic concludit: quòd beneplacitum & uoluntas expirat finito officio, & dicit, quòd ita etiã tenet Bart. & alii doc. in l. centeſimis. in fin. de uerb. obli. & dicit eſſe de mente Federi. de Senis conſilio ccij. incipien. reuerende. & idem Philip. ibi in iij. quæſtio. tenet,

6 * quòd conceſſio facta ad beneplacitum Legati de latere, uel Vicarii etiam ſub nomine dignitatis expirat per mortẽ, uel finem officii. Rot. in deciſio. dlxxx. incipien. Camerarius Papæ, decidit: quòd ſi Vicarius ibi à eccleſiæ Auinion. conſtitutus ad manum Papa tenẽs epiſcopatum ſuam, quandiu ſuæ placuerit uoluntati, conceſsit alicui licentiam de celebrando in domo ſua, talis licentia mortuo Papa non expirat: quia fuit gratia: & ſic manſura, donec reuocetur: durante tamen cauſa, quare cõcedatur: unde non debet morte cõcedentis reuocari. argumen. c. ſuper gratia.

7 gratia.de off.deleg.& ad hoc,*quia licẽtia rectori data per epiſcopũ de reſidendo nõ expirat per mortem epiſcopi:ut not.per Archi.in c.licet cauſam.de elect. & ibi per Io. And. in noue. Et hæc quo ad beneplacitũ Viceregis: circa quod Feli. in c.ex literis.viij.col. de cõſti.notat.q. quã uidiſſe ſe ait de facto Ferrariæ, dũ eſſet ſcholaris: utrũ licẽtia data religioſo, ꝙ licite ſtaret extrà monaſteriũ uſq; ad beneplacitũ legati expirauerit legato reuocato: & dicit uideri, ꝙ ſic:uide ibi.ſtringũt ergo iura cõtra Calandrinũ:licet dominꝰ don Hugo tẽpore dictę regiæ prouiſionis nõ fuerat iam reuocatus,ſed ſuſpẽſus ab officio: licet nõ nomine Viceregis.Conſiderandum quoq; eſt,an ad caſum noſtrũ poſsit applicari cõceſsio facta ad Papæ beneplacitum, & id quod de ea dicũt doct.Nam Io.And.in c.licet. de accuſ.& in c.ad abolendã.in fi.de hæreticis. uidetur uelle, ꝙ denotetur perſona. Et idem tenet glo.j.in d c. ſi gratioſè.in uerſi.apoſtolicæ ſedis: ſed d.Car.& Imo.in c literis. de reſcrip.tenẽt cum Ioã. And.ibi qui uidetur ſentire cõtrariũ.Phil.in eo.c. tenet, quod primo ſuprà dictũ eſt, & dicit, ꝙ ita uidetur tenere Bald. qui tamen limitat:niſi eſſent uerba cõcepta in tertia perſona, ut donec Papæ placuerit:quia tunc uerba dicũtur in rem ſcripta.cum quo uidetur Phil.tranſire. Et not.hoc quia in caſu de quo agitur, is qui dixit ad regiũ beneplacitũ,nõ fuit Papa,ſed tertia perſona,ſcilicet dominus don Hugo. Et hoc facit pro Calãdrino. Et ex prædictis patet,an poſsit dici, ꝙ ſtante dicta conceſsione ſic facta Calandrino, ſit prouiſum, an uerò prouidẽdũ dicto officio. De gratia

8 *conceſſa per ſummũ Pontif.ad beneplacitũ noſtrũ,& apoſtolicæ ſedis quid importent illa uerba,an expiret per mortem Papæ,uidendi ſunt doct.maximè Domi.in eo.c.ſi gratioſè.poſt Ioan.Andr.Hoſt. & Imo. quos not.quia gratia Calãdrini habet etiã miſturã uidelicet,ad regiũ, & noſtrum ut ſic eſto,ꝙ regius benepl.ſit extinctus ſi duraret ille Vicerex,an expiret gratia? Cauſa hæc nõ fuit deciſa:nam ſuperuenit noua prouiſio in fauorẽ Franciſci de Caſtiglio,in qua d.Rex reuocat beneplacitũ priuilegii Calandrini, & uult,ꝙ officium ſit dicti Franciſci.

SVMMARIVM.

1 *Epſ an in cauſa propria, uel eccleſiæ poßit recuſari ſuſpectus.& nu.6.*

2 *Prælato ut ſuſpecto recuſato erit alius adiungendus:quando delictum reſpicit eccleſiam,uel dignitatem.*

3 *Ordinario ſuſpecto dat lex adiunctũ epiſcopum loci,aliàs ſi daretur alius quam epiſcopus,nõ ualebit proceſſus.*

4 *Epiſcopo litigante cum ſubdito ſuo eligantur arbitri,ſi uerò cauſa eccleſiæ,conſtituitur procurator agens nomine eccleſiæ coram dicto epiſcopo, niſi recuſetur,ut ſuſpectus.*

5 *Iudex ordinarius utrũ punire ualeat delinquentem in ſe,ne poßit recuſari ut ſuſpectus.& nu.7. Quid de delinquente in familiam Iudicis.nu.8.*

9 *Vicarius generalis epiſcopi poteſt allegari ſuſpectus,ſicut epiſcopus.*

10 *Ordinarius,& delegatus ut aßocientur adiũcti ſũt ſuſpecti allegatione ſola cũ iuramẽto,ſed ut remoueantur in totũ,debet adeſſe cauſa de iure ciuili,de iure autẽ canonico aliter prouidetur*

uidetur, ut ibi, ſed quod ius attendatur. & nu ſeq. & nu.16.

12 *Appellatur ab epo in cauſis temporalibus ad Archiepm, niſi priuilegio, uel conſuetudine aliter demonſtretur.*

13 *Appellatur à iudice eccleſiaſtico habente iuriſdictionem temporalem in feudum ad dominum feudi.*

14 *Appellatur à iuſtitiario ad magiſtrũ iuſtitiarium in regno.*

15 *Canones ſeruantur in cauſis Monarchiæ in Regno Siciliæ.*

17 *Magna Curia habet ex præeminentia, quòd appellatio in criminalibus non retardat executionem.*

DECISIO CXXXVII.

Panhormi.

IN cauſa iuriſdictionis reuerẽdiſſimi Archiepiſcopi Mõtis regalis ſuus Vicarius generalis procedere uolebat cõtra quoſdam, qui tẽpore reuolutionũ Siciliæ expulerãt Capitaneũ domini Archiepiſcopi ab officio, qui deinde cõpoſuerãt ſe cum magnifico gubernatore Archiepiſcopatus: ab his uolebat Vicarius pro domino Archiepiſcopo pœnã illã, pro qua ſe cõpoſuerant. ipſi dicũt ſe nõ teneri, & ꝙ ob metũ carceris, in quibus macerabãtur, ſe cõpoſuerãt, & ꝙ nõ cõmiſerant aliquod delictũ, ob quod debuiſſent ſe componere. Et nihilominus quia hic agitur de intereſſe domini Archiepiſcopi, ad quem pœna ſeu cõpoſitio ſpectat: recuſant Vicariũ eius ut ſuſpectũ. Itum eſt ſuper hoc ad Monarchiã tanquã ſuperiorẽ archiepiſcopi.
1 Primò uidendum eſt, * an epiſcopus in cauſa proprię eccleſiæ poſsit recuſari ſuſpectus. & ꝙ prælatus in cauſa eccleſiæ ſuæ poſsit eſſe iudex, tamẽ poſsit ut ſuſpectus recuſari, tenuerũt Butr. & Abb. in c. cum ueniſſent. de iudic. ubi Abb. in pen. col. & in c. poſtremo. de appel. Pet. & Cy. & Saly. in l. j. C. ne quis in ſua cauſa. Phil. de Fran. in d. c. poſtremo. uerſi. v. quæritur. Contrariũ, ſcilicet quòd nõ poſsit recuſari, tenuit Spe. in tit. de iudice deleg. §. ſuper eſt. uer. quid ſi prælatus alicui eccleſiæ. Bal. in d. l. j. C. ne quis in ſua cauſa. cum quo tranſit Car. in c. ex parte, de uerb. ſig. pe. col. & in d. c. cum ueniſſent. de iud. & clarius in c. j. de maledi. ubi dicit uerius eſſe dictum Iac. de Areti. quàm Cy. in d. l. j. idem tenet Imo. in d. c. cũ ueniſſent. Phil. ut dixi in d. c. poſtremo. uerſ. v. quæritur. dicit, ꝙ prima opinio eſt uerior. per tex. loco à maiori. in c. inſinuante. de offi. deleg. quam ſecũdũ eum ſequitur ibi Io. And. Butr. Imo. & Panor. idem Phil. in c. j. de pœnis. lib. vj. ij. & pen. col. dicit, * ꝙ quando delictũ reſpicit eccleſiã uel dignitatẽ, ſi prelatus recuſatur ut ſuſpectus, erit alius adiungendus, ut not. in l. apertiſsimi. C. de iud. Albe. in auth. ſi uerò contigerit, circa fi. in terminis illius auth. uolentis, * ꝙ quando ordinarius eſt ſuſpectus: lex dat ſibi adiunctũ epiſcopum loci. dicit, ꝙ ſi cauſa eſt epiſcopi, alius aſſociabitur, uel ad ſuperiorẽ recurretur. & alleg. Spec. de recuſa. §. j. uer. ſed cũ dixi epiſcopũ. & idem dicit tenere ibi Odoff. quod ſecundũ Alb. forte uerũ eſſet: ſi cauſa eſſet propria epiſcopi: ſi autem, dicit ipſe, eſſet cauſa eccleſiæ: tunc uidetur, ꝙ epiſcopus poſsit eſſe iudex. ar. ff. de his quæ in teſta. deleg. l. proximè. & per ea quę ple. no. per Inn. extrà, de uerb. ſigni. c. ueniens. & plura dicã, dicit ipſe. j. ne

ne quis in ſua cauſa. l. unica: & tenuerat Alb. ibi ꝙ ſi alius, quàm epiſcopus, daretur adiũctus ordinario: non ualebit proceſſus: quia ibi cõmiſſum à iure cõmuni, ut epiſcopo nõ potuit per ſui adiunctionẽ alius uſurpare. l. repetita. C. de epiſ. & cle. & de exact. tri. l. ij. lib. xij. & põderandum, quia in prin. dictę proximæ. q. dicit hæc uerba: & ideo adiungẽdo ſibi aliũ iudicẽ ordinarius à ſe iuriſdictionem abdicare non potuit, quaſi ꝙ ipſemet dederat ſeu dare poterat ſibi adiunctũ illum. quando
4 uerò epiſcopus * litigat cũ ſubdito ſuo, eliguntur arbitri. Phi. in c. dilecto. lo ij. v. col. uerſi. iij. limitatio. de appel. ſed hoc extra materiã: hoc uidelicet, à uerbo. & tenuerat idem Albe. in d. l. j. C. ne quis in ſua cauſa. ij. col. dicit, de epiſcopo ſic: ſi autem eſt cauſa eccleſiæ, conſtituat procuratorẽ, qui nomine eccleſiæ agat. ut extrà, de iuram. calum. cap. ſi. & ipſe epiſcopus cauſam audiat per iura ſuprà ad hoc allegata: niſi recuſaretur ut ſuſpectus: quia tunc recurreretur ad arbitros. C. de iudi. l. apertiſsimi: licet Innoc. uideatur tenere indiſtincte eum eſſe iudicẽ in cauſa eccleſiæ: ut plene nota. per eum extrà, de elect. c. noſti. & per Specul. in ti. de iud. deleg. §. ſupereſt. uer. quid ſi prælatus. omnes tamen dicit Alb. concordant, conſultius eſſe alii cõmittere. Deinde Alb. in quæſtione,
5 *an iudex ordinarius poſsit punire delinquentẽ in ſe &c. circa ſecundũ mẽbrũ: quãdo ſcilicet iniuria eſſet cõmiſſa ratione offi. cii, dicit ſic. Cy. tamẽ ſecundũ Pet. de Bel. pert. dicit, ꝙ licet ſit uerũ, ꝙ poſsit punire iniuriã factã officio ratione reipu. ad quod adducit C. de off. eius qui. uic. alt. iu. ge. l. j. & ij. nõ tamẽ ſolus: imò ſi eſt delegatus, poterit recuſari, ſi ordinarius, peti ꝙ ei aſſocietur epiſcopus: ut ſ. de iudi. l. apertiſsimi. & aut. ibi poſita. ubi de hoc tetigi. hæc ille. Ad propoſitũ de domino Archiepiſcopo, ex prædictis uidetur apparere, ꝙ magis ſit cõmunis opi-
6 nio, * ꝙ epiſcopus in cauſa eccleſiæ ſuæ poſsit allegari ſuſpectus. Cũ ergo dicta cõpoſitio, pro qua agitur, ſpectet ad ſe nomine eccleſiæ, erit ſua dominatio ſuſpecta ad iudicandũ ſuper ipſa cõpoſitione. De ipſo autẽ delicto, propter quod ad com-
7 poſitionẽ deuentũ eſt: * an potuiſſet ipſe d. Archiepiſcopus iudicare, & punire, ut nõ poſsit recuſari ſuſpectus. ſ. allegati ſunt circa hoc incidenter Phil. de Franc. in c. j. ij. & pe. col. de pœn. lib. vj. & Alb. in l. j. C. ne quis in ſua cauſa. in q. an iudex ordinarius &c. idem Phil. in eo. c. j. iij. co. circa hoc dicit, quãdo delictum nõ eſt notoriũ, & cõmittitur circa officiũ, cognoſcit ordinarius: & idem ſi cõmitteretur cõtra perſonam propriã: & per unũ de ſuis. l. nõ ſolum. de rit. nup. ſecus ſi cõmitteretur per aliũ: quia nõ poterit cognoſcere, ſecũdũ Bar. in l. ſi quis forte. §. ſi quis. ff. de pœn. ubi Bar. cõcludit poſt Cy.
8 in d. l. j. ne quis in ſua cauſa. * quòd ſi aliquis delinquit in officialẽ uel famulũ eius, ſiquidẽ ratiõe perſonæ principaliter: & officialis tũc nõ cognoſcit: ſi ratione officii, & cognoſcit. & ſic Bart. æquiparat, an contra officialẽ, uel eius famulũ delinquatur. Alexan. quoq; conſi. xxxv. ij. uol. probat officiales poſſe punire eos, qui eximũt carceratos à carceribus

Poteſtatis: ex quo turbarant iuriſdi-ctionē ſuam: nō tamē ibi fiebat dubiū, ꝙ in cauſa propria eorū, ſed an poterāt puniri. circa hunc articulū uidendi ſunt doct. maxime Salyc. in d. l. j. ne quis in ſua cauſa: quoniā nō eſt pręſentis ſpeculationis: nō enim de hoc agitur, ſed de ualidanda uel inualidanda dicta cōpoſitione, cum in ea agatur de præiudicio eccleſiæ

9 pecuniario. Secūda dubitatio,* an eſto ꝙ Archiepiſcopus poſsit allegari ſuſpectus, poſsit etiā allegari eius Vicarius generalis. Philip. de Fran. mouet hanc dubitationē in c. dilectus x. col. de appel. & determinat, ꝙ ſic, contra Bal. in l. j. C. ſi quacun. præditus potēte, allegat text. in c. inſinuante. de offic. deleg. & idem Phil. in c. poſtremo. vij. col. de app. in xij. cauſa. allegādo imo. in d. c. in-

10 ſinuante. ꝙ eo ipſo* ꝙ epiſcopus eſt ſuſpectus, cēſetur conſequenter ſuſpectus eius officialis. Tertia dubitatio ſtante prædicta recuſatione & Archiepiſcopi, & eius Vicarii, quid erit fiendū? Et quidē de iure ciuili quādo ordinarius recuſatur ſuſpectus, nō remouetur, ſed datur ei adiunctus epiſcopus, ut in auth. ſi uerò cōtigerit. C. de iudi. & quando eſſet cauſa epiſcopi alius aſſociabitur: uel ad ſuperiorē recurretur, ſecundum Albe. ibi quem ſuprà retuli. & licet Albe. dicat ꝙ epiſcopus eſt: & eccleſiæ epiſcopus nō poteſt recuſari: tamen hoc ſuprà non tenui per authoritates pręallegatas: ſed in delegato de iure ciuili, ꝙ poſsit nuda uolūtate recuſari procedit: dūmodo recuſatio nō appareat manifeſte fruſtratoria. Abb. in c. ad hæc. iij. col. de appell. & dicit d. Abb. in c. ſi quis contra clericum. iiij. col. uerſi. uenio nūc ad apparatū. de foro compe. ꝙ de iure ciuili tam ordinarius, quàm delegatus ex ſola uolūtate recuſantur, & ꝙ ſufficit, ꝙ quis iuret ꝙ nō calumnioſè recuſet, nec eſt neceſſe exprimere cauſam: & ꝙ in hoc grauatur iudex ordinarius: releuatur tamē in alio, quia nō remouetur in totum. ſed idem Abb. dicit cōtrariū in ordinario in eo. c. vij. col. uerſi. item ceſſat illa obiectio domini Vic. qui uerſiculus incipit in vj. colū. Ad faciendū aſſociari ordinario adiūctū ſola allegatio cum iuramēto uidetur ſufficere: ſed ad remouendū eū in totum debet adeſſe cauſa. uide j. in deciſ. in cauſa d. Comitis Cameratæ, dū ibi allegatur Bal. in l. apertiſsimi: & uide Abb. in c. ad hæc. iij. col. de app. dum uult, ꝙ quando iudex, à cuius ſentētia appellaui, uult in alia cauſa mea iudicare ad hoc, ut poſsim petere ei dari adiūctum, debeo probare, ꝙ me in illa prima cauſa grauauit, quaſi ꝙ ſola allegatio nō ſufficiat. De iure uerò canonico habemus tex. in d. c. ſi quis contra. de foro cōp. quē ad hoc allegat Anch. in c. legitima. de app. lib. vj. & refert eum ibi Phil. in ij. col. in quo quidem. c. ſi quis contra. dicitur, ꝙ ſi ordinarius ſit recuſatus ut ſuſpectus, ſuſpicione coram arbitris probata (quod hic neceſſe nō eſt) debet ordinarius cauſam alteri delegare: & ipſe poterit ſententiā delegati exequi: & no. Abb. in eo. c. ſi quis cōtra. in v. not. iij. col. ꝙ epiſcopo recuſato Archiepiſc. nō ſuccedit in iuriſdictione: ſed ipſe recuſatus dat iudicē delegatū, uel ſeruabitur quod habetur in c. cū ſpeciali. de app. & no. Abb.

Abb.ibid.vj.nota.practicã: ꝙ quãdo iudex ordinarius recuſatur à reo dat delegatũ: ſic quãdo ab actore: ſed ſi iſte delegatus interim recuſaretur ne in infinitum cõtingat recuſatio, partes cõpellẽtur ſibi iudicẽ eligere: & licet circa intellectũ. d.c. ſi qs cõtra. uaria dicãtur: uidelicet, an debeat hæc delegatio, de qua ibi, fieri de partiũ uel recuſatoris uolũtate: tamẽ quãdo cauſa ſuſpicionis eſſet notoria prout eſt iſta. Abb. ibi in d. uer. uenio ad apparatũ. iiij. col. ſequtur opi. Goffr. uolẽtis, ꝙ quãdo non refricatur in dubium, an ordinarius ſit ſuſpectus: ſed quælibet partium hoc fatetur: ut quia ſuſpicionis cauſa notoria eſt: habebit locũ. d. decretalis, ſi quis contra. unde epiſcopus ſtatim delegabit abſq; arbitrorum electione: ſuſpectus enim in cognoſcẽdo nõ eſt ſuſpectus in delegãdo: ut dicit Abb. in d.c. ſi quis cõtra. vj. & vij. co. ſic etiam quãdo ordinarius recuſatus propoſita recuſatiõe tanquã litẽ exercẽs ad arbitrorum electionẽ deuenire nõ uult: nam tunc poterit cauſam cõmittere etiã partibus inuitis: dũmodo cõmittat perſonæ neutri parti ſuſpectæ, conſultius tamẽ faciet ſi partium cõſenſum in cõmiſsiõe requirat: ut recuſandi facultatem excludat. ita Abb. in d.c. ſi quis cõtra. vj. col. uer. ego uerò puto ſic diſtinguẽdũ. & hãc opi. ſequitur Phil. de Fran. in c. cũ ſpeciali. iij col. de app. Hic uideretur eſſe caſus noſter: nam Vicarius recuſatus nõ uult expectare electionẽ arbitrorũ: ſed uellet cauſam delegare: at rei cõtra- 11 dicũt. Quarta dubitatio eſt,* quòd ius in hac cauſa ſeruãdũ ſit circa recuſationẽ an ciuile, an uerò canonicũ, cũ iura prædicta, uidelicet ciuile & canonicũ, uariẽt in iſta materia, ut proximè dictũ eſt. ad reſolutionẽ huius dubitationis puto neceſſariũ inueſtigare: quẽ ſuperiorẽ in iſta iuriſdictione, ciuitatis Mõtis regalis recognoſcit eccleſia, ſcilicet ſummũ Pontificẽ, uel d. Regem.

12 Quòd debeat* recognoſcere ſummũ Pont. facit: nam in cauſis appellationũ tẽporalibus uẽtilatis in curia epiſcopali, nõ appellatur ad dominũ tẽporalem: ſed ad Archiepiſc. niſi ex præſcripta cõſuetudine, priuilegio, aut alio ſpeciali iure aliud ſit. c. Romana. §. debet. de app. lib. vj. & gl. in c. ij. de delic. puer. ponit de

13 epiſcopo* habente regalia à principe, ꝙ in illis regalibus appelletur ad dominũ Papã, nõ ad principem, niſi cõſuetudo, uel priuilegiũ aliud induceret. & ibi Abb. in fin. dicit, ꝙ quãdo iudex eccleſiaſticus habet iuriſdictionẽ tẽporalẽ nõ tamẽ in feudũ, appellabitur ad ſuperiorẽ eccleſiaſticũ: ſi uerò habet in feudũ, appellabitur ad dñm feudi, licet ſit ſecularis. allegat. d. §. debet. cũ gl. unde cũ nõ appareat hãc iuriſdictionẽ in tẽporalibus ſuper ciuitate Mõtis regalis fuiſſe datã in feudũ. d. eccleſiæ: debebit recognoſcere in ſuperiorẽ. d. Papã, arguendo ab hac ſpecie ſuperioritatis in prouidẽdo ſuper iudicis recuſatiõe ad ſpeciẽ ſuperioritatis reſpectu appellationis. Quòd nõ debeat recognoſcere ſũmũ Pont. ſed do. Regẽ, facit: nam in priuilegio donatiõis factæ per Regẽ Gulielmũ ſecũdũ eccleſiæ Mõtis regalis de ipſa ciuitate & aliis caſtris, nõ dicit, ꝙ donat ipſam ciuitatẽ & terras cũ mero & miſto impio:

ſed quod donat Ciuitatem & terras:& inſuper creat Archiepiſcopum ſeu
14 Abbatē,ſub quo* erat eccleſia tēpore fundationis, & Iuſtitiariū in dictis ciuitate & terris cū mero & miſto imperio:ſed de iure conſtitutionum à Iuſtitiario appellatur ad magiſtrū iuſtitiariū: ut in cōſtitutione, regni. nō eſt donatū territoriū cum mero imperio: ſed eſt creatus Abbas officialis perpetuus,tali quidem nomine, quod ſubeſſe ſolet & debet magiſtro Iuſtitiario: nec poteſt conſtare, quod aliquando appellationes Montis regalis iuerint ad regiā Curiā:nec quod ad Papam. Ad cauſam uidelicet quod attendendū ſit,ius ciuile nō facit, quod Rex regni habeat mo
15 narchā in eccleſiaſticos:* nā in cauſis monarchæ iudicatur ſecundū canones,ut dicunt iſti domini doctores
16 Siculi. Magna regia curia* in dicta cauſa decreuit per interlocutoriā, quod cauſa uideatur per duos,quorum unus deputetur per do. Archiepiſcopū,ſeu eius Vicariū:alius per regiā curiā: & ſic non fuit ſecuta ius canonicū,quoniam non permiſit, quod Archiepiſcopus cauſam delegaret, nec ius ciuile,quoniā abdicauit perſonā ordinarii à iudicando permittendo ſolū delegationē:ſicque male à dicta interlocutoria reclamatū eſt:& mihi cauſa cōmiſſa referenda
17 domino* Viceregi:& quia pars domini Archiepiſcopi uolebat, quod per ſ..ā appellationem retardaretur executio decreti,quod fieri nō poterat: ex quo magna curia habet ex præeminentia, quod appellatio in criminalibus nō retardet executionē,eo maxime: quia nō ipſa ſed dominus Vicerex ea referēte protulit interlocutoriā,maluit admittere partes proſecutas ad relaxationē carcerū,in quibus detinebātur, & ipſas nō proſequi ulterius,q̄ uenire ad dictas delegationes,& executionē decreti:unde nō eſt.d.appellationē proſecuta.

* SVMMARIVM.

1 Teſtes utrum poſſint allegari ſuſpecti omnes de una prouincia,ciuitate,loco uel parentela.

2 Iudex etiam delegatus alterius factionis poteſt iuſte recuſari: poſito quod ipſe iudex ſit iuſtæ factionis:& recuſans eſſet iniuſtæ.& nu.3.

4 Inimicitia quælibet etiam non grauis ut capitalis,ſed probabilis inducit in iudice ſuſpicionem.

5 Suſpectus iudex non debet intereſſe quando uotatur:etiā ſi non det ſuum uotum.

6 Succeſſor etiā recuſari poteſt, ſi prædeceſſor fuit ſuſpectus:quādo ſuſpicio inhæſiſſet dignitati, & non perſonæ.

7 Collegium totum unius ciuitatis non poteſt allegari ſuſpectum in genere: ſed debent ſuſpectorum nomina ſpecificari:limita ut ibi.

8 Partes debent dare ſuſpectos in electione aſſeſſoris:nec ſufficit dare confidatos:ſi tamen darentur ſuſpecti & confidati : iudex non arctaretur ad eligendum de confidatis:ſatis enim eſt quod non eligat de ſuſpectis.

DECISIO CXXXVIII.

Panhormi.

ERANT Per magnificum do. Franciſcum munnos præſidentem Cameræ Reginalis de mandato Reginalis maieſtatis capiēdę informationes ſuper tumultibus & exceſſibus Siracuſanorū, & aliorū dictæ Cameræ commiſſis tēpore reuolutionum Regni, nec non ſuper

querel

querelis expoſitis per dictos Camerarios contra magnificũ don Americum centelles ipſius Cameræ gubernatorẽ, ſuſpenſum tamen ab officio: & quia erat deputandus doctor aliquis ad fabricandos dictos proceſſus: ut res ſine ſuſpiciõe procederet, fuerunt data per Cameren
1 ſes nomina confidatorũ,* & per magnificã d. Caſtellanam uxorem don Americi fuerunt data etiã nomina ſed duorum tantũ cum adiunctione quòd habet omnes alios de regno ſuſpectos: dubitatum eſt, an dicta recuſatio tam generalis admittẽda ſit. Multũ iura prouiderunt: ꝙ lites ſine ſuſpicione procederent, adeo quòd nedũ inimicus, ſed omnes qui ſunt de eadẽ domo, & parẽtela poſſunt recuſari. Bart. dicit eſſe text. ibi & forte non alibi in l. j. §. illo. C. ſi quacunque præditus poteſtate. & ꝙ ita ſeruat Epiſcopus Senarũ, qui cum ſit de maleuoltis, omnes cauſas de piccolhominibus, cũ ſint inimici aliis delegat. Iaſon hoc refert in l.
2 apertiſsimi. ij. col. de iud. & ſi *delegaretur cauſa homini alterius factionis, poteſt iuſte recuſari. Iaſ. in d. l. apertiſsimi. iij. col. uer. ix. cauſa. etiã forte ſi eſſet factionis iuſtæ ille, cui cauſa mea delegata eſt: & ego iniuſtæ: nam nõ attenditur, an inimicitia cauſata ſit ex culpa recuſantis: ideo Philip. de franc. in c. poſtremo
3 pe. col. in xxxij. cauſa, dicit,* ꝙ quælibet inimicitia in iudice inducit ſuſpicionẽ, etiã ſi non ſit capitalis, uel grauis: ſed ſufficit, ꝙ ſit probabilis. c. cum ſuper. de offic. deleg. iij. q. v. quia ſuſpecti. & gl. & Gemi. in c. ij. de proba. lib. vj. & ſubdit, quòd non ſufficeret in genere allegare inimi-

4 citiã: allegat Ioã. And. &* ꝙ non inſpicitur an talis inimicitia habuit fomitem à ueritate, an à falſo, aut ab ipſis partibus, aut à tertio, ſecũdum Inn. in c. cũ i. & a. de re iudi. & quan-
5 do ea uotatur*, nõ debet is, qui eſt ſuſpectus, intereſſe in uotando, etiã ſi non det uotũ, ſecundum Alexã. in c. cum ſpeciali. xij. col. de appel. & ſi
6 prædeceſſor fuit ſuſpectus, * poteſt recuſari etiã ſucceſſor: quando ſuſpicio inhæſiſſet dignitati, nõ perſonæ, ſecundũ Alex. ibi. id eſt, quando fuiſſet cauſata reſpectu dignitatis: unde ſi iudices M. Curiæ prædeceſſores me in una cauſa grauaſſent, poſſum ſucceſſores in ea. cauſa refutare: ad propoſitum noſtrum Bal. in l. hoc modo. per illũ tex. ff. de condi. & demon. dicit, ꝙ is, qui allegat omnes doct. de ciuitate ſuſpectos, præſumitur ꝙ faciat in fraudẽ: ſed aliter tenet Alb. in ij. par. ſtat. q. centeſima, inci. an autẽ poſsit quis dicere omnes iudices &c. ubi dicit, ꝙ uidit ſeruari in practica omnes ſapientes unius ciuitatis poſſe ut ſuſpectos recuſari. refert & ſequitur Iaſ. in d. l. apertiſsimi. iij. col. uer. adde etiam. & quòd tota ciuitas poſsit dari ſuſpecta, tenet Phili. in d. c. cum ſpeciali. vj. col. uer. x. quęritur. de appel. alleg. tex. in c. licet ex ſuſpecto. de foro compe. & Alexã. ibi. idẽ firmat in xj. & xij. col. Alb. in d. l. aper-
7 tiſsimi. ul. col. dicit,* ꝙ totum collegiũ unius ciuitatis non poteſt recuſari ſupectum in genere, imò expedit, ꝙ ſpecificentur nomina illorum quos quis habet ſuſpectos: niſi cauſa eſſet eccleſiaſtica: quo caſu poſſet dicere omnes iudices collegii ſuſpectos, qui ignorarent ius canoni-

cũ.& dicit Alb. hoc dicere Egidium. inde ipſe ſubdit: audiui etiam magnos proceres tenentes totũ unum collegium iudicũ non poſſe dici ſuſpectum, per l. cuſtodias. ff. de pub. iudi. ſed (iudicio meo dicit) illa. l. hoc bene non probat. & pro opinione prædicta dicit facere gloſſ. primam extrà. de iudic. c. j. quæ innuit ſynodum recuſari non poſſe. ubi no. Ioã. Andr. ſynodum recuſari etiam poſſe, quando illi, qui tantummodo præſunt, ſunt ſuſpecti. arg. de procu. c. ulti. ſecundũ Vinc. conſules etiam iuſtitię Vercellarum ſecundum eum fuerunt recuſati. c. licet ex ſuſpecto. de foro comp. Philip. in c. cum ſpeciali. vij. colum. uerſic. xvj. quæritur.
8 dicit, *quòd in electione aſſeſſoris partes debent dare ſuſpectos, & quòd non eſt neceſſe dari confidatos: ſi tamen ſecundũ eum per partes darentur ſuſpecti & confidati, iudex non arctatur ad eligendum de confidatis: ſatis enim eſt, quòd non eligat de ſuſpectis.

SVMMARIVM.

1 *Cõtumax citatus perſonaliter, utrum poſſit appellare à die ſcientia, uel à die ſententiæ.*

2 *Contumax uerus nõ poteſt appellare, & quis ille ſit.*

3 *Citatio trina habet uim peremptorij: & ſimiliter iudicis monitio facta partibus uiua uoce ad audiendum ſententiam.*

4 *Cautela eſt, quòd intimetur ſententia lata perſonaliter, uel ad domum, ut currat decendium.*

5 *Procuratoris contumacia etiam uera utrum præiudicet domino, quo minus appellare poſſit poſt decendium: ſi de ſententia non habuit ſcientiam.*

DECISIO CXXXIX.

Panhormi.

IN cauſa Hieronymi botti q̃ uult cauſare executionẽ contra quoſ-
1 dã Agrigentinos* ob ſententiã contra eos latam ſub prætextu, ꝙ ab ea infrà .x. dies appellatũ non ſit: cum illi aſſerãt, ꝙ licet infrà .x. dies nõ appellauerint, hoc fuit reſpectu, quia non fuit eis ſentẽtia intimata, quid dicendũ? uidetur pro deciſione huius dubii, quòd debeant fieri caſus. Primus caſus eſt quando dominus fuit citatus perſonaliter ad ſententiã: & in hoc Ang. in l. à ſentẽtia. §. j. ff. de app. tenet ꝙ etiam citatus ita perſonaliter non præſumitur habere notitiã ſentẽtię, ſed debet ſibi intimari ad hoc, ut lapſis decẽ diebus nõ poſsit appellare. & Ang. Aret. in l. j. §. fi. ff. quando app. ſit ij. col. dicit, ꝙ in dubio teneret opi. Ange. quoniam duo copulatiuè requirũtur, ad hoc, ut x. dies dati ad appellandum currant, uidelicet: ut ſciat quis ſententiã fuiſſe latã ut ibi. & in l. ab eo. C. quomodo & quãdo iudex. & not. gl. in auth. hodie. C. de tẽpo. app. ſecundò, ꝙ ſciat ſic forte latam. Card. Alex. in c. perſonas. j. & ij. col. de appel. tenet idẽ, dicens, ꝙ ultra citationem ad ſententiã neceſſe eſt, ꝙ ſententia intimetur. arg. gl. in c. concertatum. in uer. ſciuerit. de app. lib. vj. ſed ꝙ hoc caſu non requiratur aliqua intimatio, tenet Raph. in d. l. j. §. fi. ff. quando app. ſit. nã ille qui fuit citatus perſonaliter & peremptoriè ad audiendã ſententiã, cogitare debuit, quòd iudex illã ferret: & præſumere debuit, ꝙ ferret cõtra ipſum contumacẽ. ar. c. nullus. de prędſump. ergo à tẽpore ſententiæ latę debuit

curr

currere decendium.Phili.de Franc.
in c.bonæ.vij.col.uer.viij.tenet con
tra Ange.ſequens Cuma.& Imol.in
d.l.à ſententia.§.j.quia citatus per-
ſonaliter in dubio præſumitur ue-
rus contumax,& ideo excluditur ab
appellando.l.ex conſenſu.§.fi.eod.
ti.& in Cle.ſi ante.de dolo & cōtu-
macia.& no.quoniā ſecundū hāc ra
tionē fruſtratoria eſt dubitatio no-
ſtra,an.ſ.x.dies currant à die ſcien-
tiæ,an à die ſententiæ ipſo uolen-
te appellare citato perſonaliter: nā
1 ſi nō poteſt appellare,*fruſtra quę-
ritur quando currāt.x.dies:& quòd
uerus cōtumax nō appellet,ex text.
in d.l.ex conſenſu.§.fi.de app.in l.j.
C.quorū appel.nō rec.& in auth.de
iudi.§.audiant.& ad materiā dici-
tur uerus cōtumax ille,qui fuit cita
tus peremptorie,& nouit ſe citatū,
& tali tēpore quo potuit cōparere,
& contradicere noluit, prout not.
Bar.& Ang.in d.§.fi.& ſecūdū Ang.
in l.& poſt edictū.§.fi.ff.de iud.ille
text.in l.ex conſenſu.§.fi.eſt melior
qui ſit de corpore iuris ad ſciendū
quis ſit uerus cōtumax.refert Aret.
ibi.ij.col.& ratio,quare uerus cōtu
max non appellat,eſt,quia cōpa-
rēdo impediret uires peremptorii,
& non fecit:ergo damnū quod quis
ſua culpa ſentit &c. ut colligitur in
3 §.fi.Aret.in ij.col.aut ergo *in cita-
tione eſt peremptoriū expreſſum:
uel trina citatio interuenit,quę ope
ratur uicē peremptorii:uel iudex ui
ua uoce monuit partes ad audiēdā
ſententiā:quæ monitio habet etiam
effectū peremptorii,ut eſt tex.ſing.
ſecundū unū intellectū gl. quem ſe-
quuntur ibi doc.C.quomo.& quan
do iudex.& nō poteſt à taliter pro-
lata ſententia appellari, aut citatio
nō eſt peremptoria,& ſentētia eſſet
nulla,ut no.elegāter Bart.in extra-
uag.ad repri. in uer.ſuper dicto cri
mine,ad finē.& Aret.in d.§.fi.ij.col.
in gloſſ.ij. unde uana eſt dubitatio
hæc prima, uidelicet primi caſus.
Secūdus caſus eſt quando quis fuiſ-
ſet citatus ad ſentētiā nō perſonali-
ter,ſed domi, uel per edictum:& in
hoc caſu poſt ſentētiam requiritur
intimatio ipſius ad hoc ut x. dies
currāt. ita Phil.in d.c.bonæ.vij.col.
qui dicit, ꝙ dictū Ang.de quo ſ.in
l.à ſentētia.§.j.de app.procedere po
teſt,quādo quis fuiſſet citatus in do
mo ad ſentētiā: nam in dubio non
præſumitur habuiſſe notitiā ſenten
tiæ:& ſic poterit poſtea quādocūq;
infra x.dies à die notitię appellare,
& ꝙ ita procedit,quod Ang. no.in
l.j.C.de tēpo.app.& in auth.hodie.
4 eo.tit. ideo dat cautelā,*ꝙ intime-
tur ſentētia ad domū,uel perſonali-
ter: & hæc intimatio ſufficit, ꝙ fiat
domi,etiā ſi citatio facta ſit domi.
no.Phi.in allegato.c.bonæ.uer.viij.
5 Tertius caſus eſt,*quādo nō fuit ci-
tatus dominus:ſed procurator per-
ſonaliter & peremptorie:nam uera
contumacia procuratoris præiudi-
cat dn̄o,quo minus appellare poſſit
poſtquā ſcit:& Phi.in c.Nicolao.pe.
co.uer.poſtremo.dicit ꝙ ob cōtuma
ciā procuratoris etiā uerā,dn̄s non
excluditur ab appellādo,ſicut quan
do eſſet cōtumax ipſe,qm̄ dolus ſeu
delictū procuratoris non debet ob-
eſſe domino.c.j.ut lit. non conteſt.
l.j.§.ſi procurator.ff.ſi quis ius dic.
non obtemp.& per Bar.ibi.& in l.fi.
ff.de in integ.reſtit.in fin.ſed debet
appellare infra x.dies à die ſenten

tiæ.per not.in d.l.j.in fin.ff.quando appe.ſit.ubi Bar.ita hoc notabiliter uoluit:& per alias authoritates,de quibus ibi.

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum continẽs aliquid fieri copulatiue,utrum uerificetur in altero tantum.*

2 *Libellus continens plura copulatiue circa unum effectum,in quo non ſunt omnia de iure neceſſaria,tunc ſufficit quòd uerificetur in uno.*

DECISIO CXL.

Panhormi.

IN CAVSA magnifici Antonii patellæ cum magnifico Federico ſabbia,mandauit dominus Rex per ſuas literas,ꝙ ſi per quaſdam alias prouiſiones quondam Cath.Regis ab eadẽ maieſtate domini Regis cõfirmatas tolleretur iuſtitia ipſius Federici,& ſequeretur diſturbatio,ſeu tumultus in Regno,dictæ prouiſio-
1 nes nõ exequantur,*ſed conſulatur ſua maieſtas:quid erit fiendũ,ſi per dictarũ prouiſionũ effectuationem tolleretur iuſtitia Federici,& tñ nõ eſſet dubiũ de tumultibus?& ſic an dicta duo intelligantur poſita copulatiue,an diſiunctiue,ſeu alternatiue?Adeo quòd ſufficiat alterũ uerificari. Quòd unum ſufficiat:& ſic pro Federico facit:nã ſi Papa mãdat in reſcripto de duobus inquiri alternatiue ad certũ effectũ cõſequendũ, ſufficit alterum probari.c.inter cæteras.de reſcrip.ſed hoc nihil ad rem. nã ſumus in copulatiuis,nõ in alter-
2 natiuis. Facit ſecũdò:*nã ubi plura copularentur in libello,ut articulo circa unũ effectũ,in quo nõ ſunt omnia de iure neceſſaria:tũc ſufficit unũ uerificari.Feli.in c.ij.xij.col. uer.fallit tertiò.de reſcrip.poſt glo. & omnes ibi.per.c.cũ iãdudum.de præben.& c.ſignificauit.de appe.cũ gloſſ.in uerſic.eorum.& facit in ca. col.ubi allegat Rotã de reſcrip.ſeptimã in nouis.& deinde in fi.eiuſdem col.ubi alleg.Bal.in l.j.in prin. v.col.ibi extra quæritur.de eden.& in excipiente,uel libellãte ponit laſon in l.interpoſitas.ij.colum.C.de tranſact.obiit deinde Patella ex fractura coxæ.xxj.Nouemb.1518.& ſic forte impoſitus eſt finis quæſtioni.

SVMMARIVM.

1 *Cõtumax citatus recuſando dare fideiuſſionem de non offendendo bannitur in Regno. Siciliæ,prout in criminalibus.*

2 *Cõtumax in cauſa pecuniaria,& ob contumaciam cõdemnatus,non dicitur bannitus ex maleficio:ſecus ſi ob contumaciam in cauſa delicti.*

3 *Condemnatus ex contumacia uidetur damnatus ex delicto:& ideo impune offendi poteſt.*

4 *Bannum dicitur mulcta,& ficta cõtumacia:unde mulctari non poſſet nõ citatus perſonaliter.*

DECISIO CXLI.

Panhormi.

IN CAVSA Pauli agliati cũ filio Ambroſii de Leui,ſtãtibus in-
1 ter eos* diuerſis aggreſsionibus.d. Vicerex ſtatuit pro bono concordiæ,quòd adinuicẽ firmarẽtur fideiuſsiones de nõ offendẽdo:& cum pro parte Pauli eſſet prompta circa hoc oblata obedientia,pars alia recuſans ſe abſentauit.ſua Illuſtriſ. Dominatio fecit ipſum uocari,ſeu citari,quòd pro iſta cauſa compareret:nec uſquam comparuit. Dubitatum eſt,an poſsit banniri tanquàm

conta

contumax eo bãno, quòd ultra mulctam tertiæ partis bonorũ mobiliũ ingerit annotationem omniũ bonorum reſtantiũ cũ eorũ cõfiſcatione poſt annum, iuxta cõſtitutionẽ Regni, quæ incipit, grãdis. eo inquam bãno, quod lapſo anno ingerit forjudicationis pœnam, iuxta cõſti. Regni, pœnam eorũ. theorica eſt Bart. in l. omne delictũ. in §. contumacia.
2 de re mili.* quòd ſi aliquis eſt cõtumax in cauſa pecuniaria, & ob contumaciã cõdẽnatur, nõ dicitur bannitus ex maleficio: ſecus ſi ob cõtumaciam in cauſa delicti. Iſte de Leui uocatus per. d. Viceregem nõ uocabatur pro cauſa criminali, ſed ut fideiuberet de non offendẽdo: non etiam pro cauſa ciuili: nã ſi ex criminali cauſa poſſet banniri iuxta conſtitutionẽ, grandis. cũ pœnis, de quibus ibi. & in conſti. pœnam eorũ. Si ex cauſa ciuili non poſſet bãniri ad dictos effectus, ſed ad eos, de quibus in conſtitutione poſita ſub titulo, de Pœna contumeliç in ciuilibus cauſis. Nõnulli fidem fecerũt, quòd Viceregespræteriti cõſueuere in ſimilibus caſibus cõtra inobedientes præceptis eorũ procedere, ſeu procedi facere ad bãnum, prout in criminalibus: & ita in d. cauſa factũ eſt.
3 & facit* quod not. Iaſ. in l. j. §. fin. ff. ſi quis ius dic. non obtemp. qui tranſit cũ glo. ibi, ꝙ cõdẽnatus ex cõtuma-
4 cia* uidetur damnatus ex delicto: & ideo poteſt impune offendi. Dicit tamẽ Iaſon ibi, v. col. poſt glo. quòd non citatus perſonaliter non poteſt mulctari: quia non poteſt dici uere contumax. unde dicit. Bar. ibi, quòd cum bannũ dicatur mulcta ex ficta cõtumacia, quis non poteſt banniri: quod nota: quia ſi ille de Leui non fuit citatus perſonaliter, tãto minus potuit banniri.

SVMMARIVM.

1 *Religioſus teſtis ſi per uacillationem de falſo conuincatur, torqueri non poteſt, nec ad eius ſuperiorem remitti ut torqueatur. & nu. 12. nec puniri per iudicem ſecularem. nu. 14.*

2 *Teſtes, qui aduerſus fidem teſtationis ſuæ uacillant, audiendi non ſunt.*

3 *Teſtis utrũ poſſit incontinenti ſe corrigere, allegando iuſtam erroris cauſam, addendo, ſeu corrigendo.*

4 *Teſtis quando dicatur incontinenti corrigere dictum ſuum. & nume. 9.*

5 *Epiſcopus teſtis, uel nobilis perſona in cauſa ruſticorum corrigentes depoſitiones ſuas, ut melius recordãtes, utrum præſumantur corrupti. & nu-me. 10.*

6 *Teſtis ſi prius extraiudicialiter ſine iuramẽto dixit aliud & aliud poſtea in iudicio cum iuramento, utrum dicatur uarius.*

7 *Teſtis qui in eadem depoſitione dicit uaria uel contraria non probat: limita ut ibi.*

8 *Teſtis, qui ſibi contrariatur in diuerſis iudicijs aut inſtantijs, quam probationem faciat.*

11 *Teſtis ſibi contrarius, qui bis iurauit in eodem iudicio, quam fidem faciat.*

13 *Teſtis in criminali uacilians torquetur, etiã ſi ſit in officio, dignitate, uel nobilitate cõſtitutus: limita ut ibi.*

DECISIO CXLII.

Panhormi.

1 FRATER Franciſcus* de Arimino ordinis minorum teſtis productus per d. Conteſſellã uxorẽ Vincentii de benedictis, ad excul-

pan

pandum ipſum Vincentiũ de conſcientia:& nõ facta reuelatione caſus mortis,iudicum, & tumultuum ſucceſſorũ in ciuitate Panhormi. Primo loco,die.xvj.Nouẽb.1518.examinatus dicit, che lo Illuſt.Signore Vicerre ad Miſsinali acceptao come Vincẽtio de benedetto per quattro hore auante lo inſulto dell'hoſteri lo auiſao dello dicto caſo,dicendo li che non haueſſe andato alla matre eccleſia de Palermo lo giorno de ſanta Chriſtina, che hauerria ſtato amazato, & ſerriaci ſtato un grande ſcandalo. Secundo loco examinatus per unum ex iudicibus certo modo uariauit:& hoc fuit eodem die in ſero,& eius depoſitio non fuit ſcripta:Tertio loco,uidelicet.xvij.eiuſdem mẽſis interrogatus ſuper xiij.interrogatorio ad inſtantiam procuratoris fiſci,ut dicat, ſi omnia cõtenta in eius depoſitione ſunt uera:reſpondit,che quello, che primo dixe examinato per lo magnifico iudice, che lo Signore Vicerre li hauia acceptato,che Vincentio de benedetto li hauia detto,che de ueano eſſere amazati li judici(hoc dixerat ſecũdo loco)pigliao errore in quello,& declarando dice,che Vincentio de benedetto dixe,chel quondã Chriſtopharo de benedetto ſuo frate hauea detto ad epſo Vincentio:che non doueſſe andare lo giorno del caſo all'hoſteri con lo Illuſtriſ. Signore Vicerre alla matre eccleſia per audire ueſpero,per che ce hauerria ſtato occiſo ipſo Vincentio,perche ne hauea da eſſere un gran caſo: & che ipſo Vincentio andao onde lo Signore Vicerre, & diſſegli Illuſtriſ.Signor non andati ad ueſpero,perche ſarriti occiſo:che ſe haue preparato fareſe un gran caſo: & queſte parole ipſo confitente recontao & recontato à lo ditto Illuſtriſſ. Signore Vicerre,lo quale Illuſtriſſ. Signore li diſſe ad ipſo confitente, uero é che Vincentio de benedetto me auiſao che non andaſſe ad ueſpero,perche ce deuea eſſere grande homicidii:ma non ce declarao che coſa habbia da eſſere,ne chi lo hauea da fare parlandonce in confuſo,& ſimilmente lo ditto Illuſtriſ. Signore parlando, li ipſo confitẽte ſabbato paſſato de ſimile materia li diſſe,prout ſuprà dictum eſt. Erit modo diſcutiendũ,quæ iſtarum depoſitionum ſit attendẽda,& cui fides adhibenda ſit:& an poſsit hunc teſti per ſuum iudicẽ inferri tortura ob uariationẽ.& colligendo tex. & doctrinas in hac materia.tex.in l.
2 ij.ff de teſti.dicit:& ideo*teſtes qui aduerſus fidem teſtationis ſuæ uacillant,audiẽdi non ſunt.tex.in l.qui falſo.eo.tit.dicit, qui falſo uel uaria teſtimonia dixerunt:uel utriq; parti prodiderunt à iudicibus cõpetenter puniuntur.tex.in l.eos.in primo reſpon.ff.de falſ.dicit eos,qui inter ſe diuerſa teſtimonia præbuerint quaſi falſum fecerint,præſcripto legis teneri pronunciatũ eſt:& in tertio reſpõſo de imprudẽtia eius qui diuerſa duobus teſtimonia præbuit, cuius ita anceps fides uacillat,quòd crimine falſi teneatur:nec dubitandum eſt primũ reſponſum à tertio, quod uidetur idẽ dicere,differt ſecundũ gloſſ.quoniã in primo teſtis depoſuerat uarie pro eadem parte ſuper diuerſis articulis,& ſic non in eadem

eadē inſtātia. in tertio depoſuit uaria pro actore,& pro reo, in eadem tamen inſtantia: at ſecundū Bar. primum loquitur quādo quis uarie depoſuit in cauſa coram eodē iudice eodem tēpore: tertiū quando quis uaria depoſuit in diuerſis iudiciis, & ſic non in eodē. Caſus noſter eſt quia iſte frater depoſuit uaria in ea. cauſa coram eodē iudice, nō autem eodem tēpore:& ſe quodam modo correxit: circa quam correctionem
3 reperio, ꝙ Bart in d.l. eos. tertia oppo. dicit,* quòd teſtis poteſt inconti nenti ſe corrigere, ſi iuſtam cauſam erroris, & correctionis alleget, & hoc iudici uideatur: ſed quādo ſimpliciter dicit diuerſa, nec dicit, quòd facit animo corrigendi, habetur ut uarius:& ideo punitur, dummodo iſta uarietas dicit ibidē Barto. in pe. colū. ſit circa negocium principale, uel circa circunſtātias negotii principalis: nam ſi eſſet circa aliquas demonſtrationes ut circa pronomen, uel agnomen unius ex partibus, uel circa locū originis unius ex partibus: nō diceretur propter hoc quis uarius: ut in l. ex his uerbis. ff. de hære. inſti.& l. pe. de reb. dub. Bart. in l. repeti. in princi. ff. de quæſt. dicit. ꝙ quādoq; teſtis à iudice repetitur, ut puta ut dictum ſuū declaret, uel rationem dicti ſui reddat:& hoc poteſt iudex: ut extra de teſti. c. cū clamor. quandoq; uerò teſtis reuertitur ſuo motu:& tunc ſi incontinenti,& auditur: ſecus ſi ex interuallo. extra de teſti. c. præterea.& dixi uobis in d.l. eos.& not. quia l. eos. uult, ꝙ ad hoc ut teſtis poſsit ſe incontinenti corrigere, debet allegare iuſtam cauſam erroris & correctionis: ſed d.l. repeti. ſimpliciter loquitur. Inn. in ca. præterea. de teſtib. cogen. quē refert ibi Abb. diſtinguit: an teſtis uelit corrigere dictum ſuum: an uerò addere. ſi corrigere, poteſt antequam exeat conſpectum iudicis, ſeu partibus loquatur: ſi autē poſtea fecerit, ſtabitur primo dicto argumēto. c. ſicut. de teſti. debilitatur tamen primum, per contrariū ſecundū. Si autem uult addere, faciat antequam exeat conſpectū iudicis,& licitū eſt. Si uerò faceret poſtquam potuit cū partibus loqui, audiendus eſt: ſed minor fides adhibetur. Hoſtiē. in eo. c. præterea. prout refert Abb. ibi, dum glo. ibidem laborat, quādo* dicatur 4
teſtis dictum ſuū incontinenti corrigere,& dat plures ſolutiones:& ſecunda eſt quòd hoc ſit conſiderandum ex qualitate perſonę. Hoſti. uidetur inhęrere huic ſecūdæ opi. dicit enim ꝙ quicquid circa hoc dicatur, putat ipſe hoc eſſe arbitratus cō ſiderata qualitate perſonæ,& quantitate interualli, colloquio partium,& reliquis circūſtātiis:& iudex ſecū dum hęc correctionē admittet. quādoq; non:& dicit Abb. ꝙ hæc opinio ſatis ſibi placet: quid enim dicit, ſi cauſa eſt inter uiles,& epiſcopus,
5 *uel alia notabilis perſona producitur in teſtē, qui ex interuallo corrigit dictum ſuū: quia melius recordabatur, debemus ne dicere, quòd præſumatur corruptus à uili ruſtico? maximè arg. c.& ſi quæſtionis. de ſimo.& maximè per illam regulā, tu magis ſcire potes &c. Abb. in c. per tuas. ult. col. de proba. dum impugnaſſet
6 Bart. qui in l. eos. dicit,* quòd debet ſtari ei, quod quis dicit ut teſtis primo loco, etiam extra iudiciū,& ſine

iura

iuramento:& non ei quod dixit in iudicio cum iuramēto ſecūdo loco. dicit Abb.puto tamen,quòd ſi primum dictū fuiſſet iuratū,non ualeret ſecundū:quia cōuincitur neceſſario de periurio ponendo ſe inter duo iuramenta cōtraria.idē Abb.in c.cum in tua.ulti.col.de teſti.primò dicit,quòd quādo teſtis in eadē inſtantia inter eaſdem perſonas ſibi cōtrariatur,& utrunq; dictū fuit ſine tormentis:ſi ſecundū fuit dictū animo corrigendi,reddēdo rationē & incōtinēti,ualet ſecūdū,ut in c.præterea.de teſti.cogen.aliàs neutrū ualet:& conuincitur teſtis de falſo.ut in l.eos.in princi.ſentit Barto.ibi.& expreſsius domi.Anto.hic.ita Abb. Barto.in loco de quo ſuprà,dicit,ꝙ quādo ſimpliciter teſtis dicit diuerſa,nec dicit ſe facere animo corrigendi,habetur ut uariās,& ideo punitur. At Abb.in d.loco,uidelicet in c.cum in tua.dicit,ego aliter dicerē, ſcilicet quando ex interuallo teſtis 8 dicit contrariū:tunc ualet primū:licet debilitetur per ſecundū contrarium:ut not.dicit Innoc.in d.c.præterea.de teſti.cogen.idē Abb.in d.c. præterea.ij.col.in fi.de teſti.cog.inquit,not.bene & tene;mēti,ꝙ ſi teſtis corrigit dictum ſuū incontinenti,nō habet docere de errore.& idē dicit ſe putare in parte reuocante confeſsionem:& ſubdit,quòd circa dictum teſtis iudex ſecundū Innocē. debet attendere diligenter modum & cauſam correctionis.infra de accuſa.cum dilecti:& niſi cognoſcat eum probabiliter ſe poſſe corrigere,incidit in ſuſpicionem uel uacillationem.ff.de teſtib.l.in teſtibus.& idem putat Abb.eſſe cōſiderandum

in parte.Feli.in d.ca.cum in tua.iiij colum.in glo.fin.ponit primò unam 7 concluſionē,quòd teſtis,* qui in eadem depoſitione dicit cōtraria,nō probat.d.l.qui falſa,uel uaria.de teſtib.c.licet.de probatio.dat tres limitationes.Secunda eſt,niſi dictum ſecundum ſit cum tormentis.& not. quia ſecūdum hoc loquitur in duabus depoſitionibus,in eadem tamē inſtantia. Tertia limitatio eſt, niſi ſecundum dixerit animo corrigēdi primum.& no.quia ex hoc etiam datur intelligi eum intellexiſſe in eadem depoſitione in prima inſtantia inter eaſdē perſonas, maximè quia ſublimitat per dicta in d.capit.præterea. de teſti.cogen.ubi ſublimitat dummodo incontinenti, non ſi ex interuallo:nā ſi eſſet ex interuallo, nō poſſet dici,ꝙ fieret in eadē depoſitione.idem Fel.ibidē.& hic eſt animaduertendū,dum recitat ſecundū membrum Abbatis in ſua ſecunda cōcluſione,uidelicet* quādo teſtis dicit cōtrarium in diuerſis inſtātiis,ſeu iudiciis:& Abbas tenuiſſet,quòd ſtari debeat primo, licet debilitetur p ſecundum,& hoc contra Anto. de But.Feli.tenet cum Abbate,licet ſecundum eum Bar.in d.l.eos.Anto.in d.c.cum in tua.& alii quos ibi adducit tenuerint,ꝙ neutri ſtetur,& ꝙ ſecundum dictum non ualeat,dicit Felin.eſſe gloſ.ibi.& gl.pe.in c.ueniēs, de teſti.& in tantum debilitatur primum dictum ſecundum Feli.ꝙ eius uigore non poſſet deferri iuramentum,ſecūdū Cardi.in d.c.ueniens,de teſti.& ſic habemus,ꝙ Fel.in primo mēbro Abb.nō dicit hæc,ſed in ſecūdo quaſi quod in primo,ſcilicet quādo ſumus in eadē inſtantia,ſentiat, quòd

ꝙ neutri ſtetur.idẽ Feli.in d.c.præ-
terea.de teſt.cog.in j.co.in fi.& prin
ci.ſecundæ.no.ex illo tex.teſtẽ non
9 poſſe corrigere* dictũ ſuũ ex inter-
uallo,ſed incõtinenti ſic.inde in pe.
col.dicit ſic,cõiter tamẽ ſeruatur ſe-
cundũ Imo.hic, ꝙ antequam teſtis
alloquatur partẽ dicitur incõtinẽti.
& inde ſubdit:ſi autẽ teſtis corrigat
ſe ex interuallo,non ualet correctio
propter timorem ſubornationis, &
ſtabitur primo dicto ſecũdũ omnes
hic,& Rotam deci.ccxciij.incip.teſtis
informis.& Bal.in l.iij.poſt princ.C.
de adul.& tũc per iſtud ſecundũ de-
bilitatur primum,ſecundũ Inn.& Io.
Andr.hic,quod ultimũ no.Imo.hic,
& affert iterum Card.in d.c.ueniens.
ad illud de iuramenti delatione.In-
de Felin.dicit,& ſubdit Inno.hic,ꝙ
etiã quãdo teſtis corrigit ſe inconti-
nenti,non ſtatur correctioni ſimpli-
citer:ſed debet iudex attendere mo
dum correctionis,per tex.in c.cum
dilecti.de accuſ.& quòd etiam ſi iu-
dex uellet,non poſſet teſtis ſe corri
gere quando eſt allocutus partem.
Fel.ubi ſuprà,fi.col.allegat Bal.in c.
publicato.iij.col.de elec.Allegat etiã
Fel.ibi ult.col.Bal.in eo.c.præterea.
10 * quòd ſi teſtis eſt notæ fidei & au-
thoritatis,poteſt ſe corrigere,ante-
quam teſtimonia ſint publicata,non
poſt,iurabit tamen quòd cum nemi-
ne ſit locutus.putat quoq; ibi Felin.
quòd teſti dicenti ſe non fuiſſe cum
parte locutũ, incũbit probatio.Mar
ſilius quoq; in l.ex libero.ult.col.de
quæſt.dicit quòd ſi teſtis primò dicit
unum,poſtea dicit contrarium,neu-
tri dicto ſtatur.& allegat plures tex.
& Speculatorẽ. Ex tot iuribus,& au
thoritatibus uidetur inferri conclu-

11 ſiue,* quòd ſtante uariatione dicti
fratris Franciſci ſtari debeat primo
dicto,& cum utrunq; ſit iuratum,pri
mum debilitatur per ſecundum:pro
ut ſuprà dictum eſt tenere Inn.in d.c.
præterea.& Abb.in d.c.cum in tua.
& Felin.ibi.& Felin.in d.ca.præter-
ea.de teſti.cog.ubi affert omnes ibi
ita tenere.& Rotam deciſio.ccxciij.
incipien.teſtis.Non ergo facit iſtud
primum dictum ſemiplenam proba
tionem,quia debilitatum,ut ſuprà di
ctum fuit. Sed an ſtante hac uaria
12 tione* poſsit poni ad torturam hic
frater in pœnam falſi ſurgentis ex
uacillatione,text.in l.ex libero.in
princip.ff.de quæſtio.dicit,ex libe-
ro homine pro teſtimonio non ua-
cillante,quæſtionem haberi nõ opor
tet.gloſſ.ibi,non uacillante.tunc er-
go poſſet torqueri,ut infrà eodem.l.
unius.§.teſtes.& C.de teſt l.nullum.
& in authen.de teſtib.§.j.& de abo-
13 li.l.fallaciter.Teſtes ergo* in cauſa
criminali ſi uacillãt torquẽtur.quod
procedit etiam ſi perſona uacillans
ſit in dignitate,nobilitate,uel offi-
cio.Bar.ibi.prima colum.per l.nul-
lum:ſed limitatur,ut non obtineat
hoc in liberis hominibus poſitis in
dignitate clericali:non enim pote-
runt tales torqueri,ſed aliàs de fal-
ſo puniuntur,ſecundum Bar.in d.l.
ex libero.prima colum.per l.presby
teri.C.de epiſco.& cleri.& ſequitur
Brunus in tract.de ind.tortu.in pri-
ma char.ſecundi quinterni.Fuit cõ-
cluſum in ea.cauſa & relatum,quòd
hic religioſus non poſsit torque-
ri,licet per uacillationem de fal-
ſo conuincatur,nec etiam puniri
per iudicem ſecularem,per notata
in l.nullum.C.de teſtibus.per Bald.
& Sal.

& Sal.ſed ꝙ procura.fiſci proponat coram ſuo iudice,uidelicet Vicario prouinciæ accuſationem de falſo, & ille Vicarius procedat cum conſilio magnæ Regiæ curiæ.

SVMMARIVM.

1 *Vxor utrum cõparere poßit tanquã defenſor innocentiæ uiri ſui abſentis accuſati de crimine læſæ maieſtatis, & aliis criminibus.*

2 *Coniuncta perſona & nõ coniuncta, maſculus, uel fœmina etiam ſine mandato poteſt ut defenſor cõparere ad oſtendendum de innocentia rei in omni cauſa de mundo, ciuili ſeu capitali, & ubicunque abſens ualeat damnari.*

3 *Abſens in quibus poßit damnari remißiue.*

4 *Iudex an poßit arbitrio ſuo dicere defenſori: uolo quòd ueniat principalis perſonaliter, tanquam melius de ueritate informatus. & nu. 7. & 8.*

5 *Veritas colligitur ex aſpectu.*

6 *Procurator an admittatur in cauſa criminali, quando pœna eſt corporalis.*

DECISIO CXLIII.

Panhormi.

IN cauſa Vincentii de benedicto
1 * accuſati & proſecuti de crimine læſæ maieſtatis & aliis quampluribus circa reuolutiones prçteritas Siciliæ, pro quo comparuit Nobilis Conteſſella eius uxor tanquam defenſor, & proceſſum eſt ad teſtium receptionem, eorúmq; publicationem: dubitatum eſt, an poſsit procurator fiſci petere, quòd ueniat principalis: & quòd eo non ueniente procedatur ad bannum: & conſequẽter ad foriudicationem, uel condẽnationem, quæ parte abſente fieri poſſet, tanquam in crimine læſæ maieſtatis, iuxta extrauagantem, ad reprimendam. Et quidem, ut dictum eſt, iam potuit & debuit admitti pro abſente dicta eius uxor tãquam defenſor: nam text. in l. ſeruum quoq; §. publice. ff. de procu. dicit, ubicunq; itaque abſens quis damnari poteſt: ibi quamuis uerba pro eo facientem & innocentiam excuſantem audiri æquum eſt & ordinarium admittere. & Bar. ibi in ij. colum. not. * quòd
2 in omni genere cauſarum de mundo, ſiue pecuniaria ſit, ſiue capitalis: ubicunq; abſens poteſt damnari, poteſt comparere defenſor ſine mãdato ad oſtendendum de innocentia rei: & intelligit illa uerba, quamuis &c. quaſi dicat, nõ curo quis ſit cum mandato, uel ſine, maſculus, uel fœmina, ſeruus, uel liber, coniuncta perſona, uel non: & dicit, quòd admitteretur etiam procurator habẽs mandatum: ſed non ut procurator, ſed ut quilibet ad informandum iudicẽ: nec poterit * præiudicare ab-
3 ſenti. caſus autem, in quibus poteſt abſens damnari, ponuntur per Bar. in l. pe. §. ad crimen. de publ. iudi. & Sal. in l. abſentem. C. de accuſa. inter quos eſt caſus criminis læſæ maieſt. per d. conſti. ad reprimen. Sed dubium eſt: an * poſsit iudex quando
4 ſibi uidebitur dicere, uolo quòd ueniat principalis perſonaliter. Barto. in d. §. publice. dicit: ſed quia iudices nolunt communiter procuratores admittere, dicunt, nolumus quòd ueniat principalis, qui nouit melius ueritatem, per l. fina. C. de procuratorib. & quamuis Barto. infrà adducat Iac. But. dicentem contra dictum remediũ iudicum certam cautelam, tamen

tamẽ dicit ſe putare dictã cautelam
5 non ſufficere:*quia ueritas colligitur ex aſpectu.l.de minore.§.tormẽta.de quæſt.& ad iſtud nõ poteſt cõſtitui procurator:quia opus eſt perſona:unde cõcludit ꝙ erit in arbitrio iudicis,an faciat cõparere principalẽ,uel non.Gand.in tract.male. in tit.utrum procurator &c.v.col.in prin.dum antea dixerat dicere Dy.
6 *ꝙ ſtante ſtatuto,ꝙ pro cauſa capitali poſsit abſens dãnari, poterit inculpatus de crimine capitali conſtituere procuratorẽ, & ꝙ hæc erat opi.Dyni:licet alii plures doctores, & ſapientes dixerint contrariũ:ſubdit ſibi uideri dicẽdum, ꝙ ſi ab illo procuratore ita admiſſo ad defendendũ petatur,ꝙ faciat inculpatum uenire perſonaliter, tenebitur ille, & principalis perſona:& ſi non uenit,procedetur tanquã cõtra contumacem:debet enim reus tali modo defendi,ut ius actoris, uel cõmunis nõ efficiatur deterius.Aret.in tract. malefi.in uer.qui iudex uidẽs ꝙ inquiſiti.vij.col. loquens in illa.q.an, ubi abſens ex forma ſtatuti poſſet diffinitiue dãnari,admittatur procurator.dicit:ego nunquã uidi admitti aliquẽ procuratorẽ:quãdo pœna eſt corporalis:& ego erã,dicit ipſe, ſolitus uti una cautela quãdo dubiũ erat utrum deberet admitti uel nõ: quia dicebã,& habebã indicia cõtra inquiſitũ:& ꝙ principalis ut melius informatus deberet per ſe non per procuratorẽ cõparere : ut aliquãdo cõtingit in ciuili.& dicit, ꝙ iſtã cautelã ponit Cy.in l.reos.C.de accuſa. & Bal.in l.ij.§.defendi.ff.ex quibus cau.in poſſ.ea.& dicit,ꝙ ſi ille comparebat,retinebã, & torquebã, donec purgauerit indicia. Si uerò per ſe non cõparebat,etiã ſi cõparuiſſet per procuratorẽ ſpecialiter ad hoc conſtitutũ,& plenarie inſtructũ,reputabã eum cõtumacẽ:& dicit ibid. Aug.in viij.col.in addi.ꝙ iſtam partem tenet expreſsè Io.And.in c.fin. de iur.calum.& Ang.in l.ſi actor.ff. de procur.& quod Ange.in l.fin.C. de procu.dicit,ꝙ in palatiis ita ſeruatur.limitat tamẽ Aug.hoc ſecũdũ ea, quæ dicit Petr.de Anchar.in c.j. de iud.lib.vj.& Bald.& Anch.in d.l. ſeruũ quoque.§.publice.de procu. dũmodo indicia ſint contra eũ,quẽ iudex uult arctare in criminibus,ut cõpareat,aliàs nõ procederet:quinimò ſecundũ eũ Bar.in d.§.publice. dicit,ꝙ eſt hoc uerum,in caſibus,in quibus poteſt eſſe locus torturæ, & nõ aliàs.& ad hoc ponderat Gandi. ubi ſ.licet ſecundũ eum Gandi.ubi
7 ſ.in fin.innuat,*ꝙ etiã ſi non eſſent indicia,prædicta procederent. Aduertẽdum eſt, quia omnes prædicti tam Bar.in d.§.publice.quàm Gãdi. in d.ti.utrum procura.quàm Aret.& Augu.præallegati loquuntur in eo, qui cõparet ad defendẽdũ, ut procurator:quoniã tũc iudex poteſt dicere,uolo principalẽ. Dubium eſt quid in eo qui cõparet,ut defenſor. Bar.Vero.conſi.xlj.iij.col.uerſicu.& ſi dixerit dominus iudex &c. dicit, ꝙ ipſe ſemper tenuit,ꝙ dictũ Bart. in d.§.publice.in defenſore non ſit uerũ,& illud procederet in caſibus, in quibus quis poteſt per procuratorẽ comparere, in quo ſubſtãtiatur iudicium:ut tunc poſsit iudex quandoque reum principalem requirere,ut repellat procuratorẽ à defenſione. & ꝙ licet procurator domi-

no nōn cōparente repellatur, tamē non repellitur defenſor. & dicit, ꝙ dicere, ꝙ ſit in poteſtate iudicis repellere, ſeu nō admittere defenſorem, ubi reus non uult comparere, ſemper fuit uiſum iniuſtiſsimū. Preterea dicit ipſe, fateor, quòd iudex poſsit principalem requirere, ſed ꝙ ſi reus non uenit, poſsit repelli defenſor. hoc ſibi non potuit unquam perſuaderi, & ꝙ Bar. non dicit hoc, ſi bene inſpiciatur. nam ſi iudex nullo ſe offerente debet aſſumere uices, & ſupplere defectum abſentis etiā cōtumacis, quare ſicte dicetur, poſſumus, ꝙ non debeat audire eū qui in rei innocentiā uelit afferre aliquam excuſationē. Sed cōſiderari poteſt contra Veronenſem, quoniā Bart. in d. §. publice, tenet ꝙ nō admittatur procurator, ut procurator pro iſto reo, dum dicit, ꝙ ſi cōparet procurator, nō admittitur ut procurator: ſed tāquam quilibet ad informandū iudicē. ergo, id quod poſtea ſubdit, debet intelligi, ꝙ loquatur in caſibus, in quibus non poteſt per procuratorē cōparere, niſi dicas, ꝙ illud dictum Bart. referatur ad proxima. Dixerat enim ſic, uides ergo, ꝙ ubi imponitur pœna pecuniaria, admittitur procurator. deinde ſtatim ſequitur: ſed quia iudices &c. & ſic bene loquatur Veron. Sed contra Veronenſ. faciunt Gandinus Aret. & Augu. præallegati. nec ualet dicere, ꝙ illi loquātur in procuratore admiſſo, ſed nos ſumus in defenſore: nam nō uidetur poſſe conſtitui differentiā. illi tenent procuratorē admitti à ſtatuto, ſicut etiam defenſor admittitur à iure, & tamē uolūt, ꝙ iudice uolente principalis 8

pro ſe interrogādo tenetur ire, alias eſt cōtumax. Imò procurator ſe inſtructū dicēs debet eſſe cauſa, ꝙ iudex nō poſsit inſtare, ꝙ ueniat perſona principalis: niſi ut uideatur quo colore &c. At quando cōparet defenſor, duæ adſunt cauſæ arctatiuæ ad cōparationē rei: prima ut reſpondeat ipſe, ex quo magis inſtructus, & nō miſit aliquē inſtructū: ſecundò ut uideatur qua fronte &c. unde maior ratio eſt, ut poſsit comparente defenſore arctari principalis ad cōparendū, quia ſunt duæ rationes, quàm cōparente procuratore, quia una tantum. Præterea ratio Gandini, ubi ſ. in fine. uidetur multum ſtringere. Si enim pro accuſatore ſunt indicia ad torturā, & diceremus reum non poſſe arctari ad comparendū perſonaliter, fraudaretur accuſator remedio ſibi dato à iure, ſcilicet tortura. Cogita an poſſit dici, ꝙ nō poſsit defenſor repelli eo reſpectu, ꝙ non cōparet principalis, & ita loquatur Veronenſis. ſed ſi ſunt indicia contra principalem: nō uideo cur nō teneatur comparere: niſi diceres, ꝙ poſsit defendi, etiā ab indiciis per defenſorem: & ſi non defendit bene, quia ſuccumbit in euacuatione indiciorum: ſed tunc uenire debeat principalis. ſeu uidetur uerius, ꝙ ab indiciis, ſeu eorum probatione inferēte ad torturam nō poteſt admitti quis ut defendatur per alium. Ex quo non poteſt quis abſens damnari ad torturam, cum requiratur ſua præſentia, & tanto magis, quando indicia talia ſunt, quòd quis etiam præſens non debet audiri in aliqua defenſione, quin prius torqueatur: quod hic

hic uocatur procedi de facto. Illud
8 clarum eſt,* quòd in cauſis criminalibus, in quibus poteſt comparere procurator, ut à relegatione infrà: iudex ad obuiãdum malitiæ poteſt dicere, quòd uult, quòd reus perſonaliter compareat. l. fin. cum ſua materia. C. de procurat. & uide ibi per Bar. & alios, maximè Iaſonem: & uide Philip. de Fran. in c. j. ulti. colum. de iudic. lib. vj.

SVMMARIVM.

1 *Interlocutoria magnæ Curiæ in cauſa remiſsionis fori nõ poteſt reuocari, etiam per contrariũ imperiũ. & n. 7.*

2 *Appellatio non admittitur à magna Curia in criminalibus cauſis, etiam ab interlocutoria.*

3 *Supplicari poteſt, ubi repellitur appellatio.*

4 *Sententia lata ſuper exceptionibus etiam declinatorijs, uel peremptorijs eſt interlocutoria.*

5 *Sentẽtiæ interlocutoriæ modi, uel cauſæ ſunt xxvj. remiſsiuæ.*

6 *Contrarium imperium non habet locum in interlocutorijs habẽtibus uim diffinitiuæ.*

DECISIO CXLIIII.

Panhormi.

IN cauſa Baronis fluminis Dionyſii cum Abbate Federico de Spatha fora. accuſauerat criminaliter in magna regia Curia dictũ Federicum Baro de quibuſdam inſultibus & aggreſsionibus: & quia dictus accuſatus dicebat ſe clericũ, dicta magna Curia per interlocutoriam remiſit cauſam ad forum eccle
1 ſiaſticum.* Pro hac interlocutoria contrario imperio reuocãda idem Baro iterũ magnam Curiam adiuit, præſentauit quoque ſcripturas ad effectũ dictæ reuocationis. Quòd dicta prima interlocutoria nõ poſſit reuocari, nec quæri de eius iuſtitia, uel iniuſtitia: *facit primò ritus,*
2 *qui eſt in hoc regno, * ꝙ in cauſis criminalibus à magna regia Curia* non admittatur appellatio. ſed con
3 trà facit: nam* ubi remota eſt appellatio, poteſt ſupplicari. glo. ordi. in c. ex literis. de in integ. reſti. Aret. in l. ex conſenſu. §. eum qui. vj. colũ. de appel. item cõtra facit: quoniam dictus ritus uidetur, ꝙ debeat intelligi in diffinitiuis, non in interlocutorijs. Feli. in rubri. de re iudi. allegat Car. in c. ut debitus. de appel. in fi. quòd ſtatutũ prohibens appellari à ſentẽtia Poteſtatis, intelligitur de diffinitiua. & no. Feli. ubi ſuprà. iiij. col. quòd diſpoſitio exorbitans à iure communi loquens de diffinitiua nõ habet locum in interlocutoria. ſed audio, quòd dictus ritus, qui incipit à ſententiis latis, & eſt ad char. 72. & 73. obſeruatur etiam in interlocutoriis: quamuis hoc primũ motiuũ non faciat ad cauſam: nec etiã dictus ritus: ex quo non fuit appellatum ab interlocutoria prædicta: ſed petitum contrarium imperium.
4 * quòd ſententia ſuper remiſsione fori ſit interlocutoria, non diffinitiua, facit: quia ſententia lata ſuper exceptionibus etiam declinatoriis, uel peremptoriis, & etiam iudicium nullum reddentibus eſt interlocutoria. c. fi. in princip. de appel. lib. vj. quia natura diffinitiuæ eſt, ꝙ feratur ſuper negocio principali: nõ ſuper exceptionibus. & pro primo eſt gl. in Cle. fi. eo. ti. in gl. ij. ita Phil. de Fran. in c. cum ceſſante. xiiij. col. de appel. & ibi uſque ad finem nume-

5 rat.xxvj. cauſas* ſeu modos ſentētiæ interlocutoriæ. Facit ſecūdò cōtra
6 Baronē:* nam l. quod iuſsit.ff.de re iudi.& ſic contrariū imperiū nō habet locū in interlocutoriis habētibus uim diffinitiuæ, ut uidetur iſta. ita Alex.in d.l.quod iuſsit. in iiij.limitatione: & facit Alex.ibi in xij.limit.dum limitat etiā d.l.non habere locū, quādo per interlocutoriam eſſet finitum officium iudi.& idem Alex.poſt xij.limitationē dicit ad limitationē.c.ſignificātibus. ꝙ iudex qui pronūtiauit ſe incompetentem ſuper principali negotio, nō poteſt hāc interlocutoriā reuocare. Super hoc an in criminalibus in magna Curia in interlocutoriis habet locū contrariū imperiū fori, capere informationes, & teſtes, doctores uariæ deponebāt: unde d.Vicerex me conſulente conuocauit conſiliū in quo affuere Locumtenēs Magiſtri iuſtitiarii, domi.Ioann. Loyſius de ſeptimo.d. Auguſt.Biſcardus fiſci patronus: & do.Andriocta Agliata: & do.Iacob.de Fran.& oēs conſuluerunt in hac cauſa remiſsionis fori non habere locum contrariū imperium: & ita d.Vicerex declarauit.

SVMMARIVM.

1 *Accuſatus de homicidio, qui nūquam uoluit deponere ut principalis, nec examinari, torqueri poteſt non ad eruendam confeſsionē: quia nō præcedunt indicia: ſed reſponſionem affirmatiuam, uel negatiuam. & nu. 4.*

2 *Negare cibum & potum ſpecies eſt tormenti: & idem eſt ponere ubi frigore moriatur.*

3 *Confeſsio facta in tormentis nō præcedentibus indicijs: licet poſtea ſit ratificata: non nocet confitenti.*

DECISIO CXLV.

Panhormi.

1 IN cauſa cuiuſdam accuſati de homicidio, qui nūquam uoluit deponere ut principalis, nec ſe examinare: aliqui dicebant, ꝙ huic denegaretur paulatim cibus & potus, donec confiteretur. *denegare cibū &
2 potum tormenti ſpecies eſt. Marſilius in l.j.xij.col.uer. an autem priuatio. qui dicit idē eſſe, quādo quis ponitur in loco in quo quis moritur frigore, per l.item apud Labeonem. §.quæſtionis. de iniur. & alia quæ ibi præfatus doctor allegat. idcirco ſi eſt ſpecies tormēti, quomodo torquebitur iſte ſine indiciis?
3 nam confeſsio* facta in tormentis non præcedentibus indiciis: licet poſtea ratificata ſit, non nocet confitenti: ut eſt tex. cum glo.ſing.& ibi Bar.in l.pe.ff.de quæſt. & not. Aret. in tract.malefic.in uer. fama pu.viij. col.& dicit Auguſt.ibi in addi. ꝙ ita obtinuit ipſe in perſona unius, qui uocabatur Auguſt.de Arimino: ſed Fran.Brunus in tract.de indi.& tortu.in v.q.princ.j.colū.inter caſus, in quibus quis poſsit torqueri ſine in-
4 diciis, ponit, * ꝙ quando accuſatus uel inquiſitus nollet reſpōdere accuſationi, uel inquiſitioni, & præſens foret, torquetur non ad eruendam confeſsionem, quia non præcedunt indicia: ſed ad eruendam reſponſionem affirmatiuam, uel negatiuam, prout ſibi placuerit. alle. Bal. in l. ſi accuſationem. in ulti. colum. C.qui accuſ.non poſſ.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ordinarius, qui ſemel in una cauſa iudicauit certo modo, poteſt ut ſuſpectus recuſari, ne ſit ſibi ipſi contrarius*

trarius, præſumendũ eſt, quòd ſemper eodem modo iudicaret. & nu.4.

2 *Aduocatus in alia cauſa ſimili, uel connexa, uel dependenti cum illa, in qua uult eſſe iudex, poteſt recuſari ut ſuſpectus.*

3 *Conſultor poteſt ut ſuſpectus recuſari, ſi deputaretur iudex.*

DECISIO CXLVI.

Panhormi.

1 IN cauſa domini Comitis Cameratæ* cum Regio fiſco petente à dicto Comite ius tareni pro quibuſdã feudis ſubiugatis cum pacto de reluendo iuxta formam bullæ, ipſo Comite allegante magnã Curiam rationũ, coram qua dictũ ius petitur, ſuſpectam, ex quo aliàs in ſimili cauſa iudicauit pro Regio fiſco: dubitatũ eſt, an dicta allegatio ſuſpicionis procedat. & uide dicta ſuprà in deciſ. in cauſa iuriſd. reuerendiſsimi domini Archiepiſcopi Montis regalis. Et quidem in iu-
2 dice delegato uideretur, ꝙ cauſa prædicta ſuſpicionis militaret: * nã is, qui fuit aduocatus etiã alia cauſa dummodo ſit connexa, & inuicem dependens cum illa in qua uult eſſe iudex, poteſt recuſari, ut in c. poſtremo, cum ibi nota. per Phil. in ij. col. de appel. & procedit text. ille etiam
3 in eo, qui fuit cõſultor: * nam is qui in cauſa fuit conſultor poteſt ſuſpectus recuſari, ſi deputaretur iudex. ut no. Phil. loco præallegato. ij. col. & alibi dicitur nec tuam, nec tuorũ ſententiam reuocabis. Sed dubium uidetur magis in ordinario iudice:
4 * ut ſi tribunal iudicauit uno modo in una cauſa, an in alia ſimili poſsit recuſari. Bal. in l. apertiſsimi. ij. col. ij. q. de iudic. dum quærit, an iudex ordinarius poſsit ratione ſuſpicionis recuſari. & concludit, ꝙ quando eſſet iudex ordinarius ex principali nõ autẽ prorogata iuriſdictione, non poteſt recuſari, ſed debet ei aſſociari epiſcopus. & deinde ſubdit paulo pòſt, ꝙ fallit ratione præcedẽtis aduocationis: ubi põt ordinarius recuſari. de iuriſd. om. iud. l. ſolet prætor. Et idẽ dicit ubicũque eſſet ſuſpectus, eo ꝙ nõ eſt ueriſimile, ꝙ eſſet ſibi cõtrarius, & Lanfran. in repet. c. quoniã cõtra, in uer. recuſationes. ij. co. dicit hæc uerba. item poteſt ordinarius recuſari ratione præcedẽtis aduocationis: item ubicũq; eſt ſuſpectus, eo ꝙ nõ eſt uerisimile, ꝙ eſſet ſibi cõtrarius, ut in l. eos. in prin. C. de ap. ita no. Bal. in l. apertiſsimi. Iaſ. in ea. l. apertiſsimi. j. colũ. quærit, an ordinarius poſsit in cauſa ciuili ſuſpectus petere ſibi dari adiunctũ. per auth. ſi uerò contingeret. eo. tit. fallit dicit ipſe in certis caſibus ſpecialibus, puta quando in cauſa fuiſſet prius aduocatus. l. pretor. ad fi. ff. de iu. om. iud. ſecundum Bar. & Saly. & Paul. de Ca. hic. & eſt gl. in c. dilecto. in uer. recuſaſtis. de teſti. eo. modo in caſu. l. qui iuriſdictione. ff. de iur. om. iudi. ſecundum Modern. ibi. & Bal. in d. l. prætor. & Paul. de Caſt. hic. Alexand. in d. l. qui iuriſdictione. ij. col. dicit, quòd ordinarius quamuis non poſsit regulariter recuſari, tamẽ fallit in pluribus caſib⁹, inter quos iſte erit unus: & alii no. in d. l. apertiſsimi. & alium caſum uidebimus in l. prætor. j. eo. & in his caſibus uult Alex. opus eſſe recuſatione cum inſertione cauſæ. Sic ergo ſecũdũ opi. Bal. & ſequaciũ uidetur, quòd ordinarius, qui ſemel

in una cauſa certo modo iudicauit, poſsit recuſari ex quo ne ſit ſibi cōtrarius, idem in iſta iudicaret.

SVMMARIVM.

1 *Iudex utrum poſsit allegari ſuſpectus ſi iudicauit in alia cauſa contra allegantem, & ab eius ſententia pendeat appellatio. & nu. 7.*

2 *Iudices delegati dantur in Regno Siciliæ datis prius nominibus minus ſuſpectorū ab utraq; parte, nec poſſunt poſtea recuſari ſine legitima cauſa.*

3 *Sententia iniurioſa non eximit iniuriam paſſum à iuriſdictione iudicis, à quo appellauit, in alijs cauſis, excepta illa cauſa. & nu. 6.*

4 *Recuſans iudicē, qui tulit ſentētiā contra ſe in alia cauſa, poteſt petere terminū ad probandū grauamen doloſe illatū in dicta ſententia. & nu. ſeq.*

DECISIO CXLVII.

Panhormi.

IN cauſa Domini Marchionis Giracii cū don Antonio de uiginti miliis ſuper Caſtro ſeu Baronia Caſtellucii, dominus Bartholomęus de
1 Marcheſio* in cauſa terræ pictinei fuerat iudex inter dominū Calzenam, & dictum Marchionem, & dederat uotū ſuum contra dominum Marchionē. Ad præſens fuit in alia cauſa datus iudex inter præfatos Marchionē, & don Antoniū: recuſat eum d. Marchio, ut ſuſpectū: quia in alia cā cōtra eū iudicauit, & à dicta ſententia ſeu uoto pendet app. ſeu reuiſio: an iſta ſit iuſta cauſa recu-
2 ſandi eum. Et ſciendū,* quòd quādo iudices delegati dantur in hoc Regno, datis prius nominibus minus ſuſpectorum ab utraque parte non poſſunt recuſari ſine cauſa legitima. Circa hanc materiā habemus text. in l. j. ff. an eum, à quo appellatur, aliam cauſam &c. quæ ita ſummatur per Ang. iniurioſa ſententia
3 *non eximit paſſum iniuriā à iuriſdictione iudicis, à quo appellauit, niſi in illa cauſa, non in aliis. itē habemus tex. in c. ad hæc primo. de appel. qui ita ſummatur: corā iudice, à quo in una cauſa appellaui, poſſum in alia conueniri, niſi eum recuſem ut ſuſpectū. item habemus. c. propoſuit. eo. tit. quod hoc modo ſummāt doc. appellans ab ordinario in una cauſa in aliis coram eo reſpondere tenetur: poteſt tamen ſuſpectus recuſari, niſi de crimine notorio agatur. Hanc iuriū contrarietatem animaduertens gloſſ. in d. c. ad hæc, uno uerbo expedit ſe, uidelicet ꝙ aliud de iure ciuili, aliud de iure canonico: & eam ſequitur ibi Goffredus. ſed omiſsis aliis ſolut. Io. Andr. in eo. c. ad hęc. dicit, quòd aut is qui allegat iudicē ſuſpect. fundat ſe ſolum in pendētia appellationis, nec oſtendit aliud: & iſta ſola pendentia non ſufficit, ſed eligentur arbi-
tri: aut ultra appellationem* probat coram arbitris ueritatem grauaminis: & tunc remouebitur: & arbitri pronunciabunt illū iudicem ſuſpectum: & hunc intellectum ad d. c. ad hęc. & c. propoſuit. ſequitur d. Ant. & Abb. & do. Phi. de Fran. in d. c. ad hæc. & c. propoſuit. & Bar. in d. l. j. & dicit Abb. in d. c. ad hęc. quòd iſtam lect. ſequuntur communiter moderniores: uult tamē Abb. ibi in iij. col. ꝙ ultra grauamen ſit neceſſe probare, quòd grauamen proceſsit ex propoſito: nec ſufficit probare grauamē re ipſa: ſed in dubio dicit præſumendum malum animum: & licet Abb.

Abb.in d.c.ad hæc.iij.col.dicat iſta procedere de iure canonico:ſed ꝙ de iure ciuili etiam probato graua nunc non remouetur ordinarius: ſed datur adiũctus ſecundũ authen-cam, ſi uero contigerit. tamen alii hoc non ſequuntur. Are.quoque in d.l.j.apud eum, à quo.uidetur multum ſtringere materiã,ſcilicet quòd is,qui allegat talem iud.ſuſpectum, debet quodammodo pro firmo dicere, quòd doloſe, & ſcienter male pronunciauerit, ſeu grauauerit,uel quòd iniuſte pronuntiauerit, & ex certa ſcientia:ſed ſecundũ Io.And. ſufficiet ſolũ probare ueritatẽ grauaminis:prout refert Phil.in d.c.ad hæc.& c.propoſuit.text.ergo in d.l. unica.procedit quãdo recuſans pro cauſa recuſationis dicit ſimpliciter, quòd eſt appellatũ, nec iuſtificat appellationẽ ſuam probando grauamen:ſed quando appellans dicit, ꝙ eſt appellatũ, & probat coram arbitris,uel offert ſe probaturũ grauamẽ, propter quod fuit appellatum: tunc cum iudex in dubio inique iudicando uideatur facere ex animo, & grauando partẽ ex animo, dicatur enim iniuriã facere.ſecũdum gl. in l.j.in prin.ff.de iniur.& qui iniuriã facit in una cauſa,nõ poteſt eſſe iudex in alia.l.ſi quis prouocatione ſecundũ unum intellectũ.C.de app. & qui iniuriã fecit, poteſt indiſtincte etiã ordinarius recuſari de iure ciuili,non ſolũ de iure canonico.l. j.C.ſi qua præd.po.talis iudex probato uel oblato probati grauamine poterit recuſari:& ita loquantur.d. c.iſta dicit Abb.in d.c.ad hæc.ij.col. & dicit hoc eſſe Io.And.quẽ ita refert & ſequitur Bart.in d.l.j.ff.apud

5 eum à quo.cautelã putarem,* ꝙ recuſans in libello,ſeu petitione recuſatoria dicat,ꝙ fuit ſibi illatũ grauamen per illũ iudicem in alia cauſa, à qua appellauit,& hoc eſt neceſſariũ.itẽ & hæc eſt cautela, ꝙ ex propoſito,aut malo animo, uel ex certa ſcientia grauamẽ fuit ſibi illatum cũ clauſula non aſtringens ſe &c.& no.quia licet Bar.in d.l.j.uelit,quòd quando ſcienter pronunciauit male iudex, & ſic mihi iniuriatur, ad hoc ut ſim exemptus à iuriſdictione ſua, opus eſt appellatione: tamen idem Bart.prout refert Areti.in d.l. 6 j.& in l.j.C.ſi qua præd.po.uult,* ꝙ ſola proteſtatio de iniuria ſibi facta reali uel uerbali ſi quis exemptus à iuriſdictione talis iud. & dicit Aret. quòd utrunque remedium eſt bonum, uel appellare, uel proteſtari: ad probandum grauamẽ procurator Marchionis petebat terminum: & quamuis aliqui dicebant nõ debere dari:tamen fuit me conſulente ei datus.& audio quòd produxit proceſſum d.cauſæ cũ uotis d.domini Bartholomæi,& aliorũ, ac etiam reuocationem dictorum uotorum factam in Curia Regia.

SVMMARIVM.

1 *Ciuitates, quæ recognoſcunt ſuperiorem,non poßunt inſtituere nouas gabellas ſine licentia ſuperioris: tamen hodie ex quo ciuitates Italiæ habent merum & miſtum imperium,obtinuerunt de facto,ut imponere poßint ex iuſta cauſa.& nu.4.*

2 *Gabella noua exacta reſtitui debet tanquam indebite exacta:& imponentes non ſunt ſine peccato.*

3 *Nouitates ciuitatibus non ſunt inducendæ,etiam ob utilitatem commu-*

 nem:

nem:niſi ſuperior conſulatur.

5 *Gabella utrum imponi poßit aliqui= bus contradicentibus.*

6 *Maior pars uniuerſitatis præfertur in his, quæ ſunt communia pluribus ut uniuerſis: & quando ſtatuit, quod eſt utile uel neceſſarium.*

7 *Forenſes uendentes, aut ementes aſtrin guntur ad ſolutionem Gabellæ nuper impoſitæ.*

DECISIO CXLVIII.

Mazariæ.

CONSVEVIT Hactenus Ciuitas Mazarienſis pro ſoluendo Regio donatiuo imponere collectas ciuibus: & quoniam in dicta collectarum impoſitione aſſeritur, quòd multi, maximè pauperes grauabantur, quoniã principales & potentiores ciuitatis aut nihil, aut parum ſoluebant, & homines impotentes opprimebantur: fuit propoſitum, quòd imponerentur gabellæ. Dubitatum fuit primò: an ſuperior peccet præſtando authoritatẽ, quòd dicta gabella imponatur. quòd ſi de iure imponi poteſt, nõ uidetur peccare: & quidẽ ſi eſſemus in uniuerſitate nõ recognoſcente ſuperiorẽ de iure uel de facto, quid tunc eſſet dicendum? habemus per Salyc. in l. uectigalia. ij. col. C. noua uecti. imp. & Ber. ponit in trac. gabellarum. prima parte. quæſtio. iiij. ciuitates uerò
1 *quæ ſuperiorẽ recognoſcunt. Bert. ubi ſuprà, poſt antiquos dicit: quòd non poſſunt inſtituere nouas gabellas ſine authoritate, & licentia ſuperioris. per d. l. uectigalia, & ibi doct. & l. non ſolent. & ibi Bal. in fi. & l. j. & ibi Saly. eo. titu. & per Barto. in l. ſi publicanus. ff. de public. quin-
2 imò *ſi noua gabella exigatur, debet reſtitui tanquam exacta indebite. d. l. non ſolent. cum gloſ. & doct.
3 Nõ enim nouitates* ciuitatibus ſunt inducendæ. d. l. uectigalia: & ibi Salyc. j. colũ. & l. pe. ff. de decret. ab ord. faci. quòd eſt uerum ſecundũ Saly. etiam ſi communis utilitas nouitatum inductionem ſuaderet: niſi tunc ſuperior cõſulatur. d. l. j. C. no. uecti. impo. non poſ. ſumma Angelica in uer. pedagium. §. j. dicit, quòd Princeps, uel Rex Ro. aut ille, cui à Lateranenſi cõcilio fuit conceſſum, uel à longa conſuetudine, cuius nõ extat memoria in contrarium, poteſt imponere pedagia, gradagia, & ſalinarias. alii ſunt excommunicandi.
4 ſed quòd hodie* ex quo ciuitates Italiæ habent merum, & miſtum imperium, obtinuerũt de facto, ut imponere poſsint ex iuſta cauſa, ut ſunt publicæ neceſsitates: & quòd oportet, quòd conſentiat maior pars ciuitatis, præſertim eorũ, quos tangit. Ex prædictis patere uidetur, quòd ciuitates cũ authoritate & licentia ſuperioris, ſi adeſt iuſta cauſa poſſunt ſibi gabellã imponere: an autem prędicta ſit iuſta cauſa, uidelicet inæqualitas ſoluendi, quia grauantur inopes, & diuites releuantur. itẽ difficultas exigendi, quam aliqui æquiparant impoſsibilitati. item pericula rixarum, & inimicitiarũ quæ ſolent prouenire ex taxationibus.
5 Fuit deliberatum* quòd iſtæ ſint iuſtæ cauſę mutandi exigentias de collectis ad gabellas. Secundò dubitatũ eſt: an aliquibus cõtradicentibus poſsit dicta gabella imponi: re-
6 gula eſt, *quòd in his quę ſunt communia pluribus ut uniuerſis, ualet quicquid facit maior pars. text. glo. &

& Bar.in l. quod maior.ff.ad munic. gl.in c.j.in uer.tractatus.de reb.eccle.non alie.in vj.& in Cle.paſtoralis.in prin.in uer.plures.de reſcrip. cum aliis, quæ allegantur per Feli. in c.cum omnes.xj.col.uer.in ea.gl. ibi,ſi uerò. de reſcript.ad quam ipſe dat plures limitationes:ſolutio donatiui eſt cõmunis pluribus ut uniuerſis : nam uniuerſitas aſtringitur ad illud exoluendũ : & conſequenter modus ſoluendi, qui ſeruandus ſit, uidetur ad uniuerſos ſpectare. ideo maior pars ligabit minorẽ : & quoniam Feli.ubi ſuprà.x.col.uerſ. primò fallit. dicit quòd maior pars in rebus collegii tunc ligat minorem, quando quid ſtatuit quod ſit neceſſarium, uel utile. ſuprà oſtenſum eſt hunc modum eſſe neceſſarium:aut ſaltem utilem. Tertiò du-
7 bitatum fuit* an forenſes aſtringi poſſent ad ſolutionem gabellæ in his,quæ in Mazaria emunt,aut uendunt. Bal.in l.j.C.de contrah.empt. Ludo.in ſingularibus.in uer.gabella.uer.ſtatutum.dicit,pone quòd forenſis contrahens in loco ſtatuti diſponentis ſolui gabellam de cõtractibus tenetur ad gabellæ ſolutionem.refert & ſequitur *Bar.in d.trac.* vij.parte.v.q.ubi etiam dicit, quòd pro mercibus, quas forenſis defert, tenetur ad gabellam.allegat Bal.in l.cunctos populos.ultim.charta, de ſum.tri.uer.circa maleficia.dicẽtem forenſem tranſeuntẽ ſine ſolutione pedagii puniendum ſecundum ſtatuta loci,per quem tranſit. & hoc dicit ſentire Bar.in l.j.ult.co.de mu.& in quo loco.lib.xj.& Bald.in cap.j. ult.colum.quæ ſint rega.ubi dicunt, quòd pedagium debet ſolui à forenſibus tranſeuntibus cum rebus. Et ſic fuit deliberatum gabellã imponendam eſſe in ciuitate Mazariæ ciuibus ſic petẽtibus:& per eaſdem rationes etiam in ciuitate Cathaniæ : ubi ſimiliter ciues petierunt.

SVMMARIVM.

1 *Officiali inſultato ciues præſentes, & auxilium nõ præbentes an ſint in pœna.& nu.3.*

2 *Scientia ſola delicti futuri utrum puniatur.*

4 *Pœna quæ ſit contra ciues non præſtantes auxilium officialibus inſultatis.& nu.ſeq.*

DECISIO CXLIX.

Mazaria.

NVPER Ad terram Traynæ uenerunt nonnulli banniti ad xxx.numero, inter quos fuerunt inimici.d.Sylueſtri de Trayna.hi domum ipſius inuaſerunt, ipſum ac ſuos igne ad domos appoſito è feneſtris ſeſe præcipites dare compulerunt : Sylueſtrúmque interfecerunt: Capitaneus interim cum aliquibus exiuit,& re nondum confecta ad locum inuaſionis ſe cõtulit, ubi multi ciuium pluſquam. lx. aut centum coadunati erant:banniti uidentibus ciuibus, & non auxiliantibus nedum homicidium perfecerunt, ſed in Capitaneum manus intulerunt.d.Vicerex, ut ſciret quibus mediis contra ipſos ciues procedendum erat,in dubium poſuit:*an
1 prædicti nõ auxiliãtes ſint in pœna, & in qua pœna,an mortis.Quòd de ſola ſciẽtia & auxilio nõ præſtito ei qui eſt ſuperior ratione iuriſdictionis,quis ueniat puniẽdus, habemus

Bar.in l.utrum.ff.de parricidiis.qui tamen nõ loquitur in ſpecie de delicto,quod cõmittebatur in perſonã eius cuius iuriſdictioni quis ſub-
poſſunt à quocunq; inuadi, & occupari, & etiam illi, ad quos ſpectat ſucceſsio in temporalibus occupabunt illa. ita Hoſti. Ioan. And. & Domi. qui eos refert in d. c. j per tex. cū ſuis mūdanis bonis omnibus. Quartum, quòd in diebus in quibus eccleſia indixit bellatoribus treugas, ut à mane quartæ feriæ ad ſerum ſecundæ feriæ, & ab aduentu ad octauam Epiphaniæ, & à Septuageſima ad octauam Paſchæ. de quibus in d. ca. de treuga & pace. iſti tales poſſunt opprimi per uerbum perpetuo, poſitum in tex. d. c. primi. ſecundū doc. ibi. Quintū, quòd cōtra hos poſſunt recipi teſtes lite non cōteſta. & parte non citata, & etiā abſente. Domi. ibi. iij. col. poſt Hoſtiē. & Ioan. Andr. per text. ibi poſtquàm probabilibus conſtiterit argumentis. ſed aduerte quia loquuntur per uerbū forſan, & propter periculū: quaſi ꝙ ubi ceſſaret periculum eſſet ſecus. Sed hanc ſententiā quis proferret? An ſecularis? in ſacro Cōſilio alias fuit deciſum ut ſuprà deci. cxij. ꝙ iudex ſecularis procedit abſq; declaratione iudicis eccleſiaſtici: uide ibi. ſed nunquid antequàm ſecularis procedat, debeat præcedere ſentētia hæc declaratoria? certe nō: quia antequàm procedat, & conſtet, non poteſt declarari: & ſecundū Domi. poſt Hoſt. in d. c. j. uer. ſacramenti. iiij. col. ſufficit ꝙ ſententia talis dicat eſſe probatū: unde probationes debēt præcedere, ſecundū quod uidetur, ꝙ talis ſentētia eſt ordinata ad cōdēnationem, ſeu pœnā ultimā aliā quàm ſit illa, quæ facit iudicem ſecularem habilem. Sextū ꝙ cōtra tales nō requiritur ſententia, niſi tantū declaratoria

toria.Domi.ibi.& Philip.in ij.col.in fi.& dicit ibi tex.nullatenus alia excommunicationis,uel depoſitionis, ſeu diffidationis ſententia requiratur.Septimum,ꝙ non admittitur in hoc crimine appellatio,ſecūdū Hoſti.Ioan.And.& Philip.per tex.ibi,libere.iūcta glo.in eo.uer.Octauum,
26 * ꝙ clericus cōmittens hoc crimen abſque actuali degradatione poteſt puniri ſecundū Domi.ibi in fi.Nonum,ꝙ iudex ſecularis in hoc crimine eſt iudex cōpetens etiā cōtra clericum.Lapus in d.c.j.Decimū,ꝙ cōtra aſſaſsinos iudex poteſt ex mero officio procedere.Marſilius in l. unius.§.cogniturum.ff.de quæſtio. allegat.d.Paridē in ſyndicatu.char. lj.ij.colū.circa fi.Vndecimum quòd poſsit aſſaſsinus,qui pecunia homines offendit renunciare defenſionibus,& dilationibus ſibi competētibus:quia eſt hoſtis publicus,& diffidatus à lege,& à quolibet offendi poteſt.Marſilius ubi ſuprà,allegans d.Paridem in ſyndicatu,char.xxxj.j. col.circa medium.XII:ꝙ aſſaſsinus teneatur dominū,ſeu mandatorē in iudicio nominare,& ſuper hoc poteſt torqueri.ita Bal.in d.l.non ideo minus.circa principium.in glo.ij.de accu.refert Areti.in d.uer.Sempronium mandatorē.ij.col.cōtra.l.fi.C.
27 de accuſ.XIII.quòd licet hæres* de delicto defuncti nō teneatur,ſi quid ad manus defuncti peruenerit lite non cōteſt.tamen fallit hoc in hærede aſſaſsini, qui tenetur reſtituere illā pecuniā,etiā lite nō conteſt.cum defuncto.Auguſt.in addi.in d.uerb. Sempronium mādatorē.ij.col.dicit hoc,& allegat Ange.in l.j.§.fi.de eo per quem factū erit.ſed quia inter alias pœnas eſt,quòd iudex ſecularis cognoſcit,& punit,ſi poteſt cognoſcere ſine ſententia declaratoria:ergo & torquere clericum ad ueritatē eruendā:cū iſta cognitio fiat ad probandū nō ad puniendū,licet ut dictū eſt pœna inter alias pœnas ſit hæc,quòd ſecularis cognoſcit:& ſi deciſio ſacri Cōſilii recte lata eſt, ſecularis uidetur quòd poſsit etiam torquere: & fuit dictus Notarius Marcus ſuſpēſus.Reuerſus fui Neapolim,applicuiq; xxv.Auguſti.1519. cum xix.eiuſdem è Meſſana ſoluiſſem. Die xxviij. Septembris. 1519. Neapoli.

SVMMARIVM.

1 *Ceſsio liti & cauſæ ſuper feudo num ualeat ſine regio aſſenſu.*

2 *Ceſsio iuris hypothecæ in feudo ualet abſq; aſſenſu regio.*

3 *Aſſenſus domini an requiratur in alienatione feudi facta in augmētum feudi,uel habiliori ad ſeruiendum,& nume.5.*

4 *Proprietarius inuito uſufructuario poteſt acquirere ſeruitutem.*

6 *Feudatarius poteſt meliorare feudum ſine domini,uel agnatorum uoluntate,& non deteriorare.*

7 *Mulier habens feudum pro dote hypothecatum cum aſſenſu regio,poteſt hypothecam remittere ſine aſſenſu.*

8 *Dominus allegans uaſſallagium ſibimet uaſſallo,uidetur legare liberationem uaſſallagij.*

9 *Actor cedens liti in re exiſtente penes reum conuentum , nihil transfert in eum,niſi ius excipiendi.*

10 *Vicerex poteſt aſſenſum præſtare ceſſionibus,& alienationibus aliorum, & proprijs.*

11 *Tutor authoritatem præſtare poteſt in con*

in contractu, quem palam & bona fide facit cum pupillo.

11 *Rex ſi emit feudum non indiget alterius aßenſu.*

13 *Subfeudatarius ſi renunciet feudum Domino immediato, nõ requiritur in huiuſmodi ceßione regius aßenſus: cum nõ ſit quaternatum, ſed planum factum alienabile per alienationẽ primam regiam factam dicto* Domino. *& nume.*10.

14 *Pactum à tranſactione longe differt.*

15 *Tranſactio ubi prohibita eſt ſine certa ſolennitate, tamẽ eſt permißa quãdo res, ſuper qua tranſigitur remaneret penes prohibitum alienare.*

16 *Vaßallus de iure communi poteſt ſine* Domini *licentia trãſigendo dimittere feudum penes poßeßorem: quia tunc non dicitur alienare.*

17 *Renuncians liti, & cauſæ an uideatur renunciare iuri, ſicut inſtantia.*

18 *Renuncians beneficio nõ in manibus ſuperioris, non poteſt eccleſiam repetere.*

19 *Pactum de non petendo factum ſine aßenſu* Domini *non tenet.*

21 *Dominus quando emit feudũ à uaſſallo non eget alterius aßenſu.*

22 *Alienabilis res ſemel facta perpetuo durat alienabilis.*

23 *Alienatio feudi facta præſente* Domino, *dicitur habere aßenßum de iure communi: ſecus eſt in* Regno.

DECISIO CLVI.

IN CAVSA Olim mota per magnificum quondã Iulium de ſcorciatis cõtra Illuſtriſ. quondã. Bernardum uilla mari Comitem Caputatii ſuper petitorio, & poſſeſſorio ciuitatis Satriani, & caſtrorũ Titi, & Calauelli: dum pro parte Hieronymi de ſcorciatis filii ac hæredis præfati quondam Iulii ſolicitaretur expeditio dictæ cauſæ, oppoſitum ei fuit de quadã ceſsione liti, & cauſæ, facta per eius patrẽ dicto Comiti, cũ promiſsione de non mouendo amplius controuerſiam cõtra eum, nec contra hæredes ex eius corpore legitime deſcendẽtes. dubitatum eſt:
1 *an dicta ceſsio ualuerit ſine Re-
2 gio aſſenſu. *Ceſsio iuris hypothecæ, quod quis habet in feudo, an ualeat ſine aſſenſu? Deciſ. domini Ma-
3 zei. ccxxxij. Quòd ualeat *adduci poſſet primò: nam ex hac ceſsione reſultat utilitas domino Regi, cũ facta ſit habiliori ad ſeruiendum: quo caſu quãdo alienatio fit in utilitatẽ Domini uidetur aſſenſum non requiri: ſicut quãdo in augmentũ feudi: ut not. glo. in conſti. Regni, cõſtitutionem diuæ memoriæ. in uer. minuendis. quæ dicit: ſecus puto ſi pro eis accreſcẽdis trãſactio, ſeu pactio fiat, ut C. de præd. mino. l. nõ ſolum. & ff. de tranſact. l. nulli. Pro quo facit tex. in l. ſed ſi quid. §. pen. ff. de
4 uſufruct. ubi * proprietarius poteſt acquirere inuito uſufructuario ſeruitutem in fundo, in quo habet proprietatem. & text. in ca in aliquibus. de deci. prout intelligunt ibi docto. in quo probatur, quòd licet ſit dubium, an per cõſuetudinẽ poſsit diſponi ſuper decimis: tamen poterit, quando fieret in augmentũ decimarum: & facit tex. ad hoc. in c. j. §. ecõtrario. de inue. de re alie. fa. ubi tenet hoc And. & idem Andr. in l. imperialem. in princi. xj. col. de prohi.
5 alie. per Fede. ubi * inter alia exempla ponit illud, quando ſcilicet minus aptus ad ſeruiendum uenderet aptiori: & idẽ firmat And. in d. c. j. §.

econ

econtrario.j.col.de inue.de re alie. fac.ubi alleg.d.§.pe.l.ſed & ſi quid.
6 & dicit * ꝙ feudatarius poteſt meliorare feudum,nõ deteriorare ſine uoluntate Domini,aut agnatorum. Et idem firmat Andr.in ca.j. §.præterea.ij.colũ.de cap.cor.loquens de alie.quæ fit in augmentum feudi:& hoc in additione:ſuper quo eſt cogitandum:nã Andr.ibi ſenſiſſe antea uidetur,quòd per conſtitutionẽ Regni eſt prohibita cõmutatio de perſona in aliam etiã meliorem:& dũ poſtea cõtradicit in uer.& ideo illud eſt uerum,quia loqui uidetur de cõmutatione circa res,ſeu feudi augmentum:& quòd in augmentũ feu.ualeat alienatio per.d.conſtitutionem.in uerſi.minuendis:uidetur ſentire Andr.in c.j.§.fi.iij.colum.de capi.qui cur.uendi.& Andr.in c.j.in fi.an ille qui interfe.fra.do.ſui.loqui uidetur de hac materia.& dum in c. j.§.fi.de capi.qui cur.uend.iij.colũ. & in c.j.§.præterea.ij.colum.de ca.cor.remittit ſe ad dicta per eum in rubri.de uaſ.qui cõtra cõſtit.Lotha. feu.ali.credo,quòd uoluerit ſentire de his quæ dicit in d.c.j.in fi.an ille qui interfe.fr.do.ſui.quia forte etiã fuerunt additiones ad rubricã prædictam,& ſtant in tit.proximo præcedenti illam rubricam in fi.titu.ibi And.loquitur inuolute.primò enim dubitat,an uaſſallus meliorãdo feudum poſsit alienare.& allegat conſtitutionẽ Regni cũ glo.ibi arguendo quòd poſsit:& dat exẽpla,& deinde dicit,non uidetur:ut ſic uideatur uelle,quòd nõ poſsit,quod patet per illa uerba:quod uidetur intelligi etiã commutando:ut ſubaudiri debeat etiã in melius.per l.fin. quam allegat,quę ita loquitur:& ad hunc intellectũ facit dum poſtea dicit illa uerba,& indiſtincte prohibet.j̃.de prohi.alie.per Lotha.at dũ deinde dicit,quòd cõſtitutio,imperialẽ.nõ dicit meliorando,uel ampliando,& quòd res eccleſiæ poteſt alienari hodie ſi meliora proſpiciat:uidetur ſentire maxime per id, quod poſtea dicit de regiſtro impera.Fed.ꝙ poſsit fieri alienatio in augmentũ feudi.Quòd autem non ualeat tũc ſine aſſenſu,uidetur ſentire Andr.in d.c.j.§.fi.iij.col.de capi.qui cur.uendi.primò enim dicit, quòd uaſſallus nõ poteſt diminuere feudum alienãdo,ſed ampliãdo ſic:deinde dicit,iure iſto ſimpliciter prohibetur alienatio ſine cõſenſu Domini,nõ diſtincto ampliet uel diminuat:ut infrà,de prohi.alie.per Lotha.& in l.imperialẽ.in princ.licet poſtea dicatur,prout diximus ſ̃. de uaſſa.qui cõtra conſti.Lotha.prima rub.uidelicet in d.c.j.an ille qui interfe.fra.do.ſui, in fi.ubi uarie,ſeu corrupte loquitur,ut dictũ eſt:& de hoc etiam remiſsiue loquitur And. in d.conſti.conſtitutionem.in j.col. ubi etiam remittit ſe ad.d.rubricas poſt relatam gloſ.quæ dicit,ſecus ſi pro eis accreſcendis:in maiori parte dictorũ locorum And.uidetur tenere pro hoc primo motiuo,quòd ualeat alienatio in augmentũ feudi ſine aſſenſu : & ad propoſitum eſt quędam apoſtilla domi.Antonii de Alex.in li.conſtitutionum ad conſtitutio.conſtitutionẽ diuæ me.in ſecunda addit.ubi dicit hæc uerba:ſi feudi alienatio tenderet ad augmẽtũ ſeruitii:quia fieret ei,qui melius ſeruiret,ualeret ſine iuſſu Principis: & non

& non haberet locū hæc cōſtitutio.
Quod autē in utilitatē d.Regis ceſ-
ſio iſta redundet, ultra illud de habi
liori ſeruitio facit: nam.d.Rex cath.
alienauerat iſtas terras per modum
dationis in feudū præfato Comiti:
& ſi euictæ eſſent per.d.Iuliū, idem
Rex fuiſſet obligatus dare ipſi Co-
miti excambiū. iuxta text.cū ibi not.
in c.j.in prin.de inue.de re.alie.fa.&
in c.j.ſi uaſſallus de feudo.per hanc
ceſsionem.d.Rex & Regia Curia li
beratur ab hoc periculo euictionis:
ergo eſt ceſsio in utilitatem Regis.
Certe non poteſt negari quin iſtud
motiuum ſit magni momēti: maxi-
me quia modernus Rex quātū in ſe
eſt declarauit, licet poſt reuocatio-
nē, & mortē.d.Iulii quantū in ſe eſt,
uelle, quòd ualeat ceſsio prædicta.
duo ſunt, uel fieri alienationem in
augmentū feudi reale, prout iā lo-
quitur And.in maiori parte locorū
præallegatorum, & iſte nō eſt caſus
noſter: uel fieri in utilitatem Domi-
ni, & de hoc loquitur Andr.in d.l.
imperialē.in prin.xj.col.ubi dat plu
ra exempla.& in ca.j.in fi.an ille qui
interfe.fr.d.ſui: ubi dat etiam exem-
pla: licet qui auget feudū, etiā utili-
tatē Domini faciat: & iſte uidetur
eſſe caſus noſter: quia hæc ceſsio
duobus iam dictis reſpectibus, uide
licet; propter habilius ſeruitium &
propter euitationem euictionis re-
ſpicit Domini utilitatem. Secūdò
principaliter, quòd aſſenſus in dicta
ceſsione non requiratur, facit tex.in
l.iiij.ff.de ma.uind.ubi licet aliàs mi
nor xx.annis non poſsit, niſi cauſa
cognita manumittere ſeruum pro-
priū: quia lex Elia Sentia impedit.l.
ſi minor.cum.l.ſeq.co.ti.& inſti.qui

& ex quib.cau.manu.non li.§.eadē.
tamē ſi minor habet ius pignoris in
ſeruo alieno: poteſt cōſentiēdo Do-
mino manumittēti remittere ius pi-
gnoris: ut ſic remiſsio non ſit alie-
natio, ſicut etiā ceſsio uidetur non
alienatio: & per illū tex.Bar.de cap.
7 ibi in quadā apoſtilla tenebat,* quod
creditrix mulier, quę habebat feudū
pro dote hypothecatū cum aſſenſu
regio, poteſt remittere hypoth. ſine
aſſenſu: & ad hoc accedat quod no.
Bal.in c.j.in prin.circa.iij.co.de ſuc.
feu.prout refert, & ſequitur Alex.in
8 l.cætera.§.fi.ff.de leg.j.uolens,* quod ſi
Dominus legat uaſſallagiū, ſibimet
uaſſallo uidetur legare liberationē
à iure uaſſalagii: ſicut quādo domi-
nus caſtri legat caſtrum uniuerſitati
ipſius caſtri, uidetur liberare caſtrū à
iuriſdictione omni quā ipſe in eo ha
bebat: ut no.idem Bal.in d.§.fi. Ter-
tiò principaliter, quòd non requira-
9 tur aſſenſus, facit:* nā actor qui ce-
dit liti remanēti re apud reum cōuē
tum, qui poſsidebat, nihil in eū trāſ-
fert: nec aliqs titulus ei quæritur: ut
no.Bal.in c.j.in fi.de cōtro.feu.inter
uaſal.& aliū.per tex.ſ.in l.ſi pro fun-
do.C.de tranſac.& quod nihil trāsferat,
niſi ſolū ius excipiēdi, tenet Bar.in l.
naturaliter.§.nihil cōe.ff.de acquir.
poſſeſ.in ij.lectura.quem ſequuntur
Alex.& Iaſ.ibi.& in d.l.ſi pro fundo.
quicqd dixerint Ange.& Ro.in d.§.
nihil cōmune.& Sal.in ea.l.ſi.p fun-
do.ad qd ergo requiretur aſſenſus, ſi
nulla fit trāslatio? Quartò principa-
10 liter facit:* nam renūtiatio hæc fuit
facta Viceregi, qui poterat iam aſ-
ſentire ceſsionibus, & alienationi-
bus aliorum: ut no.And.in d.l.impe-
rialē.in princi.ergo & ſuis: cū hoc ſit
uolun

uoluntarię iuriſdictionis : & poteſt
quis in his ſuſtinere duplicē perſo-
nā.ut in l.j.§.cōſules.ff.de offi.conſ.
& in l.j.ff.de ma.iind.ſicut dicimus
11 in tutore,* qui pōt authorari in cō-
tractu,quē palā & bona fide facit cū
pupillo.ut in l.cum ipſe.C.de cōtra-
hen.emp.in l.tutor rerum.ubi bona
glo.& in l.non exiſtimo.ff.de admi.
tuto.& per Bart.in l.pupillus.§.j.de
autho.tuto.& Alexā.in l.j §.quæſitū.
ff.ad Trebel.ſic quādo Rex emeret
feudum,nō requiritur aſſenſus alte-
rius.ſecūdum Alb.in l.ſi conſentiē-
te.ff.de manu. Quintò facit q͛d not.
An.l.in d.l.imperialē.in prin.vij.col.
12 uolēs * ꝙ qn̄ ſubfeudatarius renun
tiaret domino immediato feudum,
nō requiritur in hac ceſsione aſſen-
ſus regiꝰ:& ſi ſic eſt,poterit ſe ex re-
nūtiatione,& pacto de nō petendo
iuuare hæres recipiētis cōtra hære-
dem promittētis.ut per Bar.in l.ſi ſic
ſtipulatus ff.de uerb.obli. At in con-
13 trarium facit.Primò:* nā is,qui apud
aliū rem dimittit, dicitur alienare.l.
quedā mulier.ff.de rei uendi.l.ſi ſpō
ſalicus.§.j.ff.de iur.do.ideo Barto.
in l.Modeſtinus.ff.de donatio.tenet
per glo.in l.ſi quis obligatione.ff.de
reg.iur.ꝙ in quietatione debiti,quā
creditor faceret debitori ſuo animo
donādi:ſi excederet ſummam.500.
aureorum,requiritur inſinuatio.& ſi
dicatur,ꝙ hoc non obtinet in trāſa-
ctione,prout dicit Bal.in d.c.j.de con-
tro.feu.inter uaſal.& alium.per d.l.ſi
pro fundo.cogito an poſsit reſpōde
ri,ꝙ hic nō ſumus in trāſactione,q̄a
nihil d.Iulius habuit à Comite,& lon
ga eſt differentia inter pactū,& trāſ-
actio.ut no.glo.& docto.in rubr.C.
14 & ff.de pact. Secūdò facit : * nam in
his quæ ſine certa ſolennitate alie-
15 nari prohibita ſunt:tunc demū* trāſ-
actio ſine ſolennitate permiſſa eſt,
quādo res,ſuper qua trāſigitur,rema
neret penes prohibitū alienare.glo.
eſt no.in l.nō ſolum.C.de præd.mi.
& in l.nulli.ff.de trāſact.per quam di
cit ibi Barto.quòd quando prælatus
uult trāſigere de re eccleſiæ:tūc po-
teſt,quādo res,de qua erat cōtrouer.
ſia,fuiſſet penes eccleſiam : & ſic de
minore:nō ſi penes aduerſariū. Alio
enim poſsidēte & retinēte ex cauſa
trāſactiōis uideretur eccleſiā,uel mi
nor alienare : & iſtud ſequitur Abb.
in c.cōtingit.ij.col.de trāſac.allegās
etiam Fede.cōſi.lxxxvj. Tertiò facit:
nam licet Alua.in d.c.j. de contro-
uer.inter uaſal.& alium.ultimo not.
trāſeat cum Bal.ibi,quòd quādo per
trāſactionē nō trāsferē poſſeſsio feu
di:ſed illud uaſallus dimitteret apud
poſſeſſorem cum quo trāſactum eſt,
nō dicitur alienatum feudum.per d.
l.ſi pro fundo.tamē idē Aluar.in c.ſi
uaſallus de feudo ſuo.ſi de feu.fuer.
cōtro.pen.colum.in iiij.oppo. dum
dat uarios intellectus ad illud.c.in-
ter alios ponit,ꝙ ibi loquatur quā-
do uaſallus per trāſactionē retinet
penes ſe feudū. & daret aduerſario
pecuniā,uel qd aliud. & quāuis Iac.
in ſuo tract.feu.in uer.& cum pacto
de nō alienādo.iij.colum. ex dictis
per Alua.proxime eliciat unam cō-
cluſionē,uidelicet quòd uaſallus po
teſt trāſigere cum aduerſario,dūmo
do uaſallus retineat feudum. & ex di
ctis per Bald.in d.c.j.de cōtro.inter
uaſal.& alium eliciat ſecūdam cōclu
16 ſionem,* quòd uaſallus poteſt ſine
licētia Domini tranſigēdo dimitte-
re feudum apud poſſeſſorē:quia tūc
non

non dicitur alienare. per d.l.ſi pro fundo:& ex eiſdem dictis Bal.ponat tertiam cõcluſionem quòd uaſallus nõ poteſt trãſigere trãsferendo feudum in alium:quia eſſet tũc alienatio.d.l.ſi ꝓ fundo:tamẽ Frãc.de Cur. in ſuo trac.iiij.parte.vij.q.principali, dicit ꝙ dicta ſecũda cõcluſio cõfunditur ex dicto Bar.communiter approb.in d.l.nulli.de quo.ſ.feci mẽtionem:& ideo dicit ſe multum dubitare de hac ſecunda concluſione. Quartò facit And.in d.conſti.cõſtitutionem diuę me.in penul.colum. in uer.trãſactiones.q dicit, hic corrigitur expreſsim c.ſi uaſallus de feudo ſuo.ſi de feu.fuer.cõtro. & ſicut prohibetur alienatio rerum,ita & iurium,ut ſeruitutũ.C.de reb.alie.non alie.l.fi.item remiſsio redditÿum,& gallinarum,& ſimilium.C.de ſacroſanc.eccle.l.iubemus.in prin.ibi,annonas ciuiles:& inde ſubdit dicẽdo idem de remiſsione iurium,quę habeo in feudo:quia & hoc dare eſt.ff. ad leg.Fal.l. quærebatur.& de cõdi. ob cau.l.ſi mulier.& idẽ qđ in his ultimis uerbis dicit And.tenet etiã per eadem uerba Lucas.in l.ij.in fi.C.de agrico.& cenſi.lib.xj. Quintò facit: nam doc.communiter tenẽt cũ Bar. in d.§.nihil commune. in ij.lectu. quòd hæc renũtiatio litis nihil iuris trãsferat in aduerſarium poſſeſſorẽ. ita Alexã.& Iaſ.in d.§.nihil commune.& in d.l.ſi pro fundo:niſi ſolũ ius excipiẽdi de pacto,uel exceptionem doli:ut per eoſdem: & tamẽ Alexã. & Iaſ.in d.l. poſtquam liti. limitant eam non habere locum in beneficialibus.& Iaſ.adiungit: & etiam Claudius,quòd nec etiam in feudalibus:
17 quoniam in his,* qui renũtiãt liti,& cauſæ,uidetur renũtiari inſtantię nõ iuri:& allegãt Rotam deci.cccvj.inci.ſi actor in cauſa,in nouis.uide Bal. in authẽti.in ſucceſsione, circa fi.C. de ſuis & leg.quaſi quòd Alex.& Iaſ. intelligãt,quòd in beneficialibus,& cõſequenter in feudalibus,is qui renũtiat liti,& cauſæ,poſsit per aliam inſtãtiã denuo agere ſine metu exceptionis:nã ſi etiam in prophanis is qui renũtiat liti,& cauſæ,nõ uidetur renũtiare iuri,ut dictum eſt, quãdo eſſemus in beneficialibus,& feudalibus,ut ſit aliqua ſpecialitas: deberet dici,ut poſsit denuo agi ſine timore exceptionis:& ideo nõ ſine myſterio dixerũt inſtãtiæ. Sed de hac cõſideratione mea non facio fundamẽtum,quoniam Rota per eos allegata dicit,ꝙ dicta renũtiatio litis,& cauſæ in beneficialibus obſtat poſtea agere uolẽti, ſicut pactum de nõ petẽdo.argumẽto eorum quæ not. in c.j.de lit.cõteſt.lib.vj.& affert Rota Innoc.in c.ſuper hoc, de renũtia. quòd licet renũtiatio facta per ſpoliatum de beneficio nõ ualeat: in c. ſolicite.de reſtitu.ſpo.tamẽ pactum de nõ agẽdo interdicto unde ui obſtabit uolẽti agere,ſecũdum Bar.in c.ex inſinuatiõe.de procu.& ad hoc allego ultra Rotam Inno.in c.quod
18 in dubiis.de renũ.uolẽtem,* quòd is,qui renũtiat beneficio nõ in manibus ſuperioris,nõ poteſt repetere eccleſiam:quia & ſi inutilis ſit renũtiatio,tamẽ obtinet uim pacti: ſicut inutilis acceptilatio.ff. de pactis.l.ſi unus.§.pe.& in l.ſi acceptilatum.ff. de acceptila.uidẽdus tamẽ eſt Card. in d.c.quod in du.dum refert Ioan. de Lignano,quòd teneat renuntiatio quo ad ſe,quo ad hoc,quòd ſibi non

non competat actio: quia potuit renuntiari actioni: nam Card. uidetur hoc impugnare, quoniam donec toleratur iste in beneficio per ſuperiorem debet audiri, & ualēt geſta. c. querelam. de elect. c. conſultationibus. de iurepatro. quicquid tamē
19 dicatur in beneficialibus: *tamen in feudalibus, ꝙ non teneat etiam pactum de non petendo factum ſine aſſenſu domini, uidetur tenere Andræ. in c. Titius. quod eſt cap. fi. ſi de feud. fue. controuerſi. pro quo facit, quia non poteſt negari quin ſaltem quo ad effectum fiat cōmutatio feudi. ſi ego uaſſallus ob meam ceſsionem nō poſſum cum effectu agere: unde per indirectū fieret id, quod directo fieri non poſſet, ut conſiderat Abb. in d. c. cōtingit: pro quo eſt tex. in l. ſcire oportet. §. j. ff. de tut. & cura. da. ab his. Ad contraria uidelicet ad prima quinque motiua adducta pro illa parte, quæ uult aſſenſum in dicta ceſsione non eſſe neceſſarium, reſponderi poſſet: & incipiēdo ab ultimo. Non obſtat quintum, quoniam And. uult in loco ibi
20 allegato, ꝙ * quando feudum, quod refutaretur domino, eſſet feudum quaternatum, requiratur tunc aſſenſus d. Regis: nec mirum, ꝙ ſi feudū eſſet planū non requiratur: nam illud per primam cōceſsionem factā formiter cum aſſenſu Regis, fuit factum alienabile in quēcunque cum ſolo aſſenſu Baronis: multo fortius poterit in ipſum Baronem alienari:
21 * quādo enim dominus emit feudū à uaſſallo, nō requiritur aſſenſus alterius, ut not. Abb. in d. l. ſi conſentiente. ff. de manu. & pro hoc facit:
22 quia * res ſemel facta alienabilis durat perpetuo alienabilis. l. pater filium. §. quindecim. ff. de leg. ij. Non obſtat quartū: nam in facto non apparet, ꝙ ipſe Comes, qui tunc erat Vicerex, dictæ ceſsioni, licet in cauſa propria factæ aſſenſum præbuiſſet ut Vicerex, imò nec ꝙ ipſe Vicerex habuerit notitiam de dicta ceſſione, ſeu eam ratificauerit: adeo ꝙ ſi iuramentum non adeſſet interpoſitum per dictū Iulium, forte in nullo nec etiam quo ad inſtantiam ualeret ceſsio. Non obſtat tertiū: nam licet non transferat dominium, nec actionem perdat: tamen iſta remanēt apud cedentem ſine effectu ob exceptionem pacti, uel doli: unde non poteſt negari quin transferat ius excipiendi. ita quòd per indirectum, ut dixi, ueniret priuatus effectus dominii, & actionis, & iuris, cōtra d. l. ſcire oportet. §. j. Non obſt. ſecundum, de l. iiij. ff. de man. uind. nam ut conſiderat d. Anto. de Alex. in addi. ſeu apoſtilla ſua ad Andr. in conſti. conſtitutionem diuæ. iij. col. minor ibi non erat prohibitus omnem contractū facere: ſed ſolum manumittere ſine prætore: ideò ſi cōſentit debitori manumittenti ſeruum pignoratum ſibi, non uidetur ipſe manumittere: ideo ualet contractus ſine prætore, ſed in caſu noſtro lex prohibet omnē cōtractum, per quem feudum aut diminuitur, aut cōmutatur: & per no. per Andr. in d. conſti. dum dicit eſſe prohibitā remiſsionē iurium, quæ habet quis in feudo, impugnat id, quod Bartolomæus de Capua inferebat ex d. l. iiij. tandem dicit poſſe diſtingui, ꝙ And. loquatur de iuribus realibus: ſed Bar. de Capua loquatur de iure

hypothecæ,& ſic de actione hypothecaria, quæ eſt in rem ſcripta, ſeu perſonalis,iuxta no.in rub.ff.ſi cert. pet. Primum motiuum ſtante utilitate d.Regi reſultãte ex dicta ceſſione uidetur forte dubiũ: & apud me eſt magnæ difficultatis propter authoritates Andr. in eo adductas: cogitabã poſſe dici,ꝙ Andr.loquatur de iure communi feudorum:ſed ſecundũ uerba cõſtitutionis ſit immutatũ ob uer.commutandis,& ob uer.ſine ſpeciali licentia noſtræ maieſtatis,pro quo eſt: nam id, quod
23 aliàs erat de iure co.feũ.ꝙ* quando alienatio feudi fieret præſente domino,& non contradicente,dominus uideatur conſentire:ut not.glo. & doct.in l.j.in princ. ubi eſt glo.in uer.permiſſione. de prohi.alie. per Lotha.& ibi etiam And.& Alua.ibi, & in c.j.§.denique.xlij.col.quæ fuit prima cauſa bene.ami.& Iac.in uerbo,& cum pacto de non alienãdo. v.& vj.col. & Curt.in iiij.parte.uer. & in primis quæro.hodie in regno eſt immutatum per dicta uerba,ſpeciali licentia.ut dicit And.in d.l.j.in prin.de prohib.alie.per Lotha.Sed cõtra hanc meam cõſiderationẽ facit:quoniã Andr.in d.c.§.præterea. ij.colũ.de capi.Corra.quædam primo ponderat, ꝙ per d.conſtit.conſtitutionem diuæ.uidetur prohibita alienatio,etiã in melius:quia quantum ad dominum feudi intelligitur diminui,quod eſt etiã in melius contra ſuam uolũtatem commutatum: per l.fi.ff.uſusfruct.quemad. cau.tamen poſtmodum dicit illa uer.illud eſt uerum,quòd in augmentum fieri poſſit. Facit etiam cõtra eandem conſiderationem And. in d.c.j.§.fi. iij.col. de cap.qui cur.uen.dum loquens de eo qui habet centum unc. pro uno feudo, & uult dare in dotariũ, & ſic alienare uiginti unciis, ut ſeruiat de illis domino pro uno integro feudo:primò dicit,per conſtitutionem regni uidetur,quòd diminuere nõ poteſt feudum donando,ſed ampliando:& paulo pòſt dicit iure iſto,ſcilicet cõmuni.ſimpliciter prohibetur alienatio ſine conſenſu domini non diſtincto ampliet uel diminuat &c.niſi dicamus And. aliter debere intelligi, aut non bene loqui: nam conſtitutio expreſſe prohibet commutationẽ ſine ſpeciali licẽtia regis:& profecto ſi eſſet uerũ, ſeu procederet hoc, quod And.tenere uidetur:quomodo unus doctor prout erat d.Iulius uenderet feudum alicui militi, qui eſt magis aptus ad ſeruiendum, non requireretur aſſenſus regius? Maior pars dominorũ de Conſilio uotauit ualuiſſe dictam ceſſionem ſine aſſenſu:ut fuere do.Viceprothonotarius dom.Ioan.Martialis.do.Epiſcopus Biſiniani.ſed do.Ciccus uotauit nõ eſſe nunc uotandum articulum, an ualeat ceſſio quo ad ius, ſed ſolum quo ad inſtantiã:& oẽs fuimus concordes in hoc, ꝙ quo ad inſtãtiã ualeret ceſſio ſine aſſenſu:unde decretum eſt, ꝙ nõ poſſit procedi ad ulteriora in cauſa ſtãte ceſſione prædicta. Sed ego poſt tres dies antequam decretum publicaretur dixi illis dominis declarando uotũ meũ, quòd procederet, quando appareret in proceſſu,quòd dictus Comes erat Vicerex in perpetuum, uel ad beneplacitum.nam ſi fuiſſet ad tempus, dubitabam, an etiã quo ad inſtant

ſtantiam ualeret ceſsio, per l. primã. C. de contract. iud. uide Bal. in conſilio. cxxvij. uolu. iij.

SVMMARIVM.

1 *Repulſa concedi non debet facta concluſione, licet reſciſſa per beneficium primum ad pinguius probandum. & numero 4.*

2 *Reſtitutio concedi debet, ita quòd per eam non præiudicetur alicui actui, aduerſus quem reſtitutio dari non debet.*

3 *Suſpenſio petitorij, quæ poſt concluſum in cauſa fieri nõ poſſet, cum non poßint aliquæ fieri probationes, minime fieri poßet, quando per beneficiũ reſtit. in integrum in aliquo caſu reſtituibili fieri poßent probationes.*

5 *Repulſa conceditur ex cauſa contra teſtes examinatos ante concluſionem, & poſt, propter beneficium petitum ad pinguius probandum.*

DECISIO CLVII.

1 IN cauſa illuſtriſſ. principis Biſiniani* cum illuſtr. Duce Neritoni facta concluſione in dicta cauſa, in qua do. Princeps erat reus conuentus: fuit pro eius parte petitum primum beneficium, & ſic conceſſum: ob quod concluſio reſciſſa eſt, & termino beneficii elapſo pro parte do. Principis petitur repulſa teſtium examinatorum in primo termino. opponebatur nõ debere concedi, ex quo erat facta concluſio, quæ quamuis fuiſſet reſciſſa propter beneficiũ datum ad pinguius probandum, tamen non eſt reſciſſa quo ad petitionẽ repulſæ. Et quòd repulſa iſto caſu concedi non debeat, facit primò Bart. in l. ab hoſtibus. §. ſed quod ſimpliciter. ff. ex
2 quib. cau. maio. qui dicit ſic: * nonó reſtitutio debet concedi, ita quod per hoc non præiudicetur alicui actui, aduerſus quem nõ debet dari reſtitutio. ut l. iij. §. ſed utrũ. ſ. de mino. &c. Si ergo primũ beneficiũ, quod iam reſtitutio eſt, aperiret uiam repulſæ petẽdæ, præiudicaretur Duci circa repulſam ipſam, aduerſus cuius omiſsionem beneficiũ non competebat. Facit ſecundò Abb. in c. paſtoralis. in fin. de cauſa poſſ. & pro.
3 ubi tenet per Inn. * quòd ſuſpenſio petitorii quæ poſt cõcluſum in cauſa fieri non poſſet: ut in eo. c. paſtoralis. ex quo tunc non poſſunt fieri aliquæ probationes, minime fieri poſſet, quando per beneficium reſtitutionis in integrũ in aliquo caſu reſtituibili fieri poſſent probationes: illud enim non dicitur poſſe fieri, quod fit per remedium extraordinarium. licet ergo reſcindatur concluſio per probationes fiendas poſtea ex capite reſtitutionis: tamen effectus denegationis ſuſpenſionis reſultans ex concluſione re-
4 manet. Et* per prædicta uotatum, & decretum fuit repulſam non eſſe in dicta cauſa concedendam. In alia
5 *cauſa uertente inter magnificũ Io. Baptiſtam cicinellũ, & uniuerſitatẽ Machie dodone cõuẽtã erat iam facta cõcluſio: pro parte uniuerſitatis fuit petitũ beneficiũ, in quo utraq; pars examinauit: & forte melius, & plus examinauit Ioã. Baptiſta actor. Magnifica uniuerſitas petit repulſam contra teſtes actoris etiam in primo termino examinatos: aduerſarius opponit de iuribus in hac deciſione allegatis: & opponit etiã de hac deciſione: tamen ſac. Conſilium conceſsit repulſam uniuerſi-

tati etiam ad teſtes actoris examinatos in primo termino ob cauſam, quia uniuerſitas poſſet dicere, quòd ante concluſionem nõ petierat repulſam: ex quo ſtabat ſub ſpe, quòd teſtes ſui eam releuarẽt contra probationes aduerſarii: nec quòd aduerſarius accumulauit ex primis teſtibus alios teſtes eſt facta quædam coniunctio probationum, ita quòd primi teſtes, qui ſoli forte non nocebũt uniuerſitati, nec cum aliis nocituri ſunt, & ſic non mirandum, ſi ita contrarium fuit deciſum.

SVMMARIVM.

1 *Legitima filij quanta ſit, cum in eius computatione filiæ fœminæ faciant cum dotibus ſuis partem: licet à ſucceſsione ſint in Regno excluſæ propter maſculos. & nu. 7.*

2 *Ius accreſcendi diuidi non poteſt, cum non ſubeat locum, niſi portione omnino defecta.*

3 *Dos ſuccedit loco legitimæ portionis ſtante ſtatuto, quòd filiæ fœminæ &c.*

4 *Filiæ fœminæ faciunt partem, & augent numerum filiorum ſtante ſtatuto, quòd excludãtur à ſucceſsiõe propter maſculos, & an in dote conſtituenda quàm conſtituta. & nu. 6.*

5 *Legitima menſuratur ſecundum ſucceſsionem inteſtati.*

8 *Primogenitus tenetur dare uitam, & militiam fratribus ſuis: & quotam.*

9 *Frater inſtitutus in legitima tantum portione, ſuccedit pro uirili portione ſorori ab inteſtato decedenti una cum fratribus hæredibus uniuerſaliter inſtitutis à patre.*

DECISIO CLVIII.

IN cauſa magnificorum Nicolai Antonii caraccioli, & fratrum filiorum quondã Galeatii caraccioli. Patres extraiudicialiter oblata ſupplicatione uoluerunt caſu poſito in facto ſtare determinationi ſac. Cõſ. in hac cauſa. Et Sacrum Conſi. notauit ut intus præſupponitur pro uero in facto, quòd præfatus quondam Galeatius, dum uixit, nuptui tradidit Iuliam Elionoram, & Dianam eius filias cum dote ducatorum trium millium pro qualibet, & quòd deinde in ultimis conſtitutus inſtituerit ſibi hæredes uniuerſales Nicolaum Antonium, Marcellum, Fabium, & Lucium, Lælium autem Abbatem ſecundo genitum in legitima ad eum ſpectante: & quòd Galeatio mortuo dicta Elionora deceſſerit. primò dubitatum eſt* quanta debeat eſſe legitima dicti Lelii, & an in eius computatione filiæ fœminæ prædictæ faciant partẽ, ſtante conſuetudine ciui. Neapo. quòd ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant: ſed debeant dotari, circa hunc punctum reperiuntur plures opiniones. Prima opinio eſt, quòd filiæ, quæ ex forma ſtatuti ſunt excluſæ, & debent tantũ dotari ſtantibus maſculis: ſi occurreret caſus, in quo diſcutiendum eſſet, quanta ſit legitima maſculorũ, ut quia cum eis inſtitutis in legitima extraneus hæres inſtitueretur, uel aliquibus ex eis uniuerſaliter inſtitutis aliquis eorum eſſet inſtitutus in legitima, in computatione dictæ legitimæ debet haberi ratio de portionibus filiarum tanquam ſi in totum ſuccederent: ut ſic faciant partem inſtitutis in eorum legitima: & hanc opinionem tenent Bald. & Imol. in l. huiuſmodi. §. ſi Titio. per illum tex. ff. de leg. j. qui dicunt, * quòd etiam ſi filia 1 2

filia non haberet niſi unum denarium in dote, tamen quantum ad faciendum partem reputatur habere totam partem legitimæ: quia ius accreſcendi nõ poteſt diuidi: cum non ſubeat locum, niſi portione omnino defecta: per illum text. & l. duobus. eo. tit. idem tenet Bal. in conſil. clvj. ij. uol. dicens, quòd quando filiæ habent aliquid, quod de ſui natura in legitimam imputatur: puta, quia ſunt dotatæ à patre, de cuius ſucceſsione agitur: nam dos ſecundum eum in legitimam imputatur:
3 tunc faciunt *partem filio maſculo, quia admittuntur ad partem, id eſt, ad dotem, quæ ſuccedit loco legitimæ portionis. l. quoniam nouella. C. de inof. teſta. & tenendo opinionem, quòd dos debita ex ſtatuto ſuccedat loco legitimæ: ut not. in d. l. quoniam nouella. Saly. in l. ij. ij. not. C. cõmu. de leg. doct. maximè Imo. in l. Titio cẽtum. §. Titio à genero. de condi. & demonſt. quem allegat Alex. in conſi. cxxxj. in ij. col. j. uolu. ubi reſpondet ad Bart. in d. §. Titio genero. quòd nõ tenet contrarium. & in conſi. vj. iij. col. & conſi. ccviij. iij. col. ij. uol. & conſi. lxxxiij. ult. col. iiij. uol. tenendo inquam iſtam partem dicit Aret. in l. planè. §. ſi duobus. v. & vj. col. de leg. j. quòd in pun
4 cto iuris uerior eſt opinio, * ꝙ filiæ faciãt partẽ, quãdo ex ſtatuto excludũtur & debẽt habere dotẽ: & ꝙ filia augeat numerũ filiorum uidetur tenere Corneus cõſ. cxcvij. iiij. col. j. uol. & pro hac ſentẽtia alle. Bal. in l. unica. §. in primo. C. de cadu. toll. & dicit etiã ibi, ꝙ hæc opinio uidetur æqua, licet ſit cõtra cõmunẽ ſecũdũ eũ, & loquitur tam in dote conſtituẽda quàm in cõſtituta. Pau. de Ca. in l. planè. §. ſi duobus. de lega. j. v. col. ponit caſus plures: primus quãdo filia eſt excluſa per ſtatutũ ſtante maſculo: & dicit eã tãtũ pro mortua. & nõ facere partẽ ſecũdus, quãdo eſt excluſa per renũciationẽ factã uiuo patre in locis in quibus nõ eſt dictũ ſtatutũ, & dicit haberi etiã pro mortua: & nõ facere partẽ tertius: quãdo renũciauit mortuo patre intelligẽdo in locis prædictis: & tũc diſtinguit, an renũciet fratri, an heredi uniuerſali, uide ibi. Secũda opinio eſt in totũ contraria: uidelicet ꝙ filia excluſa per ſtatutũ à ſucceſsiõe per maſculos, nullo modo faciat partẽ, etiã ratione dotiũ ſibi ex ſtatuto debitarum: & hoc tenet Bal. in l. Papinianus. §. unde ſi quis. ff. de inof. teſt. quẽ ſequũtur ibi Ange. & Raph. & Augu. in ca. l. §. quoniã quarta. qui dicunt per glo. ibi, ꝙ ſtante ſtatuto, ꝙ filia fœmina nõ ſuccedat, niſi in ſola dote: ſi quæreretur quãta erit legitima maſculi, reſpondent, ꝙ dos filiæ detrahetur, ut æs alienum: ut in ea. l. §. quarta. & de toto reſiduo filius debet habere tertiam pro ſua legitima non iure accreſcendi, quia portio filiæ non eſt defecta, imò admittitur ad partem: & hac conſideratione faceret partem: ſed ratio eſt, * quia filius eſſet 5
ab inteſtato totum laturus excepta dote: & legitima menſuratur ſecundum ſucceſsionem inteſtati: ut eſt caſus ibi in text. & glo. & aduertendũ, * quia hæc opinio uidetur loqui 6
quando filia non reperiretur dotata tẽpore mortis patris: dũ in ea dicitur, ꝙ portio filię detrahitur ut æs alienũ. idem tenet Ang. & Imo. in l.

 planè.

planè.§.ſi duobus. ff. de leg.j.Ang. in l.unica.§.in primo.de cadu.tollen. & in auth.nouiſsima. & in cõſi. ciij.incip.ſtatuto cauetur ſi quis deceſſerit.& in conſ.clxxj.incip.ſtatuto ciuitatis Corſanæ cauetur.& Ro. in d.§.ſi Titio. & pro hac ſecunda opi.facit conſiliũ quoddam collegii Paduani, de quo loquitur Cacialupus. & Sozi.in quodam cõſilio impreſſo poſt titulum de exceptione rei.iudi.quod incipit, factum ſuper quo petitur:in quo deciditur ſorores ita excluſas non cõputandas in numero filiorum quo ad cõſiderationẽ legitimę:ſed haberi pro mortuis,& incapacibus, ut extraneas:& non ſucceſsibiles : & quod etiã dotes non ſunt deducendæ,ut æs alienum:ſed conſiderandæ, ut legatum factum extraneo:& dicunt Cacial.& Soz.ubi ſuprà, quòd quando cogerentur iudicare de iuris rigore eſſent procliui in hanc opinionem. & Albertus Brunus in tract.de ſtat.exclu.fœminas. ar.xiij.vj.colũ.dicit ita fuiſſe iudicatum per.d.Ioã.Iac.Triuultium in quadam cauſa Haſtenſi, cõſulente.d.Io.Campegio : & quòd hæc opinio uidetur ſibi uerior & tenenda, quia dos non ſuccedit loco legitimę ſecundũ eum,licet alia opinio uideatur æquior.& dicit Are.in d.l.planè.§.ſi duobus.vj.colũ.ꝙ iſta uidetur opinio communior. Tertiò pono opinionẽ Paul.de Caſtr.in d. l. huiuſmodi.§.ſi Titio.ij.col.qui in caſu quo pater habẽs unũ filium maſculum,& unam fœminam dotatam teſtatur,& inſtituto filio grauat eum de reſtituenda hęreditate loco pio poſt eius mortem, & illo mortuo hæres uellet detrahere legitimam,& ſic tertiam totius:locus autem pius dicit, quòd ipſe non erat ſolus:ſed habebat ſororem, & ſic legitima erit tertia dimidię,dicit poſt Angel. in d.l. Papinianus.§.unde ſi quis.illum ſequendo, quòd filia faciat partẽ quatenus habuit pro dote & non ultra : unde dicit ipſe,pone,quòd tertia ualebat cccc. habuit filia centum in dotem, totum reſiduum, & ſic.ccc. erunt hæredis filii per illum text.in d.l. Papinianus.§. unde ſi quis. ubi dicit eſſe caſum ſi bene conſideretur in computatione : tamen debet tota dos in patrimonio computari, & uideri quanta ſit tertia totius computata dote : & ſubdit uideri etiam, quòd iſta filia cum non excludatur in totũ,augeat numerum filiorum, ut ſi ſunt quatuor maſculi, & una fœmina,legitima ſit dimidia omnium bonorum, ſicut dixit de tota tertia, quæ tota pertinebit ad maſculos, deducta dote,ſicut dixit de tertia:ſed ſi non augeret numerum, legitima eſſet tertia,in auth.nouiſsima.C.de inoffic. teſta.& hanc opi.in effectu uidetur Pau.de Caſt.approbare in conſi.ccliij.incip.quoniam fundamentũ.iij. col.dicens, quòd filiæ,quæ non totaliter excluduntur à bonis paternis propter maſculos,ſed debent dotari:non poteſt dici, quòd habeantur pro mortuis ſeu extraneis,ſed quòd portio eis debita ab inteſtato redacta ſit ad dotem, & ſi quid ultra ſit,totũ pertineat ad maſculos,iuxta not. in l.ſancimus.C.de nupti.ſicut igitur hoc eſt in tota portione inteſtati, cum teſtamentum factum non eſt:ita dici debet in portione ipſius portionis, id eſt, in legitima, ſi factum

ctum eſt teſtamentum.ff.de rei uendic.l.quæ de tota.cum ſimilib. Et ex hoc dicit,quòd facto teſtamento; & inſtitutis maſculis uel extraneis uniuerſaliter, licet fœminæ ſint præteritæ, non rumpunt teſtamentum: ex quo à ſucceſsione repellũtur:tamen faciunt numerum,ut faciant legitimam inter omnes eſſe dimidiam:ſi ſunt ultra quatuor:qua dimidia inter omnes æqualiter diuiſa tam maſculos quàm fœminas,uidebitur an portio tangẽs fœminas ſufficiat ad dotem uel non:& ſi ſufficiat,in dotem computatur:ſi dos non eſt tanta quanta eſt portio legitimæ, reſiduum accreſcet maſculis; ſicut reſiduũ totius debitæ portionis ab inteſtato:cum ſtatutum uelit eas contentari dote:ſi uerò non ſufficiat,ut plurimum contingit ſecũdum conſuetudinem loci,& qualitatem perſonarum, tũc quatenus deficeret ad dotem,deberet extrahi de alia dimidia hæreditatis:non autem deberet aliquid detrahi de portione legitimæ debitæ maſculis &c. Et ad quęſtionem noſtrã facit,quod not.Are. in l.j.in fi.C.quando non pet.par.dicens, quòd aut filia debet dotari:& tunc faciet partem aliis, & auget legitimam:per illud enim, quòd filia minus recipit quàm ſibi de iure debeatur,impinguatur legitima filiorum,quia non uidetur totaliter excluſa:cum dos ſuccedat loco legitimæ:licet non per omnia,ſecundum not.in l.ſancimus.C.de nupt.& quia non eſt uerisſimile, quòd lex uoluerit reſpectu eiuſdem perſonæ granare patrem duplici præſtatione.l. Titia.§.qui in uita.de le.ij.unde ſicut filia ipſa ſuccedẽs imputaret ſibi dotem in legitima.l.quoniã nouella.C.de inoffi.teſta.ita & ille,qui uenit ex perſona ſua per ius accreſcendi uellet uenire : & iſta ratio urgeret ſecundũ eum,quatenus dos concurreret cum legitima, uel excederet;& credit idem ſi eſſet minor,ne dicamus,quòd pro parte ſit locus iuri accreſcendi; & pro parte non in una & eadẽ re,& reſpectu eiuſdem iuris.arg.l.eum qui hęres.ff.de uſuc. & quod not.Barto.in l.centurio.de uulg.& pup.& in quantum Aret.ſuprà dicit dotem ſuccedere loco legitimæ, idẽ in d.§.ſi duobus.vj.col. dicit, quòd in hoc ſecutus eſt in d.l. j.quando non pet.par. Salyc.in d.l. ſancimus.C.de inof.teſta.licet eum non allegauerit:& cum magnificus Galeatius caracciolus deceſsiſſet ſuperſtitibus ſibi octo filiis,uidelicet, tribus filiabus per eum maritatis,& dotatis, ac quinque filiis maſculis: & unum ex eis ſcilicet Abb.Lęlium inſtituiſſet in legitima hæredem, alios maſculos uniuerſaliter, ut dictum eſt : & oriretur dubium antedictum,ſi in legitima dicti Abbatis Lælii facerent partem præfatæ tres fœminæ. ſacr.Conſiliũ, quo ad hoc primum dubium elegit iudiciũ in modum qui ſequitur:& priuſquam dicamus ſacri Conſilii iudicium,dicamus ſecundum dubium:quod ſecundũ dubiũ erat,an dominæ Elionoræ præfatæ filiæ quondam Galeatii mortui poſt patris obitum ſuccedere poſsit d. Abb.Lælius una cũ aliis fratribus,& ſuper utroque puncto ſacr.Conſilium ita uotauit hoc
7 modo.23. Maii.1520.* uiſis dictis duobus punctis, & ſcripturis cum eiſdem exhibitis:quo ad primum uidetur

detur dictis magnificis dominis de ſacr.Conſil. quòd legitima debita præfato Reuerendo Abbati Caracciolo, & ſibi relicta per quondam magnificum Galeatiũ caracciolum patrem communem eorundem in eius teſtamẽto, ſit & eſſe debeat decima ſexta pars bonorum hæreditatis dicti quondam magnifici Galeatii: in cuius hæreditatis computatione, & dictę legitimę deductione habeatur ratio de dotibus datis tribus ſororibus eorundem fratrum filiabus dicti quondam magnifici Galeatii in uita ipſius. Et cum inter eoſdẽ fratres eſſet differentia de uita & militia. ſacr.Conſilium declarauit præfatum Nicolaũ Antonium
8 primogenitum teneri * ad ſoluendam d.uitã & militiam Marcello, Fabio, & Lucio ſuis fratribus pro uita & militia quolibet anno quintam partem medietatis fructuum, & redditũum terræ Vici, & medietatis lacus de Barano, & hoc in anno 1521.27.Aprilis.credo, ꝙ hoc tem-
9 pore Abb.Lælius deceſſerat. * Quò uerò ad ſecundum punctũ de ſucceſsione quondã Magnificæ Elionoræ communis dictorum magnificorum fratrũ ſororis & filiæ dicti quondam magnifici Galeatii, uidetur de iure dicendum, quòd dictus reuerendus Abb.admittatur ad ſucceſsionem in hæreditate, & bonis eiuſdem quondam magnificæ Elionoræ una cũ fratribus præfatis ſuis, diuidendo dictã hæreditatem inter eos per partes æquales: ita ꝙ dictus reuerendus Abb.habeat de ea integram quintam portionem: & ita, ut præmittitur, uidetur dictis magnificis dominis de Conſilio.

SVMMARIVM.

1 *Filia fœmina in bonis ſitis extra diſtrictum Neap. ſuccedit una cum maſculis: ſecus in bonis ſitis in ciuitate Neap. iuxta eorum conſuetudines.*

2 *Eccleſia extra territoriũ Neap. utrum gaudeat in ſucceſsione conſuetudinibus Neap.*

3 *Fœminæ de iure communi ſuccedunt una cum maſculis.*

4 *Renunciatio ſucceſsionũ facta per mulierẽ bene clauſulata, inter quas ſunt uerba, ex linea auita: utrũ complectatur ſucceſsionem auunculi. & nu. 47.*

5 *Linea eſt collectio perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium continens gradus, & diſtinguens numeros: & prædicatur de tribus ſpeciebus, ſcilicet, deſcendentium, aſcendentium, & collateralium.*

6 *Linea recta, non autem tranſuerſalis, intelligitur, cum facimus mentionem in dubio de linea.*

7 *Linea aui paterni dicitur illa, cuius auus paternus eſt caput: & ab ipſo tanquam à fonte procedit.*

8 *Expreſſum particulariter non continetur ſub uerbis generalibus.*

9 *Verba debent interpretari iuxta loci uſum.*

10 *Pactum de futura ſucceſsione uiuentis certo modo diſponenda an nõ ualeat: & firmatur iuramento: & an poſsit fraus ineſſe.*

11 *Præſumitur quiſque deceſsiſſe ſine liberis, niſi contrarium probetur.*

12 *Agnatus proximior petens hæreditatem defuncti, habet intentionẽ ſuam fundatam: etiam ſi non ſit probatum agnatum ſine liberis deceſsiſſe.*

13 *Renunciatio ſucceſsionũ generalis an complectatur ſucceſsionem uiuentis in fraudem: cum ſolus erat coniunctus*

ctus inter contrahentes.

14 Renunciatio quælibet futuræ ſucceſſionis habet in ſe tacitam conditionem, ſi deferatur.

15 Filia minor paſſa ſe à patre, uel fratre dotari, unde priuatur à ſucceſſione dotantis in feudo, an reſtituatur facta maior infra quadriennium.

16 Emens ad uitam ſuam, & etiam alterius annuum redditū, non facit contractum uſurarium ratione incertitudinis redditũm.

17 Spes poteſt in contractum deduci: in qua non habet locum deceptio ultra dimidium iuſti pretij.

18 Succeſſio futura ab inteſtato non debetur etiam ſpe.

19 Renunciatio generalis non extenditur niſi ad ius competẽs ex cauſa de præſenti.

20 Reſtitutio utrum competat mulieri aduerſus renunciationẽ propter enormem læſionem ſtantibus clauſulis inſtrumentorum, & iuramentis, quorum obtinuit habilitationem.

21 Dolus re ipſa, & dolus ex propoſito æquiparantur.

22 Mulier, & ruſticus tantum præſumuntur ius ignorare: ſecus in alijs perſonis. quid de minore. nu. 30.

23 Simplicitas præſumitur in ruſtico, muliere, & minore.

24 Læſio multum exceſſiua ultra dimidiam iuſti pretij an ualidetur iuramento.

25 Abſolutio à iuramento num concedatur ratione læſionis enormiſſimæ. & nume. 26.

27 Iuramentum præſtitum ſuper actu ab humana lege prohibito, ſi ſeruari poteſt ſine interitu ſalutis æternæ, eſt omnino ſeruandum.

28 Abſolutio à iuramento concedi debet, quando eius obſeruãtia ſit nutritiua peccati ex parte recipientis ex propoſito ſiue re ipſa.

29 Iuramentũ facit ut quis præſumatur magis deliberate ad actum accedere.

31 Inſinuatio an requiratur in donatione, ubi eſt iuramentum.

32 Timor aut reuerentia utrum ſufficiat ad rumpendam renunciationem. quid de minis, aut uerberibus.

33 Principis iuſſus, aut patris imperium an indicant iuſtum metum.

34 Vendens aut remittens rem magni ualoris Tyranno pro minimo pretio reſtituetur.

35 Læſio enormis, ſexus fragilitas, minor ætas, & reuerentialis timor utrum ſufficiant contra renunciationem.

36 Teſtis deponens id in quo plurimum laborat, ratio intellectus quamtumcunque conſiſtat in facto, puta ebrietas, furioſitas, non facit fidem, niſi aſſignet cauſam concludentẽ ex ſenſu.

37 Impetrans iuramenti abſolutionem, uel habilitationem in renunciatione, an debeat aſſerere ſeductionem, & circumuentionem.

38 Solitum & conſuetum faciens non uidetur lædi.

39 Notarius ſimpliciter rogatus, intelligitur rogatus cũ clauſulis conſuetis.

40 Maior iurãs nõ cõuenire ratione læſionis enormiſſimæ cõtrauenire poterit.

41 Teſtamentum ſi continent uerbũ &c. Notarius non poteſt per hoc uerbum apponere clauſulam codicill.

42 Clauſula ex certa ſcientia, & clauſula donationis poſitæ per renũciantem an ſint attendendæ tanquam poſitæ ex conſuetudine Notariorum.

43 Renunciatio exceptioni doli mali, conditioni indebiti, & omni legũ auxilio quid operatur.

44 *Pecuniam recipiens pro faciendo eo, ad quod gratis tenebatur, turpiter recipit.*

45 *Tranſactio non reſcinditur per enorme damnum: limita ut ibi.*

46 *Abſolutio iuramenti conceditur contra recipientẽ cũ peccato iuramentũ.*

DECISIO CLIX.

IN CAVSA magnificarũ Hippolytæ carraphæ, & Camillæ carraphę contra. d. Ducem Mõtis Draconis. d. Ioannẽ Vincẽtiũ, & d. Fedexicum earum fratres utrinq; cõiunctos, ſuſceptos, & procreatos ex magnificis quondam do. Loyſio carrapha filio quondã do. Anto. ſenioris, & domina Bernardina de marra ſorore, utrinq; cõiuncta quondã domini Eligii de marra Comitis Aliani ſuper portione hæreditaria eas tangẽte in bonis dicti quondã Comitis Eligii cõmunis auunculi mortui ab inteſtato, & quondã. d. Hieronymi carraphæ cõmunis patrui fratris dicti Loyſii. Et quidẽ quo ad ſucceſsionem dicti Hieronymi nulla fuit facta dubitatio: ex quo cõſuetudo ciuitatis Neapoli. ſi quis uel ſi qua. in fine loquens de ſucceſsione collateralium dicit, ita quòd ſi inter ipſos nepotes, & pronepotes, & deinceps fratrum præmortuorum ſint fœminæ, quæ habeant fratres cõſanguineos, ipſæ mulieres à præmiſſa ſucceſsione excluduntur: cũ fratres ipſas habeãt maritare ſcilicet in ſucceſsione aſcendentiũ iuxta conſue. ut ſuperius dictũ eſt. & poſtea in cõſuetudine. quod autem dicitur, & in pręmiſsis, appellatione fratris ſoror non cõtinetur. Quò uero ad ſuc-
1 ceſsionẽ * Comitis Eligii, cuius bona erant ſita extra territoriũ ciuitatis Neapo. in quibus nõ uendicabat ſibi locũ dicta conſuetudo ſecundũ Neapolitanũ in proœ. cõſuetudinũ. in gloſ. in uer. diſtrictum. qui etiã in conſuet. ſi moriatur. in uer. facultates, dicit, quòd filia fœmina in bonis ſitis extra diſtrictũ ſuccedit una cum maſculis, & etiã in conſuetudine, ſi quis uel ſi qua. in uer. in bonis omnibus. dicit, quòd cõiũcti ex parte patris & matris miſtim ſuccedent in bonis defuncti ſitis extra territorium. ſic quoq; idẽ Neap. in cõſuet. ſi eccleſia, de iure congrui. in gloſſ. prima. uer. ſed an intelligatur, dum
2 quęrit * an eccleſia extra territorium Neapo. gaudeat illa conſuetudine, ſubdit debere cõſiderari, ubi res ſitæ ſunt: & facit glo. Neap. in conſue. inci. idem inſtrumentũ. in uer. geſta. ult. col. in ti. de inſtru. cõfect. per curiales Neapo. & in cõſue. inſtrumentum emãcipationis, in gloſſ. in uerb. emancipationis, eo. tit. & in conſue. prima, in gloſſ. fin. in titu. in quibus rebus habeat locũ quarta. Quo ad iſta inquam bona aſcẽdẽtia ad ſummam. lx. ducatorũ fuit maxime dubitatum: actrices habebant intẽtionem earũ fundatam ex iure ſangui-
3 nis, & agnationis, ſecundum * quod æqualiter cũ maſculis admitti debebant. per. l. maximum uitiũ. C. de liber. præter. & inſtit. de exhære. lib. §. noſtra uerò. & in l. lege xij. tabu. C. de leg. hære. & inſtitu. de leg. agna. ſucceſ. §. nos uerò. in uer. hoc etiam. ibi, ſed etiam germanæ conſanguineæ, uel ſororis uterinæ filius, & filia. Sed contra has opponitur, quòd ambæ renũciarũt dicto Duci omnibus ſucceſsionibus, ut in inſtrumentis dictarum renunciationũ, in quibus in

bus inter cæteras ſunt clauſulæ, ut
4 infra. Circa eaſdem*renunciationes
occurrit dubitari de infraſcriptis.
Prima dubitatio eſt, quoniã dicunt
actrices, quòd in his renunciationi-
bus non uenit ſucceſsio Comitis
Aliani: non enim poteſt uenire di-
cta ſucceſsio, niſi ſub his uerbis, quę
in prædictis inſtrumentis percipiun
tur ſeu leguntur, uidelicet: cedens
propterea &c. omne ius &c. in & ſu
per bonis eiuſdem &c. iuribus, hæ-
reditatibus, & ſucceſsionibus pater
nis, maternis dotibuſque maternis,
35 *quòd Notarius ſimpliciter rogatus intelligitur rogatus cum clauſulis conſuetis:& facit Ioan.Andr.de inſtru.edi.§.inſtrumentũ.uer.quid ſi à contrahẽtibus.dicens,quòd in cõtractu uenditionis, uel donationis notarius poteſt addere precarium, quia illud conſueuit fieri:& facit nimium ad propo.Bar.in l.ij.in fi.prin ci.ff.ſolu.matri.qui in quęſt.an maritus in promiſsione reſtitutionis dotis poſsit petere,quòd uult ponere uerba reſeruatiua,de quibus ibi, dicit ꝗ non,niſi conſuetudo fuerit: & ſi eſſent conſuetudines cõtrariæ, dicit ſtandũ eſſe iuri cõmuni:unde infert,quòd ſi in ciuitate cõficiuntur inſtrumenta diuerſimode, propter tales coniecturas,& diuerſitates redimus ad ius cõmune.l.nemo.§.temporales.ff.de reg.iur.quod tamen ultimũ dictũ limitat Alex.cõſil.v.v.uol.& facit Bal.in l.j.ad fi.ff.ſolu.mat.uolens,ꝗ notarius in inſtrumẽto dotis poteſt apponere hypothecam,etiã ſi ſibi nõ ſit dictũ:quia cõſueta eſt apponi.& dicit Bal.in l.ita demum.§.j.ff.de procura.ꝗ notarii poſſunt apponere clauſulas cõſuetudinarias quãdo ſunt plures rogati.& dicit Bart.in l.fi.in prin.quẽ refert Bald.in rubri.C.de his quæ in frau.cre.pe.col.ꝗ renũciatio exceptionis diſcuſsionis per fideiuſſores uenit de conſuetudine:& ideo notarii ex tacito mandato poſſunt eas renunciationes apponere:& dicunt Inno.Bu.& Bal.in c.cum M.de conſtit.ibi tex.eſſe meliorẽ de iure, ꝗ illud quod ſolet apponi in cõtractu, habetur pro appoſito: & dicit Bal.in l.imperator.pe.col.de ſtat.ho. quòd notarius ſemper uidetur rogatus,ut cõficiat inſtrumẽtũ in forma communi:& multa alia ad hoc ponit Feli.in c.cum M.iiij.col.de cõſti. & in c.ex literis.de fide inſtru.vj.col. & in quãtum Bald.in rubri.C.de his quæ in frau.cre.ſ.allegatus dicit,ꝗ iſtæ renunciationes cũ ſint factę,nõ debet notarius eas apponere ex ꝓpria prudentia:niſi eſſet rogatus cõficere inſtrumentũ ad ſenſum ſapiẽtis:nam ſi ipſe eſt ita ſapiẽs,ꝗ nõ indigeat alio iuris perito,ipſemet ex proprio intellectu poteſt apponere renunciationes:prout in communi formulario tabellionum cõtinẽtur: ut no.ff.de uerbo.obli.l.ex ea parte. Reſpondetur,ꝗ ſi in renunciationum inſtrumẽtis,de quibus agitur, eſt clauſula,ꝗ & ſi dicatur,quòd de clauſulis inſtrumentorũ productorũ maximè renunciatiuis nõ debet haberi ratio:ex quo notarii uidentur eas apponere ex capite ſuo: prout ad hoc ſolet allegari Bar.de clauſula codicillari.in l.j.vj.q.de iur.codi. & quòd Bald.in l.quoties.pe.col.de hære.inſti.loquẽs de illo uerbo,inſtituit,de quo ibi in ſua quæſt.dicit nõ eſſe habẽdã de eo rationẽ:quia iſta uerba inſtitutionis ſecundũ eũ ponuntur hodie ex cõſuetudine notariorum,qui nõ intelligũt quid dicũt.& Abb.in c.cũ cõtingat.de iure
40 iur.in caſu quo teneat,*ꝗ etiã maior,qui iuraret non cõtrauenire ratione enormiſsimæ læſionis,cõtrauenire poterit,quia notarii ſolent hodie cõmuniter apponere illa uer. ad maiorẽ ualiditatẽ contractus:& ꝗ Barba.conſil.lviij.x.col.j.uolu.teneat,ꝗ ſi in teſtamento eſt uer.&c.

non

nõ poteſt notarius per hoc uer.ap-
ponere clauſulam cod.ex quo teſta-
tor nõ expreſsit:& ꝙ Butri.& Abb.
in c.quintauallis.de iureiur.idem di
cũt de clauſula compromiſsi,quòd
poſsit libere arbitrari etiã enormiſ-
ſime:ex quo notarii apponunt hoc
ex ſe magis,quàm ſit dictũ à parti-
bus.& ſequitur Barba.conſil.lviij.x.
col.j.uolu.& cõtra has clauſulas idẽ
42 in conſil.xlij.xj.col.j.uolu.&* ꝙ De-
cius.d.conſi.clxxx.pe.col.de clauſu-
la donationis poſita per mulierem
renunciantẽ dicat,ꝙ uidetur poſita
ex conſuetudine notariorũ,& ideo
nõ attendendã.Reſpõdetur,ꝙ Bart.
in l.fi.§.idẽ quæſiuit.de condi.inde.
de clauſula ex certa ſcientia:ſeu de
clauſula ſcientiæ dicit,quòd notarii
apponunt quotidie in inſtrumẽtis,
talis ex certa ſcientia ſpõte &c.& iã
non dicit,ꝙ nec ſtetur.& idẽ tenet
Barto.in l.ſed & ſi quis.§.fi.ff.ſi quis
cau.ad hoc Iaſ.in d.l.de his.in fin.ij.
col.dum allegat Imo.in §.duo fra-
tres:& Bar.in l.ſi quis cũ aliter.ij.co.
de uer.obli.dicit operari clauſulam
in uẽditione,& illud,quod plus eſt,
donauit,ſiue quãtitas ſit modica ſi-
ue immodica,ſi renunciatur ben.l.
ſecundæ.& Barto.in l.qui Romæ.§.
duo fratres.vj.q.itẽ de clauſula cod.
quòd operatur effectũ,de quo ibi.&
Imo.in l.ſciendũ.de uerb.obli.& in
d.c.cum cõtingat.lxiiij.col.& in d.c.
pe.de empt.& uẽd.vij.col.arguit de
conſuetudine notariorũ nõ ponen
tium in iuramẽto minorũ certiora-
tionẽ:ſed in iuramento mulierũ ſic.
& idẽ Imo.in d.c.cũ cõtingat.lxxiiij.
colum.dicit contra Butri.& per hoc
inoleuit practica,ꝙ iuratur nõ ueni
re contra,ratione dãni modici,uel
enormis,uel enormiſsimi:& Bal.in
l.ſi mater.iij.col.C.de rei uen.dicit,
ꝙ ſi notarius dicit in inſtrumẽto,ta
lis ex certa ſcientia iuris & facti,aut
non per errorẽ iuris uel facti ratifi-
cauit:creditur tabellioni.& Bald.in
rub.de cõtrahen.emp.in j.q.dicit,ꝙ
omnes clauſulæ, quas ponimus in
inſtrumẽtis uenditionũ,debẽt ope-
rari.& in l.lecta.ff.ſi cer.pet.dicit ꝙ
omnia uerba inſtrumenti ſunt pon-
deranda.& Imo.in l.filio præterito.
xj.col.de iniuſto rupto.tenet contra
Barto.in d.l.j.de iur.cod.ſicq; uide-
mus ſeruari:licet Barba.cõtra Imo.
in d.conſil.lviij.x.col.j.uolu.& Imo.
in l.à Titio.pe.col.de uerb.obli.di-
cit:& per prædicta patet,ꝙ bona eſt
cautela,qua utuntur notarii,dum di
cunt talis ſponte &c.ut ibi:& in ſpe
cie Alexã.conſi.cxxv.ix.col.j.uol.di-
cit:non obſtat,ꝙ notarius iſtas clau
ſulas apponat ex ſeipſo:quia dico ſe
cus,ubi conſtaret ꝙ aliud eſſet:ſed
in dubio præſumitur ratione offi-
cii pro notario,& inſtrumẽto,ꝙ cõ-
tineat ueritatem.l.cum precibus.de
probat.c.ad audientiã.de præſcript.
Septima dubitatio eſt quo ad dom.
Hippolytam:nã ei fuerũt legati tres
mille ducati in teſtamento auito do.
mini Antonii ſenioris:& poſtea quã
do Comes eam maritat dicit in in-
ſtrumẽto tam dotali quàm renuncia
tionis,ꝙ ipſa habuit dotes,ſeu do-
tata fuit de bonis paternis auitis,&
fraternis:quaſi quòd mille ducatos
ex eis habuerit de bonis fratris:er-
go non de auitis legatis:illos ergo
petit.Ad hoc opponitur de renun-
ciatione,quia renunciauit omnibus
iuribus,hæreditatibus,& ſucceſsio-
nibus paternis,maternis, dotibuſq;
mater

maternis,fraternis,& auitis utriuſq;,
ac ſucceſsionibus,& excadẽtiis qui
buſcũq; ſibi deuolutis,tam ex teſta-
mento,quàm ab inteſtato uſque ad
illum diem.Et ſi diceretur,ꝙ ex quo
dicti mille ducati dependẽt ſeu de-
bentur ex cauſa teſtamenti:& nõ eſt
in renunciatione ex clauſula,cogni-
tis & inſpectis uerbis teſtamẽti.Re-
ſpondetur ex his quæ no.Alex.cõſi.
xj.v.col.ij.uolu.quẽ refert,& appro-
bat in l.de his.iiij.col.ff.de tranſact.
43 uidelicet,*ꝙ per iſta uerba poſita
in inſtrumẽto,quæ cõiter ponuntur
de ſtylo notariorũ,ꝙ prædictæ par-
tes renunciant exceptioni doli ma-
li,cõdictioni indebiti,& omni.ll.au
xilio:ſi eſſet facta cum iuramento,
intelligeretur derogatum illi.l.per
doctr.Bar.declarantis effectũ illius
renũciationis omni.ll.auxilio.in au
then.matri & auiæ.iij.col.& ibi Bal.
C.quando mulier tu.offic.fung.po.
per Bar.in l.ſi ſub condi.ff.de teſta.
tu.Spec.in titu.de renunc.§.j.uer.&
quia.& uer.ꝙ ſi quis.in inſtrumẽtis
renunciationũ iſtarũ Dominarũ eſt
clauſula æquipollens illi omni.ll.au
xilio,ibi, ac omnibꝰ aliis iuribus.ll.
&c. Octaua dubitatio oritur ex eo,
quòd dicti fratres omnino tenebã-
tur maritare,& dotare ſorores cum
dote non minore duc.3000.quia in
Hippolyta ita auus diſpoſuit, quia
in Camilla attento patrimonio, &
cõſueto nõ poterat dari minor dos:
unde pro ſoluendo eo,ad quod te-
nebantur,uoluerũt,ꝙ ſorores ipſæ
renunciarent ita amplè.quare ſucce
44 dit diſpoſitio iuris uolens,*ꝙ is,
qui pro faciẽdo eo,ad quod gratis
tenebatur,recipit pecuniã, turpiter
recipit.ut tenet glo.ſingu.in l.iiij.§.
pe.in glo.in uer.repeti.ff.de cõdi.ob
turp.cau.pro quo facit bonus tex.ad
propo.in l.pe.C.de condi.ob turp.
cau.& ideo Bal.in l.fi.eo.tit.ff.de cõ
45 di.ob turp.cau.dicebat,*quòd licet
in cõtractu tranſactionis nõ fiat re-
ſciſsio per enorme dãnũ:ut in l.Lu-
cius.§.fi.ff.ad Tre.tamẽ ſi quis reſi-
ſtẽdo illicite aliquid recipit pro re-
ſtitutione rei debitæ,poteſt conue-
niri condi.ob turp.cau.& ſic ſumus
in eo,quod not.Angel.in d.l.ſi quis
46 pro eo.*ꝙ quando aliquis turpiter
ſeu cũ peccato recipit iuramẽtum,
debet cõcedi abſolutio ab eo iura-
mento.Ad hoc accedat,quoniã ceſ-
ſio,de qua agitur,facta ex cauſa do-
tationis,cũ illud quod datum eſt in
dotem,aut totũ debebatur:aut pau-
lo minus,illud quod datum eſt plus
paragio(nã dicitur in inſtrumentis,
ꝙ fuerunt dotatæ etiam ultra para-
gium)uidetur eſſe pretiũ ceſsionis,
quam fratres ipſi recipiunt.quare ui
detur,quòd eatenus ceſsio ualeat,
quatenus eſt illud plus paragio da-
tum pro dotibus:ut dicit tex.in l.per
diuerſas.C.mandati.& etiã extat ri-
tus magnæ Curiæ,quòd ex ceſsione
facta ex cauſa lucratiua non poſsit
agi.Sed ad hęc poſſet reſponderi ex
conſuetudine,ꝙ quando mulieres
maritabãtur illo tẽpore,& etiã nũc,
ſemper cõſueuerunt renũciare cum
illis clauſulis,de quibus in his inſtru
mentis,ut ſupra deductũ eſt. Fuit
iudicatũ quo ad ſucceſsiones.d.Co
mitis Aliani & d.Hieronymi carra-
phæ cõuentos eſſe abſoluẽdos:quo
uerò ad mille ducatos petitos per
dictã Hippolytã à Duce ex cauſa le-
gati eſſe condẽnandũ ipſum Ducẽ
pro rata,id eſt pro quarta parte,pro
qua

qua fuit hæres: fueruntq; in cauſa iſta uiſa quàm plura protocolla illo rum annorum, quo renunciationes ipſæ factæ fuerunt, & annorum ante proximorum, & omnia pro maiori parte fuerunt reperta conformia in renunciationibus cum renunciationibus præſentatis. Actorũ magiſter Campellonus.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia habet fori electionem, etiam ubi agit.*

DECISIO CLX.

IN CAVSA N. cum Nicolao de clara dubitatum eſt, an dictus Nicolaus cõuentus à præfato. N. nomine dictæ eccleſiæ poſsit declinare forum ſacri Cõſilii, & petere ſe remitti ad Regiam Camerã tanquàm officialis Regiæ dohanæ maioris
1 Neapolis. Fuit decretum* non eſſe remittendum, eo quòd eccleſia habet fori electionem etiam ubi agit. per ea quæ not. Andr. in conſtitu. ſtatuimus, de officio magiſtri iuſtitiarii in prima col. & addo d. Maz. in deciſ. cclvij.

SVMMARIVM.

1 *Clericus in minoribus cõſtitutus quãdo gaudet priuilegio clericali in miſcendo ſe enormibus, aut ſæua cõmittendo monitione præcedente.*

2 *Clericus in ſacris conſtitutus, ut careat priuilegio fori, plura requirũtur: ſed in minoribus minora.*

3 *Conſuetudo tribuit iuriſdictionẽ faciens pro foro eccleſiaſtico.*

4 *Enormia delicta quæ dicantur, & in delictis frequentari quando dicatur.*

5 *Habitus & tonſura reſumpti nõ ſufficiunt, ut clericus cenſeatur ille, qui primo pro laico habebatur.*

6 *Excommunicationis pœna eſt aduerſus facientes obſeruari ſtatuta cõtra libertatem eccleſiaſticam.*

DECISIO CLXI.

IN CAVSA Cruſconi carcerati in magna curia Vicariæ, & petentis ſe debere remitti ad Curiã eccleſiaſticam, cum & per literas clericatus, & per ſignificatoriales Vicarii Neapolit. fidem fecerit de clericatu
1 in minoribus: cum opponatur, * quod immiſcuit ſe enormibus, dubitatum eſt, an ex quo de aliqua monitione non apparet, debeat remitti, & quidem circa eos, qui in minoribus ordinibus conſtituti ſunt, ſi ſæua committerent, an gaudeant fori priuilegio: reperio infrà ſcriptas opiniones. Prima eſt ea, quam refert, & ſequitur Innoc. in cap. j. de apoſtatis: uidelicet, quòd aut hi tales aliquid cõſumpſerunt, ſeu fecerũt penitus contrarium ordini: ut ſi ceperunt ſecundam uxorem, uel corruptam, uel ſecerint ſe milites, & ſæua exercuerint, & tunc priuantur omni priuilegio clericali. lxxxiiij. di. quiſquis. aut non fecerint aliquid penitus contrarium ordini ſacro ducendo uirginem, uel fiendo milites, dummodo non exerceant ſæua, tunc poſſunt uiuere clericaliter, & priuilegio gaudere clericali. xxxij. di. ſeriatim. §. qui uerò. ſed ſi uelint uiuere ſeculariter, negociando, tabernam exercendo, uel tonſuram dimittendo, tunc nullo gaudebunt priuilegio. de cleric. coniuga. cap. Ioan. & cap. ſequenti. & hucuſque Innocen. non aperuit an ſit neceſſaria monitio. deinde ſubdit hæc uerba. Alii tamen dicunt, quòd gaudebit priuilegio canonis, ſi qs ſuadente, quod in fauorem ordinis eorum

rum eſt introductum:& ideo illi renunciari non poteſt.ſ.de fo.compe. ſi diligenti.& hoc ſatis uerum credo antequam moneatur:ſed poſtea nõ gaudebit.And.de Iſer.in conſti.apoſtatantes,recitat opi.Inno.& uidetur reſidere,quòd ſi cle.in minoribus fecerit aliquod irreparabile cõtrariũ ordini relicto:ut quia exercuit ſeua, duxit uxorem corruptam, uel duas, cum iſta ſint irreparabilia, perdet omnia priuilegia:ſi uerò iſta nõ cõmiſerit,ad hoc,ut priuetur priuilegiis,debet ꝑcedere monitio,& not. 2 quia licet And.intelligat Inno.& uelit, ꝙ iſtud ſolum,exercere ſeua ſine monitiõe,faciat perdere priuilegiũ, tamen Inn.uidetur loqui ꝙ copulatiue efficiatur miles ſeculi, & ſæua exerceat:ita refert copulatiuè,& ſequũtur Inn. Abb.in d.c.j.de apoſt.& Car.ibi,& Ana.ibidem in ij.col.dum refert Hoſtien.& Butri.etiam ibi.& Abb.in d.c.j.ij.col,de apoſta.uidetur trãſire cum Inn.ut dixi. Aliud ualde no.infert Abb.in c.fi.de ui.& ho.cleri.prout & refert.& ſequitur Feli.in c.quoniam fr.§. porro.vij.colum.ut lit,non cõteſt.uidelicet,quòd ubi ad perdendum aliquod priuilegiũ clericale iura requirunt trinam monitionem fiendã ipſis clericis rectè uiuẽtibus,oportet ꝙ citatio ſeu monitio apprehendat clericos ſi fieri poteſt:& nõ ſufficit generalis monitio, 3 ꝙ omnes abſtineant.& dicit Fel.eſſe mẽti tenendũ ad intellectum.c.cũ non ab homine.& authen.& contingit.de ſacroſan.eccle.& proſequere, ut Felin.ubi ſ.Secunda opi.eſt, quæ uadit declarando magis,quam ponit Ana.in d.c.j.ul.colum. de apoſt. Primò enim in ij.col.dicit: nunquid autem clericus in minoribus conſtitutus perdat priuilegium clericale,ſi ſine aliqua monitiõe cõuerſatur, ut laicus?Hoſtien.dicit,quòd ſi exercet actum omnino contrarium clericatui:ut quia duxit ſecundam,uel corruptam,uel effectus eſt miles,& exercet ſæua,& ſimilia contraria clericatui:& tunc ipſo facto perdit priuilegiũ clericale, per id quod habetur lxxxiiij.diſtin.c.quiſquis.ſecus ſi non exercet actum omnino contrarium: ut quia duxit unicam, & uirginem, uel effectus eſt miles,& non exercet ſæua.inde Ana.in ul.col.ad hoc* ut perdatur in genere priuilegium clericale,addunt quinq;,ſeu ſex requiſita.Primum,ꝙ non incedat in habitu & tonſura.Secundum,ꝙ ingerat ſe enormibus.Tertium,quòd in illis frequentauerit.Quartum,ꝙ in illis deprehendatur. Quintum,ꝙ fuerit monitus.Sextum ꝙ poſt monitionẽ fuerit incorrigibilis.& refert,quòd Ioã.And.in d.c. perpendimus.dicat, ꝙ ubi etiã omnia prædicta concurrũt:tamẽ nõ dicit̃ quis priuatus quo ad forum.& dicit Ana.ibi in d.c.j.ul. col.quòd prædicta ſex ſolum requiruntur in conſtitutis in ſacris:ſed in conſtitutis in minoribus fortè ſolũ ſufficerent quatuor ex prædictis. & ſubdit poſt Inn.quòd in dubio an ꝙ quãdo perdat clericus, uel gaudeat priuilegio fori,debet*attẽdi cõſuetudo,quæ tribuit iuriſd.l.j.C.de emãci.libe.c.contingit.de offic. delega. quod intelligit Hoſt.uerum,ſi cõſuetudo facit pro foro eccleſiaſtico.& hanc opi.ſequitur Bar.Vero.in cõſil. xj.qui proſequitur hãc materiã per plures columnas.& in viij.colũ.dicit ſic:iſtud,ꝙ requiratur trina monitio, non

nō tenet do.Ant.in c.j.in fi.de apo-
ſta.quādo eſt clericus primæ tōſuræ
ſeu in minoribus cōſtitutus.& idem
dicit ipſe Ant.in c.ex parte.de priui-
leg.lo.iij.ubi dicit ſecundum Goffr.
ꝙ ſi clericus in minoribus cōſtitutus
dimittit habitum,& reputatur ut lai
cus,etiā ſi non ſit monitus,perdit pri
uilegiū:& ſic dicit,ꝙ pōt interpreta
ri.c.ſi iudex laicus.de ſenten.excom.
lib.vj.quod dictū dicit Bar.Vero in-
tellige, dummodo alia quatuor de
quibus ſupra cōueniant,& erāt ante
per eum poſita requiſita.Primum:ꝙ
non incedat in habitu,& tonſura. Se
cundum,quòd ingerat ſe enormita-
tibus.Tertium,quòd in illis frequēta
uerit.Quartum,ꝙ in illis deprehē-
datur. Quintum,ꝙ tertiò fuerit ad-
monitus.uult ergo Vero.quòd prima
quatuor requirātur:& hoc ſub dubio
4 fortè dixerat Ana.ubi ſ.Et* quæ di-
cantur enormia delicta,ponit Vero.
in d.conſi.v.& vj.col.ubi tenet,quòd
percutere in facie cum cultello cum
aliqua ſanguinis effuſione:tunc eſt
enorme delictum : & frequentari in
delictis intelligit Spe.in vij.col.quā-
do bis ad minus deliquerit enormi-
ter:& deprehēſum dicit, quādo eſt
deprehenſus in crimine in vij.col.&
huic opi.ſatis uidet̃ cōcordare Butr.
in c.fi.ul.colum.de uita & hon.cleri.
ubi poſt glo.per eum allegatas dicit,
ꝙ quādo clericus in minoribus cōſti
tutus immiſcet ſe enormitatibus, &
nō incedit in habitu,& tonſura,non
gaudet priuilegio clericali,ſi depre
hendatur in illis,etiam ſine alia mo
nitione : & quòd ſic poteſt intelligi.
c primū.de apo.& c.ex parte.de pri
uileg.lo.iij.licet idem Butr.in d.c.ex
parte largius dixiſſet:quòd quando
clericus in minoribus reputabatur
ut laicus,perdit priuilegiū clericale
ſine alia monitione,ſecundum Goſ-
fre.ſed ipſe Ana.in d.c.ex parte.dixe
rat de clerico,qui omiſſo habitu in-
geſſerat ſe enormibus:quod quidē
non una uice intelligēdum eſt, quia
loquitur in numero plurali : & iſta
opinio mihi placet tanquam tutior:
quinimo Alex.conſi.x.j.uol. uidetur
tenere,quòd etiam ſi cle.in minori-
bus immiſceat ſe enormibus,reqra-
tur monitio,etiam ſi deprehēdatur,
ſeu capiatur ſine habitu & tonſura.
Quidam uerò fiſcales,uel fiſco com
placere uolentes,tenent,ꝙ eo ipſo,
quòd clericus dimiſſo habitu & ton
ſura immiſcet ſe enormitatibus,p-
dit priuilegium:quia glo.in c.perpē
dimus.de ſen.excommu.dicit hoc.&
Abb.ibi.pe.col.dicit,quòd idem ui-
dentur ſentire Vincentius Tanc.&
Philippus:& adducebant.d.c.ex par
te.lo.iij.de priuileg.ſed d.c.ex parte.
ſecundum Butri.in d.c.j.de apoſt.&
Abb.in d.c.ex parte.loquitur in alio
caſu:& dicit Butri.ibi in d.c.j. quòd
5 d.c.ex parte.non probat aliud* niſi
quòd habitus & tōſura reſumpti nō
ſufficiunt,ut cēſeatur clericus is,qui
primò habebatur pro laico:nec per
hoc deſiſtet iudex laicus ab exerci-
tio iuriſd.ut ibi:unde iuſte faciet ta-
lem detineri, quia cenſetur laicus.
d.c.ſi iudex:ſed non tollit.d.c.quin,
ſi uelit probare ſe clericum, ſit au-
diendus.incumbet autem ſibi pro-
batio:quia preſumitur laicus,ex quo
fuit deprehenſus ut laicus. & Abb.
in dicto capi.ex parte. reprobat in-
tellectum quorundam,qui dicebant
illud cap.loqui ſimpliciter in cleri-
cis in minoribus, qui diu habiti ſunt
pro

pro laicis: ut deprehenſi in maleficiis nõ poſsint ſe pro clericis defendere: ex quo patet, ꝙ Abb. dum ſecutus eſt primã opi. Innoc. intellexit eũ in illo, qui una cũ aſſumptione militiæ ſæuis ſe immiſcuerit. Non omitto, quòd sereniſsimus quõdam Rex Ferdinandus primus in anno 1469. ſub data. d. Luç. tozali edidit pragmaticam, quòd omnes diaconi ſaluatici uulgo appellati, ſeu clerici primæ tonſuræ, qui gaudere decernunt priuilegio, debeant ubiq;, aſsidue, & continue incedere in habitu & tonſura clericali, diuinis officiis horis congruis deſeruire, & perſonaliter intereſſe, & eccleſiæ actu ſeruire perſonali: aliàs foro ſeculari ſuppoſiti ſint ciuiliter & criminaliter. & poſtea tempore Catho. Regis Comes Ripagorſiæ fecit pragmaticam, per quam conſtituit illam Regis Ferdinãdi ſeruari ſub prætextu regiæ pragmaticæ quondam Cath. Regis. Date. thori. 1505. 18. Februarii. in qua diſponitur de decretis, & cõceſsis per Regem Ferdinandum primũ: ſed dicta pragmatica Regis Ferdinãdi primi nuſquam, ut audio, fuit, nec eſt, in obſeruãtia tanquam cõtra libertatẽ eccleſiaſticam. iuxta not. in authen. caſſa. C. de ſacroſan. eccl. & in c. nouerit. de ſent. excom.
6 ubi* eſt inſtituta cõtra facientes obſeruari ſtatuta cõtra libertatẽ eccleſiaſticam pœna excõmunicationis. item dicta pragmatica Comitis Ripagorſiæ laborat eodẽ morbo, prætere a non duraret ultra tempus ſui regiminis. ut not. Pernus. conſi. xiiij. Eſt uerum, ꝙ in Regno Siciliæ ultra ſatum eſt quędam pragmatica, quæ nimium uiget, edita per quondam d. Nicolaum de ſpeciali tunc Viceregẽ ſub Rege Alf. primo, in anno 1425. 2. Auguſt. xiij. ind. Data Meſſanæ, per quam ſtatuitur, ꝙ clerici, qui uolunt gaudere priuilegio clericali, teneantur perſeuerare, & incedere cum clericali habitu, & ſacerdotali tonſura, ac diuinis officiis quibuſlibet diebus dominicis, & feſtiuis, horis conſuetis cum ſuo pellitio perſonaliter intereſſe.

SVMMARIVM.

1 *Dominus directus non poteſt alienare ius ſuum, ſiue feudum inuito uaſſallo: ſicut econtra nec uaſſallus abſq; domini uoluntate.*

2 *Dominus, & uaſſallus fere in omnibus iudicantur ad paria.*

3 *Perſona dignior eſt cæteris rebus.*

4 *Imperator non potuit ſubdere Marchiones, & Comites Duci Mediolani tenentes feuda in eius Ducatu (prout conſuluit Bald. eidem Duci) ſine conſenſu dictorum Baronum.*

5 *Inueſtitura ſeu gratia de feudo uiuẽtis an expiret, ſi aperietur poſt mortem concedentis.*

6 *Succeſſor laicus utrum teneatur habere ratam inueſtituram factam per eius prædeceſſorem.*

7 *Dominium ſine traditione an tranſeat ex contractu inito cum principe.*

8 *Feudum quaternatum, uel non quaternatum an deuoluatur ad Baronẽ, ſeu ad Regem, ſi ſubfeudatarius commiſerit crimen in Regem.*

9 *Reſtitutus ſubfeudatarius ad gratiam Regis offenſi dicitur reſtitutus ad feudum Baroni quæſitum ob dictam offenſam, niſi Baro feudum alienaſſet ante reſtitutionem.*

10 *Baro immediatus dominus eſto, quòd poſſit placitare cum uaſſallo, an ualeat*

leat hoc facere, poſtquam Rex mediatus dominus indulſit.

21 *Ligius homo non poteſt eſſe duorum.*

22 *Feudatarius non ligius, nec ſubditus ratione domicilij, uel originis committens crimen contra Regem non tenetur læſæ maieſtatis: ſicut fuit in Rege Roberto cum Imperatore.*

23 *Homo non ligius non eſt obligatus, niſi ratione feudi: ſed ligius ratione perſonæ, & omnium bonorum.*

24 *Feudatarius, & ciuis iurantes domino fidelitatem in quo differunt.*

25 *Sententia declaratoria, requiritur in crimine læſæ maieſtatis: & priuatiua in alijs criminibus commiſſis per feudatarium.*

26 *Ciuis dici non poteſt niſi origine, adoptione, allectione, uel manumiſſione.*

27 *Incola quis ſit: & ad quæ munera tenetur.*

28 *Ciuitas facta ligia per iuramentum operatur, quòd omnes habitantes tanquam ciuitati ſubditi dicantur ligij.*

29 *Vaſſallus habens feudum à duobus dominis ſeruiendo priori non offendit poſteriorem: quia in fidelitate, quæ fit domino poſteriori, ſemper excipitur fidelitas præſtanda priori.*

30 *Vaſſallus excuſatur à principe iuſſus arma capere ſtante dubietate belli iuſti, uel iniuſti: ſed an ad offendendum ſicut ad defendendum. & nu ſeq.*

DECISIO CLXII.

IN cauſa Franciſci de Raynaldis cum d. Comite ſanctæ Seuerinæ conuento ſuper rei uẽdicatione cuiuſdam feudi ſiti in pertinentiis ſanctæ Seuerinæ: cum d. Comes prætendat patrẽ dicti Franciſci commiſiſſe felloniam ac rebellionem contra quondam Cath. Regem, & ſe habuiſſe priuilegiũ à quondam Rege Federico, confirmato per eundem cath. Regem, ꝙ habẽtes feuda etiã quaternata in comitatu ſanctæ Seuerinæ, illa ab ipſo Comite ſuisque hæred. & ſucceſ. recognoſcent, & ꝙ ad eum deuoluãtur quoties aperiri contingat, ortæ ſunt infrà ſcriptæ difficultates, Prima difficultas eſt, an Rex Federicus, ſub quo immediate, & in capite Muſca de Raynaldis tenebat feudum, potuerit illud ſubiicere Comiti, ꝙ ab eo recognoſcatur. habemus tex. in c. ij. quo tempo. miles. in c. j. §. ex ead. de l. Corradi. ubi Andr. & in l. j. §. pe. ubi etiã And. de prohi. alie. per Lotha. & in l. imperialem. §. præterea, in fin. de

1 prohi. alie. per Fede. * ꝙ dominus directus nõ poteſt alienare ius ſuum, ſiue feudũ inuito uaſſallo: ſicut ecõtra uaſſallus non poteſt ius ſuũ alienare ſine uolũtate domini, aliàs illud perdit, per d. l. primam. de proh. alie. per Lotha. & per Feder. & dicit Alua. in d. §. ex eadem. primo no. ꝙ iſta fuit ratio decidendi in illo tex.

2 quia * fere in omnibus ad paria iudicantur, dominus, & uaſſallus. ca. j. in fi. de for. fide. merito congruum fuit paria decernere iura. §. fi. de pa. iur. fir. & eandem rationẽ no. Alua. in d. §. præterea ducatus, in iij. no. dicẽs, no. ꝙ dominus nõ poteſt ius ſuum, quod habet in feudo, transferre in aliũ extraneũ abſque uolũtate uaſſalli. idem firmat And. in d. §. ex eadẽ. Hinc Andr. in d. §. præterea. late explicat, an uaſſallus demanii poſſit per Regem alii concedi, & concludit in xij. col. ꝙ ubicũq; intereſt uaſſalli non dari, ſeruabitur æqualitas: ut ſicut uaſſallus nõ alienat inuito

uito domino,& ſine eius conſenſu: ſic nec ecõtra:& deinde in xiij.col. dicit hæc uerba: ſicut nec aufert feudum inuito uaſſallo, ſic nec perſonam uaſſalli dando alii multo for-
3 tius,* quia perſona dignior eſt rebus.de ędil.edi.l.iuſtiſsime: & hæc in his quæ ſunt in obſequio, quod dedignatur quis facere etiã meliori ſe: & ſi melius eſſet eo inuito fieri nõ deberet.ff.de uſu & ha.l.fi. quod non eſt in dando,uel faciendo artificio:& in eo,quod recipit æſtimationẽ,& poteſt uendi,& cedi ſecus: & ſubdit in xiiij.col.ꝙ fit præiudiciũ hominibus demanii in recipiendo dominũ ſpecialẽ:niſi, dicit ipſe, in fine fieret ob pu.util.ut quia daret militi ſtrenuo, & non haberet aliud,quia tunc etiã res priuatorum concedi poſſunt.l. item ſi uerberatum.ff.de rei uendi.& iſtam difficul
4 tatem* in propriis terminis in Imperatore, qui erexerat Ducatum Mediolani, & ſubdiderat Marchionatus,& Comitatus: & uoluerat,quòd omnes & ſinguli Barones, Marchiones, & Comites, & alii uniuerſi tenentes aliqua feuda in Ducatibus, & diœceſibus Ducatus Mediolani recognoſcerẽt ea à dicto Duce:con ſuluit Bal.ipſimet Duci,ꝙ non potuit Imperator hoc facere ſine conſenſu illorum Baronũ,& hoc in con ſilio ulti.incip. Rex Romanorum.j.
5 uol. Secunda* difficultas eſt,quãdo uere potuiſſet Rex prędicta facere, an ſua gratia facta Comiti expiret ex eo,quia antequam dictũ feudum ſit apertum,ipſe Rex ex Feder.ſit expulſus: & uidetur, ꝙ ſimus extra difficultatem iſtam. primò:quia in principe ſeculari faciente inueſtituram

ſeu gratiam de feudo uiuentis,cum aperietur, cautũ eſt ꝙ gratia nõ ex-
6 piret:etiã ſi concedens moriatur,& ſucceſſor * tenebitur habere ratam inueſtituram.c.j.in fin.qui ſucc.ten. primò & ſecũdò.& e.moribus. ſi de feu.fue.contro.ſed dicta iura uidentur loqui in ſucceſſore laico,qui uenit ut hæres, ut dicunt tex.ibi.& iſta uidetur põderare ibi ratio differentiæ inter prælatũ,& laicũ:unde glo. in d.c.j.in glo.fi. dicit hæc uerba:& eſt ratio,quia ſucceſſor prædictorũ nihil habet à prædeceſſore: unde eius factũ non tenetur habere ratũ: ſed in hærede ſecus, quia ex qua perſona quis lucrũ capit, eius quoque factũ ꝓbare tenetur:etiãſi quãdoque iure pactũ non eſſet,ut ff.de regu.iuris.l.ex qua perſona.& C.de lib.cau.l.ſi ab eo.Secũdò uidetur, ꝙ ex alio ſimus extra dictã difficultatem:Comes enim ex priuilegio Regis Federici uidetur quodammodo fuiſſe factus directus,& immediatus dominus dictorũ feudorũ exiſtẽtiũ in Comitatu:quoniã licet ſit magna
7 dubitatio,*an ex contractu inito cũ principe tranſeat dominiũ ſine traditione,quæ in caſu noſtro non interuenit: de quo late per mod.in l. traditionibus.C.de pac.& in l.quoties.C.de rei uend.& Bal.in prælud. feu.xj.col.dicit,ꝙ per uerbalem inueſtituram principis de feudo factã tranſeat dominiũ:& ita dicat etiam Ange.in l.officiũ.ff.de rei uend.tamen And.in c.j.iij.col.quid ſit inueſti.clare tenet,quando princeps infeudando diceret,inueſtio te,ut habeas dominium, prout eſt in feudo Comitis:tunc tollerẽtur iura cõmunia, quæ ſunt poſita circa hoc : &

quãuis quo ad Comitatũ in Comitē
ſit tantũ utile dominiũ tranſlatũ, ut
eſt gl.in c.j. §. præterea.ubi Bald.&
doct.de cap.Corr.text.in c.j. §.j.ubi
Bald. And.& Aluar.de inueſti.de re.
alie.fac.tamen non incõuenit dice-
re, ꝙ reſpectu ſubfeudorũ reſideat
in Comite quoddã quaſi dominiũ,
quod appellatur utile.& Bal.in c.cæ
terũ.pen.col.de re iud.appellat dò-
minium inferius: & ita tenet Iac.in
tract.feu.in uer.dictiq; uaſſalli pro-
miſerunt non cõmittere felloniam.
iij.col.ubi allegat Io.Ray.in d.l.im-
perialem. §.illud. circa ſeptimã col.
& Io.Fab.in §.alia.inſtit.de leg.nec
uidetur iſta ſecunda difficultas in-
conuenire:ex quo Cath. Rex confir
mauit iam priuilegiũ Regis Feder.
ut ſic ſimus extra.c.primũ.qui ſucce.
tene.nam antequã fieret dicta con-
firmatio,præceſſerũt capitula Nea-
politana ſecunda remittentia crimi
na Neapol.& prima & ſecunda con
firmantia bona, & feuda dictorum
8 Neap. Tertia difficultas eſt:*quo-
niam quando ſubfeudatarius com-
mitteret crimen in dominũ media-
tum, puta Regē: quia hoc caſu de-
uolueretur ad dominũ immediatũ:
ſi non erat feudũ quaternatũ.in d.l.
imperialem. §.illud quoque. Iac.in
uer.dictique uaſſalli. prima & quar
ta cauſa.ſi uerò quaternatũ Rex ipſe
poterit conferre:ut no.And. in d.§.
illud.ij.col.quamuis.c.Papæ Hono-
rii ſi contingat.uelit, ꝙ conferat do
minus immediatus:ſi dominus me-
diatus,puta Rex offenſus non dedu
xerit in animo hanc offenſam,neq;
illam placitaſſet,an poſsit placitare
feudatarius, ſcilicet dominus im-
mediatus ſubfeudatarii delinquētis

pro ſuo intereſſe.Andr. in c.j.v.col.
de uaſſall.decre.ætat. uidetur tene-
re, ꝙ ſic. Ponit enim.q.in uer.utrũ
9 autē reſtituatur,*ſi ob culpã uaſſalli
delinquentis in Regem, & tenentis
feudũ à Barone, Baro placitaſſet cũ
feudatario: & poſtea Rex reſtitue-
ret ſubfeudatarium indulgendo ei
crimē, an uideatur reſtitutus ad feu
dum Baroni quæſitum. & cõſuluit,
ꝙ ſic: niſi Baro ante reſtitutionem
alienaſſet: & idē intelligit ibi Car.
Alex.ꝙ reſtitutio principis iuuat in
d.caſu,etiã agnatis:quando feudum
ad agnatos aperiri debuiſſet,& hoc
in d.c.j.uer.ult.quæritur:& quòd in
caſu,d.§.illud feudum iret ad domi
num,non ad agnatos,tenet Iaco.in
uer.dictique uaſſalli.iij.colũ.uerſic.
quæro etiam. licet Præpoſitus in d.
cap.j.iij. columna.de uaſſall.decret.
æta.aliud dicat eſſe æquius. Quar-
10 ta difficultas, an eſto * quòd Baro
immediatus dominus poſsit placi-
tare, facere hoc ualeat poſtquã do-
minus mediatus indulſit.Et quidem
ut colligitur ex Andræ. in dicto ca-
pitulo primo. de uaſſall.decre.æta.
ſi poſt latam ſententiam poſſet do-
minus remittere, & reſtituere, mul-
to magis ante: ſed quòd Cath.Rex
remiſerit, uel reſtituerit Muſcam,
non apparet:niſi per capitula ciui-
tatis Neapoli,expedita per M.Cap.
in quibus eſt quartum cap. nihil lo
quēs de indulto, & reſtitutione, ſed
de confirmatione, & noua conceſ-
ſione, & clarum eſt, quòd M.Cap.
non habebat poteſtatem conceden
di de nouo:ſed tantum confirman-
di perſonis particularibus: nam in
ſua prima poteſtate ſub data Gra-
natæ 15.Iunii.1501. dicitur, ſic po-
ſitis

ſitis etiã pro nobis, & nomine meo cõfirmare magnatibus, Baronibus: & quibuſuis incolis præfatorũ Ducatuum Calabriæ, & Apuleæ cum membris ſuis, & unicuique ſuorum terras iuriſd. uaſſallos, & alia bona, quæ per eos, & eorum quemlibet in præſentiarum poſsidentur, unicuiq; ſuam, eo modo uidelicet, quo melius hactenus eiſdem rebus uſi ſunt, & uti potuerunt, & debuerũt.

Quinta difficultas an Muſca, quem conſtat fuiſſe incolã ciuitatis Neapolis, & domicilium, in quã habebat etiam domum, dicatur: tunc potuiſſe appellari homo ligius Regis Francorum. Effectus huius difficultatis eſt: nam ſi erat ciuis Neapolit. & uolumus dicere eum ciuem ratione domicilii, & ſic ligium: cum
11 * quis non poſsit eſſe ligius duorũ: ut not. glo. in Clem. paſtoralis. §. denique. de re iudic. in uer. homóque ligius: & Bald. in c. cæterum. eodem titu. ſi primò per ciuitatem eſſet factus ligius: ut Neapolitanus Regi Gallorum: ſequeretur, quòd deinde ratione feudi non erit ligius: & ex
12 hoc reſultat maximus effectus: * nã ſi committeret crimen contra eum, cui non eſt ligius, uel ſubditus ratione domicilii, ſeu originis, ſed ſolum ratione feudi, non poſſet dici in crimine læſæ maieſtatis: ita in Rege Roberto ſtatuit Papa in d. cle. paſtoralis. §. denique. ubi quamuis Rex Robertus aliquas terras, uidelicet Comitatum prouinciæ in feudum ab Imperatore teneret: ut dicit Bart. in titu. qui ſint rebelles. in uerſi. rebellando. tamen Imperator nullam ſuperioritatem, niſi ratione feudi habebat: & ex quo domicilium in prouincia non tenebat, non poteſt dici, quòd commiſerit contra Imperatorem crimen læſæ maieſtatis. ità determinat Papa in d. cle. in uer. rurſus. & gloſ. ibi dicit in uer. non ſufficit. not. quòd per notarium ſubditum non committitur crimen læſæ maieſtatis. inde Specu. in titu. de feudis. §. quoniam. uerſic.
13 xvij. dicit, * quòd homo non ligius non eſt obligatus, niſi ratione feudi: ſed ligius ratione perſonæ, & omnium bonorũ: & propterea Bal. not. in d. cõſilio ultimo incipiente. Rex Romanorum. vj. columna. con
14 ſiderat, * aliud eſſe quem iurare ut ciuem, aliud ut uaſſallum ratione feudi. primò: quia ſi iurat ut ciuis, & contrauenit, non perdit iura ciuium: ſi uerò ut uaſſallus, perdit feudum, & uadit ad ſuperiorem ſolum per ſententiam: ſecundò quia ciuis, qui iurat fidelitatem, & non ſeruat: ſi machinatur cõtra principem, etiã uitam perdere poteſt: ſed uaſſallus non poteſt plus perdere quàm feudum. item idem Bald. ibi in ulti. columna dicit, quòd quidam ſunt ſubditi, ut ciues, & etiam ratione feudi, & iſti iurabunt ut ciues, & obedient ratione feudi: quidam ſunt ſubditi ſolum ratione feudi: & iſti uel nihil aliud tenentur alicui, ſaluo quòd ipſi Imperatori tenentur facere fidelitatem: ſi ergo non poteſt imputari in Muſca crimen læſæ maieſtatis, ſequitur quòd non fuit priuatus ipſo iure feudo: & donec
15 feratur * cõtra eum ſentẽtia priuatiua, retinebit dominiũ utile, ꝙ trãſit in hæredẽ. l. cum hæredes, in prin. ff.

de acqui.poſſ.& ꝙ in terminis nõ-ſtris requiratur ſententia, tenet Iac. in uer.dictique uaſſalli.lo j.uer.ſed quæro ulterius.per tex.d.§.illud.ubi Imperator utitur uerbo futuri temporis: per quæ uerba exigitur ſententia ſecundū glo.ord.in l.in criminali.C.de iuriſdi.om.iudi.& in l. iubemus.§.iconomos.& §.ſane.de ſacroſanct.eccle.At in crimine læſæ maie.requiritur ſolū ſententia declaratoria,ut not. Andr.in l.j.§.ſed nec eſt alia.quę ſit prima cauſa bene.amit.in l.fi.j.colū.de prohi.alie. per Lotha.in c.j.ij.col.de capi.Cor. in c.j.j.col.de na.ſuc.feu.d.l.j.§.callidis.de prohi.alie.per Fede.Quód autē Muſca nõ fuerit ciuis,ſed tan-

16 tum incola ciuitatis Neap.facit:* nã ciuis nõ poteſt dici quis:niſi origine,adoptione,electione,uel manumiſsione:ut in l.ciues.C.de incolis. lib.x.& in l.j.ff.ad munic.quorū nullum interuenit in Muſca.Et ſi idem nõ fuerit in crimine læſæ maie.an ſaltē impingi ei poſsit crimē rebellionis.Bar.in tit.qui ſint reb.in uer. rebellãdo.ij.col.primó dicit uideri quód non, quia non eſt ſubditus.In contrariū ſecundū eum uidetur.d. cle.paſtoralis. in prin.uide Bart.ibi.

17 Incola* ueró is eſt,qui tanquam aduena aliunde ueniens cõſtituit ſibi ſedē & domiciliū in alieno territorio.l.pupillus.§.incola.de uerbo.ſigni.d.l.ciues.& no.in d.l. Incola.la prima.ad munic.& Io.de Pla.in l.iij. & in d.l.ciues.de Incolis:at licet nõ ſit ciuis, ſed tantū Incola:tamē erat ſubiectus muneribus & collectis,ad quas incolæ tenentur: ut in l.j.& in l.cum neque.eo.titu.C.de Incolis.& no.glo.in d.l.iij.in gl.ij.C.de Incolis.& declarat Ioan.de Pla.in d.l.iij. & l.cum neque.eo.tit.ubi ꝙ tenetur muneribus perſonalibus illis quæ imponuntur perſonæ pro rebus.itē erat ſubiectus ratione iuriſdictionis, ob quod ſolū fuiſſet obligatus iurare fidelitatē, ſicut omnes habitantes:ut in c.j.in prin.qualiter uaſſal.iu.de.fide.& ibi Andr.in ij.colū.

18 * unde ſi ciuitas erat effecta ligia per iuramentū, ipſe quoque ligius uidetur effectus tanquam ſubditus ciuitati & habitator. *Sexta* difficultas, ſi Muſca erat ex prædictis ligius Francorum Regis,an excuſari poſsit ab amiſsione feudi:quod recognoſcebat à Catho. rege:ex quo probatū eſt in proceſſu, ꝙ belligerantibus Capitaneis utriuſque regis in Prouincia Apuleæ, quæ erat clara Cath.regis,ipſe Muſca armabat, & auxiliabatur pro rege Francorū ſequendo illas partes. Quód feudū non poſsit ſibi auferri, facit: nam tex.in l.imperialē.§.illud quo-

19 que.de prohi.alie.per Fede.uult * ꝙ quando uaſſallus habuiſſet dominum antiquiorē, à quo ab antiquo recognoſcebat aliud feudū, & erat ſibi obligatus ſeruire ex debito fidelitatis:ſi ſeruiendo huic domino antiquiori offenderet poſteriorē, nõ debet ob hoc feudo priuari,quẽ à poſteriore recognoſcit: quia in fidelitate,quæ fit poſteriori domino, ſemper excipitur fidelitas, quæ debet pręſtari primo.c.j.§.fi.hic finitur lex.l.ij.de prohi.alie.per Lotha.Alua.in d.c.j.§.fi.hic finitur lex.declarat, & cõprobat per facientia iura: & intelligit hoc niſi poſteriori eſſet ligius:

ligius: imò glo. fi. in d. §. fi. & ibi Alua. in iij. q. tenent, ꝙ in iuramento, quod præſtat ſecundo domino, debet excipi perſona domini antiquioris. ſi ergo Muſca ratione iuramenti Neapolitanorũ, quod fuit antiquius, erat ligius Francorũ regis, debet eſſe excuſatus. Cõtra hoc facit primò: nam hac ratione attenta ipſe Muſca debebat ſeruire magis Cath. regi: nã per dictũ feudum, quod habuit à quondã Rege Ferdinando, primò erat effectus ligius ſuus: in quo ligio ſucceſsit Rex Catho. ob Prouinciã Calabriæ, in qua feudum erat, à cuius magno Capitaneo habuit cõfirmationẽ, licet datam poſt iuramẽtũ Neap. ſed quod præſtiterit ligiũ regi Ferdinãdo primò pro feudo nõ apparet: unde tenebatur ſolũ ad fidelitatẽ, quæ ueniebat ex natura feudi. Secũdò contra rem facit: nã non apparet, quòd Muſca fuerit interpellatus, ut ſeruiret regi Francorũ: unde uoluntarie & animoſe iuit ad bellandũ: igitur ſtante, ut infrà dicetur, ꝙ bellũ illud fuerit dubiũ, an ſit iuſtũ, debet uere uaſſallꝰ interpellari ad hoc, ut excuſetur ab intereſſe tertii. unde And. ĩ
20 c. j. ij. col. qb. mo. feu. amit. dicit: * ꝙ ſi ſit dubiũ an bellũ ſit iuſtũ, uel iniuſtũ: ſi Princeps precipiat tunc bellare, excuſatus eſt ſubditus. xxiiij. q. prima: qui culpatur. & debet obedire, & de hoc infrà aliquid. Tertiò facit, nam ex parte Regis Gallorum bellum erat iniuſtum: quia Vicerex Gallorum iuit ad Apuleam Prouinciã Cath. Reg. ad inferendum bellum, & cum eo Muſca: & ad hoc, ut uaſſallus teneatur auxiliari domino in bello, debet illud bellũ eſſe iuſtum: quinimo ſi eſſet dubiũ de iuſtitia, uel iniuſtitia belli, excuſaretur tunc ſubditus; & debet obedire. ut not. And. in d. c. j. ij. colũ. quib. mod. feu. amit. quaſi ꝙ ſentiat per illa uerba, debet obedire, quòd ad hoc, ut excuſetur debet ei præcipi, ꝙ belletur. tanto magis debuit præcipi, quando bellũ fuiſſet clare iniuſtum. & de hoc, an uaſſallus debeat iuuare in bello iniuſto, Alua. in d. c. j. in prin. ij. colũ. quib. mod. feu. amit. refert, quòd in c. j. hic finitur lex. con-
21 cluditur, * quòd ſi eſt certum, ꝙ dominus habet iuſtam guerram, uaſſallus tenetur iuuare in offendendo, & in defendendo: ſi eſt certum, quòd habet guerram iniuſtã, & tunc nõ tenetur eum adiuuare ad offendendũ, ſed ad defendendũ ſic. ſi autem dubitaretur, tenetur iuuare in offendendo, & defendendo: ſed idẽ Alua. in d. c. j. ij. & iiij. col. hic finitur lex. loquẽdo de bello iniuſto, dicit: ueritas eſt, ꝙ non neceſsitatur ex ui promiſsionis, ſi nõ uult, ſed tamen ſi ſponte impedit hoc ſeruitiũ, debet dominus habere gratum, non tamen excuſatur ſecundũ eum uaſſallus à parte aduerſa: cui infert nocumentum: & ita dicit dicere Bal. in d. c. j. in princ. quib. mod. feud. amit. Ex quibus uidetur clara deciſio, ꝙ ad hoc, ut uaſſallus excuſetur, requiratur interpellatio: etiam quando eſt dubium: ut ſuprà dictum fuerat: imò quando eſſet iniuſtum, nõ excuſaretur uaſſallus ab intereſſe partis, ut proximè dixi. Et contra Muſcam facit etiam, quia non conſtat, quòd iuſſu Regis Gallorum dictum

bellum factum ſit: quia non conſtat hoc iuxta rubrum & nigrum in authen. ut armorum uſus. nec obſtat, quòd per iuramentum ligium datum à Neapolitanis ſit promiſſum facere omnia, quæ tendunt ad exaltationem ſtatus Regii: primò, quia intelligitur de iuſtis: ſecundò, quia etiam in iuramento fidelitatis promittitur utile: ut in c.j. de for. fide. & de no. for. fide. & ad hoc ut teneatur uaſſallus adiuuare dominum, bellum debet eſſe iuſtum. Cauſa hæc non fuit deciſa: quia partes ſe concordarunt, ut Comes daret certam pecuniam actori, & ille cederet liti, & cauſę, & ita factũ eſt: pro actore tamen maximè faciebat: quia ut ſuprà allegatum fuit, ſi Muſca non fuit rebelis, requirebatur ſententia ad perdendum dominium: quæ non interuenerat: unde forte iudicari debuiſſet pro eo quo ad dominium: ſed Comite poſtea agente ut dominiũ auocaretur ob felloniam, quid iudicandum eſſet ſubſiſto.*.

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum concedens dari debere capitula, quæ poſtea reperiantur diuerſa, quid operatur: & ſecũdum quam formam dari debent impetranti. & nume. 5.*

2 *Dictio maximè, ſtat limitatiue & taxatiue: aliquando implicatiue & aliter, ut ibi.*

3 *Officio conceſſo cum ſalario conſueto quòd apparet diuerſimode ſolutum: debet inſpici ſalarium quòd longiori, & non breuiori tempore ſolutum eſt.*

4 *Solitum & conſuetum fieri, refertur ad proximos annos præcedentes, an ad longiorem conſuetudinem.*

DECISIO CLXIII.

CAESAREA maieſtas inueſtiuit illuſtr. don Raymundum de Cardona Vicegerem huius Regni de officio magni Admirati, ſcripſitque literas ſacr. Conſi. quòd debeat dare capitula Admiratiæ cõtinentia prærogatiuas officii præfato Admirato, prout ſemper conſuetũ eſt dari ea prædeceſſoribus ſuis, maximè quondam Bernardo uillamari Comiti Capudatii, & domino Deceures. præfatus dominus Deceures nondum habuerat capitula, ſed dominus Comes Capudatii ſic: fuerúntque producta diuerſa prædeceſſorum in dicto officio capitula, inter quæ ſtat differentia: nam producta fuere capitula dicti officii conceſſa per quondam Regem Alfonſum Duci Sueſſæ: item conceſſa per Regem Ferdinandum primum d. Principi Altamuræ eius filio: item cõceſſa per Regem Federicũ quondam Principi Biſiniani: item per quondam Catholi. Regem præfato Comiti Capudatii in his quæ conceſſa fuerant Duci Sueſſæ, & Principi Altamuræ: ſunt nonnulla capitula, & prærogatiuæ, quæ non ſunt in capitulis Principis Biſiniani, & Comitis. Dubitatum eſt* ſecũdum quam formam debeant concedi capitula prefato don Raymũdo: quòd ſecundum capitula Comitis Capudatii facit: nam dicit dominus Rex, quòd dentur, prout ſemper conſuetum eſt dari, maximè quondam don Bernardo &c. ut* dictio hæc maximè ſtet limitatiue & taxatiue, prout ſumitur in l. oratione. ff. de feriis. in l. ſi. §. ſin autem libertatibus. de Lati. lib. toll. in c. ad abolendam. de fil. presby- 1 2

presbyt. in c. chariſsimus. de cõuerſione coniugatorum. Sed uiſum eſt quòd in caſu noſtro dictio, maximè, non habeat limitare: nam uidetur poſita inter genus & ſpeciem. genus erat, prout ſemper conſuetum eſt dari prædeceſſoribus ſuis, ſpecies eſt maximè Comiti Capudatii, & domino Deceures: unde ſuccedit, quod not. Bart. in extrauagã. ad reprimen. in uer. maximè, qui dicit, quòd quando ponitur hæc dictio inter genus & ſpeciem, ut quia pręcedit genus, & ſequitur ſpecies, non ponitur tunc implicatiue: cum totum ſit iam expreſſum, ſed ſignificat rationem in expreſsis fortiori uigore, & hoc per tex. ibi. & in aut. habita. C. ne filius pro patre. & de hac dictione per Abb. in c. auditis. ij. col. de elect. & in c. damnamus. ij. col. de ſu. tri. Felin. in c. ſignificaſti. pen. col. de foro compet. unde cum per hanc dictionem non poſsit decidi quæſtio hæc, uideamus ultra. tex. in l. Mella. §. j. de ali. & ciba. leg. dicit, quòd ſi aliquis legaret Titio alimenta, quę uiuus præſtabat, ſi uario modo per tempora pręſtita ſint, attendetur præſtatio proxima morti: & per illum tex. dicebat Bald. in l.
3 qui binos. de aduoc. diuer. iud.* ꝙ ſi concederetur alicui officiũ cum ſalario conſueto: & appareret, quòd diuerſo modo ſolutũ ſit, debet inſpici ſalarium quod longo tempore conſuetũ eſt, nõ illud quod duobus uel tribus annis præſtitum eſt: quia cum de conſuetudine facimus ſimplicem mentionem, intelligitur de longa conſuetudine, ut extra de conſuetudine. c. Cumana. inde ſubdit: ſed tu dic, quòd ſunt inſpiciendi proximi præcedentes anni, & ad iſtud ſit relatio: ut in l. Mella. §. j. de ali. & cib. leg. tex. in l. Seio. §. medico. de an. leg. dicit: ꝙ ſi aliquis legaret Sempronio ea, quæ ſibi uiuus præſtabat, illa uidentur relicta quæ certam formã erogationis animæ, nõ incertam liberalitatis uoluntatem habuerunt. & per illũ tex. dicit
4 ibi Bar.* quòd procurator generalis qui poteſt facere ea, quæ dominus ſolitus eſt. l. uel uniuerſorũ. de pig. actio. debet intelligi de his quæ ſolitus eſt facere ordinarie: ſecus in his quæ ſolitus eſt facere extraordinarie. Alex. conſi. v. ij. col. v. uol. dicit, ꝙ quãdo tractaretur, an aliquid ſit conſuetum uno modo fieri, & uarie probatum eſſet, uidetur ultima conſuetudo attendẽda magis quàm prima. per tex. in d. l. Mella. §. j. Et ſic per prędicta fuit cõcluſum, & oblatum. d. Viceregi, quòd ſac. Cõſilium uult concedere capitula, prout fuerunt conceſſa proximis ultimis Admiratis, uidelicet Principi Biſiniani, & Comiti Capudatii.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta utrũ præſtari debeant ſpurio de æquitate canonica in foro ciuili, etiam in terris Imperij.*
2 *Pater an teneatur dotare filiam ſpuriam.*
3 *Hæredes an teneantur alere ſpurios, adulterinos, uel natos ex quocunque coitu.*
4 *Spurius an teneatur alere patrem.*

DECISIO CLXIIII.

IN cauſa Ioãnis Thomaſii tonti filii naturalis quondã domini Loyſii tonti contra filios, & hæredes quondã Nicolai tonti ſuper pręſta-

tione alimẽtorum: præſuppoſito, ꝙ d.Loyſius legauerit præfato Thomaſio ducatos ducentos pro alimẽtis:& ꝙ.d.Nicolaus eidẽ ſimpliciter legauerit alios ducatos centum, quæ omnes ſummæ ſibi præſtitæ ſunt.dubitatũ eſt,an poſsit præfatus Io.Tho.obtinere. Primò dubita-
1 tum eſt:*an filio ſpurio debeantur alimenta in foro ciuili in terris Imperii,quoniã tex.in authen.ex complexu. de inceſt.nupt. illa denegat. text.autẽ in c.cũ haberet.de eo qui duxit in uxo.eam quam polluit per adulte.illa dari uult.Imo.in l.ex facto.§.ſi quis rogatus.lo.j.vj.colũ.ff. ad Trebel.dicit, ꝙ ius cano.ſuper alimentatione liberorũ uidetur ſeruandum in terris ſubiectis eccleſiæ: non in terris ſubiectis Imperio.per not.per glo.in c.fin.de arb.lib.vj.& idem tenet Imo.l.Lucius.§.j.de leg. j.& Alexã.in l.j.ix.col.ſolu.mat.& in conſi.lxxiiij.incip.circa primum.iij. uol.& Are.in conſi.xlvij.incip.reuocatur in dubiũ.Feli.in c.quæ in eccleſiarum.xvij.col.ſub illa cõcluſione,quòd in terris ſubiectis tẽporaliter eccleſię Ro.ius cano.pręualet ll. etiam inter laicos in foro ſeculari, ponit aliquos effectus:& primus eſt
2 *quòd in terris eccleſiæ pater tenetur alere filium ſpuriũ,& dotare filiam,per tex.cũ ibi no.in d.c.cũ haberet.ſecus erit in terris Imperii de iure ciuili.per authen.ex complexu. allegat Imol.in d.§.ſi quis rogatus: unde Feli.uidetur ſequi hanc opin. Imolæ:quam uidetur etiã ſequi in c.eccleſia ſanctæ Marię.xvij.colum. Contrariã uerò partẽ,ꝙ etiã in foro ciuili,& Cæſaris debeantur ſpurio alimenta:tenet gloſ.in d.c.cũ haberet.in glo.ſi prope fi.dicẽs,quòd ius illud canonicũ præfertur iuri ciuili. Butrig.etiam ibi.ij.col.dicit:ꝙ illud ius cano.prẹfertur ciuili:& ꝙ debet intelligi in terris etiã Imperii:aliàs non haberet dubium:nam in terris eccleſiæ præferrentur.idẽ tenet ibi Abb.in j.col.dicens,ꝙ huic iuri canonico ſtatur hodie etiam de iure ciuili:quia eccleſia inducit hoc ex quadam naturali æquitate:& ne filii alimentis priuati pereant.idẽ ſentit Bart.in d.authen.ex cõplexu.prout intelligit eum Abb.in d.c.cũ haberet.& in l.ſi gener.ij.col.de his quibus ut indig.prout eũ intelligit Bal. nou.in tract.dotium.vj.parte.priuilegio xvj.ij.col.Nicol.de Vbal.in tracta.de ſucceſ.ab inteſt.v.char.dicit, quòd æquitati iuris cano.debemus ſtare etiam de iure ciuili:& dicit,ꝙ crederet hoc habere locum in natis ex quocunq; coitu.contra id,quod ſentit Bal.in d.authen.ex complexu. & fra. Caccialupus in repeti.l.frater à fratre.xix.q.xl.col.de condi.indebi.dicit in quæſt.an ſpurius,cui de æquitate can.debentur alimẽta,poſsit ea petere coram iudice ſeculari.fuit q. de facto.& dicit,quòd Mar.Sozi.& Thomas doctius cõſuluerunt,ꝙ ſic: ſed Are.contra,in d.cõſil.xlviij.inci. reuocatur in dubium:ſed ipſe nihil firmat.& Bal.nou.in trac.do.vj.parte.xvj.priuil.ij.col.dicit Barto.in l.ſi gener.de his qui.ut indig.ſentiens, quòd talis æquitas can.debet ſeruari in terris Imperii.Claudius in d.l. j.ij.& iij.col.ſolu.mat.tenet opi.cano.ueriorem,& ꝙ ita iudicaret: ex quo alimentatio eſt de iure naturali.l.j.§.ius naturale.de iuſti.& iu.& lex ciuilis prohibens dari alimenta

eſt con

eſt cōtra ius naturale.ergo non ſeruanda.c.ut autē lex.iiij.diſt.Hercul. ibidem in d.l.j.xv.col.uidetur tenere idē quod Bal.no.& quòd in terris Imperii præualet ius cano.Decius in capi.eccleſia ſanctæ Mariæ. xviij.col.uer.ſecūdus caſus.extra de conſti.ponēs caſus,in quibus in foro ſeculari præualēt canones:dicit, primus eſt in terris,quæ ſunt de tēporali iuriſdi.eccleſiæ : ut not.Abb. ibi.xxix.in caſu.d.c. cū haberet.ubi de æquitate canonica filiis ſpuriis alimenta debentur:& talis æquitas attenditur etiā in foro ſeculari. Se-
3 cundò in ead.cauſa dubitatū eſt,*an hæc æquitas foueat ſpurios petētes alimenta ab hæredibus patris patre mortuo.Saly.in d.authen.ex cōplexu.dicit contra id,quod dicit Bart. ibi ſe conſultaſſe,quòd de iure canonico poſſunt ſpuriis alimenta relinqui,& pro dote etiā,& q hoc eſt ſibi dubium:quoniā ſi à patre debeātur alimenta,nō ſequitur concluſio, ab hæredibus patris debētur.& quia de facili poſſet fieri fraus leg.Abb. in conſi.cxv.ij.col.ij.uolu.dicit pri- 1 mò,quo ad patrem ſtari iuri canonico,tanquam fundato ſuper æquitate naturali:ut habetur in d.c.cū hæres.& dicit,q hoc tenent cōmuniter legiſtæ,maximè Bar.& Bal.in d. authē.ex cōplexu.inde ſubdit,unde quemadmodum tenebatur defunctus,ita & hæres obligatur,qui ſuccedit in locum defuncti:& ad hoc ſecundū eū bonus tex.in authen.licet. 2 C.de na.lib.& quod ibi no.maximè per Bal.& ſubdit,q debet etiā dotari ſpuria ab hęrede.Ludo.de Sardis in tract.de leg.ix.colum.uer.quartò quæritur:dicit quo ad naturalē alen-

dum forte cogētur hi,ad quos hæreditas patris peruenit:nam hoc eſt onus reale,quod imponitur pro mēſura ſubſtantiæ:& ſic ſequitur ipſam rem.C.ſine cenſu uel reliquis,l.j.&
4 dicit,*quòd ius cano.non procedit in patre,quòd à filio ſpurio alatur: dicit quòd cū ius cano.loquatur in filiis adulterinis,nō tenerentur parentes etiam hodie alere filios inceſtuoſos,aut nefarios.

SVMMARIVM.

1 *Inſtantia perempta ex lapſu triennii,& reſuſcitata per inſufflationem ſpiritus uitæ à Principe,& ſecundo perempta, poteſt adhuc ſecundo reſuſcitari per eandem inſufflationem. & nume.5.*

2 *Reſtitutio iterata in una eadémque cauſa num concedatur.& nu.4.*

3 *Deus in cadauer Lazari uitæ ſpiritū inſufflauit.*

6 *Citatio partis non requiritur quādo Princeps inſufflat ſpiritum inſtantiæ peremptæ.*

DECISIO CLXV.

IN cauſa Domini Comitis Gructariæ * cum domino Barone ſereni dubitatum eſt:an ex quo dictus Baro,dum inſtātia cauſæ,quam agitabat contra præfatū Comitem,eſſet perempta lapſu triēnii, obtinuit in ea inſufflari ſpiritum uitæ,& iterū perempta eſt,ualeat iterū,& ſic ſecundò aliā inſufflationem obtinere. Quòd nō,facit tex.in l.fi.C.ſi ſępius in integ.reſtitu.poſtu.ubi dicit text. *quòd in una eadēq; cauſa nō cōcedi- 2 tur iterato reſtitutio.itē facit Ange.in l.ij.C.de tempo.appella.dū dicit,hic patet,quòd inſtantia,& cauſa quæ erat perempta reſuſcitatur ex gratia Principis,qui inſufflat ſpiritum

ritum uitæ in eã mortuã,& ſic de nihilo facit aliquid táquam Deus terreſtris.ſic ff.de iur.fiſc.nec reuocata. & de ſenten.paſſ.l.ij.de nata.reſti.in rub.& nigro.ſic fecit Deus cœleſtis
3 incarnatus,*qui in cadauer Lazari inſufflauit ſpiritum uitæ.hæc Ange. ex cuius uerbis,& cõparatione nonnulli arguũt,quòd ſicut Christus nõ ſuſcitauit Lazarum, niſi ſemel,ita & Princeps nõ ſuſcitat,niſi ſemel inſtantiam. Quòd ſic,facit text.in l. & ſi ſine. §.reſtitutus.ff.de minori-
4 bus.*ubi quãuis ſemel circa aditionem hęreditatis ſit minor reſtitutus, poterit iterum reſtitui.ita etiã gloſſ. in d.l.fi.& ibi Bal.in ultimis uerbis. Nec obſtat text.ibi quia loquitur quando primo loco fuit denegata reſtitutio.Nec obſtat dictum Ange. de Lazaro,quoniam non negatur, quin ſi à Domino fuiſſet iterũ poſtulata reſuſcitatio,iterũ conceſsiſ-
5 ſet:imò* & in nouiſsimo die eũ ſecũdò reſuſcitabit.Fuit tandẽ in cauſa prædicta ſecundo loco inſufflatus ſpiritus uitæ:& not.quia in paucis locis in iure de iſta inſufflatione reperies, niſi iſtas authoritates. Primò Ang.in d.l.ij.Secundò Bal.in l.fin.C.ex quib.cau.ma.dum dicit:ꝙ beneficium prætoris ſi inuenit actũ ſublatum,& euulſum radicitus,non poteſt ſibi inſufflare ſpiritum uitæ. Tertiò Ang.in conſil.xxxvj.inci.pro deciſione, in fine.dum loquitur de ſufflatione ſpiritus uitæ,quam facit ſtatutũ aut teſtamẽtũ.Quartò Pau. de Ca.in l.Stichũ.§.aditio.ff.de ſol. dum dicit:ꝙ quando hæres,qui reſtituerat hæreditatẽ(& ſic apud eũ remanſerunt directæ inefficaces:& in fideicõmiſſarium tranſierant utiles)ſuccederet fideicõmiſſario uniuerſali:iſta ſucceſsio inſufflat in illis directis ſpiritum uitæ:& not.text. in d.l.ij.uerſi.quòd ſi ita.de tempo.
6 appella.ubi quæſtio trita,*ꝙ quando ſit inſufflatio,non eſt opus partẽ citari,uel uocari.Quintò gloſ.inſtit. de actio.in §.rurſus.in gloſſ.in uer. reſciſſa.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium conceſſum ſubdito poteſt ad nutum Regis reuocari etiam cauſa non ſubſiſtente:niſi tranſiſſet in cõtractum:uel non ſit remuneratoriũ: & nu.ſequen.& ſequen.& nume.5.*
4 *Princeps non poteſt rem priuati auferre ſine cauſa iuſta, ſcilicet cauſa pacis,quando pax aliter haberi non poteſt.& nu.6.Sed de plenitudine poteſtatis.nu.10.*
7 *Regi atteſtanti ſe alienationem facere ob cauſam neceſſariam,an credatur in præiudicium demanij alicuius terræ.*
8 *Cauſa præſumitur in Principe, licet non appareat:limita,ut ibi.*
9 *Princeps de plenitudine poteſtatis poteſt nobis auferre dominium etiã nulla cauſa ſuadente:tamen nõ ſine peccato.nume.13.*
11 *Plenitudo poteſtatis eſt arbitrij plenitudo nulli neceſſitati ſubiecta,nulliſq; iuris regulis limitata.*
12 *Princeps non dicitur poſſe illud,quod cum peccato poteſt.*
14 *Princeps utendo poteſtate abſoluta & non ordinata contra hominẽ,qui ſua facta dijudicare nõ poteſt,Deum habet ultorem.*

DECISIO CLXVI.

IN CAVSA Illuſtriſ.dominorũ Ducis Adriæ,& Ducis Termularum cũ uniuerſitate ſancti Seueri,& cum

cum uniuerſitate Therami ſuper ua- 2
liditate priuilegiorum per Cæſ.Ma-
ieſtatem conceſſorũ dictis Ducibus
de terris præfatis,in quibus.d.Rex
facit uenditionẽ dictarum terrarũ:
& dicit,quòd facit ob cauſam neceſ-
ſariam reipublicæ pro ſtatu pacifi-
co,& ex aliis iuſtis,& rationabili-
bus cauſis derogando priuilegiis
demanii ex certa ſciẽtia,motu pro-
prio,ex ple.po.cum deliberatione
Cõſilii,dictis uniuerſitatibus oſten-
dẽtibus priuilegia demanii per Re-
troreges eis conceſſa. Viſum mihi
fuit pro deciſione dictæ cauſæ con-
ſiderandas eſſe quatuor difficulta-
1 tes. Prima*an dominus Rex po-
tuerit ad nutum reuocare iſta priui-
legia demanii:nã priuilegium con- 3
ceſſum ſubdito poteſt reuocari etiã
non ſubſiſtentę aliqua cauſa:ut no.
Bald.in l.qui ſe patris.viij.col.uer.&
ſcias.C.unde lib.Abb.in cõſi.iij.xix.
q.ij.uolu.Feli,in c.j.ij.col.de proba.
Tamen ꝙ in caſu noſtro non ha-
beat reuocatio locum,& primò,de
priuilegio ſancti Seueri:nã cũ ipſa
terra eſſet in poſſe,& utili dominio
Pipini Comitis Turris maioris,Rex
cõcedit ei,ꝙ ſoluat pretium ſuimet
dicto Comiti,& reuertatur ad de-
manium:& promittit ipſe Rex Ro-
bertus ipſam tenere ſemper in de-
manio &c.unde pro habendo hoc
demanio ſoluta eſt pecunia Comi-
ti:ex qua ſolutione Rex conſecutus
fuit conſolidationẽ dominii utilis
cum directo:unde uidetur hoc re-
ſpectu dictũ priuilegiũ in uim con-
tractus trãſiſſe,quia habuit Rex di-
ctam cõſolidationẽ,& ob id cõceſ-
ſit demanium:& uidetur eſſe initus
contractus, facio ut des,uel do ut
facias.& clarum eſt,*ꝙ quãdo pri-
uilegium cõceſſum ſubdito tranſit
in cõtractum,nõ poteſt reuocari ſi-
ne cauſa:ut not.docto.in locis præ-
allegatis.&.Pau.de Caſt.in l.digna
uox.C.de.ll.& Pernus conſil.xvj.&
primo caſu,bene habet pecunia ſo-
luta cõmenſurationem cũ cõceſsio-
ne regia:conſiderãdo,ꝙ Rex acqui-
rit ex illa pecunia utile dominium,
quod nec uult alienare.Quo ad pri-
uilegium,ut uidelicet ciuitatis The-
rami,uidetur etiã ꝙ non ſit ſimplex
priuilegium:nã Rex Federicus pri-
mus rememoratis multis ſibi præ-
ſtitis per dictã ciuitatem,ac damnis
per eã incurſis, ob remunerationẽ
uult, quòd ſtet perpetuo in dema-
nio:unde ſuccedit,*ꝙ cum tale pri-
uilegium ſit remuneratoriũ eſt irre-
uocabile:ut not.tenet Feli.in c.no-
uit.x.colũ.de iudi.ubi hoc compro-
bat:& nõ poteſt dici,ꝙ nõ ſunt cõ-
menſurata merita demanio: prout
de cõmenſuratione rei conceſſæ ad
rem datã,uel factã conſiderat Bal.in
d.l.qui ſe patris.viij.col.Anto.& Fe-
li.in d,c.nouit.tum quia de modici-
tate meritorum non habemus,nec
præſumimus æquipollẽtia:tum etiã
quia Rex non donat uaſſallis utile
dominiũ,quãdo concedit demaniũ:
ſed retinet pro ſe:unde ſi eſſet alie-
natus alii pro xxx.millibus reci-
piẽdo x.millia ab uniuerſitate,ꝙ re-
tineat eã pro ſe:uidetur magis lu-
crari quàm recipiendo ab emptore
xxx.millia. Secunda eſt difficultas:
an ſaltẽ ex iuſta cauſa potuerit Cæſ.
Maieſtas dicta priuilegia reuocare,
& terras prædictas alienare,& qui-
dem ſine cauſa clarũ eſt,quòd non
poſſet auferre bona etiã infideliũ:
ut no

ut notat Abb.Feli.Deci.& alii in d.
c.quę in eccleſiarum:& dicit And.in
c.j.§.& iterum.de cap.Cor.vij.colū.
4 *quòd Princeps nō poteſt rem pri-
uati auferre ſine cauſa iuſta ſecun-
dum cōmunem diſt.in l.fi.C.ſi con-
tra ius uel uti.pu.& in c.j.§ fi.ix.col.
5 de capit.qui cur.uendi.*ꝙ Princeps
ea quæ donauit non reuocat ſine
cauſa:& idem in iuribus,& priuile-
giis:ut in iuribus adductis in præce
denti difficultate:cum cauſa autem
poteſt:ut cauſa publi.utili.quæ præ-
ſupponitur in caſu noſtro,ut in l.itē
ſi uerberatum.de rei uendi.l.uendi-
tor.§.ſi conſtat.com.præd.l.Lucius.
ff.de euict.cū ſi.& quādo facit cum
cauſa,poteſt & dicitur facere ex po-
teſtate ordinaria, ſiue ple.pot.quia
hoc etiam inferior à Principe poſ-
ſet facere.de quo loquitur text.in c.
in noſtra.de iniu.uidelicet de ciui-
tate Brixiæ:& tex.in d.§.ſi cōſtat.lo-
quitur in ciuitate qualibet:& Barto.
in l.quæcunq;.de fide inſtru.& iur.
haſt.fiſc.libr.x. loquitur de ciuitate
Peruſii,& de ciuibus loquitur Bart.
in proœ.fforū.in l.quoties.ff.de pol
licita.in l.Anthiocenſiū.ff.de priui-
leg.cred.& not.Alex.cōſi.ccxvj.viij.
colum.iij.uel.& Deci.in d.c.quæ in
eccleſiarū.xij.colū.& xiij.ſed uis ſtat
in cauſa iſta, quia alienatio debet
eſſe talis,ſine qua nō potuiſſet pro-
uideri ſtatui,& neceſſitati,uidelicet
6 *quia pecunia aliter haberi nō po-
tuiſſet per Regiā Curiā,ſi non uen-
ditæ fuiſſent terræ prædictæ: nam
tunc demū pro cauſa pacis res po-
teſt alicui auferri,uel alienari:quan
do pax aliter haberi non poteſt: ut
not.Iaſon in l.Gallus.§.& quid ſi tā-
tum.in ij.lectu.xij.col.uerſ.intellige
tamē.de libe.& poſth.allegat Pet.de
Anch.in c.ſtatuta.vj.q.de cōſti.& in
regula peccatum.xxxviij.col.de re-
gu.iur.& conſi.clxij.incip.uiſo dili-
genter.quæ ante ad hoc Feli.allega
uerat in d.c.quæ in eccleſiarum.xx.
colum.hic licet in priuilegiis d.Rex
7 *dicat ſe alienare ob cauſam neceſ-
ſariā reipub.& tamē poteſt eſſe ne-
ceſſaria alienatio:ſed non apparet,
quòd non erāt alia,quæ uendi po-
tuiſſent pro ſubueniēda hac neceſ-
ſitate:nec d.Rex dicit hoc in priui-
legiis,quia forte ſibi crederetur, cū
atteſtetur cum ſuo aſsiſtenti Conſi-
lio de his, quæ in priuilegio conti-
nētur,ſeu cū ſubſcriptione Quęſto-
ris: quo caſu licet principi uolenti
iuri tertii præiudicare nō credatur
in eo,qđ aſſerit pro cauſa præiudi-
cādi:ut tenet d.Abb.in d.c.quę in ec-
cleſiarū.& in cle.literis,in fi.de pba.
tamē ſecundū And.in tit.qui ſucce.
tene.in c.j.de capi.qui cur.uēdi.& de
contro.feud. apud par.ter.credere-
tur quādo dicit cum Cōſilio,cū ſub-
ſcriptione Quęſtoris.in caſu noſtro,
ut dictū eſt nō aſſeritur,quod aliter
pecunia haberi nō potuiſſet.Et ſi di-
8 catur,* ꝙ in Principe præſumitur
cauſa licet nō dicatur,nec appareat:
ut no.Cy.in l.reſcripta.iij.& iiij.q.C.
de preci.impe.offe.& in l.fi.C.ſi con
tra ius uel uti.publi. Andr.hic finitur
lex.vij.col.Batr.in c.quia pleriq;.de
inueſti.eccle.Abb.in c.quāto. de iu-
reiur.& not.Feli.in d.c.quæ in eccle
ſiarum.xxj.& xxij.colum.Reſponde-
ri pōt,ꝙ illud limitaŕ nō habere lo-
cum quando uellet Princeps reuo-
care ea,ad quæ eſt obligatus de iu-
re naturali uel gētium.ita Feli.in d.
c.quæ in eccleſiarum.xxij. colum.&
Deci.

Deci.ibidem.xvij.colũ.qui extendit hoc nõ ſolum quãdo Princeps uellet uenire contra contractum ſuum:ſed etiã in qualibet diſpoſitione quę fie ret per principem contra ius natura le uel gẽtium.aliud ergo uidetur at teſtari de cauſa cũ Conſilio ſeu ſubſcriptione Quęſtoris:quoniam tunc crederem ſequẽdo Andr.aliud præſumi cauſam,& ſubſcriptionẽ Quæſtoris.nõ dicit And.qđ facit præſumi eã: nec enim uidetur facere fidẽ niſi de eo, qđ in priuilegio expreſ-
12 ſum eſt: unde iſta difficultas eſt magni momẽti:dominus Ludouicus de Montalto,& dominus Hieronymus de Colle oretenus atteſtati fuerũt,ꝙ nõ potuerat ſine hac uẽditione ſubueniri neceſsitatibus belli. An his credendum ſit,an uerò conſulendũ C.Maieſtatẽ,ſeu ſibi referẽdũ de eo, quod ius uult?& ꝙ ſi ita eſt in facto:
13 ꝙ ſubueniri aliter neceſsitatibus belli non potuiſſet,ualeãt alienationes: aliàs non:& tantò magis, quia bene præſumitur d.Rex ſcire,quòd ex cauſa neceſsitatis poſſunt quæcunque priuilegia infringi,& tamen commiſit,quòd Sac.Conſi.de hoc iudicaret.
9 Tertia difficultas eſt:* an ex pleni-
14 tudine poteſtatis nulla urgente cauſa potuit d. Rex præiudicare dictis priuilegiis,& ea tollere,& hanc nõ
10 habeo pro difficultate,* quoniã de ple.po.etiam ſine cauſa poteſt tollere ius tertii.Bal.in l.ij.viij.col.uerſic. item no.ꝙ ſi Papa dicit:ſolius enim
11 Principis* priuilegium eſt iura unius auferre,& dare alteri ex ple.po. eſt autem ple.po.arbitrii plenitudo nulli neceſsitati ſubiecta, nulliſq; iuris regulis limitata.Ang.in l.item ſi uerberatum.§.j.ff.de rei uendi.dicit,ꝙ Imperator de ple.po.auferre poteſt nobis dominium etiam nulla cauſa ſuadente. plures remiſsiones ponunt doc.mod.in d.c.quæ in eccleſiarum:ubi Deci.xiij.colum.& conſi. cxcj.iij.colũ. Et uidendus eſt Pernus conſil.xij. Quarta eſt difficultas,an ultima prouiſio C.Maieſtatis,in qua dicitur ad ſupplicationem dictarum terrarum Therami,& Sancti Seueri: quòd ſi ſua Maieſtas potuit facere dicta priuilegia,& debeat dare poſſeſsionem. Quòd debeat,facit,* ꝙ in cauſa iſta debeat iudicari habendo reſpectum ad poteſtatem ordinariam,an uerò ad poteſtatem abſolutam,difficultas oritur:ex quo Princeps nõ dicitur poſſe illud quod cũ peccato poteſt.c.faciat.xxij.q.ij. qđ ad hoc allegat And.in c.j.ij.colũ.de contra.inter.do.& empto.& non poteſt Princeps * uti poteſtatis plenitudine ſine cauſa:ut dicit Andr.in c.j. §.fi.xj.colũ.de capi.qui cur.uen.allegat Innoc.in c.innouamus.de cenſibus.& in c.ſuggeſtum.de decimis.& dicit idem Andr.in ti.quæ ſint rega. in uerſicu.flumina,quòd ſic debent intelligi iura de poteſtate Principis loquentia:* ut ſemper cum cauſa faciat: aliàs ſi ſine cauſa, poteſtate abſoluta, non ordinata facit, licet non habeat hominem,qui ſua facta diiudicet:ut dicit gloſſ.ſuper illum Pſal.tibi ſoli peccaui: certũ eſt ꝙ peccat apud Deum. Alibi in eod.titulo.in uerſicu.bona com.cri.læſ.Maieſt xviij.col.dicit,ꝙ iſta duo,ſcilicet defenſiones,& appellationẽ,nõ poteſt tollere princeps: niſi ex cauſa, & non faceret ſine peccato. Maior pars Dominorum uotauit ſtantibus clauſulis priuilegii,quòd potuit Rex

priuil

priuilegia reuocare, & terras ipſas alienare.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio cōpenſationis an opponi poſſit aduerſus executionem paratam: licet offeratur in promptu probari per teſtes & ſcripturas. & nu. 9.*

2 *Decretum Sac. Conſi. non poteſt exequi nec ſententia niſi lapſis x. diebus.*

3 *Executio impeditur per exceptionem nullitatis ſententia, quando in promptu, uel incontinenti uellet quis eam probare: incontinenti dic ut ibi no.*

4 *Iuramentum an obſtet contra opponẽtem exceptionem compenſationis: & an renunciatio compenſationis.*

5 *Spoliationis exceptio quando poſſit opponi contra agentem depoſiti.*

6 *Compenſatio eſt imaginaria ſolutio à iure præſumpta hinc inde proueniens ex die concurrentium debitorũ compenſabilium.*

7 *Compenſationis exceptio non tenet ſi tempore obligationis, & iuramenti præſtiti compenſans erat creditor in alia manu ſui creditoris.*

8 *Renunciatio compenſationis extenditur ad debita præterita, & non futura.*

DECISIO CLXVII.

IN CAVSA Manfredi de bucchis cum Nicolao Franciſco follerio: & litis conſortibus condemnatis dicto Manfredino, ut actoribus laudatis: ac in executione ſententiæ opponentibus exceptionem compenſationis de debito ducatorum 3000. pro quo liquidãdo producũt certas ſcripturas: & in promptu offerunt nonnullos teſtes, quos petunt examinari. Primò dubitatum eſt, 1 * an poſsit opponi d. exceptio ſtante re iudicata, & parata executione. Bartol. in l. aufertur. §. qui compenſationem. ff. de iure fiſci. tenet, quòd ubi nullum tempus datur condemnato, non poteſt opponere compenſationem contra ſententiam: & ut breuiter loquamur, illam doct. Bartol. ſequitur Felin. in capitu. ſuborta, ſecunda & tertia colum. de re iudica. in ſecunda limitatione: ut ſcilicet poſsit tunc opponi de debito liquidato compenſatio: dicitur, quòd in caſu de quo agimus, ſtante decreto Sacri Conſilii, quod habet paratam executionem pro Manfredino, non poteſt contra eum opponi compẽſatio. Ad hoc fortè poſſet re- 2 ſponderi: primò, * ꝙ decretum Sac. Conſi. non poteſt exequi nec ſentẽtia, niſi lapſis x. diebus: & hic eſt ſtylus: & ſi dicatur, quòd hæc exceptio fuit oppoſita poſt x. dies à die decreti, tunc obſtat doc. Bar. in l. iiij. §. cõ- 3 demnatum. de re iud. ubi uult * ꝙ licet exceptio nullitatis ſententiæ, de qua in promptu non conſtat, nõ impediat executionẽ: tamẽ impediret, quãdo incontinenti quis uellet eam probare: incontinẽti autem ſecundũ eũ eſt, quando poſſet expediri infra illud tẽpus, quod requiritur ad exequendam ſententiam: ut ad capiẽda pignora, & uendẽda &c. ſecundum hanc doct. uideretur, quòd adhuc exceptio compenſationis ſit oppoſita in tempore. Secundò dubitatũ 4 eſt, * an contra opponentes exceptionem compenſationis obſtet iuramentum, & ipſius compenſationis renunciatio. ꝙ iuramentum nõ obſtet, facit Barto. in l. amplius non peti. ff. rem ra. habe. tenens, quòd is, qui iu

qui iurat ſoluere, poteſt iam opponere exceptionem compẽſationis. Si enim ego tibi non ſoluo, eſt ex culpa tua: quia tu non ſoluis mihi. opin. Bar. ſequitur Ange. in d. l. amplius nõ peti. ac alii doct. relati per Feli. in d. c. ad noſtram. v. col. contra Bar. tenent: ubi eſt iuratum cõmuniter. cano. in d. c. ad noſtrã. prout refert Sozi. in l. Iulianus. penul. col. de condi. & demonſtr. & Tyndarus in trac. de cõpenſa. vij. q. iiij. col. & Feli. in eo. c. ad noſtram. vj. colũ. dicit, ꝙ abſque periculo utraque pars ſuſtineri poſſet: tamẽ ſuſtentabiliorem putat opin. contra Bart. mihi uiſum eſt in hac materia eſſe diſtinguendum: ꝙ aut tempore, quo quis iurat ſoluere, erat ortum debitũ contra eum qui recipit iuramentum, & tunc non poſsit opponi exceptio compenſationis per iurantem, aut non erat ortum, & ſic uult compenſare de debito contracto poſt iuramentum, & tunc poſsit compẽſare. hoc in ſpecie tenet Tyndar. in trac. vij. q. iiij. col. & fortifico hoc per autho. Anto. de But. in c. cum dilectus. de or. cog. quem etiam refert & ſequitur Abb. ibi, in viij. col. qui in q. an cõtra agentem actione depoſiti poſsit opponi exceptio ſpoliationis, & compenſationis: tenet* quòd 6 principalis non poſsit opponere, quando ab initio ſpoliatus erat, & ſciens præſtitit iuramentum: ſecus ſi ex poſt facto fuerat ſpoliatus: quia in iuramento ineſt conditio: niſi iuſta cauſa ſuperuenerit, propter quã recipiens iuramentum à petẽdo re- 7 pellatur. item per authori. Sozi. in l. Iulianus. ulti. colũ. de condi. & dem. qui dicit, quòd ſi debitum ſuperueniret ex poſt facto, de quo non fuerat cogitatum: tunc procedunt rationes Bart. in d. l. amplius non peti. Applicando ad caſum noſtrum hęc, præſupponitur, quòd tempore iuramenti ſuper euictione promiſſa licet fuiſſet nata actio cõtra Manfredinum hypothecaria ſeu pignoratitia per octo ballas ſerici. tamẽ iſta debita non erant cõpenſabilia: quia de ſpecie ad quantitatem. item licet Manfredinus uendidiſſet tunc temporis dictum ſericum Io. colæ oriliæ: adhuc non uenerat tempus ſolutionis: & ſi ueniſſet, adhuc non erat facta ſolutio Manfredino: ut poſsit dici, quòd pecunia ad te deuenta ex re mea mihi debeatur ſaltem ex conditio. ſine cauſa, & tritic. cum ſimil. & ſi fuiſſet facta ſolutio. quod negatur per follerios producentes teſtes de hoc, tamen non habebant follerii de hoc notitiam: & ſi habuiſſent notitiã, & fuiſſet iam ſoluta, tempore iuramenti nõ erat factus caſus euictionis domorũ, per quem eſſet orta actio contra follerios: quæ omnia ſuprà relata faciũt iſta credita non eſſe nec fuiſſe facta compenſabilia: niſi poſt iuramentum: unde ſuccedit quod not. Tyndar. in d. tract. x. q. j. colum. ubi dicit, * quòd effectus primus compenſationis eſt imaginaria ſolutio à iure præſumpta cum effectu altero ueræ ſolutionis hincinde prouenjens ex die concurrẽtium debitorum compenſabilium. ſuccedit etiam quod not. Sozi. in d. l. Iulianus. prope fin. de condi. inde. qui uult, * quòd ſi eo tempore, quo quis iurat ſoluere creditori ſuo, ipſe erat creditor in alia manu ſui creditoris, & debita erãt

E hincin

hincinde compenſabilia: & tamē iurauit ſoluere, uidetur ſe obligare ad non compenſandum. ar. d. c. ad
8 noſtram. Nec obſtat,* ꝙ ſit renūtiatum exceptioni cōpenſationis: quia eſto, quòd poſsit renuntiari exceptioni compenſationis, prout tenet Tynda. in d. tracta. ix. q. ij. col. tamen intelligo renuntiationem compenſationis extendi ad debita præterita, non ad futura. Fuit uotatum, ꝙ procedatur ad executionem, & nihilominus in cauſa compēſationis oppoſitæ magna Curia faciat iuſtitiā, poſſet enim eſſe, quòd ante aduenientē diem uenditionis pignorum, quæ primo debent præcedente diſcuſsione capi, deinde ſubhaſtari ſeu æſtimari, deinde uendi. inter has moras fiat liquidum debitū, de quo compenſando opponitur: & ſic ſumus in caſu, quē ponit Bart. in d. §. condemnatum.

SVMMARIVM.

1 *Angarij uel perangarij non ſunt uaſſalli Baronis, licet uniuerſitas teneatur anno quolibet dare camerarium, uel ærarium eligendos per ipſum Baronem. & nu. 11.*

2 *Vaſſallus duorum bellum gerentium, potius ei, cuius eſt originarius, ſeruire tenetur.*

3 *Barones, & uaſſalli cœperūt eſſe tempore Imperatorum modernorum.*

4 *Vaſſallus Baronis, qui tenetur de perſona ſeruire, ut angarius, uel perangarius, non poteſt de ſua terra recedere, & alibi facere incolatum abſq; domini ſui licentia.*

5 *Angarij, nec perangarij ſunt uaſſalli dari ſoliti camerarium, uel ærarium domino ſuo.*

6 *Argumentum ab abſurdo ualidum eſt in iure.*

7 *Angarij non poſſunt clericari, nec eſſe teſtes in certis caſibus, nec officiales Curiæ, uel alterius Baronis.*

8 *Angaria eſt munus ſeu ſeruitiū operarum præſtandarum. opera eſt officium diurnum.*

9 *Barones non poſſunt imponere ſubditis ſuis angarias, uel perangarias.*

10 *Rex non poſſet uaſſallos ſuos demaniales alienare in Baronem, ut ſint eius perangarij.*

11 *Vaſſallus non poteſt in regno ſe angarium facere domini ſui.*

DECISIO CLXVIII.

1 IN cauſa uniuerſitatis Baroli, * & quorūdam Molenſiū cū do. Marchione Polignani prætēdentis uaſſallos ſuos de Mola eſſe angarios ſeu perangarios, & nō potuiſſe recedere ad alibi habitādū, prætextu quòd uniuerſitas teneatur dare ſibi anno quolibet Camerarium atque Aerarium per ipſum do. Marchionem eligendos. Circa angariarum materiā tria tempora uidentur mihi diſcutienda, ſeu annotanda. Primum tempus eſt, quo Romani orbi imperitabāt, & ſecūdū illud tempus erant etiam angariæ, de quibus loquitur tex. in l. munerū. in prin. ff. de mun. & ho. ut in ea. l. §. patrimoniorum: ubi de angariis uehendi, & deferendi in l. his honoribus. & in l. ſunt munera. ff. de uaca. mu. hæ autem angariæ non uocabantur ſeruitia perſonalia: quoniam non iure ſeruitii ſed muneris exhibebantur ſumpto hoc uerbo munus pro onere, prout declarat iuriſconſ. in l. munus. ff. de uerb. ſign. & quando quis erat ciuis duarū ciuitatū, per utrāq; ad munera uocabatur: & quando ambæ

ambæ eum ad munus uocarent: de-
beret præferri ea cuius eſſet origi-
narius. Luc. in l. ciues. C. de incolis.
2 ſicut eſt in uaſſallo* duorũ illis bel-
lum gerentibus, quia debet potius
ei, cuius originarius eſt, ſeruire, ſe-
cundum glo. in cle. paſtoralis. §. de-
nique. de re iudi. & text. eſt in l. im-
perialem. §. illud. de prohi. alie. per
Feder. Secũdum iſta tempora ciues,
& incolæ ſic ad angarias obligati
poterant à terra recedere, & alibi
incolatũ transferre. l. in bello. §. ma
numittendo. ff. de capt. l. nihil. ff. ad
munic. uerum cum opus erat, com-
pelli poterant ob munera in terra,
ex qua receſſerant, ſubeunda. l. inco
la. l. de iure. ff. ad munic. l. & qui ori-
ginem. ff. de mu. & ho. Secũdum eſt 3
tempus, à quo Imperatores regna-
uerũt, & ſecundũ hæc tempora alia
ſubiectorũ ſpecies introducta fuit:
qui dicebantur aſcriptitii, & cenſiti: 4
de quibus in l. j. & per totũ titulũ. C.
de agri. & cenſi. lib. xj. Hi quidẽ ſe-
cundũ eadem tempora non poterãt
relinquere terram, & alibi accedere
ad habitandum, & ſi ibant, reuocari
poterant. l. omnes. l. cum ſatis. C. de
agri. & cenſi. Io. de Pla. in l. fi. eo. tit.
Hoc eodẽ tempore inuenta eſt alia
ſubditorũ ſpecies, qui dicebãtur ho
mines alterius: poterat enim quis
alterius homo effici per pactum &
conuentionẽ: ut dicit Spec. in tit. de
feu. §. ij. uer. primo: non quidem ut
ipſe dicit in eo. §. uer. ij. iure ciuili:
ſed moribus: & habuerũt forte ori-
ginem: quia damnandi ad mortem
ob aliqua maleficia, ut iniuriã paſ-
ſus, uel alius eis uitã ſaluaret, facie-
bãt ſe illius homines, quod not. idẽ
Spec. e. tit. §. ij. uer. iiij. ut fuit in uil-
la Arzani in familia illorũ de Syl-
ueſtro. fiebat tamẽ plerũq; ſubiectio
hæc per pecuniã, ſecũdum Andr. in
c. j. ſi de feud. uaſſal. ab aliquo fu. in-
terpell. Et ſiquidẽ tales homines li-
bertis æquiparentur: ut eos æquipa
rat Spec. eo. ti. d. §. ij. uer. xix. & Luc.
in l. fi. de conductor. & procu. lib. xj.
poterant recedere à domino: ut de
libertis. j. notabitur: licet And. in c.
j. in prin. quib. mo. feu. ami. & in c. j.
§. præterea ſi uaſſall. ij. colũ. quæ ſit
prima cauſa bene. amit. Tertiũ tem
pus eſt ſub nouis Imperatoribus cũ
deuentũ eſt, ꝙ Cæſares ceperũt in
feudũ concedere terras, & ciuitates:
ſecundũ quod tẽpus introducta eſt
alia ſubiectorũ ſpecies, qui dicũtur
uaſſalli: nam* ante Imperatores no
uos nõ erant Barones, nec uaſſalli:
ut not. And. in prælud. feud. uer. iiij.
dubitatur: & ſecundũ hæc tempora
ſolet* cõmuniter ita in uaſſallis di-
ſtingui, ꝙ ſi uaſſalli ſunt angarii,
uel perangarii, nõ poſſent recedere
à terra domini ſine illorum uolun-
tate: aliàs ſic: ut habetur in conſtitu.
quiſquis. de Burgẽſibus. §. æqua lan
ce. ubi gloſ. & glo. in l. quemadmo.
C. de agri. & cenſi. Andr. de Barulo,
& Io. de Pla. ibi. Luc. in l. ſi quis. C. de
agri. & cenſi. & in c. Papæ Honorii.
incip. ad nouas cõmunantias. & in
c. regni. incipi. item ſtatuimus, ꝙ ſi
uaſſalli. & hæc in uaſſallis Baronũ:
uaſſalli autem regis non angarii: ut
ſi Baro uellet recedere à regno, &
ire ad loca amica, uel uaſſallus re-
gius, non Baro uellet idem facere,
an Rex teneatur dare eis licentiam.
Non eſt noſtra materia. Stãte ergo
hac indubitata concluſione, ꝙ uaſ-
ſallus Baronis, qui tenetur de per-

ſona ſeruire ut angarius, uel perangarius, non poſsit recedere ſine licentia domini ſui: uis in hac cauſa uidetur ſtare in hoc, ſcilicet, an eſſe
5 Aerarium,*uel Camerarium ſit angaria, uel perangaria ita uel ne. & ꝙ non ſit angaria, nec perangaria, arguitur primò per argumentum à diſsimilitudine. Illæ enim ſunt angariæ, quæ ſunt munera ſordida. ita d. Card. in c. non minus. ij. q. ad quod tex. in l. maximarũ. C. de excu. mu. li. x. ubi enumerãtur munera ſordida. maxime in tex. ibi, per angariarum præbitio. item ibi, operarũ quoque diuerſorum artificum obſequia: ad quod Iaco. de Rau. quẽ refert, & ſequitur Cy. in l. neminẽ. C. de ſacroſan. eccl. ubi dicit, ꝙ angaria eſt munus perſonale ſordidum: unde licet ſecundũ eum munus perſonale cõſiſtat in labore corporis honeſto, at angaria in labore corporis inhoneſto, & turpi: ſed eſſe ærariũ, uel Camerarium nõ eſt munus ſordidum: tum quia in d. l. maximarũ. non enumeratur: tum quia uidetur conſtare plus in ſolicitudine animi, quàm in labore perſonæ, habẽs inſuper quãdam iuriſd. annexam. Nec omitto, ꝙ angariã appellabat Vegetius lib. ij. de re mili. omnia munera, quæ à militibus fiebant etiã non uilia: inde uigilias, ſtationeſque, & geſtationes in uſum belli angarias dicit quotidianas, & in pace uigilias, ſed aliter in iure quo ad propoſitũ noſtrum. Arguitur ſecundò per argu
6 mentum ab abſurdo * quod ualidũ eſt in iure. l. Pomponius. ff. de nego. geſt. no. Bal. in l. conuenticulam. iij. col. uer. item eſt argumentũ ab abſurdo. C. de epiſ. & cler. ſed ſi procederet, quod allegatur per Marchionem, ſequerentur plura abſurda: omnes enim quaſi terræ Baronũ humnes enim quaſi terræ Baronũ huius regni dant Camerariũ, & nonnullę Aerariũ domino, & ſic omnes regnicolæ eſſent uaſſalli angarii: abſurda ex hoc plura, ut dixi, ſeque
rentur. Primum,*ꝙ nullus uaſſallus 7
Baronis poſsit eſſe teſtis contra mi litem, Comitem, uel Baronẽ in cauſa criminali, uel ciuili magna, ut in conſti. Regni. proſequentes. prohibente angarios à dicto teſtimonio. Secundum, ꝙ uaſſalli Baronum nõ poſſent clericari: ut in conſti. regni. errores eorum, prohibente obligatos ad ſeruitia perſonalia clericatũ aſſumere. Tertium, ꝙ uaſſalli Baronũ nõ poſſent eſſe officiales Curiæ, uel alterius Baronis. d. c. regni. incip. item ſtatuimus, ꝙ ſi uaſſalli. ubi text. loquens in angariis eccleſiarum, eis interdicit dicta officia. Arguitur tertiò argumento à diffinitione angariæ: quam ponit Luc. in l. cũ te. C. de mune. pat. lib. x. quæ
talis eſt:*angaria eſt munus præſtã- 8
darum operarũ. opera autẽ ita diffinitur: opera eſt diurnũ officium. l. j. ff. de oper. liber. conſtat autem nec ærariatum, nec Camerariatum conſiſtere in officio diurno. Arguitur quarto argumento ab odio euitando. l. cum quidam. de lib. & poſthu. l. Arrianus. ff de acti. & obli. l. quicquid aſtringendæ. ff. de uerb. oblig. ſed eſſe quẽ angariũ maximo odio habetur in iure: ob quod ſtatutum
eſt,*ꝙ domini terrarũ non poſsint 9
imponere ſubditis ſuis angarias, uel perangarias. Bal. in l. in quibus. C. de fideic. liber. Io. de Pla. in l. operarũ. C. de cano. larg. tri. ad quod facit: nam

10 *nam Rex non poſſet uaſſallos demaniales alienare in Baronem: ut ſint eius angarii. Luc. in l. j. C. de capita. ci. cenſi. eximen. ad quod facit: nam quicquid dicat Specu. in loco præallegato: tamen in regno iſto quis non poſſet facere ſe uaſſallum
11 angariũ etiã domini ſui.*Rex enim eſt dominus perſonarum regni ſui. tex. eſt in cõſt. regni. quia freq̃uẽter. Arguitur quintò argumẽto à ſimili: nam etiã is, qui fuit ſeruus alterius, ſi à domino manumittitur nõ teneтur ei ad operas, ſi tẽpore manumiſſionis non promiſerit. l. operis. & l. Cãpanus. in princ. ff. de ope. lib. etiã ſi lõgiſsimo tẽpore illas præſtiterit. ſecundũ gl. in l. cum de in rem uerſo. ff. de uſu. imò ſi in ipſa manumiſſione fieret pactũ de operis, nõ ualeret: niſi cũ iuramento, uel ſtipulatione. l. ut iuriſiu. in prin. ff. de oper. libe. l. fi. ff. de lib. cauſa. quinimò ipſe libertus, qui iam fuit ſeruus meus, nõ poſſet aſtringi, q; moretur in aliquo loco mecum: ſed moratur ubi uult, & quando opus erit mihi operis, ueniet ad me. l. quod niſi. §. ex prouincia. cũ l. ſeq. ff. de oper. lib. l. pen. C. eo. ti. l. certa forma. C. de iur.
12 fiſc. lib. x. Votatũ* & iudicatũ eſt pro uaſſallis contra d. Marchionem.

SVMMARIVM.

1 *Sententia regia habet executionem paratam.*

2 *Reuiſio cauſæ peti poteſt à condẽnato & carcerato propter diſcuſsionem factam, ubi executio realis fieri non potuit in bonis non inuentis.*

3 *Creditor cogitur accipere in ſolutum de bonis melioribus debitoris.*

4 *Perſona non capitur, donec bona reperiantur, uel niſi cederet bonis.*

DECISIO CLXIX.

IN cauſa hæredũ Gabrielis de fornariis contra Franciſcũ de plano eis cõdemnatũ ad magnã ſummam dubitatũ eſt:*an ex quo d. Frãciſcus condemnatus fuit per ſententiã re- 1
giam habentẽ executionẽ paratam iuxta authen. quæ ſupplicatio. & à dicta ſentẽtia reclamauit, poſsit petere* reuiſionẽ dictæ cauſæ ſtãs car- 2
ceratus antequã cum effectu ſoluat. gl. in l. iij. §. pen. ff. de ſuſp. tut. reputata ſingu. tenet, q; pro executione ſententiæ non poteſt capi perſona: niſi facta diſcuſsione nõ reperiantur aliqua bona: & illã glo. ſequitur ibi Bar. nam ſi ordo eſt in capiendis bonis: ut in l. à diuo Pio. §. in uẽditione. ff. de re iudi. multò fortius in capiendo perſonam: Imõ. in d. §. in uenditione non putat hoc uerũ ſecundũ tempora fforum. quoniã niſi debitor cederet bonis poterat capi, & carcerari. allegat tex. iuncta gl. in auth. de fideiuſ. §. quod autẽ. & not. in l. j. C. qui bo. ce. po. ſed hodie dicit Imo. poſſet procedere opi. Bart.
3 quia uidetur,* q; creditor cogitur accipere in ſolutũ de bonis melioribus debitoris: ut patet ĩ d. §. quod autem: unde donec ſunt bona, non capitur perſona: & dicit Alexan. in
4 d. §. in uenditione. v. col.* quòd in practica eſſet periculoſum diſcedere à gloſſa. & dicit in iiij. col. quòd Abb. in c. quod ad conſultationem de re iudic. uidetur ſentire cum d. gloſſ. in l. iij. quòd non poſsit capi perſona, donec extent bona: cum igitur in bonis Franciſci facta ſit diſcuſsio: & nõ reperiantur: potuit capi pro executione: & ſi capitur uidetur facta executio: unde poterit

 procedi

procedi ad reuiſionẽ tãquam facta executione: niſi dicas, ꝙ per not. in d. §. quod autem tunc poſſet capi, quando nõ cederet bonis: unde dicit actor, cedat bonis: ſed ſi cederet bonis, nõ poterit carcerari. ſac. Cõſi. decreuit procedendũ eſſe ad reuiſionem ſtante Franciſco carcerato tanquam executione facta: & ſic fuit proceſſum.

SVMMARIVM.

1 *Minore reſtituto ad productionẽ nouorũ teſtium poſt didicita teſtificata reſtituitur & maior ad idem.*

2 *Maior reſtituitur ad articulandũ, & teſtes producendũ ſuper concernentibus articulos priores, ſeu productos per eccleſiam, uel minorem in primo termino.*

DECISIO CLXX.

BAL. in l. per hanc. ulti. col. uerſi.
1 pone minor,* dicit: pone minor reſtitutus eſt poſt didicita teſtificata ad productionẽ nouorũ teſtium: nunquid reſtituitur & maior, qui eadem teſtificata didicit? uidetur ꝙ non: quia in minore nõ præſumitur dolus: in maiore ſic. contrariũ tenet Spec. in tit. de dila. §. uidendum. uer. in ſumma: dicit ꝙ non reſtituitur reſpectu eorũ, quæ minor de nouo probat per nouos teſtes, & ſic nouum contra nouũ: ſed ueteres nõ poſſunt infringere, ne reſtitutio minoris ſit minori damnoſa. Item ſi ni 1
hil probat minor: nõ poteſt aduerſarius infringere teſtes ueteres per teſtes nouos: per hoc dictũ Aduocatus hoſpitalis Sanctæ Mariæ annũciate de Neapoli (quod cõtra Comitem Nolanũ petiit primum beneficiũ ſuper poſitis tantum) dicebat, quòd Comes, qui in primo termino nihil poſuerat, non poſſet etiã eccleſia in beneficio producẽte teſtes nouos ſuper articulis in primo termino productis, ſuper quibus iam examinatum erat, articulare, & teſtes producere circa concernentia articulos antiquos. tamen ſacr.
2 Conſi. in ea cauſa decreuit,* ꝙ poſſit Comes & articulos, & teſtes producere ſuper concernentibus articulos antiquos, ſeu productos per eccleſiã in primo termino: uidetur enim. d. Bal. & Spec. procedere, quãdo reſtitutio ſeu beneficiũ eſſet cõceſſum ſuper nouis tantum: eſſet nanq; iniquitas, ꝙ eccleſia, quæ in primo termino iam examinauit, & forte nõ probauit nec poſſit examinare alios teſtes ſuper eiſdem, & alia pars contra illos non, contra l. per hanc.

SVMMARIVM.

1 *Dotale inſtrumentum poteſt in publicam formam reaſſumi à protocollo Notarij mortui mortuis omnibus teſtibus, & iudice.*

2 *Inſtrumentum dotale poteſt reaſſumi in formam publicam mortuis Notario, iudice, & teſtibus: ſiue protocollum habeat iudicis ſubſcriptionem, ſiue non habeat.*

DECISIO CLXXI.

ANDRIELLA Cocozola uxor quondã Mariani uulpis
1 *petebat reaſſumi in publicam formam inſtrumentũ ſuũ dotale à protocollo: erántque mortui Iudex, Notarius, atque omnes teſtes: afferebátque protocollũ Notarii fide digni, cuius protocolli quodlibet inſtrumentũ erat ſubſcriptũ manu Iudicis. afferebat itẽ teſtamentũ dicti quondã ſui uiri, in quo relinquebat ſibi

ſibi dotes eas nominando, & antè- 3
fatū, aſſerendo, ꝙ de his factū fuerat inſtrumentū. ex alia parte adducebatur conſtitutio Regni, inſtrūmentorū robur. ſac. Conſi. decreuit
2 eſſe* faciendā dictam reaſſumptionem, & hæc fuit in anno .1523. ante ferias natiuitatis Domini. Magiſter actorū Guilelmus pennenſis, & credo ꝙ forte etiā ſi in protocollo nō fuiſſent dicti iudicis ſubſcriptiones, ſacr. Conſi. idem decreuiſſet.

SVMMARIVM.

1 *Vxor militis in caſtris militantis non gaudet exceptione hoſtica ob eius uirum. & nu. 3.*

2 *Vxores gaudēt beneficijs militaribus, quæ cum maritis reipu. cauſa abſentibus peregrinatæ ſunt.*

DECISIO CLXXII.

1 IN cauſa Didaci de ſillos cū domina Bernardina minutila* dubitatū eſt: an dictæ. d. Bernardinæ cōpetat exceptio hoſtica ob uirū eius. d. Iuliū de Capua in caſtris militantem: tex. in l. j. C. de uxoribus militū. à cō-
2 trario ſenſu probat, ꝙ nō: * nam ibi illæ uxores gaudent beneficiis militū, quæ cum maritis reip. cauſa abſentibus peregrinatæ ſunt. In cōtrarium facit tex. in l. in ſacris. la tertia. C. de proxi. ſacr. ſcri. lib. xij. ubi uxores militantium in ſacris ſcriniis, ut epiſtolarū directarum Principi, & à Principe, uel libellorū conuentionalium, & cognitionū cauſarum à Principe deciſarum: uel regiſtratarum, gaudent priuilegio fori cōpetenti earum uiris. ad idē tex. in l. fi. C. de præpo. agentium in rebus. ubi uxores agentium in rebus quo ad ſportulas, & alia gaudent priuilegio uirorum: tamen ſacr. Conſi. decreuit, nō obſtante* dicta exceptione, procedendum eſſe ad expeditionem dictæ cauſæ contra dictam Bernardinam.

SVMMARIVM.

1 *Conuenti plures, inter quos ſit aliquis foro priuilegiatus, in cauſa diuidua prout eſt hypothecaria, tenentur comparere citati, omiſſis priuilegiatis in foro ſuo.*

DECISIO CLXXIII.

1 QVANDO Sunt plures conuenti, * inter quos aliquis eſt priuilegiatus foro: quicquid dicant Bar. in l. ſolent. de ali. & cib. leg. in l. fi. iij. col. de colleg. illic. in l. præcipimus. §. eod. obſer. C. de app. & Alex. in apoſt. ibi. & late Feli. in c. j. iiij. & v. col. de præſcri. & Thomas Ferrarius in cautelis nouis, cautela decima. Nos in ſacr. Conſil. ſeruamus, ꝙ quādo cauſa eſt diuidua, retinemus laicos, & remittimus clericos; & alias perſonas priuilegiatas: & inter diuiduas cauſas intelligimus hypothecariam etiā quo ad iſtum effectum: pro quo facit quod not. Felin. in d. c. j. §. uel dices. in fi. quod not. in l. ſi communem. non haberet locum in materia diuidua. allegat Ang. in d. l. ſi communem. & Ludo. conſi. cxcv. & Spec. in tit. de cle. coniug. uer. quid ſi clericus.

SVMMARIVM.

1 *Societas utrum contrahatur, ſi unus ponit operam, alius pecuniā, & diſcedens à cōuentione ſoluat mille non facta mentione communicationis lucri, & capitalis.*

2 *Societas eſt duorum pluriumue conuentio ob commodiorem uſum, & uberiorem quæſtum. & in ea uenit dolus, & culpa, & lucrum debet diuidi.*

uidi.nume.3.

4 *Societatis animus in dubio colligitur ex qualitate perſonarum, & negotiorum.*

5 *Hæredes utrum ligentur ex contractu ſocietatis iuratæ per defunctum. & nu.10.*

6 *Pactum, per quòd aufertur alicui libera teſtandi facultas, etiam per indirectum non ualet.*

7 *Pactum ualet, quòd ſocietas infra certum tempus non diuidatur.*

8 *Communio parit diſcordiam.*

9 *Electa induſtria perſonæ operatur, quòd hæres excludatur.*

11 *Hæredes tenentur ad pœnam, uel intereſſe dãni emergentis, & lucri ceſſantis contra contractum defuncti uenientes. & nu.17.*

12 *Iuramẽtum ex parte iurantis eſt perſonale: ſed an tranſeat ad hæredem iurantis.*

13 *Iuramentum ſeruari debet tribus aut pluribus concurrentibus: ſed quid ſi aliquod iſtorum deficit, & nu.ſeq.*

15 *Hæredes & eorum bona potuerunt obligari per defunctum.*

16 *Societati coitæ ad tempus poteſt ante tempus renũciari, quòd promiſſa non ſeruantur.*

DECISIO CLXXIIII.

1 IN cauſa hæredum Gabrielis de Ferrariis* cum Franciſco de plano, contraxerant enim prætenſam ſocietatem in conficiendis bellutis. in quo Franciſcus ponebat operam & Gabriel pecuniam, & quòd Franciſcus belluta conficienda deberet aſsignare Gabrieli ad rationem ducatorum ſex pro qualibet canna: & quòd uolens diſcedere à contractu debeat ſoluere alteri parti ducatos. 1000. Mortuo Gabriele hæredes ſui receſſerunt à contractu declarando nolle perſeuerare, allegando etiam certas fraudes cõmiſſas per Franciſcum, & litigatum eſt inter eos in Audientia Regia: & iudicatum in fauorem hæredum: & reclamatio commiſſa eſt ſacr.Conſil. & in prima inſtantia nihil dictum in ſentẽtia de ducatis mille. Primum dubium eſſe poſſet, quis contractus ſit ille, qui per capitula initus fuit inter dictos quondam Gabrielem, & Franciſcũ. Quòd ſit contractus ſocietatis, facit prima diffinitio Azo. in ſumma.C.eo. nam ſecundũ eum.
2 ſocietas* eſt duorũ pluriumue conuentio contracta ob commodiorem uſum, & uberiorem quæſtum. ſecundò: nam cõſtat, ꝙ ubi unus ponit operam, ut Franciſcus, & alius pecuniam, ut Gabriel: eſt ſocietas: & in ea uenit dolus, & culpa, ut dicit tex. in l.cũ duobus. §. ſi in coeunda. ff. pro ſoc. tertiò: quãdo partes ipſæ uocarunt contractum iſtum contractum ſocietatis: unde in dubio talis cenſeri debet. l. ſi margaritam. ff. pro ſoc. ubi ſi dedero tibi uendendam margaritam, & quòd ſi eam. x. uendidiſſes, redderes mihi. x. ſi plus, illud, quod excederet, tuum ſit: erit ſocietas, ſi animo contrahendæ ſocietatis id actum ſit: ad quod tex. in l. ſi fratres. §. item ex facto. eo. tit. ubi ſi de unius pecunia emitur locus pro monumẽtis, & ageretur, quòd cum alterius pecunia & peritia fierent ibi monumenta, & uendantur, & de pretio is qui in emptione poſuit pecuniam illam cum certo pluri habeat, & reſiduum ſit ædificantis: erit pro ſocio actio: ad quod tex. in l. ſi tibi arræ. ff. de præſcript. uer. ubi

ubi ſi res tradita ſit, ut melior facta ab accipiente conuincetur: uel eius pretiũ, erit pro ſocio actio. Quòd autẽ non ſit contractus ſocietatis: ſed uenditio, uel innominatus, facit primò: nam hic non eſt actũ de communicatione capitalis, & hoc non importat: nec eſt actũ de communicatione lucri: unde ſuccedit tex. in l. ſi tibi rem. ff. de preſcr. uer. ubi dicitur, ꝙ ſi darem tibi rem uendẽdam certo pretio, ut quod plus uẽdidiſſes tibi haberes: non erit pro ſocio: ſed in factũ actio, quaſi alieno negotio geſto: quia ſocietas nõ uidetur cũ eo contracta, qui te nõ admiſit ſociũ diſtractionis: ſed ſibi certum pretiũ exceperit, bene non eſt ſocietas, quando quis non eſt admiſſus in ſocium lucri prouenientis ex diſtractione: & notandũ, quia in d. l. ſi margaritam. nõ dicitur, quod eſt pro ſocio ſine diſtractione: hic autẽ dicitur, ꝙ eſt præſcriptis uerbis ſine diſtractione, quaſi ꝙ plus influat iſte cõtractus in præſcriptis uerbis, quàm in ſocietate: & licet gl. in d. l. ſi tibi rem. dicat, quòd erit ibi preſcriptis uerbis: ſi nõ fuit animus ſocietatis ineundæ, allegando d. l. ſi margaritã: tamen animus ſocietatis ineundę non colligitur ex eo, ꝙ ſocii ita dixerunt: ut infrà dicã: maximè in caſu noſtro: in quo apparebit non ita effectualiter dictũ. inſuper notandũ: quia Pau. de Caſt. in hac. l. ſi tibi rem. dicit, ꝙ in d. l. non eſt ſocietas: quia in caſu, quo non uendis ultra. x. nolui ꝙ aliquid haberes de illis. x. ſed ꝙ integra mihi reſtituas: & ſic nullũ cõmodum es perceptu- 3 rus, quod eſt ſecũdum eum præter naturam ſocietatis, quæ debet eſſe 4 æqualis: potius ergo eſt quidã contractus innominatꝰ, facio, ut facias: cum certũ ſit negotiũ eſſe geſtum: & ignoratur in quam ſpeciẽ contractus cadat: ſic in caſu quo Gabriel non uenderet carlen. lviij. uel nõ lucraretur ex belluto: ſed totũ lucrum eſſet Franciſci, aut Franciſcus nõ lucraretur ex opera: ſed totũ lucrum eſſet Gabrielis: fortè tunc præter naturã ſocietatis. Secundò facit tex. in l. tenetur. §. j. ff. de act. empt. ubi ſi uendidi tibi aream certo pretio: & tradidi, ita ꝙ inſula in ea ædificata partẽ dimidiam mihi tradas, uerum eſt dicit text. ut ædifices, agere me poſſe ex uẽdito, & ut ędificatã mihi retradas. & facit iſte text. ꝙ etiam ſi dominiũ ſerici tranſlatũ eſſet, non ſit ſocietas, & facit tex. ille ſecũdum Pau. ibi: quod ſi ex una parte tradatur res, ut ex parte Franciſci, ex alia uerò pecunia & res, ut ex parte Gabrielis: dicatur contractus emptionis & uenditionis: deinde *dicit uideri diſtinguendũ: an pecunia præponderet. Non obſtat diffinitio Azonis, quia debet intelligi, quando eſt actum, quod lucrum diuidatur, uel ſimpliciter, uel certis portionibus. per d. l. ſi tibi rem. hic nihil de lucro dicitur. Non obſtat, ꝙ quãdo unus ponit pecuniã, alius operam, eſt ſocietas: nam illud uerũ, quando ageretur, quod lucrum diuidatur ut ſuprà, dictũ eſt. hic nihil de lucro dicitur. Nec obſtat, ꝙ partes nominauerũt iſtam ſocietatẽ: quia per hanc nominationem non colligitur animus ineundæ ſocietatis: quoniam ut dicit glo. in d. l. ſi margaritã. animus *ſocietatis colligitur ex qualitate perſonarũ, & negotiorũ: nam ſi

is qui recipit margaritam erat uenditor margaritarum:prout hic Franciſcus erat exercitor,ſeu profeſſor negociationis ſericariæ,non erit actio pro ſocio:ſed præſcriptis uerbis,ut ibi.& in d.l.ſi tibi rem.ſi autẽ ille receptor promiſiſſet,ꝙ in Alexandriam foret portaturus,erit pro ſocio,ut ibi.& in d.l.ſi fratres.§.nẽ ex facto.allegato ibi per gloſſ.Non obſtat tex.in §.item ex facto,quia loquitur extra terminos noſtros.ibi enim actũ eſt ut lucrum certo modo diuidatur:quod nõ eſt hic.præterea glo.ibi limitat illã.l.dummodo illi ſocietatem eſſe uoluerint,aliàs erit præſcriptis uerbis,allegando dictã l.ſi tibi rem.ut uidelicet diſtinguatur ſecundũ gloſ.in d.l.ſi margaritã: an is qui præſtat operam ædificãdo ſolitus ſit in ſimilibus ſe exercere, & tũc ſit pręſcriptis uerbis:aliàs pro ſocio,ut ſupra dictum eſt.Nec etiã obſtat.d.l.ſi tibi arræ:nam ibi erat diuidẽdum lucrũ,quod non eſt hic. & ſi diceretur ad id,quod ſuprà dictum eſt,de animo ineundæ ſocietatis,quòd in eo attenditur qualitas perſonarũ,& rerũ,quod illud procedit in dubio,non autẽ quãdo partes expreſſe dicũt,quod uolunt cõtrahere ſocietatem.Reſpõdeo primò per text.in l.ut ſit pro ſocio actio.ff. pro ſoc.ubi dicitur,quod ad hoc ut ſit actio pro ſocio,& ſic ſocietas:nõ ſufficit eſſe rem cõmunẽ:ſed debet ſocietas intercedere, & dicitur,qđ non ſufficit ſi nõ affectione ſocietatis indicimus in cõmunionẽ: unde duo uidẽtur requiri,& quod res cõmunis ſit,uel lucrũ,& quòd animus ineundæ ſocietatis adſit:ergo ſi res nõ cõmunicatur,nec lucrũ : animus ſolũ nõ ſufficit:uerũ eſt tamẽ,quod prout dicitur per aduocatũ Frãciſci: tam Frãciſcus quàm Gabriel,ex hac negociatione lucra percipiebãt.ſecundo reſpondeo,quòd partes quo ad iſtã qualitatẽ ſocietatis,quæ eſt, quod nõ trãſeat ad hæredes,noluerunt ꝙ ſit ſocietas:ut ſic ex uerbis partium arguitur non eſſe ſocietatem omnino:nã quo ad hãc qualitatẽ non erit cõtractus ſocietatis:quo ad alias qualitates ſic,qa partes ita uoluerunt. Secũdũ dubium, eſto

5 *quod eſſet cõtractus ſocietatis,an ſtante conuentione iurata tranſeat, ita ꝙ hæredes ligentur perſeuerare?ꝙ non,facit tex.in l.nemo.tex.in l.adeo.ff.pro ſocio.cũ ſi.& dicit tex. in d.l.ſi fratres.§.idẽ reſpondit.idẽ reſpondit ſocietatẽ non poſſe ultra mortẽ porrigi,& ideo nec libertatẽ de ſupremis iudiciis cõſtringere qs poterit,uel cognatũ ulteriorẽ proximioribus præferre,per illum text. Bar.ibi in ſummario.uidetur colligere rationẽ,quare non poteſt paciſci,ꝙ duret ſocietas ultra mortẽ.

6 dicit enim ſic,*pactũ per quod aufertur alicui libera teſtandi facultas etiã per indirectũ nõ ualet.Io.fabri dicit idẽ in §.ſoluitur.inſti.eo.Bar. in d.l.adeo.idẽ,dum dat rationẽ ad illã.l.& dicit,ratio quia impedit liberam teſtamẽti factionẽ.Alb.in eo.§.idẽ reſpond.idẽ,licet Fulg.ibi dicat colligi ex illo.§.dictum.uidelicet ꝙ nõ poteſt reſtringi teſtandi facultas:& ratio eſt uidelicet,quia ſocietas ultra mortẽ extendi non poteſt:& hac ratione attẽta Alex.in d. l.adeo.in addi.ad Bart.primo alleg. Ioã.fab.ubi ſuprà ꝙ dicat uirtute iuramenti poſſe trãſire ſocietatem ad hære

hæredes.inde dicit:ſed ratio Barto. ibi facit in cõtrarium:iũcto.c.nõ eſt obligatoriũ:ſed hic uidetur inſiſtendum:nã quãdo in ſocietate nõ nominaretur certus hæres,cũ quo ſocietas cõtinuando ueniret,prout non nominatus eſt in caſu noſtro:ceſſat ratio ſublatæ liberæ teſtamenti factionis:& ſic ratio Bar.& cõſequẽter Alex.non bene impugnaret Io.fab. reſtaret tñ aliud inconueniẽs:unde Bal.in d.§.idẽ reſpondit magis clare, & intellectualiter dicit.nota,ꝙ ſocietas non durat:niſi uſq; ad mortem,& eſt ratio:quia cũ incerta perſona nõ poteſt cõtrahi:aut ergo dicit ipſe certa perſona hæredis non ſpecificatur:& nõ ualet ratione incertitudinis:aut ſpecificatur,& tunc uidetur ſe ſtringere per cõtractũ ad certum hæredẽ,quod eſt impoſsibile.& nota,ꝙ tex.in l.ſi cõuenerit.§.
7 ſi.ff.pro ſocio.uult ualere pactũ,*ꝙ ſocietas infra certum tẽpus nõ diuidatur,& ſic ibi ſunt ſocii inuiti infra illud tẽpus:modo ad propoſitũ in pacto,quòd ſocietas tranſeat ad hæredẽ,duo ſunt obſtãtia.Quando ſumus in primo:ut quia declararetur certus hæres,circa hoc non ualeat iuramentũ:licet hoc non ſit cõtra bonos mores canonici iuris:nã Imo.in c.cũ contingat.xxxij.colũ.de iureiur.tenet ꝙ ad hoc,ut iuramentum nõ liget,debet eſſe contra bonos mores iuris canonici:unde ſi iuro inſtituere te hæredem,ualet iuramentũ:licet poſsim inſtituere aliũ, 8 & inſtituẽdo ſim periurus:ſic in eo, qui iurat non reuocare teſtamentũ: nam licet poſsit reuocare:tamen eſt periurus,in libertate enim ſua fuerat ſic iurare.Quãdo uerò ſumus in ſecundo obſtãte,ſcilicet ratione incertitudinis,etiã uidetur poſſe dici, ꝙ licet ſi uolumus cõtractũ ſocietatis tranſire ad hæredẽ,eſſet defectus circa conſenſum:quia hæres nõ conſenſit in hoc:nec tẽpore contractus potuiſſet cõſentire,quia incertus:tamẽ poſtquàm ſucceſsit defuncto ſtãte iuramento defuncti,poſſet forte cogi ad conſentiẽdũ ſecũdũ opi.Io. fab.Duo enim ſunt caſus:nã aut defunctus nominauit ſocio ſuo certũ heredem,cũ quo ſit cõtinuanda ſocietas,& tunc ſit cõtra bonos mores ciuiles:tamen ut ſ.aut nõ nominauit certũ hæredẽ,& ſic non eſt defectus ſeu peccatum in auferẽda libera teſtamenti factione:ſed in relinquendo incerto quis ſit futurus ſocius,quod eſt peccatũ in hoc,ꝙ uelit defunctus ſociũ ſibi ſuperuiuentem ſociũ habere ſibi incognitũ & incertũ,in quẽ non cõſenſit:iſte defectus non inducit aliquid,quod ſit cõtra bonos mores:& iuramentũ uidetur,ꝙ poſsit operari circa defectum incertitudinis:nõ ex tũc,uidelicet tempore initę ſocietatis:ſed ex poſt facto,ſcilicet poſt mortẽ ſocii: quãdo certificatũ eſt quis ſit iſte ſocius:uidelicet hæres Titius:& ſi bene etiã cõſiderentur rationes poſitę per doctores,nõ impediũt quo minus iuramentũ liget ſucceſſorẽ: nã Io.fab.in d.§.ſoluitur.dum uult conſiderare rationem,dicit:ego neſcio niſi ꝙ.ll.ideo hunc cõtractũ reſtrinxerunt propter lites euitãdas,*quas cõmunio parit.l.cũ pater. §.dulciſsimis.ff.de leg.ij.& ne libertas ſuprema reſtringatur.ff.pro ſocio.l. cum duobus.§.idẽ reſpõdit ſocietatem. inde dicit,ꝙ ſi aliquis cõtraxit ſocietatem

tatem ſibi & hæredibus iuramento hinc inde appoſito forte de iure cano.iuramentũ faceret tenere in perſonã hæredis:nec uiui poterunt cõtrauenire.extra de iureiur.c.cũ contingat.Item Fulg.in d.l.adeo.ff.pro ſocio.dicit,ꝙ nunquàm ſibi placet illa ratio,quæ putata eſt,ne per hoc tollatur teſtandi facultas ſecundum docto.ibi per.l.cũ duobus.§.idẽ reſpon.ſ.eo.nec enim tolletur teſtandi facultas,ſi incertũ hæredem faceret,antea tamen ibi dixerat:palã eſt morte unius ſociorũ finiri ſocietatẽ,quod forte eo receptũ eſt,propter ampliſsimam bonã fidẽ,quæ in hærede deſideratur : non apparuit æquum inuito quoq; ſocietatẽ eſſe: unde poteſt tẽpeſtiue renunciari,licet teneatur:ſic dicimus in matrimoniis contrahẽdis,& diſſoluendis.itẽ Aret.in d.§.ſoluitur.dicit,& eſt ra-
9 tio,quia*nõ tranſit ad hæredẽ etiã ex pacto,quia cũ in ſocietate dicatur electa induſtria perſonæ, ergo nõ tranſit ad hęredẽ.l.j.§.ne autẽ.C. de cadu.tollẽ.& etiã quia ignoratur an prudens,uel bonus erit,uel non: facit ſecundũ eũ quod no.Bar.in l.ſi ſic.ff.de leg.ij.itẽ Iaſ.in §.manet.eo. tit.inſti.dicit,& eſt ratio,quia in ſocietate eligitur induſtria perſonæ: ut hic in tex.& eſt in caſu noſtro cõſiderandũ,ꝙ ex parte hæredũ Gabrielis nõ eſt aliquid faciẽdũ,quod ſit ſocietatis aptius:ſed ſolũ ſoluenda pecunia,maxime illi ducati.500. toties quoties:ſed eſt faciendum ex parte Franciſci,qui uiuit,& uult,ꝙ duret ſocietas:unde forte nõ inconueniret dicere,ꝙ licet quãdo fuiſſet mortuus Frãciſcus,cuius perſonæ induſtria electa fuerat,potuiſſet Gabriel nõ cõſentire in hæredẽ Frãciſci:tamen ex quo uiuit Frãciſcus, qui debebat ponere induſtriam,nõ
10 poſſet dicere hæres * Gabrielis,ꝙ nõ uult ſtare ſocietati:ſic quoq; cõtractus ſocietatis claudicat. in d.l. adeo in fi.prin.ff.pro ſocio:ubi licet contractus ſocietatis unius alteri ex pacto tranſeat ad hæredẽ.tamẽ quãdo moritur is ex ſociis,propter cuius operam maxime ſocietas coita ſit,aut ſine quo adminiſtrari ſocietas non poſſet,nec tranſit:gloſa ibi intelligit,ꝙ quãdo perſona ſucceſſoris eſt idonea,tranſit:ut ſicut ibi poteſt claudicare:ex quo in caſu permiſſo ſocietas trãſit:ita hic,ubi etiã in caſu permiſſo ratione iuramenti ſocietas tranſiret,claudicet. Ter-
11 tium dubiũ eſt,*quãdo uere ſocietas uirtute iuramẽti trãſire nõ poſſet,an hæredes Gabrielis teneantur ad ducatos mille ratione damni emergentis,& lucri ceſſantis dicti Franciſci iuxta tenorẽ capitulorũ: ex quo nolunt ſtare ſocietati.circa ſolutionem iſtius dubii afferã authoritatem Pau.de Ca.in authẽ.ſacr.pu. C.ſi aduer.uendi.qui in j.colũ.dicit,
12 *ꝙ licet iuramentũ ex parte iurãtis ſit perſonale,& nõ tranſit ad hæredem iurãtis ſecũdũ Inno.in c.ueritatis:de iureiur.unde hæres iurãtis nõ tenetur ſeruare iuramentũ defuncti:tamẽ illud eſt uerũ,quãdo informiter eſſet præſtitũ,id eſt non ſuper contractu:ſi autẽ formiter,& ſuper cõtractu licet inualido,cũ ipſum faciat ualidũ in cõſequentiam uirtute ipſius cõtractus tranſit in hæredem iurãtis,& ita limitatur id quod not. in d.c.ueritatis.& in iij.colũ.dicit,ꝙ ſuperuenit ius cano.diſponẽs,ut tri

bus

13 bus* cõcurrentibus, ſcilicet, ꝙ iuramẽtũ poſsit ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ, & ꝙ non ſit cõtra bonos mores, nec ſit contra pu. utilitatem, tũc ſeruandũ eſt: & poſtea dicit hæc uerba: ſed quãdo deficeret aliquod ex illis tribus, nõ ualeret iuramẽtũ ipſo iure, nec eſſet neceſſaria abſolutio fiẽda ab epiſcopo: ſi autẽ illa tria cõcurrunt, tũc ualidatur cõtractus, & efficitur inexpugnabilis, nec poteſt peti abſolutio, niſi eſſet prohibitus cõtractus odio creditoris, uel induceret peccatũ nõ in iurante, ſed in creditore, cui iuratur: ut cũ promittuntur uſuræ cũ iuramento, uel ſi fiat cõtractus per metũ, tũc enim licet iuramentũ ualeat mero iure, ut ſit ſeruandũ, aliàs incideret iurans in periuriũ: tamẽ poteſt peti abſolutio ab epiſcopo, ne ſit iniquitatis uinculũ, ut ſ. dixi, propria uerò authoritate nõ poteſt ueniri contra iuramẽtũ: itẽ tũc iuramẽtũ nõ firmaret contractũ: ideo mortuo iurante hæredes nõ tenentur ſeruare: qa eſt perſonale ex parte iurantis, ut in c. ueritatis. de iureiuran. & hoc uoluit Bart. in l. ſi quis pro eo. quarto ſpeciali. de fideiuſ. ſed quãdo nõ inducit peccatũ in creditore, quia nõ eſt reprobatum in odiũ eius: tũc ualidat contractũ, & ſic uires cõtractus trãſeunt ad hæredẽ, qui tenetur contractum ſeruare, & poteſt ad hoc compelli: ſi tamẽ nõ ſeruaret, nõ eſt periurus. & idẽ Pau. in d. l. ſi qs pro eo. plenius loquitur ponẽs quatuor iura, & quartũ eſt ius can. quod ſecun-
14 dum eũ* indiſtincte uult ſeruari iuramentũ quinq; cõcurrẽtibus, ſcilicet ꝙ poſsit ſeruari ſine peccato iurantis: itẽ ꝙ nõ ſit cõtra pu. uti. principaliter: itẽ ꝙ non ſit cõtra bonos mores: itẽ ꝙ nõ tẽdat in præiudiciũ tertii: itẽ ꝙ nõ fuerit cõtractus ſimulatus. & proinde ſubdit: ꝙ tale iuramentũ his cõcurrentibus firmat cõtractũ: inde dicit: & ſic leges annullantes intelligũtur, quãdo contractũ eſt ſine iuramẽto: ſed quãdo cũ iuramento, dicit, quòd ceſſant illæ leges: & ex hoc ſequitur ſecundũ eũ, ꝙ effectus talis iuramenti tranſit ad hæredẽ iurãtis, ſicut effectus contractus. Abb. in d. ca. cũ contingat. iiij. & v. col. in illa. q. an indiſtincte ualeat iuramentũ cõtra legẽ humanã fundatã principaliter ſuper fauore priuato ſeu odio, tenet poſt multos canoniſtas cõtra Bar. in d. l. ſi quis pro eo. & in d. authen. ſacr. pub. qui uolebat facere differentiã, an lex dirigeret uerba ſua ad perſonã prohibendo eã, & tũc iuramentũ nullius eſſet momẽti, an ad cõtractũ, & in utroq; caſu dicit ſeruandũ eſſe, deinde poſt multa dicit ſic: ex quibus poteſt dari hæc theorica, ꝙ quantuncũq; iuramentũ ſit temerariũ, ſeu illicitũ, ex quo tamẽ nõ eſt cõtra bonos mores naturales, nec in eius obſeruantia imminet peccatũ, ſemper eſt ſeruandum. poſtea idẽ Abb. in vj. & vij. col. facit quæſt. an cõtractus talis firmetur iuramento, an ſolũ obligetur qs ex ſuo iuramento, & nõ ex cõtractu, & ponit effectus non repetitionis, & trãſitionis ad hæredes quãdo firmaretur. & adducit opi. ꝙ firmetur iuramento cõtractus, & dicit ſibi placere opi. do. Ant. quòd cõtractus nõ firmetur, tamen hæres uel ſucceſſor ſingularis nõ poterit contrauenire, multo fortius nec ipſe iurans poſt adimplementũ. hoc autẽ dicit non habe

habere locum,ubi lex inhiberet cõ tractum odio creditoris:ut in c.debitores.de iureiur.& in c.ſignificante.de pigno.tũc enim odio eius ſtabitur dictis iuribus. Ad conſilium Alex.xviij.ij.uolu. reſponderi forte poſſet,ꝙ ibi ſumus in pacto ſeu cõuentione de ſtando perpetuò in cõmunione:quod eſt reprobatum.l.in hoc iudicium.§.ſi conuenit.ff.fami.erciſ.& ſecundũ eũ nõ haberet locũ in conuentione de ſtando ad tẽpus in cõmuni.ut d.§.ſi cõueniat:& ſi dicatur, quòd in caſu noſtro pariter eſt prohibitũ,ꝙ ſocietas nõ porrigatur ad hæredes,uide an poſsit dici,quòd Alexã.in caſu illius conſilii uidetur uelle:quod ille,qui cõtrauenit, ſit periurus, & teneatur ad pœnã,dicit enim ſic bene facit,qđ not.Ant.de But.in c.pe.de offic.uic. ubi quærit quid ſi Vicarius ſit conſtitutus ad tẽpus,& appoſitum iuramentũ de nõ reuocãdo ante tẽpus: an ſi prius reuocatur,teneat reuocatio,licet ſecundũ eum ſint periuri,ſi ſine cauſa reuocãt,& ſic tunc in pœnam incideret reuocãs,ſi pœnã promiſiſſet,& ſine iuſta cauſa reuocaret:tamen ut dixi reuocatio ualeret, per not.in d.c.quod ſemel.Anto.de Bu.tamẽ ubi.ſ.de offi.uic.c.pe.dicit: dic,quod ſi ſine cauſa reuocãt:licet aliquibus uideatur,quod ſint periuri,& incidãt in pœnã:tamen tenet reuocatio,ſi fiat cũ cauſa,& tãto magis hoc de pœna procedit,qa pœna hæc eſt adiecta facto,id eſt cõtinuationi ſocietatis:quo caſu nõ uidetur adiecta in fraudẽ uſurarum.l. ſed & ſi quis.§.fi.ff.ſi qs caut.cũ ſimilibus adductis per Alex.cõſi.xxxij.ij. col.ij.uol.licet Io.And.ſecundũ Gemi.in c.fi.de proc.ubi gl.uult:quod is,qui iurat nõ reuocare procuratorẽ,poteſt reuocare:licet ſit periurus, & dicit,qđ firmatur contractus:nec per iuramentũ,nec per pœnæ promiſsionẽ poteſt irritari:& forte Io. And.loquitur in iuramẽto,uel pœna de non reuocando procuratorẽ cõſtitutũ ad matrimoniũ contrahẽdum: præterea in caſu noſtro licet promittatur pœna:tamẽ ultra pœnã ſunt promiſsi hinc inde illi ducati mille ratiõe intereſſe damni emergẽtis,& lucri ceſſantis,quod in parte uerificatũ eſt:& Anto. de Butr.in d.c.cum cõtingat.ante pe.co.de iur. dum uult reſpondere ad c.acceſſoriũ.dicit,quod procedit quando acceſſoriũ nõ habet ſubſiſtẽtiã de per ſe à principali:tũc enim nullitas principalis concludit acceſſoriũ,ſi ſubſiſtat de ꝑ ſe:nã cõtractus nullꝰ redditur:qa parti obligat',qđ tollere põt lex ad cõmodũ partis:ſed nõ iuramentũ,ꝑ qđ obligatur deo:& hic eſt cõſiderãdũ,ut dictũ eſt:nã non ſolũ fuit actũ cũ pœna,& iuramẽto,quod hæc ſocietas ſit etiã ꝓ hęredibus:ſed eſt ultra ꝓceſſum:ſcilicet ꝙ ſi hæredes noluerint obſeruare,teneantur ad ducatos 1000.& ſuꝑ hoc iuratum eſt obligãdo hęredes.clarũ eſt enim
15 * ꝙ qs põt obligare hæredes ſuos: imo etiã & bona eorũ,ſecundũ Pet. Cyn.& Bal.in l.aſsiduis.C.qui po.in pig.ha.& Bal.in l.ij.ul.colũ.ſolu.ma. Alex.cõſi.clxxiij.ij.col.ij.uol. ad cõſiliũ Curtii.52.dũ in iij.col.uult, qđ pœna nõ debeatur,qñ eſt adiecta pacto ſeu cõuẽtioni,qđ trãſeat ſocietas ad hęredes,uidet' poſſe rñderi : qđ iura ꝑ eũ allegata nõ loquũtur quãdo eſt iuratũ.pręterea hic ſumus nõ

in pro

in ꝑmiſsione pœnę ſimpliciter, ſed intereſſe. Quartũ dubiũ eſt: an ſit attẽdẽda aliqua cõuẽtio Frãciſci facta Gabrieli uel heredibus, ob quã licitũ ſit ipſis heredibus recedere à ſocietate: qa ut dicit Nic. de Vbal. in trac. ſo
16 cietatis. in x. ꝑte. j. col. ſocietas* coita ad tẽpus põt ante tempus renũciari, qñ ꝑmiſſa non ſeruãtur, allegat. l. cũ ꝓponas. C. de pac. l. Iulian. §. offerri. de act. emp. & l. ſi cõuenerit. §. fi. ff. ꝓ ſocio. Figuratur aũt hæc cõuẽtio ex eo: qđ prætẽditur Frãciſcũ in cõuentione bellutorũ uiuo Gabriele poſuiſſe collos & ſericũ male cõditionatũ: tamẽ in hac cõuẽtione uidetur nõ eſſe habẽdã rationẽ: ex quo Gabriel ea non placitauit, nec curauit, imo belluta recepit: & quãdo aliqua nõ erãt ſecũdũ cõuẽtionẽ, illa ex certa ſciẽtia faciebat ſibi cãbiare. itẽ in ſuo teſtamento uidetur uoluiſſe, ꝙ duret ſocietas: ideo uidetur, qđ nec Frãciſco pro illis bellutis cõſignatis uiuo Gabriele debeãt hæredes facere bonos collos iuxta capitula: ex quo Frãciſcꝰ nihil de illis in cõſignatione locutus eſt: nec hæredes Gabrielis poſsint prætẽdere belluta nõ fuiſſe facta, ꝓut decuit: ex quo belluta recepit, & mala cãbiari ſibi fecit: & forte ut Frãciſcꝰ nihil de collis lo
17 queret, illud faciebat. Sac. Cõſi.* uotauit, & iudicauit bene iudicatũ per audientiã in cõdẽnãdo Frãciſcũ ad belluta nõ conſignata, & ad pecuniã pro bellutis in capitulis cõtẽtã: & in diſſoluẽdo ſocietatẽ: ſed cõdẽnauit hæredes Gabrielis ad ducatos mille, ex quo receſſerũt à ſocietate, qa ita in capitulis cautum erat: & ego poſtmodum informationẽ habui ab exponẽte, quod intereſſe Franciſci nõ erat minus illis ducatis 1000. ob non ſecutam ſocietatem.

SVMMARIVM.

1 *Vſurarii ſeu fœneratores uolentes mutuare uendũt recipiẽti mutuũ res ſteriles, & nomina debitorũ qui ſoluendo non ſunt, & poſtea petunt pretiũ. tunc talis contractus debeat reſcindi.*

2 *Iudex ſupplere poteſt nedum poſt uſuras ſolutas, ut fiat earum reſtitutio: ſed etiam ante ſolutionem, ut earum nulla fiat exactio. & nu. 4.*

3 *Iudex ex officio cõpellit creditorẽ paratum ad exactionem, ut deſiſtat.*

DECISIO CLXXV.

IN cauſa Pyrrhi de Lãberto cũ Ioã. Vincẽtio carapha præſupponitur ꝙ reperiantur duo inſtrumẽta eodẽ cõtextu facta: unũ, in quo Ioãnes pater Pyrrhi mutuauit pręfato Ioã. Vincẽtio ducatos 550. aliud, in quo Pyrrhus uẽdiderit eidẽ Io. Vincẽ. tot reſidua, ſeu ſcãpulos ſerici, qui cũ uno uaſe argẽti poſiti fuerũt ꝓ aliis ducatis 550. modo euenit ꝙ Pyrrhus p̃ſentauit ĩ magna curia inſtrumẽtũ uẽditiõis, petẽs ꝓcedi uia executiua iuxta formã ritꝰ uigore iuramẽti, & inde ꝑ infor. extraiu. cõſtat dicta bona poſita inter ꝑtes fuiſſe ſatis lõge maiori p̃tio quã uere ualeãt, & ꝙ iſte cõtractus p̃ſumaẽ ſic factꝰ in fraudẽ uſurarũ, no. Laur. de Rod. in tract. de uſu. q. lxiij. ubi no. de fraude fœnera
1 torũ,* qui uolẽtes mutuare uẽdũt recipiẽti mutuũ res ſteriles, & noĩa debitorũ, qui ſoluẽdo nõ ſunt: & poſtea petũt p̃tiũ. Quod talis cõtractus debeat reſcindi, allegat Bal. in l. cum allegas. C. de uſur. & Bar. in l. cũ uir uxori. C. de iu. do. ideo uiſum fuit dictũ ĩſtrumẽtũ nõ debere exeq iuxta formã ritꝰ: ſed ꝓcedẽdũ eſſe iudicio ordin

ordinario, in quo partes audiant: nõ obſtãte quod pars cõuẽta, quæ perſonaliter non comparuit, nihil dicat in iudicio, ſed extrà. Anania enim in c. per tuas. j. col. de uſur. dicit ulti. no
2 ta. * iudicem poſſe ſupplere nedum poſt uſuras ſolutas, ut fiat earum reſtitutio: ſed etiam ante ſolutionem, ut earum nulla fiat exactio: poteſt iudex præuenire, ante conſummationem peccati, cum uidet aliquem in præcipitio peccandi: de quo uide bonam glo. in c. ex literis. de ſponſa. & Feli. in c. j. iiij. col. uer. quintum remedium dicit: quintum eſt remedium:
3 * ut iudex ex officio compellat creditorem paratum ad exactionem, ut deſiſtat. c. p tuas. j. de uſur. ut hic per d. Ant. & d. Abb. licet Imo. contra. inde dicit, quòd opi. do. Ant. & d. Abbatis poteſt ſaluari ex eo, quòd alibi
4 ſing. dicit * iudicem poſſe ſupplere ex officio, ut obuiet peccato euidenter imminenti, non diſtinguẽdo, an parti competat remedium, an non. ut dicit gloſ. in cap. cupientes. §. j. de elect. lib. vj.

SVMMARIVM.

1 *Dotis reſtitutio utrum fieri debeat ſecundum conſuetudinem loci, uel ius commune, uel ius Francorum, ubi tale ius uiget.*

2 *Filia fœmina excluſa per ſtatutum, quòd extantibus maſculis & c. utrum dicatur eſſe in patris poteſtate. & numero 5.*

3 *Filia excluſa per maſculos à ſtatuto præterita per patrem non poteſt rumpere teſtamentum.*

4 *Dos quæſita per filiam emancipatam poſtquam pater eam dotauit, non conſolidatur amplius in patrem.*

6 *Dos mulieris excluſæ propter maſculos à ſtatuto utrum remaneat penes filios ſuos, an reuertatur ad patrem dotantem. & nu. 19.*

7 *Dos quonam modo dicatur appropriari filiæ.*

8 *Filia excluſa per ſtatutum, & per renũciationem an pariter procedat quo ad tranſmittendam dotem filiis ſuis, & non patri.*

9 *Dos datur loco legitimæ uirtute ſtatuti excludentis filiam propter maſculos.*

10 *Conditio non poteſt apponi in legitima.*

11 *Statutum excludens fœminas propter maſculos intelligitur de dotatis tantum.*

12 *Renunciatio facta per filiã nocet nepotibus: ſed in Regno non poteſt hoc euenire: quia filia dotata, & ex ea deſcendentes repelluntur à ſucceſſione.*

13 *Nepotes ex filia defuncta ſuccedũt auo pariter cum patruo etiam in Regno: quando auus recepit dotem dictæ filiæ uirtute pacti.*

14 *Filii ſuccedentes matri ſunt hæredes uniuerſales excluſo auo materno.*

15 *Filii ſuccedentes uniuerſaliter matri an tranſmittãt deſcẽdentes infantes hæreditatẽ ad patrem maternam ſiue hæreditatẽ ad patrem non aditam per ſe, nec per patrẽ nomine infantium. & nu. 16.*

16 *Mulier ubi ſucceſſione priuatur contemplatione dotis prout eſt in Regno, ſemper dotem ipſam percipere debet tanquam in ſe conſolidatam.*

17 *Pater ſoluendo dotem ſi ſtipulatur ſibi & hæredib. ſuis reddi in omnem caſum reſtitutionis dotium, an impediat conſolidationem in filiam fieri.*

18 *Conſuetudo generalis, quòd dos filiæ prædefunctæ tranſmittatur ad eius filios*

filios, & non reuertatur ad patrem, an debeat probari.

10 *Doctoribus communiter aſſerentibus conſuetudinem aliquam utrũ ſit credendum. & nu. 23.*

11 *Conſuetudo generalis an ſit probanda per allegantem.*

12 *Dotiũ fauore ſemper in dubio eſt amplectenda opinio, quæ fauet doti: niſi forte communiter eſſet reprobata.*

14 *Filij filiæ morientis ante patrem ſuccedunt in dote materna ex generali cõſuetudine, non tamen tanquam matris hæredes: ſed an imputent in legitimam auitam. & nu. 25.*

17 *Perſona deficiente, quæ eſt cauſa priuilegij immediata, tunc res reducitur ad ius commune.*

18 *Filiorum fauore, uel matris cauſa dos materna datur eis ex conſuetudine generali.*

19 *Filius filiæ morientis ante patrem factus de ordine minorum an ſuccedat in dote materna.*

30 *Pater filiorũ filiæ moriẽtis ante patrẽ lucratur dotẽ maternã ipſorũ moriẽtiũ ſibi ſolutam: promiſſam uerò diuidit æqualiter una cum ſocero. nu. 34.*

31 *Marito lucrãte per ſtatutum tertiam partem dotis datæ utrum intelligatur etiam in dote promiſſa.*

32 *Mora debitoris non debet nocere creditori.*

33 *Malitijs non eſt aperienda uia: nec ex delicto quis debet conſequi præmiũ.*

DECISIO CLXXVI.

IN cauſa domini Domitii de Guatino cum domino Io. Petro theatino primũ dubiũ uidetur eſſe: quæ opinio ſit de iure uerior, an opi. Io. an uero opinio Martini: & circa hoc multũ non inſiſtam: nam cõmunis opinio doc. eſt, ꝙ uerior ſit opinio Ioannis de iure. & omiſsis iuribus, rationibus, & authoritatibus, quæ ſunt pro iſta parte remitto me ad doct. in l. dos a patre. C. ſolu. mat. & in l. poſt dotem. ff. eo. ubi late oẽs mod. poſt & ante Alex. tamen circa iſtud primũ dubium occurrunt aliquæ difficultates ad cauſam de qua agitur, ſtante ꝙ deberemus iudicare ſecundũ opi. Ioannis. Prima eſt
1 difficultas: *an debeat fieri hæc reſtitutio ſecundũ conſuetudinẽ ciuiũ Licii, & nobiliũ non uiuentium iure Francorũ: an uerò ſecũdum conſuetudinem uiuentiũ iure Francorum, an ſecũdũ ius cõmune. Et quidem ſecundũ conſuetudinẽ ciuium non: quia præſupponitur, ꝙ ſit differentia in modo ſuccedendi inter ciues, & uiuẽtes iure Francorũ: ſecundum ius Francorum minime, quia non apparet probata iſta conſuetudo qualis ſit: ergo debet determinari ſecundũ ius cõmune, & ſic ſecundũ opi. Ioan. cui uidetur ſe conformare, ut audio, conſuetudo ciuiũ & nobiliũ non uiuentiũ iure Francorũ: reſtitutio enim dotis promiſſa eſt in caſu quo filia prædecederet ſecundũ uiuẽtes iure Francorũ.
2 Secunda difficultas: *an ſtante conſtit. regni. in aliquibus: quæ excludit filiam fœminã ſtantibus maſculis, talis ſic excluſa ſit ſua, uel patris, & in eius poteſtate. Bart. in l. j. §. ſciendũ. ff. de ſu. & legi. dicit, ꝙ ſtante ſtatuto, ꝙ fœmina non ſuccedat ab inteſtato ſtantibus maſculis, filia non dicitur eſſe ſua: quia ſicut filius exhæredatus non eſt ſuus: ita eadẽ ratione filia priuata à ſtatuto non eſt ſua. inde inferebat Bal. in l. maximũ uitium. pc. & ult. col. C. de lib. præte.

3 *ꝙ ſtãte ſtatuto, quòd filia fœmina ſtantibus maſculis ab inteſtato non ſuccedat: ſi filia præteritur per patrẽ, non poterit rumpere teſtamentum: & opi. Bart. in d. l. ſciendum. refert & ſequitur Aret. conſi. xix. j. col. & hoc ꝙ filia ita præterita non rumpat teſtamentũ tenet Alex. poſt Pau. ibi in l. filia dotem. ij. col. C. de colla. & Philip. deci. ibidem. j. col. quia regula. l. inter cætera. ff. de lib. & poſthu. habet locũ in præterito, qui eſt ſuus hæres, & qui ab inteſtato ſuccederet. tenet etiã Brunus in tract. de ſtatutis excludentibus fœminas. xj. articulo. v. q. vij. col. dicens hanc eſſe com. opi. licet Bart. in l. fi. pen. col. ff. ad Tertul. teneat tunc filiam rumpere, quando filius inſtitutus ſibi prædecederet, & ꝙ interea teſtamẽtum ſit in pendenti. & idem ꝙ filia præterita excluſa per ſtatutum etiam ſi ſtautũ excludat dotatas non rumpat teſtamẽtum, tenet Alex. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. x. col. de liber. & poſthu. & ꝙ filia excluſa per ſtatutũ deſinat eſſe ſua: tenet idem Alberi. Bru. in eo. tracta. x. articu. iij. col. ubi dicit, ꝙ eſt com. opi. Ex hoc ſequi-
4 tur,* ꝙ ſicut quando filia poſtquam pater eam dotauit, emancipata acquirat dotem, & non conſolidatur amplius in patrẽ: ut in l. ij. §. ꝙ ſi in patris. ſolu. ma. in l. j. §. uideamus. C. de rei uxo. actio. etiam ſi pro emancipata eſſet ſoluta dos. & multò fortius in d. §. quòd ſi in patris. iiij. col. per Alexan. poſt glo. ita in caſu iſto ſtante ſtatuto prædicto, quod facit eam extra patriam poteſtatem. tamẽ Alex. conſi. cxxxj. j. uolu. in caſu quo ſtatutum uult filiã dotari, tenet Gabriellam à Baptiſta de Ferrariis pa-

tre ſuo ſubſtitutã Nicolao filio teſtatoris potuiſſe tranſmittere ex potentia ſuitatis hæreditatem pupilli etiam non aditã. per ea quæ not. in l. ſed ſi plures. §. quos poſſum. cum ibi not. per Bart. & alios. ff. de uulg. & pupil. non obſtante ſtatuto loci diſponente, ꝙ filia excludatur propter exiſtẽtiam maſculorum per ea quæ no. Bar. in d. l. j. §. ſciẽdũ. & Bar. in d. l. maximũ uitiũ. Mouetur quia rationes dictorũ doctorum concludunt: ex quo talis filia iudicatur ut exhæredata, quæ non eſt ſua: ſed in caſu, quo ſtatutum nõ excludit ſimpliciter: ſed uult ꝙ filia debet habere dotem extantibus maſculis, quæ dos habetur loco legitimæ, nõ definit eſſe ſua: nam ille, qui debet habere legitimam, non poteſt dici exhæredatus. inde idem Albe. Brunus in d. articu. poſtquam dixerat com. opin. eſſe: ꝙ filia excluſa per ſtatutũ ſtantibus maſculis deſinit eſſe ſua: dat plures limitatiões, & inter alias eſt, quarta limitatio, in qua ſequitur Alex. in d. conſi. & refert idem tenere Iaſ. in l. ſi emancipanti. C. de coll. & dicit in ſi. quartæ col. ꝙ prædictæ procedũt, etiam ſi ſtatutum mandat filiam dotari, uel excludat dotatam. quinimò etiam in caſu, quo ſtatutũ mandaret filiam dotari, quòd præterita non rumpat: tenet Neapo. in conſuetudine Neap. ſi moriatur. in uer. ſuccedunt. quia de conſenſu ciuium per principem approbato ius ſuccedẽdi uidetur trãſfuſum in paragiũ: item quia is, qui habet aliud auxilium, non habet querelam, nec ius dicendi nullum. Et ex prædictis
5 *in quantum dicendum eſſet filiam, quæ per ſtatutum debet dotari, & ſic

ſic excludendam, adhuc durare ſuã, reſultat, ꝙ non poſſet dici, quòd filia d. Io. Petri excluſa per maſculũ non erat ſua: ut ſic tanquam emancipata impediret conſolidationem dotis in patrem ipſa, uel eius hæredes. Tertia difficultas in hoc primo dubio eſt: an ſtante opinione Ioannis pro uera: & ꝙ ſecundũ eam
6 debeat iudicari, habeat locũ* in filia dotata in loco ubi uiget dictum ſtatutũ, ꝙ fœmina ſtantibus maſculis non ſuccedit: ſed debeat dotari, ut tunc ſi moriatur dotata, filii ex ea excludãt auum. Aduocati filiorum ſeu patris ipſorũ adducunt, ꝙ non, & quòd imò iſto caſu filii ſuccedãt: & allegant primo conſilium Card. in j. & ij. col. ubi uult, ꝙ quando pater dotans procurauit renuntiationem à filia, quam dotabat: per quã excluderetur ab eius ſucceſsione, & hæreditate, uidetur omnino uoluiſſe dotem filię appropriare, cum per renuntiationem filia eſſet excluſa à cæteris bonis, & quo ad appropriationẽ iſtæ tales coniecturæ ſufficiũt ſecundum eum: ſed quando conſtaret patrem uoluiſſe appropriare filiæ dotem etiam profectitiam: tunc filii filiæ excludunt auum. allegant doct. in d. l. poſt dotem: ubi Bal. no. in vj. charta. limitat com. opi. Ioan. procedere in dote profectitia: cuius actio durauit communis patri & filiæ: & ſecus ſi fuiſſet appropriata ſoli filiæ, ut poteſt contingere uigore pacti paterni, ut ibi ſecũdum intell. Dyni circa ſextam lectu. & no. Bart.
7 ibi. ix. col.* quòd filiafa. in caſu quo ſibi dos appropriaretur per patrem habebit filios hæredes: & unde ibi exẽpla, quomodo appropriatur filiæ: unde dicunt, ꝙ cum per conſtitutionẽ Regni filia dotata excluditur à ſucceſsione patris, perinde eſt ac ſi renũtiaſſet: quo caſu dos eſſet ei appropriata. ſed hic obſtant duo: primò ꝙ iſta excluſio nõ fit in caſu noſtro per patrẽ, ut ſic pater uideatur appropriare filiæ dotem: ſed fit per ſtatutũ, & ſic ſumus extra conſilium Card. & licet d. Ioan. Pet. procu
8 rauerit,* ꝙ ob cauſam dotium promiſſarum ab eo filia promiſerit renũtiare bonis maternis: modo uereor an ſimile ſit hoc caſu, quando procurauit, ꝙ filia renũtiaret bonis ſuis: & maxime, quia quãdo filia excluditur non per renuntiationẽ, ſed per ſtatutũ, tũc, ut dicit Bart. in d. l. fi. pe. co. ad Tertu. quando filius mortuo patre prædecederet ſorori, ipſa poſſet rumpere teſtamentum: quod forte non eſſet, quando filia renuntiaſſet. ſecundò afferunt authoritatem Laurẽtii de Palatiis de Fano in rep. ſtatuti, quòd ſtantibus maſculis fœmina non ſuccedat. in v. col. in illa q. an filiæ excluſæ à ſucceſsione per maſculum, ſi pater legat dotẽ, poſsit in tali legato apponere conditionem: ut poſt mortẽ filiæ reuertatur ad hæredes ſuos. in qua cõcludit, quòd nõ. Nam licet in dicto caſu nõ teneatur pater relinquere filiæ legitimã: quia legitima eſt portio eius, quod debetur ab inteſtato. l. cum quæritur. C. de inoff. teſta. & à ſucceſsione inteſtati eſt excluſa: cogitur tamen eam dotare, & poſtquã nupſit iam eſt impleta cõditio, quæ inerat ex mente ſtatuti: unde dicit ipſe Laur. ꝙ dos reuertatur ad patrem, nõ eſt ex uerbis ſtatuti, uel ex mẽte: quare uidetur, quòd perpetuo

debeat eſſe apud mulierē, uel eius
9 hæredes, ſicut legitima,* cuius loco uidetur dos eſſe adiecta.l.iij.§.ſed utrū.de minor.l.quoniā nouella.C.
10 de inoffic.teſt.ſed in legitima* non poteſt opponi conditio.l.quoniam in prioribus.eo.tit.ſed notādū: quia titulus.q.Laurētii eſt: an poſsit opponi conditio, ꝙ dos reuertatur ad hæredes patris, & ſic quando pater prædecederet filiæ. Et licet poſtea dicat de reuerſione dotis ad patrē, quod nō eſt ex mente ſtatuti, uel ex uerbis: tamen loquitur in caſu, quo in ſtatuto nihil dicebatur de dotatione, quo caſu filia ſic excluſa ſimpliciter habetur pro emancipata: ut ſuprà dictum eſt. Et licet dicat, quòd conditio dotationis inerat ex men-
11 te ſtatuti: tamen non eſt perinde* ac ſi ſtatutum iuſsiſſet dotari: nam in omni ſtatuto excluſiuo fœminarum propter maſculos, & ſi nihil dicatur de dote, ſubintelligitur de filiabus dotatis: & quæ in alienam iam familiam tranſiuerūt: & non de non dotatis: & ita præfatus doctor in.d.tractatu, ſeu repet.iij.col.allegādo Bal. in l.j.C.de legi.hære.aliud eſt ergo includit qualitatē dotationis ex uerbis ſtatuti, aliud ex mēte.& no.quia Bar.in l.poſt dotem.vij.col.dum tenet de iure antiquo, ꝙ pater ſtipulando dotē ſibi reddi impedit communionē filiæ fiendam: & dicit non obſtare, ꝙ pater tenetur dotare filiam: quia non propter hoc tenetur actionem cōmunicare: imò ius permittit, ꝙ poſsit eam ſibi appropriare. At pro contraria parte, & quòd filii filiæ nō ſuccedant, ſed auus etiā ſtante dicto ſtatuto, facit conſilium primū Ant.de But.iij.& iiij.col. uer. ad tertium. qui in q.ſtatuti ciuitatis Piſtorii diſponentis, quòd fœmina, ſeu ex linea fœminina natus exiſtente maſculo nō ſuccedat: ſed mulieres debeant cōuenièter dotari, & ꝙ dotatæ undecunque & qualitercūq; nihil ab inteſtato occaſione dotis uel aliter poſsint participare, tenet, ꝙ ſi filia eſt dotata per patrē, & deinde moritur relictis filiis, & patre ipſius mulieris: non obſtante dicto ſtatuto dos cōſolidabitur ad patrē filiæ ſuperuiuentem: remanet enim communitas & ius conſolidandi, & dos talis uiuente patre non dicitur appropriata filiæ, tūc enim hæc dos habebit uim legitimæ, quando pater prædecederet, cum moderetur ad inſtar ſucceſsionis inteſtati: ut in auth.nouiſsima.C.de inoffi.teſt. Itē quia eſto, ꝙ dos in legitimam computetur.d.l. quoniam nouella. in fi. tamen ſecūdum eum nullus dixit conditionē dotis alteraſſe pro tempore uitæ patris filia prædecedente, & ſic caſu non eueniente quo legitima debeatur. item quia ſtatutū excludens filiam propter dotē, eam uidetur præſeruare in caſu ſucceſſionis inteſtati: ergo pro nullo caſu, & tempore alterat dotis conditionem. qualitas enim iuncta uerbo intelligitur ſecūdū tempus uerbi.l. in delictis.l. ſi extraneus. de noxa. item præſeruat ſibi ſub nomine dotis: ergo cum qualitatibus, & conditionibus dotis ſaltem pro tempore uitæ patris, quo ceſſat neceſsitas dotem alterandi: & nonnullas alias rationes adducit. Et nota, quia d. Ant. in l.pactum dotale. in fi.C.de colla.
12 dicit in illa q.an * renuntiatio facta per filiam noceat nepotibus, quòd in

in regno hoc euenire nō poteſt:ex
quo per conſtit. regni in aliquibus.
filia dotata repellitur : ergo eodem
modo, & nepotes deſcendentes ex
ea. ita ſecundum eum cōcludit Bal.
in l.maximum uitium. de libe.præ-
te.Bart.in l.liberorū : ubi plene di-
ſtinguit:& ita tenet in vij.& viij.co.
Item pro eadem parte facit Pau. de
Caſtr.in l.qui ſuperſtitis. in fin.ff.de
acqui.hæredi.poſt Iaco.But.qui di-
cit in q.illa:ſi per ſtatutum diſponi-
13 tur,* quòd filia dotata non ſuccedat
cum maſculo, pone ꝙ filia dotata
decedat uiuo patre ſuperſtitibus fi-
liis , ſubaudi , & deinde moritur
auus: an filii excludantur à ſucceſ-
ſione auita?& dicit Paul.de Caſt. ꝙ
Iaco.de But. uidetur determinaſſe,
ꝙ ſi illa dos non remanſit penes fi-
lios eius:ſed fuit per patrem recu-
perata, quia forte fuerat ſtipulatus,
uel erat locus,in quo ſeruabatur ius
cōmune.iuxta not.in l.dos à patre.
C.ſol.mat.tunc filii eius non exclu-
dentur à ſucceſsione cum filio ma-
ſculo:quia ſtatutū non excludit filiā
ſolum fauore maſculi:ſed etiā con-
templatione dotis,quam habuit: ſi
ergo ad patrem eſt reuerſa, ceſſat
cauſa excluſionis quātum ad filios
eius, ſecus ſi filia ſuperuixiſſet pa-
tri, & ſic haberet adhuc dotē, quam
tranſmittit ad filios:& idem in pri-
mo caſu ſi ad patrem non fuit reuer
ſa:ſed remanſit apud filios eius tan
quam hæredes ſecundum conſuetu
dinem,de qua in l.dos à patre.& ſic
Pau.tenet poſt Bu.quòd etiam in ca
ſu ſtatuti diſponentis,quòd filia do
tata nō ſuccedat cum maſculo:ſi fi-
lia præmoriatur patri ſuperſtite fi-
lio,dos ſecundū ius cōmune, quod
eſt opinio Ioannis, reuertitur ad pa
trem : & cum Pau.tranſit Brunus in
d.tract.de ſtatutis excludentibus fœ
minas.vj.articulo.col.xvij. & ad di-
cta per Pau.eſt uidendus Bal.nō. in
d.l.poſt dotem.antepen.char.uer.&
ex prædictis : qui primo dicit infe-
rēdo ex antea dictis per eum, quòd
ſtante ſtatuto uolente,ꝙ filia dotata
à patre non ſuccedat ſtantibus ma-
ſculis:ſi pater uiuens filiam dotauit,
& ſtipulatus eſt ſibi reddi dotem:
mortuo patre remanentibus filiis
maſculis forte filia poſſet ſuccede-
re:ex quo ſtatutū debet intelligi, ꝙ
filia dotem habeat propriam , indè
dicit Bal.poſſe dici, ꝙ debeat reiici
tale onus. Quarta difficultas eſt;
4 *quando non obſtāte opi.Ioannis:
ubi eſt ſtatutum,ꝙ dotata non ſuc-
cedat,filii filiæ excluderēt auum:an
tunc habeantur, ut hæredes matris;
an aliter. & circa hoc uidendus eſt
Bar.in d.l.poſt dotē.iiij.q. ubi con-
cludit,ꝙ ſiue filia ſtipuletur ſibi red
di dotem profectitiam , uel pater
ſuus nomine ipſius filiæ, uel alio
modo donaſſet filiæ actionem de
dote:dos tunc tranſibit ad filios fi-
liæ ea prædefuncta patri,ut eius hæ
redes:& allegat Bar.pro caſu.l.inter
ſocerum. §. cum inter.de pact.dot.
ubi in caſu omiſſo pater uidetur do
nare filiæ : & ideo ipſius ſolius eſt
actio.l.ſi cum dotem. in princi.eo.
tit.ſolu.mat.& ideo ibi tenetur per
filios tanquam hæredes filiæ : & di-
cit Bart.quòd de iure authenticorū
hoc eſt expeditum : quia text.dicit,
omnia, quæ pro filia patri nō quæ-
runtur, tranſeunt ad eius hæredes
deſcēdentes.ut in §.j.in auth.de hæ
red.ab inteſt.ſed dos ex donatione

 tacita,

tacita,uel expreſſa acquiritur ipſi filiæ:ita quod pater in ea nihil habet facere:ergo tranſit ad filios ut hæredes.apparet ergo quod ſicut quando ex patris uoluntate dos uenit ad filiã tranſmittitur per illã ad filios ſuos,ut hæredes: ita quando ſibi de iure cõmuni aliter appropriata eſt: de hoc in ſecunda diff.ſecundi du-
15 bii. Quinta difficultas eſt:*an iſte filius filiæ domini Ioãnis petri,quãdo eſſet uerũ, ꝙ excluderet auum paternum,& habetur ut hæres,licet anomalus ſecundũ Bal.no.trãſmittat hanc hæreditatẽ patri non aditã per ſe,quia infans obiit:nec per patrẽ nomine infantis,& de hoc eſt caſus in l.ſi infanti.C.de iure delib.ꝙ pater poteſt adire pro infante, & ꝙ ſi antequã adeat hæreditatẽ maternam filio infanti delatã infans prędecedat tranſmittet eam ad patrem ſuum:ideo hic nõ inſiſto, & de hoc etiã in iij.diff.ſecundi dubii:quinetiam Iaſ.in d.l.poſt dotẽ.xvj.col.dicit,ꝙ licet pater ſtipulando dotem ſibi,& hæredibus ſuis,tollat effectũ ſolidationis in filiã:tamen quando eſſet ſtatutum,ꝙ ſtantibus maſculis fœmina dotata nõ ſuccedat, prout eſt ubique per Italiã, tunc pater ſtipulãdo dotẽ ſibi,& hæredibus ſuis, uidetur tollere effectũ cõſolidationis in filiã:nam tunc hæredes patris tenentur illã ſtipulationem remittere mulieri.allegat Bal.in l.fi.ij.co. de dot.promiſ.ſequũtur Ro.& Alexan. pro quo, ſecundum eum, quia
16 *ubi quis priuatur ſucceſſione contemplatione dotis : ſemper dotem ipſam debet percipere.l.pater filiã. de coll.dot. ſed hoc dictum Iaſonis nõ facit ad caſum quando filia prędecedit : ſed ſolũ concludit,ꝙ præmortuo patre dos in filiã conſolidabitur:aliàs filia ſuccedat non obſtante ſtatuto.d. Aret.in d.l.poſt do-
17 tem. Sexta difficultas eſt:*nam cõſtante matrimonio dominus Io.Pet. ſoluit certã pecuniæ quantitatẽ, & ſtipulatus eſt illã ſibi & hæredibus ſuis in omnem caſum reſtitutionis ipſarũ dotium : an per hoc impediatur coſolidatio in filiá, quæ aliàs fienda eſſet? & uidetur ꝙ nõ:nam licet, quãdo pater ſtipulatur ſibi reddi dotẽ, non habeat locũ conſolidatio in filiã : tamen illud obtinet, ſi à principio hoc fiat:unde in capitulis eſt actũ, quod dos reddatur ſecundum uſum & conſuetudinẽ Baronũ Licii iure Francorũ uiuentiũ : & ſic ſecundũ ius commune:& ſi de iure cõmuni eſſet uerũ, quòd dos eſſet ipſius filiæ: nõ poteſt poſtea ex interuallo fieri pactũ ſine uolũtate filiæ in ſui præiudicium.text.eſt in l. quoties.ff.ſol.mat.quinimo dicebat Imol.in d.l.poſt dotẽ:quẽ refert & ſequitur Bald.not.ibi.in vij.char.ꝙ quãdo deberet in cauſa iudicari ſecundũ opi.Mar.de quo infrà dicetur: etiã ſi ſtipulatio eſſet facta dicto modo filia prædecedente in matrimonio cũ liberis:talis ſtipulatio nihil operaretur, quia ſtãte dicta conſuetudine uerũ nõ eſt, caſum reſtituendæ dotis contigiſſe. Secundum principale dubiũ in hac cauſa eſt : quia contra Ioannẽ eſt opinio Mar.& doctores dicunt illã ſeruari de cõſuetudine:an debeat iudicari ſecundũ conſuetudinẽ Martini : an uerò ſecundũ ius cõmune, nõ probata aliter dicta conſuetudine. Pri-
18 ma difficultas *circa hoc eſt,an debeat

beat hęc cōſuetudo probari. ꝙ probari nō debeat facit gl. in d. l. dos à patre. quæ dicit, ꝙ opin. Marti. uſu præualet: facit Bar. ibi dicēs, ꝙ conſuetudo approbauit, ꝙ lex illa intelligatur muliere decedēte ſine liberis. Ang. ibidē dicit de opi. Mart. quod ita de cōſuetudine obſeruatur, quę eſt optima ll. interpres. Bar. in d. l. poſt dotē. ix. col. v. q. tenet cū Io. licet dicat, ꝙ de cōſuet. ſeruetur opi. Mar. Bal. in d. l. dos à patre. dicit ueritatē eſſe pro Ioāne, & quod de cōſuetudine obſeruatur contrariū. Saly. ibi dicit in fine ſic, & apparet, quod uſus cōmunis approbat opi. Marti. æquiſsimis rationibus. Alex. in d. l. poſt dotē. xij. col. poſt recitatā opi. Io. dicit quanquam de cōſuetudine cōtrariū ſeruetur, ſcilicet: opi. Mart. Bal. not. ibidē. vj. char. dicit, ꝙ opi. Marti. eſt magis æqua, & ita ſecundū hanc cōſuetudinē hodie ſeruatur ubique. Bal. no. idē in tract. do tium. ſexta parte. priuilegio. xxviij. in q. quando pater dotans ſtipulatus eſt ſibi aut filię: primo dicit, ꝙ filia nō eſt adiecta niſi tantū in ſolutione: ſi uerò eſſet ſtipulatus ſibi, aut cui de iure debetur: dicit cū Bal. quod quādo matrimoniū ſolueretur morte uiri, cenſebitur ſtipulatio facta patri, & filiæ cōmuniter: quan do uerò morte mulieris, ſoli patri. inde dicit: ſed tu dic, ꝙ hodie ſtante conſuetudine, de qua per gl. in d. l.
19 dos à patre.* quia tunc debetur de iure cōſuetudinario filiis remanentibus ex eodē matrimonio, & nō patri, ſecundū dicta in d. l. poſt dotem. ſol. mat. tunc cenſeretur facta ſtipulatio pro dictis filiis, quibus debetur de iure nō ſcripto. Iaſ. in d. l. poſt dotē. xix. col. in q. noſtra: ubi nō eſt facta aliqua ſtipulatio alterans ius cōmune. Bar. concludit, ꝙ dos debet eſſe liberorū: & ſic retineri per maritū pro ipſis filiis uirtute cōſuetudinis generalis approbantis opi. Marti. tanquā æquam. idē Iaſ. ibidē. xix. col. uolens defendere Bald. in l. ij. ad fi. C. de bo. quæ liber. uolētem: quod conſuetudo Martini habeat locū, etiam quādo pater eſt ſtipulatus dotē ſibi reddi in omnē caſum, & euentū dotis reſtituendæ ſecundum ius cōmune: dicit ſic, itē. d. conſuetudo eſt generalis per uniuerſum orbem, & nō ſpecialis alicuius loci: ergo dicitur ius cōmune non ſcriptū. §. ex nō ſcripto. inſti. de iur. natu. gen. & ciui. & paulo infrà ad aliud propoſitū dicit ſic: iſta cōſuetudo generalis fuit inducta fauore liberorū ſuperexiſtentiū: ut eis potius debeatur, quàm reuertatur ad patrē. & Curt. in add. ad Alex. in d. l. poſt dotem. xj. col. loquens de opin. Mar. dicit, ꝙ iſta nō eſt proprie cōſuetudo, ſed generalis intellectus ll. & interpretatio dubii propter opi. tantorū doctorum. allegat Bal. in l. ij. in fi. C. de bo. quæ lib. & Odo. in l. dos à patre. & ꝙ iſtud dictū Bal. ſequitur Ro. in rubr. de arb. iiij. col. tamen Bal. not. reprobat Bal. in d. l. poſt dotē. Hercu. in d. l. poſt dotem. xxxv. col. dicit, ꝙ ex quo iſta cōſuetudo eſt generalis: & ita prout generalis refertur per doc. poteſt dici ius cōe nō ſcriptū. in d. §. ex nō ſcripto. de iur. natu. Ant. de Alex. in d. l. poſt dotem. recitata opin. Bal. dicit. quāuis autem hæc ſit cōmu. opin. & uerior de iure. Mart. tamen gloſſator dixit oppoſitum, & eius opi. per

 totum

totũ ſeruatur de conſuet.Imo.prout eum refert Alex.in d.l.poſt dotem. xix.col.& Iaſ.in l.de quibus.antepe. col.de ll.in l.j.§.nuntiatio.iiij.colũ.
20 de no.oper.nunc. dicit*ꝙ quando doct. cõmuniter aſſerunt conſuetudinem ita eſſe,tunc eis ſtandum eſt & credendũ per no.per Io.Andr.in c.j.de cõſt.& per Bar.in l.fi.de pœn. iud.qui male iud.ſi autem duo doctores dicũt conſuetudinẽ ita eſſe, alii uerò nõ dicũt:tũc eis nõ eſt ſtandũ. ego uerò in meo lib. nõ habeo talia uerba.Bal.not.in d.l.poſt dotẽ. vij. charta. in illa.q. an conſuetudo Martini habeat locũ,ſi prædecedat in matrimonio uir. in qua Bart.dicit,ꝙ nõ,& intelligitur, ꝙ non habeat locũ, quando eſſet probatum, ꝙ ſic cõmuniter fuit obſeruatum in loco muliere prædecedente:& poſt aliqua ſubdit Bal.ꝙ debet eſſe cautus ille, qui ſe fundat in dicta conſuetudine:& facit differẽtiã,an quis reſtringat ſe ad conſuetudinẽ proprii loci,an ad generalẽ.Inde dicit,
21 poteſt etiã dici,*ꝙ fundãs ſe ex hac conſuetudine generali nõ tenetur ad eam probandã: cũ propter eius generalitatẽ uideatur tranſiuiſſe in quoddã ius gẽtiũ.Imo.in l.j.iiij.co.
22 ſol.mat.dicit,ꝙ*ubicunque in materia dotis ſunt opiniones, in dubio eſt amplectenda opinio, quæ fauet doti, niſi forte illa eſſet cõmuniter reprobata:& paulo poſt dicit,& no. bene hic,propter id,quod not.in l. dos à patre profecta:ſed uide quia opi.Mar.de iure cõmuniter reprobatur. Sed ꝙ hæc conſuetudo debeat probari,facit Cyn.in d.l.dos à patre.qui dicit, ꝙ opi.Bal.& ſequacium continet ueritatẽ, & euangelium.ſed de conſuetudine ſi tenetur contrariũ in aliquo loco, iuri cõmuni derogatur.facit Bar.in l.j.xxviij. q.C.quæ ſit longa conſuetudo: ubi uolẽs reducere ad practicã modum probandi conſuetudinẽ per teſtes exemplificat in probanda conſuetudine ſecundũ opi.Mar.facit Alb. in d.l.dos à patre.ubi dicit,ꝙ de iure eſt uera opi.Bulg.licet de cõſuetudine in multis locis ſeruetur opinio Mart.facit Alex.in d.l.poſt dotem.xix.col.ubi dicit, ꝙ abſque aliqua probatione nõ creditur gloſæ, & doct.aſſerentibus opin.Marti.de conſuetudine ſeruari: etiã ſi plures & plures doctores in lecturis affirment.facit And.in conſti.in aliquibus:ubi dicit ꝙ gl.in d.l.dos à patre dixit,ꝙ opi.Mar.uſu prẹualet:poſtea dicit,oportet autẽ probari hoc: quia ei qui dicit incũbit probatio. facit Claudius in d.l.poſt dotẽ.pen. col.qui ſequitur Alex.ibi dicens, ꝙ bene dicit.facit Iaſ.in d.l.de quibus in antepe.col.ff.de leg.qui in illa q.
23 an credatur *doct.alleganti conſuetudinẽ:refert plures doct.& Imo.in d.§.nuntiatio. & Alexan.in d.l.poſt dotẽ.& tenet cum Alex.tamẽ loquitur,& loquuntur, quando ſumus in uno uel in pluribus doctoribus:nõ autem, quando omnes hoc dicunt: licet poſſet dici,quòd quãdo Alex. impugnat Imolã, uideatur ſentire idem,quod quando omnes:& not. quod Alex.in l.illã.pe.col.de colla. dicit,ꝙ dos filiæ prædefunctę ſecundum omnes de cõſuetudine remanet apud liberos. Secunda difficultas in hoc ſecundo dubio erit,
24 *an filii huius mulieris patri prædefuncti ſtante cõſuetudine, de qua

ſuprà

ſuprà, habeant dotẽ tanquam hæredes matris uel aliter. de quo etiã ſuprà dictũ eſt circa primũ dubium, ꝙ non tanquã hæredes. Bart. in l. in quartã. pe. col. ad leg. fal. in illa. q. an filii filiæ morientis ante patrem ex computent ſibi dotẽ in quartam aui materni, ſicut feciſſet mater: dicit hæc uerba. Et quando mulier decederet in matrimonio cũ liberis, debet reuerti dos ad patrẽ. in l. dos à patre. ſol. mat. de conſuetudine tamen remanet apud uirũ: conſuetudo ergo nõ facit illos hæredes matris, quia illa dos non erat matris, nec matris eſſe debebat. Sed quid facit cõſuetudo? certe aufert ab auo & illis nepotibus dat: apparet igi-
25 tur, * ꝙ iſti nepotes non habent ex perſona filiæ: ſed ab auo ex perſona ipſius aui: merito debent imputare in quartã. Alex. in l. poſt dotẽ. col. ix. tenet limitando Bart. quando pater eſſet ſtipulatus dotẽ reddi ſoli filię, tunc filii eius illã non cõputant ſibi in legitimã debitam matri, attento ꝙ filia ſecundũ communẽ opi. habet hæredẽ. Idem tenet Bart. in d. l. poſt dotem. antepe. col. dicens, ꝙ ſi opinio Martini eſſet uera de iure, filii filiæ habebunt dotẽ, ut hæredes matris. Et ſic non imputaretur in legitima, cum tractaretur de ſucceſſione aui, ut in l. ſcimus. §. repletionem. & de ex cõputatione, de qua Bar. in d. l. in quartã. late Alex. conſ. xxiiij j. col. j. uol. ſi uerò alia opinio eſſet uerior: iſti filii nõ habent hoc à matre eorum: ſed à patre matris, à qua cõſuetudo aufert: & hinc dicit Bal. not. ꝙ licet in hac ſentẽtia non multũ ſe firmet: tamen intẽtio Bart. uidetur eſſe, ꝙ immediate mortua filia iuris miniſterio duo actus ſucceſſiui cauſantur: uidelicet ꝙ dos immediate redeat ad patrẽ, & illico de perſona patris tranſeat ad ipſos nepotes uigore cõſuetudinis. Sed ꝙ tanquam ad hæredes tenuit Bal. in l. illã. C. de col. & in l. dos à patre. præallegata, ubi quærit: an iſta dos ob conſuetudinẽ retẽta ob liberos cedat lucro mariti: an uerò uadat ad filios, ut hęredes mulieris. & ponit opi. Iac. de bel. ꝙ uadat ad liberos, ut hæredes matris: at Alex. in d. l. illã. pen. col. reprobat Bal. & tenet cũ Bar. & idem tenet ibi Ro. & Pau. de Caſt. Tertia difficultas in hoc
26 ſecũdo dubio eſt: * an hic filius trãſmiſerit iſtam hæreditatẽ nondum agnitã ad patrẽ: & de hoc etiã circa primũ dubium tactũ fuit: & quidem Bal. in d. l. dos à patre. loquendo de dote, quæ retinetur ex conſuetudine Martini. allegat Iac. de Bel. ut dictum eſt: ꝙ uadet ad liberos ut hæredes matris: inferendo, ꝙ ſi non ceperant hæreditatem & deceſſerint: reuertatur illa dos iure hæreditario ad hæredes matris. & dicit Bald. quòd eſt ipſa ueritas in dote, quæ retinetur ex cõſuetudine: item quęrit Bald. an pater iſtorum filiorum non reſtituendo dotem intelligatur adire nomine filiorũ, & primò ponit opi. Bar. quòd ſi diu retinuit, uidetur adiuiſſe: inde dicit, alii dicunt contrariũ: & dicit, quòd hæc pars eſt uera, hic pater infantis non diu retinuit: quia in xxxx. diebus obiit puer. idẽ Bal. in auth. ſed & ſi quis. pe. & ult. col. C. de ſecũdis nup. dicit. iij. caſus eſt, quãdo omni ſtipulatione ceſſante dos retinetur per patrem propter liberos ex cõſuetu-

 dine,

dinē,de qua not.in l.dos à patre.& tunc quia iſta conſuetudo eſt introducta fauore liberorum,dico quòd deficiente matre & liberis nō adita hæreditate ceſſat beneficium cōſuetudinis:& dos reuertitur ad hæredes mulieris,argumento in authen. de nup.§.quoniā.nam finita perſo-
27 na,*quæ eſt immediata cauſa priui legii,res reducitur ad ius commune.& Bald.ibidē in uer.ſed pone.in fine illius.l.dicit,quod quādo pater eſt ſtipulatus nomine filiæ dotem reddi in omnem caſum dotis reſtituendæ, & moritur filia ſuperſtitibus liberis,talem dotē ad hæredes ſuos tranſmittit,& decedentibus filiis,& non tranſmittētibus marito, quo mortuo talis dos debet reſtitui:quia non eſt hæreditariū hæreditatis ipſius mariti,ſed patrimoniū eſt mulieris. Nos ſupra in quinta difficultate primi dubii diximus, ꝙ hæreditas per filiū infantē nō adita tranſmittitur ad patrē:quare ergo hic contrariū dicendū eſt,& tanto magis,quia hæc dos ſecundū cōſuetudinem nō deberetur filiis mulieris iure hæreditario,& ſic nō titulo uniuerſali:ſed ex legis diſpoſitione:unde debet tranſmitti ad patrē, multo fortius etiam nō agnita,ſicut legatum.l.unica.§.cū igitur.C.de cadu.tollē.propter quam rationē Alexā.in l.cū antiquioribus.iij.col.C.de iure deliber.tenet cōtra glo.ibi,ꝙ lucrum quartæ partis bonorū debitæ filio arrogato trāſmittitur ad hæredem,ſic quoq; lucrū dotis,qđ per ſtatutū defertur marito uxore prædecedente.trāſmittitur ad hæredes mariti,etiā ſi maritus non agnouit, ſecundū Pau.& Alex.in d.l.cū antiquioribus,niſi dicas,ꝙ cū hæc conſuetudo ſit inducta fauore filiorum, eis ceſſantibus & decedentibus ante agnitā dotē nō tranſeat ad patrē, uel quod Bal.loquatur in alio quàm infante:quia in infante uidetur ſpeciale per d.l.ſi infanti.ſed etiā in nō infante alia lucra titu.particulari trāſmittūtur ut ſuprà dictū eſt. Quarta
28 difficultas eſt,*nā hic uidetur ceſſare fauor filiorum,ex quo filius mortuo matri ſuperuixit:& hic dico tēpore matri ſuperuixit:& hic uidēda ſunt omnia argumēta Saly. in d.l.dos à patre,quæ faciunt pro opi.Martini:in quibus uidetur plurimum ſe fundare ob fauorem filiorū,& ſic ſolutiones,quas dat ad argumenta pro opi.Io.& ad hoc uidetur tendere id,quod dixit Bal.in authen.ſed ſi quis. pen.col.de ſecūdis nupt.in uer.tertius caſus:niſi dicas, quod loquatur in liberis,nō infantibus.ſed ad hoc obſtat,quia Bal.uidetur etiam ſe fundare in fauore liberorum,qui ceſſat hic.& ad hāc difficultatem facit Bal.no.in d.l.poſt dotem.xxiij.col.in repet.dū quærit,qđ quando filii filiæ repudiaſſent hæreditatem matris?& primo ponit opinionē quorundā modernorū,quòd adhuc pater filiæ nō admittatur:quia ſola ſuperexiſtentia filiorū eū excludit propter dictā conſuetudinē:deinde dicit ipſe,tu dicas,ꝙ ſi pater filiorum uellet adire eis repudiantibus,tunc forte excludetur ipſe auus maternus: ſi autē non uellet adire, & tunc ſine dubio talis dos rediret ad patrem,& forte nō tāquàm hęredem,ſed tāquàm iure peculii profectitii:quia tūc uidetur ceſſare d.cōſuetudo,& eius æquitas,cū ideo æquitas conſuetudinis fuit inducta propter

pter cõtemplationẽ filiorũ,licet nõ ueniant immediate,& iure cõſuetudinis:ſed ex perſona filiæ,& ſic tanquàm eius hæredes ſecundũ cõmu. opi.ut s.licet hoc ſit falſum de cõmuni.opin.unde ſequeretur,q; ſi.d. filiafa.candẽ dotem donaſſet alteri puta fratri,forte tunc excluderetur pater,ex quo tunc adhuc ſubeſt fauor aliquis ipſius filiæ,quoniã fuit cõſecuta in ipſa dote profectitia propter exiſtentiã filiorũ,licet nõ hærredum,per id quod not.in d.l.Lucius, & in d.§.cũ quis:nam nõ poſſumus negare ſecundũ.d.cõmu.opin.quod ipſa dos fuerit quæſita filiæ,& effecta de bonis & hæreditate ipſius filiæ incõmutabiliter propter ſuperexiſtentiã filiorũ,cũ ipſi filii ueniant tanquàm hæredes & tãquàm ad bo
29 na matris.* ſi autẽ filius ſuperexiſtẽs fingeretur pro mortuo,puta qa eſſet deportatus,uel aliàs incapax factus,puta de ordine minorũ,& tunc conſuetudo nõ haberet locũ per id quod habetur in d.l.j.§.fi.de contra tabu. Quinta difficultas in hoc dubio eſt,ſtante,q; eſſet iudicandũ ſecundũ cõſuetudinem Martini,& q; non requiratur alia probatio,& q; aliæ difficultates nõ obſtarẽt.Quid
30 erit iudicãdũ* de ducatis.500.nondum ſolutis per.d.Io.pet.qui petuntur ab eo per ſuũ generum?glo.in l. fi.C.de dot.promi.dum ibi dicitur, dederit id eſt dare promiſerit.dicit
31 Bal.ibi quòd facit ad ſtatutũ,*quòd maritus lucretur tertiã partẽ dotis datæ,utrum intelligatur etiã in dote promiſſa,& nõ data actualiter?ui detur quod ſic,per illũ tex.cũ glo.& dicit Bal.ego conſului pro iſta par-
32 te,ſi mora interuenit in dando,*ne mora debitoris noceat creditori. ar.de iur.& fac.igno.l.iniquiſsimũ. & dicit Alex.conſi.lxiij.iiij.uol.ulti. col.quòd iſta eſt magis uera opi.potiſsime quãdo promiſſor fuiſſet in mora dandi,& allegat conſil.Ange. pro hac parte.clxxix.hic præſupponitur mora debitoris.Bald.not.in l. poſt dotem.viij.char.primo arguit, quod nõ habeat locũ in dote promiſſa:ſed tantũ in ſoluta,quoniam dos promiſſa nõ dicitur uere remanere apud liberos:quia id,qđ nunquàm fuit habitum,non poteſt dici remanere.facit quod habetur ſecũdum eũ in l.apud.de uer.ſigni.inde dicit,quod hoc nõ eſt uerũ:quia licet ſecundũ eũ cõſuetudo fuerit ſeruata in dote data,& forte in loco non cõtigerit iſte caſus:ne reſultet
33 maximum abſurdũ,uidelicet,* quòd detur occaſio patri in faciendo moram in ſoluẽdo,& ſic aperiatur uia malitiis, contra.l.in fundo.ſ.de rei uendi.ne ex ſuo delicto pater cõſequatur præmium,cõtra legẽ ſiue hæreditaria.ſ.de neg. geſt.facit.l.ſcire oportet.§.ſed & maximè.de excu. tut.alias dicit ipſe ſequeretur,quòd pater ex hoc lucraretur cum aliena iactura , unde ne ſequatur hoc abſurdũ,dum fit extẽſio etiã in ſtatutis. Hercu.ibidem.xxxvij.col. mouet.q. quid in dote promiſſa,& nondũ ſoluta,an contra patrẽ actio cõpetat, cũ conſuetudo dictet,quod dos remaneat,& ſic uidetur præſupponere ſolutionẽ iam factam.inde dicit, quod hoc uidetur depẽdere ab eo, an ſtatutũ,quod uir lucretur tertiam partẽ dotis,habeat locũ in dote promiſſa,nedũ ſoluta.& quòd de dote ſoluta loquitur cõſuetudo,quæ de-

duci

ducitur ſecundũ eũ etiã ex eo, ꝙ di
cta conſuetudo uenit ad interpreta
tionem.l.dos à patre.quæ ſine du-
bio loquitur in dote ſoluta,ut patet
ex uer.profecta.& ex uerb.redire.
Anto.de Alexãd.in d.l.poſt dotem.
dum dat limitationes ad opin.Mar.
dicit,fallit quartò ſecundũ aliquos
in dote promiſſa,& non data:nã in
ea nõ cadit proprie retẽtio ex par-
te uiri,de qua loquitur cõſuetudo,
facit quod habetur in l.apud.de uer
bo.ſigni.& in l.mulier.de cõdi.inſti.
in quo tamẽ dicit ipſe multum eſſe
aliàs ponderãdũ ponẽdo quomo-
do fuit practicata conſuetudo in lo
co.Secundum moder.ibi Brunus in
tracta.de ſtat.exclud.fœmi.xj.q.arti.
ix.q.xj.col.mouet dubitationẽ,& nõ
ſoluit,& dicit,quòd ſi dos fuit pro-
miſſa,& filia mortua uiuo patre,at-
tendenda eſſet cõſuetudo Martini,
de qua in l.dos à patre.& conſequẽ
ter,an conſuetudo illa habeat locũ
in dote non data.Cũ cauſa hęc eſſet
in terminis uotandi pro parte uiri,
fuerunt producta capitula quædam
iuris Frãcorum in matrimoniis re-
perta in faſciculis quondam notarii
Cirii ſanctori,quæ cõſeruantur pe-
nes notariũ Gregorium ruffum,in-
ter quæ eſt quoddã.c.ita dicens:itẽ
muliere nupta ut ſupra ſecundũ di-
ctum uſum,ac moriente teſtata,uel
inteſtata ſuperſtitibus liberis uiro
ſuperſtite,& deinde aliqua morula
poſt dotes ipſius mulieris morienti
bus ſuis filiis,pater ſuccedit dictis fi-
liis morientibus in pupillari ætate
uel ab inteſtato,quãdocunq; ibi in
dotibus eorũ maternis capitula hęc
nõ fuerunt habita pro authenticis,
nec in totũ denegata fides.ſac.Cõſi.

habuit cauſam pro difficili,ideo in-
34 duxit partes*ad cõpromittendũ in
poſſe Conſilii de iure & de facto in
ampliſsima forma,& deinde uigore
arbitri laudauit dimidium dotis re-
ſtituendum patri, aliud remanere
apud uirum,in quo dimidio reſtãte
apud uirum incluſi intelligãtur du-
cati.500.nondum ſibi ſoluti.

SVMMARIVM.

1 *Penſiones domorũ adiudicatarũ perc*
ceptæ per cõuentum lite pendente an
ueniant in dicta adiudicatione, uel
augeant pretium domorum.

2 *Fructus percepti pẽdẽte iudicio ſuper*
hypothecaria ueniunt iudicis officio.

DECISIO CLXXVII.

IN cauſa Manfredini de bucchis
cũ Perotto uillaguto fuit dubita-
1 tum,*an pẽſiones domorũ adiudi-
catarum,quæ cucurrerũt,ſeu perce-
ptæ ſunt per cõuẽtum pẽdente lite
adiudicationis factæ in fauorẽ Pe-
rotti cõtra Mãfredinũ ueniãt in ad-
iudicatione,uel augeãt pretium do
morum.Salyc.in l.iij.C.quib.ex cau.
pig.tacite cõtrahatur.dicit,ulterius
cũ quæritur,an fructus rei obligatæ
cadãt in obligationẽ,& quo iure pe
ti poſſent.diſtingue ſecundũ Iac.de
2 Are.*aut fructus percipiuntur pen-
dẽte iudicio in hypothecaria actio-
ne,& tũc ueniunt iudicis officio,nõ
iure actionis.ff.de pignori.l.ſi fun-
dus.§.interdum.facit l.ædilẽ.§.itẽ
ſciendum.ff.de ædil.edic.aut perci-
piuntur non pendente iudicio &c.
quod nõ eſt caſus noſter.hæc diſtin
ctio ante eum poſita fuit per Cy.ibi
& Albe.de ro.

SVMMARIVM.

1 *Electus Regens ciuitatis Neapo utrũ*
remoueri poſsit tanquam aduena de
uolun

uoluntate electorum.

1 *Medicus ſemel approbatus poteſt ex iuſta cauſa reprobari.*

3 *Electus inhabilis ad officium uel magiſtratum, & illum exerceat incidit in læſam maieſtatem. limita ut ibi.*

DECISIO CLXXVIII.

IN cauſa Magnifici Roderici pignaloſæ cum Magnificis electis Ciuitatis Neapo. prætendẽtibus,* q; præfatus Rodericus creatus Regẽs Ciui. Neap. de uoluntate electorum remoueatur tanquàm aduena à dicto officio. tex. inſti. quib. ex cau. §. ſemel. dicit, ſemel autem cauſa approbata ſiue uera ſiue falſa non retractetur. gloſſ. ibi exponit falſam pro iniuſta, ne ſit contra titulum. C. ſi ex fal. inſtru. & l. qui agnitis. ff. de execu. rei iudica. text. in l. quod ſemel. ff. de decret. ab or. fac. quæ eſt. l. j. dicit ꝙ id quod ſemel ordo decreuit nõ poteſt reſcindi, niſi ex cauſa id eſt ob pu. utilitatem. text. in l. pen. in fi. ff. de decr. decu. dicit, non admitti cõtradicere uolentẽ, qđ nõ ſit recte quis creatus decurio: cũ ab initio contra dicere debuerit. tex. in l. ſed & reprobari. in princ. ff. de excuſa. tut. & in l. ut gradatim. §. reproba. ff. de mu. &
1 ho. dicunt, ꝙ* medicus ſemel approbatus à repub. poteſt reprobari, ſic philoſophus. & dicit Bart. in d. l. ſed & reprobari. ꝙ procedit hoc, quando cauſa eſſet iuſta, ut inſufficiẽtia: ſecus ſi iniuſta, per. d. l. quod ſemel. & inferebat Bar. ibi ad Archiepiſcopum Capuanũ, qui erat cancellarius ſtudii Neapolitani, & examinabat iterum docto. & reprobabat nõ obſtante approbatione, & gloſſ. in d. l. ſed & reprobari. §. ſemel. dicit, ꝙ medicus ſemel approbatus reuocatur ob ſanitatẽ conſeruandã hominibus. tex. in l. Barbarius. de offi. prę-to. & in l. quidã conſulebat. de reg. iur. uolunt, quòd quando ſuperior concederet dignitatẽ ſcienter inhabili uidetur diſpenſare, & Iaſon ibi. iiij. colum. aliter ponit. at Iaſ. in d. l.
3 Barbarius. in v. colum. dicit,* quòd ſi ipſe inhabilis eligatur ad officium uel magiſtratum, & illũ exerceat, incidit in læſam maieſtatem. l. iij. §. fin. & ad. l. Iul. maie. niſi eligeretur à populo credente eum habilẽ: quia tũc eſſet uerus Prætor, & intelligeretur habilitatus, ita quòd euaderet pœnam. In caſu noſtro ad electos non ſpectabat creatio Regentis, nec electi crearunt: ſed tantũ creationi factæ per Cæſ. Maieſtatem, ſeu eius Viceregem conſenſerunt, cũ res eſſet in terminis decidendi, electi deſtiterunt.

SVMMARIVM.

1 *Confeßio facta in iudicio nulla ratione incompetẽtiæ iuriſdictionis nõ ualet. & nu. 8.*

2 *Confeßio extraiudicialis concurrens cum aliquibus coniecturis uerißimilibus facit plenam fidem.*

3 *Confeßio in uno iudicio probat in alio.*

4 *Confeßus in iudicio delictum, principaliter & per ſe condemnari poteſt, eſto quòd proceßus ſit inualidus.*

5 *Confeßio coram iudice incompetenti operatur, ut confiteri compellatur coram competenti pro eodem effectu.*

6 *Cõfeßio facta in iudicio inualido præiudicat plene: ſed limitatur. xij. modis, remißiuè.*

7 *Confeßio extraiudicialis quid operatur.*

DE

DECISIO CLXXIX.

IN cauſa Sancii de Samundio cũ Magnifico Iacobo carbono, petebat Sancius à Iacobo Caſtrum Paduli conceſſum aliàs auo ſuo per quondam Sereniſsimũ Regẽ Ferdinandũ primum ex titulo uẽditionis, & quia alias ſpectabat ad eundẽ Iacobum iure antiquo, dicebatur per actorẽ illud ius extinctum fuiſſe ob notoriam rebellionẽ quondã patrui ſui, qui fuerat dominus dicti Caſtri, & ad probãdã hanc rebellionẽ adducebatur quidã proceſſus factus tẽpore Regis Caroli octaui, in quo ſunt articuli, & probationes præfati Iacobi, ꝙ Domitius patruus ſuus adhæſerat Duci Ioanni cõtra Regẽ Ferdi
1 nandũ. Fuit dubitatũ,* an iſta confeſsio præiudicet ipſi Iacobo, & ſic probationes: quia factæ in illo iudicio nullo ratione incõpetentiæ iuriſdictionis in iudicio. Et uide Bart. in tract. de tyran. & Bal. de pac. Cõſtant. in uer. ſentẽtiæ quoq;, ꝙ acta geſta tẽpore tyrãnidis, quãdo tãgũt partes, & nõ ſtatũ, & qđ cõfeſsio in iudicio nullo ratione incompetentiæ ualeat, ut extraiud. Alex. in l. magiſtratibus. ij. col. de iur. om. iu. dicit eſſe cõmunẽ. & uide Feli. in c. olim.
2 viij. limit. de reſcri.* quòd quãdo cũ confeſsione extra iudiciũ de crimine cõcurrunt aliquæ coniecturæ & ueriſimilia ueritatis, faciunt plenam fidem, & uide ibi Feli. in prima limita. & in omnibus limitationibus. & Decium in d. c. at ſi clerici. & Saly. in l. fi. v. colum. C. de quæſtio. & Bal. in l. quoniã, parum ante ſinẽ. de his qui
3 no. infa. & uide* quia cõfeſsio facta in uno iudicio probat in alio. Bald. & Alexã. in l. ij. C. de confeſ. de quo per Decium in d. c. at ſi cle. ſecunda concluſione. Bar. in l. ſi confeſſus. ff.
4 de cuſto. reo. dicit,* ꝙ quando reus confitetur in iudicio delictũ principaliter & per ſe, poteſt cõdemnari, eſto quòd proceſſus ſit inualidus. Ange. in l. j. in fin. C. de confeſ. dicit,
5 * quòd confeſsio corã iudice incompetẽti operatur, ut eius uigore poſſit cogi ad confitendum corã competenti: quod intelligitur, ubi agitur ad eundem effectum. Felyn. late in c. qualiter, & quando. lo ſecũdo.
6 §. licet. ij. & iij. col. dat regulam,* ꝙ confeſsio facta in iudicio inualido præiudicat plene: limitat. xij. modis, & inter alias ponit ſeptimã, uidelicet: niſi iudiciũ eſſet nullũ ratione incõpetentiæ iudicis. per tex. in c. at ſi clerici. in prin. de iud. & alia mul-
7 ta, ſed * an ualeat talis confeſsio ut extraiudicialis? allegat remiſsiue primo Inno. in c. per inquiſitionem. de elec. ij. col. qui dicit de confeſ. facta in alio iudicio, quòd nõ præiudicat: ſed tamen ualet ad faciendum incurrere pœnam infamiæ: ob quã incurritur priuatio: ſicut etiam confeſsio extraiudi. deinde dicit, & hæc uera ſunt, dummodo coram non prohibito iudice fecerit confeſsionem. Secundò But. ibidem. qui in vj. colũ. de confeſ. facta incidenter in iudicio, ꝙ licet non poſsit quis ex ea damnari: tamen habebit effectum, quem habet confeſsio extraiudicialis: ſed in v. col. mouet & concludit, ꝙ quãdo confeſsio eſt facta coram iudice incompetenti, non ualet ut extraiudi. contra Inn. ibi, & hoc quo ad effectũ iuris. ſed quo ad duo ualebit, primo quo ad infamiam, ſecũndo quo ad indicendam purgationem, & dat limita

mitationem:niſi fiat à clerico coram iudice ſeculari uolente illum in iudicem, per c.ſi diligenti. Tertiò But.in c.at ſi clerici.de iud.qui in j.col.dicit, quòd confeſsio uel probatio facta coram iudice incompetenti non præiudicat, ſi poſtea agatur corã cõpetenti:ſed in pe.col.contra Innoc. conſuluit, quod non ualet etiam ut extraiudicialis.inde in ul.col.quęrit: dato quòd ualeret ut extraiudicialis:an præiudicet in crimine?ut cogatur in eo perſeuerare: & allegat Inno.ibi, quòd ſic uellet eũ excuſare. fatetur tamẽ But.ſe uidiſſe conſultũ, & repetẽdo determinatũ, ꝑ hæc cõfeſsio debet ſaltẽ ualere ut extraiudicialis in j.& pe.col. Abb.in eo.c.at ſi clerici.iiij.& v.col.tenet, ꝑ ſi confeſsio fiat à tracto inuito in iudiciũ non habebit uim extraiud.ſi à tracto uoluntarie, operabitur tunc indiciũ ad torturam.inde dicit:item limito, ut compellatur prædicto caſu perſiſtere, quando agitur de crimine: ſecus ſi mere ciuiliter.p tex.in c.olim. de reſcrip.Imo.ibidem.iij.col.ſic dicit:doc.tamen Florentini tranſeunt cum dicto Inno.& dicunt quòd ualet confeſsio ſaltem ut extraiud.inde dicit: & licet opinio d.Antonii forte de iure ſit uerior per iſtũ text. tamen forte in practica alias ſerua-
8 retur aliud magis commune. Aret.in eo.c.at ſi clerici.j.colũ.dicit, * quòd quãdo proceſſus eſſet nullus ex defectu incompetẽtiæ:ita eſt nulla cõfeſsio, ſicut aliæ probationes.In hac cauſa iudicatum eſt in fauorem.d. magnifici Iacobi:abſolutusq; fuit.

SVMMARIVM.

1 *Mandatores ſi plures ſunt, quilibet eorum tenetur inſolidum:tamen habent beneficium diuiſionis, ſi omnes ſunt ſoluendo, ſicut fideiuſſores.*

2 *Fideiuſſores, & mãdatores in quibus æquiparantur.*

3 *Mercatores plures, qui præpoſuerunt factorem, tenẽtur omnes inſolidum ex contractu illius factoris:ſed habẽt diuiſionis beneficium.*

4 *Negociorum geſtor quæ habet probare, ut repetat impenſas à ſe factas.*

5 *Negociũ ſufficit eſſe ſemel utiliter geſtum:etiam ſi effectum non habuerit, uel habuerit contrarium.*

6 *Procurator meus ſi pecuniam mutuatus eſt impẽſurus in mea negocia perdiderit eam ſine culpa, facit me teneri nomine mandati.*

7 *Procurator generalis ſoluendo debita domini ex ſua pecunia repetit à domino.*

8 *Donatio facta abſenti non ualet: niſi epiſtola; uel nuncius interueniat ad coniungendas uoluntates contrahentium:quid ſi interuenerit traditio.& nume.ſeq.*

10 *Relatio cauſæ habet uim concluſionis in cauſa: ſicut quando mittitur proceſſus ad conſilium Sapientis.*

11 *Donatio an præſumatur, quando quis dicit, tolle iſtam pecuniam: uel do tibi hanc pecuniam. & numero 13.*

12 *Donatio ut præſumatur, quatuor requiruntur: quando quis tradit rem alicui.*

14 *Donatio facta ambaſciatoribus an dicatur facta eorum contemplatione, uel mittentium.*

15 *Calculatio ſæpius facta cum lapſu longi*

longi temporis,& ſanguinis coniunctione uidetur inducere debiti remiſſionem.

16 *Confeſſio creditoris dicentis ſe debere conſequi centum à Titio, an præiudicet ſibi, ſi debuiſſet conſequi plus.*

17 *Pecunia recepta pro eo, quod gratis fieri debebat, turpiter recipi dicitur.*

18 *Socii omnium bonorum non tenentur communicare illicite quæſita: tamen ſi communicauerint, lucrum inde quæſitum erit commune.*

19 *Debitor ſi legat creditori non uidetur in dubio legare animo compenſandi.*

20 *Legatum, & donatio pariſicantur.*

DECISIO CLXXX.

IN cauſa Illuſt. don Raymundi de Cardona Viceregis cũ Regia Curia. Primò circa petitionem ducatorum xx. milliũ, quos in partibus Lõbardiæ ipſe don Raymundus erogaturus pro ſolutione gentium armigerarũ ibidem degẽtium in exercitu Catholicæ maieſtatis miſit pro ſuo argento, quod conſeruabatur in arce Imolæ cudendo, & in itinere deprædatum eſt: aut d. Vicerex fundat ſuam petitionẽ ex mandato Cõſilii agens tanquam mandatarius, & tunc facit contra eum: quia ex quo Conſilium repræſentabat plures Potentatus, uidelicet d. Papã: Cath. Regẽ: & dominos Venetos. omnes iſti uidentur mãdaſſe: quia, ut dicit tex. in l. ſi quis ex argentariis. §. pertinere. ff. de eden. q facit aliquid ex mãdato procuratoris, uidetur facere ex mandato domini: unde quilibet eorum tenetur pro parte. l. nos. §. fi. ff. de duo. re. l. ij. C. e. ti. in auth. de duo.

1 re. in prin. & ſi diceretur:* ꝙ quãdo ſunt plures mãdatores, quilibet eorum tenetur inſolidum: ut dicit tex. in l. ſi precedẽte mãdato Titii. §. Paulus reſpõdet unum. ff. mãd. in tãtum, ꝙ etiã hodie cõueniri inſolidũ poſſunt, non obſtãte authẽ. hoc ita. C. de duo. re. ut tenet gl. in l. fi. §. fi. ff. quod iuſſu. in l. non recte. glo. fi. C. de fideiuſ. in §. ſi plures. in glo. j. inſti. eo. & late Bar. in d. authẽ. hoc ita. in vij. q. q dicit, pro hoc tenent doct. quibus uerbis utitur etiã Io. Fab. in d. §. ſi plures. in prin. reprobata gl. in d. §. Paulus. & in l. creditor. §. duobus. ff. mand. Ad hoc reſpõdetur primò, quòd dictæ gl. & doct. loquuntur in mãdatoribus acceſſoriè uenientibus ad mandandum: ita declarat Bar. in d. authẽ. hoc ita. vij. q. dũ ponit rationem diuerſitatis inter eos, qui principaliter cõtrahunt, & eos, qui ut fideiuſſores, & mãdatores, & dicit Io. Fab. in d. §. ſi plures. in prin. ꝙ tales adhibeãtur ꝑ ſecuritate: ut ergo magis ſecuritas extẽdatur, ſtatutum eſt eos teneri inſolidum. Secundò ꝙ nihilominus licet plures mandatores inſolidum teneãtur ipſo iure: tamen habẽt beneficiũ diuiſionis ſi omnes ſunt ſoluẽdo: ſicut in fideiuſſoribus dicimus. in d. §. ſi plures. & l. inter fideiuſſores. & l. inter eos. ff. de fide-

2 iuſſo. & hoc* quòd mandatores fideiuſſoribus in hoc æquiparantur: dicit tex. in l. j. C. de conſtitu. pecun. & gloſſ. in d. §. Paulus. in gloſſ. ij. Et ſi diceretur, quòd poſſit dominus Rex conueniri inſolidum alio reſpectu, uidelicet quia iſti plures Potentatus creauerunt d. Viceregẽ Capitaneum generalem præponendo eum bello: ut poſſit argui de pluribus

bus exercitoribus, uel dominis,qui præponerēt unū magiſtrum,uel inſtitorē, qui ex actu geſto cum inſtitore,uel exercitore tenentur inſolidū.ut in l.j.§.fi.cum l.ſeq.ff.de exercito.& in l.habebat.§.fi.cum l.ſeq.ff. de inſtito.quod Bar.in d.l.ſi tamen. de exerci.& in l.eandem.iij.q.ff.de
3 duo.reis. extendit*ad plures ſocios dominos mercātiæ,qui præponunt factorem:ut ipſi præponētes ex cōtractu factoris teneātur inſolidum: & idem firmat in d.auth. hoc ita.ix. q.primæ partis principalis.& Bal.in l.cum te in Gallia.C.ſi cer.pet.ut ſic idem ſit in domino Vicerege:quoniā ſi ipſe ab alio mutuū ſumpſiſſet: poſſet agi inſolidū contra d.Regē. multo magis quando ipſemet bona fide mutuaſſet. Reſpondetur,ꝙ iſti tales plures exercitores haberēt beneficiū diuiſionis. ita Bar.in d.auth. hoc ita.ij.q.ſecūdæ partis principalis. Pro ipſo autē do.Vicerege facit: nam præſupponitur in facto,ꝙ non totū Conciliū Ligæ:ſed concilium catholicæ maieſtatis, quod d. Viceregi aſsiſtebat,dedit hoc mandatū:aut d.Vicerex fundat ſuā petitionē ex geſtione: & agit tanquam neg.geſtor,tunc facit cōtra eū. nam ſi non præceſsit mandatū totius Ligæ: uidelicet,ꝙ non habeat negotiorū geſtorū acti.niſi quatenus do. Rex fuerit factus locupletior. per tex.in l.ſi pupilli.§.ſed ſi ego.uer.ꝙ ſi amicitia.ff.de nego.geſt.ubi Bart.
4 dicit,quartò nota diligenter,*quòd quando negotiū non eſt geſtū mei contemplatione, & cōtra me datur actio, quia ad me pertinet res ipſa: non datur inſolidum, ſed quatenus ſum locupletior.& idem firmat Bar. in ea.l.§.idem quæritur.iij.col. ubi ſic dicit,non concludit multū,quod ad hoc,ut dominus teneatur inſolidum,debet probare duo gerens,ſcilicet negotiū geſtum,& eius contēplatione geſtū. ſed ſi non probaret eius contemplatione geſtum,debet probare negotiū geſtum, & ipſum locupletatum : ut in d.uer. eo.loco, alias iſta actio non cōpeteret. & licet Bar.loquatur in negotio alieno re ipſa, ut quando in rem alienam quis impēdebat, uel impendere uolebat faciendo,uel reficiēdo:ut declarat glo.in d.§.item quæritur.uer. ipſo geſtu:tamen quo ad hoc uidetur idem eſſe in caſu noſtro:quādo non appareret uere,uel præſumptiue eſſe geſtum negotiū.Sed ad hæc reſpond.quoniā,ut dictum eſt, præceſsit mandatū Concilii regii,& ſic contemplatione do. Regis uidetur geſsiſſe. Facit ſecundo contra eum tex.in l.iij.§.in hac.ff.iudi.ſol.ubi ſi fideiuſſor de iud.ſol. qui nō tenetur defendere dominū,ſi non uult : ſuſcipit defenſionē,& ſuccumbit,non poteſt repetere à domino expenſas per eum in lite factas, quæ bonum exitum non habuit. Facit etiā gl.in l.qui mutuam.§.fi.ff.mandati. quam ſequitur ibi Bald.& Saly.dum facit differētiam inter procuratorē cum mādato facientem pro domino expenſas in lite : quia licet ſuccumbat dominus tenetur.ut in d.§.fi.& in l. & ſi contrariā.C.mandati.& geſtor ſine mādato qui ſi facit expenſas in lite,in qua ſuccubuit,non repetit.ita intelligendo.§.in hac. Sed ad hæc reſpō.primo:quia hic ſumus in eo, qui fecit cum mādato.Secūdo,quia illa iura uendicant ſibi locum in li-

tibus, in quibus ideo illud eſt: quia ex ſententia poſtea lata contra geſtorem apparet non eſſe utiliter cœptum. ita glo. in d. §. fin. & §. in hac. Præterea pro domino Vicerege facit text. in l. ſed an ultimo. §. j. ff. de
5 neg. geſt. *ubi ſufficit negotium geſtum eſſe ſemel utiliter, etiã ſi effectũ non habuerit: & dat exemplũ in geſtore, qui fulſit domũ, quæ poſtea cremata fuit: uel curauit ſeruum ægrũ, qui poſtea obiit. facit tex. in l. quid ergo. §. ſufficit. ff. de contrario iud. tutelæ. ubi dicitur, ꝙ ſufficit tutori bene & diligẽter negotia geſſiſſe, etiã ſi euentum aduerſum habuerit, quod geſtũ eſt: ad idem text. in l. quod ſi ſeruus. §. unde recte. & ſequenti. ff. de in rem uerſo. & ſi dicatur, ꝙ in dictis iuribus negotium iam erat perfectum, quia erat ædificata inſula: reſpon. ꝙ non apparet: ꝙ ſeruus fuerit ſanatus. præterea gl. tam in d. §. j. quàm in d. §. quid ergo. intelligunt illa iura non ſolum in euentu perſeuerantiæ, quæ denotat rem completã: ſed in effectu ſeu euentu complementi, quod denotat rem incompletam: facit pro hoc in terminis tex. in l. ſi ſeruus in rẽ in prin. ff. de in rem uerſo. ubi hæc eſt litera: ſi ſeruus in rem domini pecuniã mutuatus, ſine culpa eam perdiderit: nihilominus poſſe cum domino de in rem uerſo agi, exiſtimaui.
6 Nam * & ſi procurator meus in negotia mea impenſurus pecuniã mutuatus ſine culpa eam perdiderit: recte eum hoc nomine mãdati, uel negotiorũ geſtorũ acturũ: & Salyc. ibi in ſummario ſummat illam legẽ etiam in procuratore geſtore. Facit quoq; pro d. Vicerege tex. in l. quæ utiliter. §. fin. ff. de nego. geſt. ubi in negotio, quod eſt alterius ipſo geſtu, prout eſt in caſu noſtro (ipſo enim geſtu negotium appellamus, quãdo creditori debitoris qui ſoluit, ut declarat Bar. in d. l. ſi pupilli. §. itẽ quæritur.) tenetur ille, ad quẽ uere pertinet: licet contemplatione alterius ſit geſtum: ſed hoc ſecundũ Bar. ibi in d. §. ſed ſi ego. eſt, quia nõ non poterat aliquo modo pertinere ad eum, cuius contẽplatione geritur, ſoluebat enim in d. §. ſi. frater creditoribus hæreditarus credẽs ſororẽ eſſe hæredẽ, quæ nõ erat, & ad eam dicta ſolutio nullo modo poterat pertinere. ſed in §. ſed ſi ego. negotia peculiaria quæ geſſit gerens contẽplatione filii, uel ſerui, poterãt aliquo modo pertinere ad filiũ, uel ſeruũ: quia naturaliter obligãtur, ſecundũ ꝙ Bar. conſiderat in d. §. ſed
7 ſi ego. facit: * nam procurator generalis poteſt ſoluere debita domini de pecunia domini, uel etiã ſua, & tunc repetit à domino. text. eſt in l. ſi procurator. ff. de cond. indeb. uer. quoniam ideo. & ibi Paul. de Caſtr. Secũdò circa ducatos decies mille, ut prætenditur, donatos per ciuitatem Bergomi dicto do. Viceregi. & eius mãdato erogatos in ſtipendia armigerorũ, quos nunc ipſe petit à regia Curia. Prima difficultas in
8 hoc ſecundò eſt: * quoniã non apparet ſufficiẽter fuiſſe probatũ, ꝙ donatio prædicta fuerit intimata, aut notificata ipſi d. Viceregi per nuncium, uel epiſtolam Bergomẽſium, quod requiritur. ut in l. conſenſu. ff. de act. & oblig. & ibi gl. not. dicit, ꝙ ubi dicit lex contrahi inter abſentes, ſubiicit per nunciũ, uel epiſtolam:

lam:& illam gl. reputat ſing. Pau. de Ca. in l. abſenti. ff. de don. dicẽs per illam: ꝙ ubicunq; poteſt contractus fieri inter abſentes requiritur nuncius, uel epiſtola ad coniungendas uolũtates: adeo ꝙ Bar. in d. l. abſenti. de dona. dicit, ꝙ ſi ego in domo exiſtens dono Titio fundum, & ille hoc audito diceret, hoc mihi placet: non erit perfecta donatio. & alleg. d. glo. in l. conſenſu. & aliam gl. quæ magis in ſpecie loquitur. in l. j. de contr. h. empt. & etiam gl. in l. illud. in glo. ſi. in fi. C. de ſacroſan. eccle. & dicit Albe. in d. l. abſenti. quòd talis abſens non poteſt ratificare, & donationem petere: allegat. d. gloſſas. l. illam. & l. nuda. eo. ti. & dicit, quòd hoc tenent Iaco. de Are. Oldr. ibi. & idem tenet Cyn. in d. l. illud. & in l. nec ambigi. C. de donat. & cum Bar. tenent Pau. de Caſt. & Cu. in d. l. abſenti. Saly. in d. l. ambigi. idem tenet Ioan. And. in tit. de inſtru. æd. §. nũc uerò aliqua. in addi. magna incipi. conſtat ꝙ tenet inſtitutio. & Ludo. Rom. met qui in conſi. cxcvij. tenet contrariũ: dicit, quod cõmunis doctorũ ſententia ſequitur gl. in d. l. non ambigi. quæ hoc firmat, & Saly. eam ſequitur: & ꝙ non poſsit fieri donatio abſenti ſine nuncio, uel epiſtola, not. Alex in l. pen. ij. col. ff. ſi cer. pet. & dicit ibi Paul. de Ca. ꝙ in contractibus, in quibus requiritur conſenſus utriuſq;, requiritur nuncius, uel epiſtola: quia conſenſus non cõiungitur, niſi hoc modo inter abſentes: & quòd iſta ſit cõmunis opinio, ſcilicet contra Lud. tenet Card. conſil. ccliij. iij. col. qui dicit non eſſe tutũ in deciſiuis ab ea recedere. & pro ea alleg. l. Labeo. ff. de pact. & ſi diceretur, ꝙ d. cõmunis opinio* obtineret, quando non eſſet deuentum ad traditionẽ, prout eſt in caſu noſtro: cum præſupponatur, ꝙ de ordinatione do. Viceregis ratificantis donationem fuit pecunia numerata regio Theſaurario, & ſic perinde uideatur ac ſi fuiſſet aſsignata domino Viceregi, & per eum Theſaurario: quia dicit text. in l. iij. §. fin. ff. de dona. inter uir. & uxo. ꝙ ſi uolẽti donare mihi mandem, ꝙ donet tibi, inducitur donatio à me tibi. ad quod l. licet. §. j. de iure dot. & l. qui ſe debere. ff. de condi. ob cauſ. ut ſic deuentũ ſit ad traditionẽ, ſeu adeptionem poſſeſsionis rei donatæ: non inualidetur donatio ob defectũ nuncii, uel epiſtolæ. Comes Cariati fuit ille tertius, qui nuntiauit. d. Viceregi, de quo gl. in l. nec ambigi. per authoritatem Bald. in d. l. nec ambigi. qui uult, ꝙ licet iſta donatio non ſit perfecta quantũ ad contractũ, & donationẽ: ex quo non interuenerunt organa media, quæ requiruntur in donatione: tamẽ forte erit perfecta quantũ ad dominium: per authoritatem Cornei in conſil. ccliiij. pe. col. qui uidetur ſequi Bal. per authoritatẽ Ioan. Fab. in d. l. nec ambigi. qui dicit ſufficere, ꝙ procurator, uel geſtor nomine abſentis recipiat: tamen communior opinio uidetur eſſe, quod etiã ſi deuentum ſit ad acquiſitionẽ poſſeſsionis non ſit perfectus cõtractus etiã ad acquiſitionẽ dominii: & hoc modo primò reſpõdetur de com. opi. contraria gl. in d. l. nec ambigi. in glo. prima opponitur: ꝙ inter abſentes nõ poteſt fieri donatio illo iure ſine ſtipulatione. ut in l. ſi quis argẽtum. §.

ſi autem.eo.tit.& ſoluit, ꝙ in d.l.ſi quis argētū. fiebat donatio per pactū:at in l.nec ambigi.fiebat per traditionē: & tamē in d.l.nec ambigi. interueniebat nuncius,uel epiſtola ſecūdū opi.Io.quā gl.ibi uidetur ſequi Imo.in d.l.abſenti.iſtud tenet:dicit enim ſic no.qualiter poſſet fieri donatio abſenti: quia ſi res eſt penes eum,cui agitur donari,pōt fieri donatio mediāte nuncio,uel epiſtola.ſi autē non eſt penes eum,cui agitur donari,tūc oportet,quòd tranſmittatur, uel detur perſonæ, quæ poſſet acquirere abſenti ea intētione,ut ſtatim fiat abſentis.Are.etiam cōſi.xvij.v.col.dicit,quòd etiā in donatione, quæ perficitur traditione, requiritur conſenſus donātis,& donatarii: ſed cōſenſus inter abſentes non eſt efficax,niſi per mediū nuncii, uel epiſtolæ: ergo uigore talis conſenſus inutilis non poteſt uideri facta traditio à donante.Hoc maxime facit pro Vicerege,quia pecunia fuit tranſmiſſa,& numerata illi, cui dixit Vicerex:ſed per quē fuit nunciatū Viceregi,quādo dixit,ꝙ detur Theſaurario:& certe non per nunciū,nec per epiſtolam: ſed ſi fuiſſet nunciatū per nunciū,uel epiſtolam, etiā ſi non iuſsiſſet numerari,ualeret:quādo iuſsit numerari,nunciatum eſt ciuibus, qui numerarūt illi, & numerando miſerūt nunciū,imò pecuniam, quod plus eſt.Nec uidetur ſtandū in iſta difficultate ſeu dubio quibuſdam teſtibus examinatis pro d.Vicerege ad impugnationē partitarū productarū per fiſcū:quia illæ ſcripturę fuerāt præſentatæ an-
10 tequā fieret* relatio cauſæ, quæ relatio habet uim cōcluſionis in cauſa: ſicut quando mittitur proceſſus ad conſiliū Sapiētis.But.in c.paſtoralis.de ca.po.& pro.Felin.in c.cum dilecti.vij.col.de fide inſtr. Secūda difficultas in hoc ſecundo eſt in uidendo, an ex quo præſupponitur, quod dictus Vicerex mādauerat pecuniā præfatā totā dari Regio Theſaurario,ſicque ſcripta eſt in introitibus Curiæ,uideatur propterea facta donatio quondā cath.Regi per ipſum Viceregem. Primò contra d. Viceregē facit Bar.in l.cum quid.ff.
11 ſi cer.**pet.** * ubi in illa q.quādo quis dicit,tolle iſtam pecuniā, an reſultet donatio:recurrendū eſt ad cōiecturas in dubio:uidelicet ad conditionē perſonarū dantis, & recipientis,ad quantitatē, & ad merita: & ſi hæc ceſſant, præſumetur datū animo repetendi.per l.cum de indebito.de proba.& l.cum donationis.§. j.ff.de dona.Secūdò facit,quia prætenditur, ꝙ d.Vicerex mandarit, ꝙ darentur pecuniæ Theſaurario:ſed uerbū do importat tranſlationē dominii.§.ſic itaque.inſtit.de actio.& ꝙ quando dico,do tibi hanc pecuniā, ſit donatio:tenet Petrus in ſuis broccardis,quē refert Imo.in l.à Titio.ff.de uerb.obliga.& Alex.in d.l. cum quid.iij.col.& idē tenet Saly. in l.ſi donatione.C.de collat.per d. §.ſic itaque. & l.in ædibus.§.j.ff.de donat idē tenet Imo.in d.l.à Titio. quando quis ſciens ſe non teneri ſic dixerat: ſecus ſi errans, pro quo. l. cuius per errorē. de reg.iur.ſicut dicimus in promiſſione ſcienter facta ſine cauſa.ut not.glo.in l.iij.§.ſi. de conſtit.pe.& in l.qui cum alio.in gl. magna.de regu.iur.nam traditio,& promiſſio à pari procedūt.l.ſi.C.ad l.falc.

l.fals.l.ſi patronus.C.de donat.& Petrum ſequitur Sozi.conſi.xciij. xiij. col. Tertiò facit, quando propriè non eſſet dictũ,do:ſed eſſet ſimpliciter tradita, quia ut dicit Petr. in broccardo illo,utrum quis tradẽdo
12 rem uideatur donare:concludit,* ꝙ tradendo quis rem non uidetur donare in dubio: niſi in quatuor caſibus. Primus eſt ſi tradidit cõiuncto, per l.ſi ſeruus. ff. de dona.inter uir. & uxo. Secũdus ſi tradidit ei,cui tenebatur ad antidora. per tex.in l. ſi uerò non remunerandi.§.Papinianus.ff.mandati. Tertius ſi ex præcedentibus, & ſequẽtibus apparet de intentione donantis. per l.ſi ſeruus pluriũ.§.fi.de leg.j. Quartus ſi utatur uerbo do, & non uerbo trado. per d.§.ſic itaq;.cum in caſu noſtro ſint merita cath.Regis,qui eũ creauit Viceregem primò Siciliæ,deinde huius regni:& ei donauit ciuitatem Ruborum:officium magiſtri iuſtitiarii dicti regni Siciliæ:& euexerat eum ad locũ Capitanei generalis totius Ligæ:uidetur colligi coniectura donationis. At pro domino Vicerege quo ad uerbũ do facit, quoniã Imo.in d.l.ſi fundum. tenet ſimpliciter cõtra Petrũ in d.quarto
13 caſu.* ꝙ per uerbũ,do,non extantibus aliis, nõ præſumitur donatio,facit Alex.in d.l.cum quid:qui primò defendit opi.Petri·ſecũdò dicit,uel poſſet dici, ꝙ opinio Petri procedat,quando nõ daretur ad numerũ res numerabilis,ad pondus ponderabilis,ad menſuram menſurabilis: unde attẽdẽdo id, quod ultimo ponit,uidetur tenere,ꝙ non ſit donatio,quando nõ daretur res ſecundũ naturã ſuã.Facit Feli.in c.ſi cautio.ij. col.de fide inſtru.ſecutus Imo. in d. l.ſi fundũ. Tertia difficultas circa iſtam ſecundã dubitationẽ eſt:nam hæc donatiua uidetur acquiſita domino Regi,uel Ligę:per gl.in l.qui proprio.§.procurator ut in cæteris. in glo.ij.in fi.ff.de procu. quæ dicit
14 *fuiſſe iudicatũ ita Bononiæ cõtra Conſules Bononiẽſes miſſos ad Imperatorẽ Conſtantinopol. & ſi dicatur, ꝙ Bart.ibi.& in l.ſi uerò.§.item quicquid.ſol.mat.tenet ꝙ acquirantur dona ambaſciatoribus, & non mittentibus. per plura,maximè per tex.in l.ſocium qui in eo.in fi.ff.pro ſocio. reſponderi poteſt, ꝙ Calder. in c.propoſuiſtis. de conceſſ. præb. aliter dicit diſtinguẽdo:ꝙ aut perſona nuncii erat alias nota in amicitia donãti: & uidetur ſibi donatũ nõ cõtemplatione domini: aut nõ; & tũc debet diſtingui inter rem magni pretii donatã,ut quæratur mittenti:& rem parui pretii, ut quæratur miſſo. & illam diſt.ſequitur ibi d.Ant.de Butr. in ult.col.& d.Card. Flo.in fi.licet Imo.contra.& ſi dicatur ꝙ Iaco.de Ra. quẽ ſequitur Cy. in l.manifeſtiſſimi.ult.co.C.de fur. teneat, quòd iſta donata ambaſciatoribus non debeant reſtitui : tum quia ambaſciatores ſunt liberæ perſonæ, quæ poſſunt ſibi acquirere: tum etiam quia ſic fieri ſolet, ut remunerentur nuncii, & ambaſciatores,& ſibi retineant. & dicit Cyn.ꝙ iſta ratio magis mouet Iac. de Rau. nam præſum ndum eſt ex eo,quod fieri ſolet.ff.de pact.l.iuriſgentium. §.pactorũ.Reſponderi poteſt,ꝙ intelligatur hoc in donatione nõ magna.& Alexã.in d.§.item quicquid. remittit ſe ad diſtinctionẽ Anto.de

But.Car.& Imol.in c.poſtulaſtis.licet Imo.ſequatur opin.Bar.& dicat, ꝙ idē ſequitur do.Car.flo.tamē Card. ut dixi ſequitur Caldc.& reſpondet ad l.allegatā per Bar. Quarta difficultas eſt:quia prætenditur per fiſcum, ꝙ dum uiueret quondā Rex catholicus, dominus Vicerex deuenerat ad cōputa eorū, quæ ſibi per Regiam Curiā debebantur:& ꝙ in cōputo poſuit multas pecunias ſibi debitas ex illa adminiſtratione offi cii Capitanei generalis, & non poſuit iſtas: quam ob rem uidetur declaraſſe ex hoc ſuam intentionem quando mandauit ſolui Theſaurario, ꝙ feciſſet animo donandi domino regi.Contra.d.Viceregē facit
15 l.Procula.ff.de probat.*ubi ſæpe calculata ratio cū longi tēporis lapſu, & coniunctione ſanguinis uidētur inducere remiſsionē debiti:ſed illa lex nō facit: nam hic neutrū ex his tribus cōcurrit:& Imo. qui in l.quæ dotis.ſol ma.tenebat illam.l.habere locū etiam in extraneo ſæpius calculante:reprobatur per Alexan.ibi in vij.col.Contra.d.Viceregē etiam fa-
16 cit,nam eſto,*ꝙ is qui confitetur ſe debere cōſequi centū à Titio, non præiucicet ſibi,ſi debuiſſet cōſequi plus:.niſi adiiciat dictionē tantum ſecundū Bar.& doct.in l.ſi quidem. C.de tranſact.in l.ſi cum dos. ff. re. amo. doct.in l.ſi quidē.& l.cū Furti. de in litē iu.per gl.in l.rationes. in fi.in uer.quantitatē.C.de proba. tamen hoc nō uidetur habere locū in eo,qui deliberate uenit ad petendū debita producendo rationes dati, & expēſi:nam per poſitionē rationis, ſeu calculi deuenitur ad reſtit. reliquorū,ſeu reſidui,& cōfunduntur iſta:ut in l.cū ſeruus.ff.de cond. indeb. Sed ad hoc poſſet reſpōderi:nā nō apparet de hoc:quia procurator fiſci nihil produxit:maximè quia illud procederet, quādo fuiſſent redditæ rationes generales de omnibus. Alia circa prædicta poteſt eſſe difficultas:quoniā iſta pecunia decem milliū ducatorū turpiter & iniuſte recepta uidetur:uerebantur enim Bergomenſes, ne exercitus inuaderet,& deinde prædaretur Ciuitatē Bergomi:& ob hoc uериſimiliter tantā pecuniā dediſſe:&
17 is,* qui recipit pecuniam pro eo,ꝙ gratis facere tenebatur,turpiter recipit, ut no.gl.ſing.in l.iiij.§.pen.in gl.in uer.repeti.ff.de cond.ob turp. cauſ.& in ſpecie de eo, qui recipit pecuniā ne furtū faceret,aut homines occideret.eſt tex.in l.ij.in prin. eo.titu.unde uidetur, ꝙ d. Vicerex non poſsit partē iſtius pecuniæ ſibi donatā petere:ar.l.ſi fratres.§.pe.cū
18 l.ſeq.ff.pro ſocio.ubi dicit text.* ꝙ ſocii omniū bonorū non tenentur cōmunicare illicite quæſita. Sed ad hoc poſſet reſponderi, ꝙ dicta pecunia licet ex cauſa iniuſta iam fuit exacta à ſoluentibus:nec agitur cōtra eos:ſed nec uidetur poſſe ſuſtineri,ꝙ pecunia ita iniuſte exacta,ſi mutuetur is qui recipit,nō teneatur reſtituere. præterea text.in l.ꝙ ex furti cauſa.in fi.eo.tit.pro ſocio.dicit:ꝙ licet ſocius non teneatur cōmunicare ſocio turpē quæſtum:tamen ſi ſponte cōmunicauit,lucrum ex illo quæſtu proueniēs,erit cōmune. Alia etiā poteſt cōſiderari difficultas:nam extat priuilegiū quondā regis cath.poſt prædicta, in quo donat d.Viceregi Comitatū Alberti ob

ob merita, & remunerationē ſeruitiorum: nō apparet, ꝙ alia ſeruitia idē d. Vicerex præſtiterit: qui Comitatus eſt longè maioris pretii, quàm dictæ pecuniæ, & dicta bona: unde uidetur dediſſe animo cōpenſandi. Sed ad hoc poſſet reſponderi per tex. & no. ibi per doc. in l. ſi cū dotē. §. ſi pater. ſol. mat. in l. creditorē. ff. de leg. ij. in quibus iuribus habetur,
19 * ꝙ quādo debitor legat creditori, nō uidetur legare animo compenſandi: ſed creditor petit utrūque, & legatū, & debitū: quando erat debitum aliter quàm ex diſpoſitione le-
20 gis: * unde idē uidetur eſſe in donatione: quia iſta pariſicātur in terminis noſtris: prout no. Iaſ. poſt Bal. in auth. preterea. xij. col. C. unde uir & uxor. Sed iſta reſponſio poſſet forte militare in donatione, uel legato ſimplici: at hic donatur ob ſeruitia, & merita: ſed licet donet ob ſeruitia tamen non conſtat catholicum Regē habuiſſe notitiam de his ſeruitiis: licet ſit ueriſimillimum, ꝙ habuerit: & ſi dicatur fuiſſe ſatiſfactum ſeruitiis mutuādo reſpectu, ꝙ ſolū mutuū non eſſet æquipoliens donationi Comitatus: itē eſſet quodammodo uſura, ꝙ habuerit Comitatū, ideo quia mutuauit in hac cauſa. d. Rex uoluit, ꝙ acta & proceſſus ad ſuam Cæſ. maieſtatem tranſmitterentur. ſicque factum eſt, nec aliquid fuit ſecutum.

SVMMARIVM.

1 *Spuriæ filiæ dari non poteſt pro dote, niſi quantitas æquiualens alimentis: alias præſumetur fraus.*

2 *Presbytero maritāte filiam ſpuriam, conſanguinei ſui nō poſſunt reuocare dotē a uiro, ſed à muliere poſt ſolutionē matrimonij, & ab hæredibus eius.*

3 *Spuria filia mortua dos redit ad hæredes patris: quia finita eſt alimentorum cauſa.*

4 *Cautela eſt quòd pater relinquat filio ſuo ſpurio tantum, quòd ſufficiat ad alimenta in uita ſua, & quod poſt eius mortem ſit filiorum ſuorū, quibus relinqui poteſt.*

5 *Filij filij naturalis aut ſpurij una uncia relinqui poteſt ab eorū auo paterno ſtante etiam legitima prole.*

DECISIO CLXXXI.

IN cauſa Ioannis franciſci Caietani & filiorū ex ſe, & quondā magnifica Brianda cantelma contra. d. Comitē Populi: cōſtat. d. Comitem Reſtaynū cantelmū patrē moderni Comitis, cū haberet duo Caſtra nouiter ſibi cōceſſa per quondā cath. Regem pro ſe & ſuis hæredibus & ſucceſſoribus ex ſuo corpore legitime deſcendentibus, cū facultate dādi ea in dotē uni ex filiabus ſuis: dicta duo Caſtra dediſſe in dotem præfato Ioanni franciſco pro dotibus dictæ Briandæ ſuæ filiæ ſpuriæ mediante Regio aſſenſu ſeu. d. Viceregis, in quo narratur, ꝙ Briandā erat nata ex ſoluta & cōiugato, non tamē dicitur, ꝙ Comes habebat aliā filiam legitimā & naturalē: cum Caſtra prædicta fuiſſent poſtea euictā præfato Ioā. franciſco: ageréntque tam pater quàm filii nati ex dicta Brianda, quæ iam diem obiit ad reſtaurū promiſſum per dictū Comitem Reſtaynum in caſu euictionis ipſorū Caſtrorū: opponitur eis, * ꝙ Comes nō potuerit dare in dotē dicta Caſtra. Et primò quia erat ſpuria: & pro dote ſpuriæ nō poteſt dari, niſi quātitas æquiualens alimentis:

tis: nam Bart. in authẽ. ex cõplexu. C.
de inceſt. nupt. dicit hæc uerba, ex
quo dixi & cõſului, ꝙ uſq; ad quã-
titatem ſufficientem pro alimentis
pater poteſt huic filio ſpurio relin-
quere: & eodem modo filiæ ſpuriæ
pro dote ſua, quia ſine aliqua dote
non poteſt ali nec uiuere. & ꝙ non
poſsit excedi ualor alimentorũ, ui-
detur tenere Bar. in l.fi.ij.colũ.ff.de
his quib. ut indig. ubi poſtquã dixit
de relicto pro alimentis: dicit, idẽ di
co in dote eodẽ fauore & eadẽ ra-
tione. quia ſpuriæ quis poteſt lega-
re dotẽ, & alimenta. argumẽto l. pri
mæ, ſuprà. ſol. mat. & in l. cũ poſt. §.
gener. de iur. dot. & ita de facto di-
xi: & hoc niſi excedat magnã quan-
titatẽ: aliàs forte præſumetur fraus.
arg. l. primę. C. de nat. lib. ſed iſta Ca
ſtra ſunt lõge maioris ualoris, quàm
fuiſſent alimenta Briandæ: ergo in
eo, quod eſt plus, non ualuit datio
in dotẽ. imo Bart. in l. fi. §. ſi à ſoce-
ro. ff. de his quæ in fraud. credi. lo-
quens de presbytero, qui maritauit
3 filiã ſpuriam: dicit, * ꝙ cõſanguinei
presbyteri nõ poterunt reuocare à
uiro: quia habet ex titulo oneroſo:
ſed poſtquam ad mulierẽ eſt reuer-
ſa poteſt reuocari ab ea dos, quia
ipſa habet ex titulo donationis: ſed
pater filio ſpurio non poteſt dona-
re, ut in l. j. C. de nat. libe. ergo &c.
unde ſi poteſt reuocari à filia poſt
mortẽ uiri ſol. mat. pariter & ab hę-
redibus filiæ: & hoc eſt, quod dicit
Bal. not. in trac. do. vij. parte. xvj. pri
uilegio: uidelicet, quòd mortua filia
ſpuria dotata, nõ tranſit ad eius hę-
redes. Bar. in l. eam quam. xiij. colũ.
4 C. de fideicõ. uidetur uelle, * ꝙ dos
redit ad hæredes patris: quia finita

eſt cauſa alimentorum, & ſic etiã in
dote. Et ſi diceretur, ꝙ ex matri-
monio Briandæ ſuperſunt filii: & ꝙ
Comes in dotatione cauit, ꝙ mor-
tua Brianda filii habeant Caſtra: un-
de uidetur, ꝙ potuit hoc ſtatui per
Comitẽ: qa Bar. in d.l.fi.ij.col. de his
quib. ut indig. ponit cautelam, ꝙ pa-
ter relinquat filio ſuo ſpurio tantũ,
quantũ ſufficiat ad alimenta: & di-
cat, relinquo filio meo ſpurio fun-
dum in uita ſua pro alimentis, & ꝙ
poſt eius mortẽ ſit filiorum ſuorum
quibus relinqui poteſt. C. de nat. lib.
l. fi. ad quod facit Bal. not. in d. tract.
dotiũ loco præallegato, dicens: ſed
quid ſi pater uellet, ꝙ trãſiret ad fi-
lios mulieris? conſuluit Bart. prout
ipſe refert, & tenet in l. fina. de his
quib. ut indig. ꝙ poſſet relinquere
in teſtamento dotẽ tali filiæ cũ hoc,
ꝙ poſt eius mortem detur filiis di-
ctæ filiæ naturalis, per id quod ha-
betur in l. fi. C. de nat. libe. Ad hoc
quidem reſpondebat, quòd d.l. fin.
loquitur nõ ſtãte legitima ſobole,
& quod ſic etiã debet intelligi di-
ctum Bar. qui eam allegat: ſed hic ex
Comite extat legitima ſoboles: er-
go &c. Sed hæc reſponſio mihi nõ
placuit: quia Bar. in d.l.fi. de his qui.
ut indig. loqui poteſt etiã ſtante le-
gitima ſobole inducendo hoc mo-
do: nam d.l.fi. loquitur in eo, qui to-
5 tam ſuã ſubſtantiam * uolebat relin-
quere filio legitimo filii naturalis,
cui non poterat ſtante legitima ſo-
bole: & nihilominus lex illa recipit
limitationẽ, quoniam etiã ſtante le-
gitima ſobole poteſt relinquere na-
turalibus ſeu eorũ liberis unciam
unã. ut dicit tex. in l. ij. eo. tit. de nat.
libe. illa ergo lex cũ ſua materia di-
ſponit

ſponit, ſtante legitima ſobole relin qui unciam: dum igitur Bart. extendit l. fin. ad filios legitimos ſpuriorum: ut idem ſit in eis, quod in legitimis naturalium: ergo ſicut filiis naturalium ſtante legitima ſobole poteſt relinqui una uncia: ita & filiis ſpuriorum. In hac cauſa fuit dictus Comes condemnatus filiis Io. Franciſci & Briandæ ad reſtaurum dotium eunctarum liquidandum: & deinde fuit liquidatũ ad duc. lon ge minus, quàm ſit pretium Caſtrorum.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rei prohibitæ ex pacto facto ei, qui habet ius in re, an ſit nulla.*

2 *Cautela ad prohibendum rem alienari, quòd pro obſeruãtia pacti uult, quòd res ipſa ſit ſpecialiter hypothecata.*

3 *Locationis contractum an ſufficiat continere hypothecam omnium bonorum: unde colono ius quæritur, ne poßit expelli. & nu. 5. & 6.*

4 *Pactum de non petendo non facit quærere ius in re, ſed actionem perſonalem.*

7 *Perſonalis actio non datur contra tertium poßeſſorem, ſeu ſingularem ſucceſſorem.*

8 *Precariũ operatur, quòd creditor authoritate propria poßit ingredi poſſeſſionem contra tertium poßeſſorem.*

9 *Venditor qui cõſtituit ſe precario poſſidere, requiritur, quòd illo tempore poßideat.*

10 *Conſtitutum cum precario iuxta l. quoties. C. de rei uendic. habet etiam locum in perſonis eccleſiaſticis.*

11 *Decretum iudicis in pignoratione rei pupillaris ſe extendit ut creditor poſſit rem pignoratã alienare ſine alio iudicis conſenſu.*

12 *Aßenſus regius ſemel præſtitus in conceßione feudi pro dote, non requiritur amplius in reſtitutione fienda per ſolutionem matrimonij.*

13 *Lite pendente priuilegium impetratum non opitulatur impetranti.*

14 *Declaratio non requirit tantam ſolennitatem, quantã actus ipſe principalis.*

15 *Legatum obſcurum declarari poteſt coram duobus teſtibus.*

16 *Aßenſus retrotrahitur ad tempus cõtractus: & ſic creditor hypothecarius aßenſu ſaluo præferretur emptori poſteriori cum aßenſu.*

17 *Ablatiui abſoluti inducunt conditionem.*

DECISIO CLXXXII.

IN CAVSA Lauræ de Auitaia & Bernardini de auriemma cum Caſſandra de campo apparet, quòd in anno 1491. ſecundo Maii monaſterium ſancti Petri martyris locat magiſtro Ans tria magazena cum apotheca pro ducatis. liij. prout in inſtrumento, in quo ſunt infrà ſcripta uerba, pacto etiã adiecto, quòd ubicunque dicti prior, & fratres, aut eorum ſucceſſores in eccleſia, & conuentu prædictis uellent territorium quoddam ſitum in frontiſpicio dictorum bonorum locatorum in toto, uel in parte locare, cenſuare, aut quomodolibet alienare, & ipſe magiſter Ans aut eius hæredes, & ſucceſſores uellent dictum territoriũ conducere ſeu emere pro pretio ſeu penſione ab aliis reperiendis, quòd tũc & eo caſu illud prius d. Ans aut eius hęredibus,

& ſucceſſoribus cōcedere, & uendere ſeu locare teneantur & debeāt, & in hoc inſtrumēto monaſteriū obligat oīa bona cū poteſtate capiēdi, & retinēdi ea cū cōſtitutione precarii. Deinde uerò eodē anno expoſitū eſt Pōtifici, ꝙ monaſteriū locauit magiſtro Ans, nonnulla magazena cū apotheca, & aliis mēbris deſuper cōſtructis, adiectis nōnullis cōditionibus, & inter cetera eſt, ꝓut in quodā publico inſtrumento deſuper cōfecto, cuius tenorē præſentibus haberi uolumus pro expreſſo, ſupplicariq; fecit ſummo Pōtifici, ut locationi & conceſsioni prædictis robur adiicere, aliaſq; in præmiſsis opportune ꝓuidere de benignitate apoſtolica dignaretur: Papa mādat Cōmiſſariis, ꝙ ſe de præmiſsis informent, & ſi per informationē cōperirent ita eſſe, & locationē & conceſſionem præfatas cedere in euidentē &c. illas, & prout eas concernunt omnia & ſingula in dicto inſtrumēto cōtēta, & inde ſecuta quæcunq; approbetis. Poſtquàm Cōmiſſarii dicunt, habitaq; diligēti informatione de meritis cōtentorū tam in dicto breui, quàm in inſtrumēto, & uiſo ſignanter dicto pacto de locādo, habitaq; informatione ſuper uerificatione cōtentorū in literis, & inſtrumēto, declarāt omnia in breui & inſtrumēto cōtenta, cedere in euidētem utilitatem &c. & ea confirmant. Dubitatum eſt utrū faciente poſtea eodē monaſterio prædicto Bernardino, & Lauræ conceſsionē, ut præſupponitur de illo territorio exiſtēte in frontiſpicio dictorū bonorum præiudicauerit Ans, & hæredibus ſuis, an uerò poſsit dici, quòd ſit cō-

ſtitutum ius in re præfatis Ans; &
hæredibus ſuis per illam promiſsio
nem, & ꝙ ubi eſt facta promiſsio de
nō alienando, ſit prohibita aliena-
tio, adeo quòd impediatur tranſla-
1 tio dominii. facit,* nā quando pactū
de non alienādo fieret ei, qui habet
ius in re, alienatio ſequens nulla eſ-
ſet. eſt text. in l. ſi creditor. §. fin. ff. de
diſtra. pigno. & per illū tex. Bar. in l.
ſi ita quis. §. ea lege. ff. de uerb. obli.
dat cautelā ad prohibendum ne res
2 poſsit alienari.* quòd prohibēs alie
nationem fieri ſibi prędicat. quòd
pro obſeruātia pacti uelt, ꝙ res illa
ſit ſibi obligata. idem firmat Bart. in
l. qui abſenti. §. j. ff. de acquir. poſ. in
d. l. ſi creditor. §. fi. in l. filiusfami. §.
j. de lega. j. in l. nemo. ff. de pac. Et ſi
dicatur, quòd Bar. loquitur, & etiam
tex. in d. l. ſi creditor. quādo res eſſet
ſpecialiter hypothecata, reſponde
ri poteſt, ꝙ Paul. de Ca. in d. §. ea le-
ge, dicit ſufficere generalem hypo-
thecam, prout fuit in caſu noſtro.
Preterea Alex. in d. l. qui abſenti. §. j.
iij. col. dicit, quòd opinio contraria
in puncto iuris nō uidetur eſſe ſine
dubio: quia. d. l. ſi creditor. §. fi. loqui
tur generaliter. Præterea Barto. in l.
qui fundū. ff. loca. & in l. j. §. quod au
3 tem. de ſuperficiebus. tenet,* ꝙ ſi in
contractu ſeu inſtrumēto locationis
eſt appoſita hypotheca omniū bo-
norum, ex hoc quæſitū eſt colono
ius in re, & ideo non poſſet expelli
ab illo fundo. ſed Imo. in d. §. ea le-
ge. iij. colū. dicit oportere rem eſſe
hypothecatā ſpecialiter, & nō ſuffi-
cere ad impediendā alienationē, ꝙ
ſit generalis hypotheca. idē firmat
Are. ibi, & Alex. in l. ſi filio. §. ſi uir in
quinquenniū. ff. ſol. mat. Imo. in d. §.
ea le

ea lege.& in l.ſi filiusfa.§.diui.ff.de leg.j.ubi dicit hãc eſſe cõmunẽ opinionem.& Iaſon ſequitur in d.§.ea lege.& in l.quoties.in ſecunda limitatione.C.de rei uendi. Secundò
4 dubitatur,* eſto ꝙ per pactum de non alienãdo nõ fuerit quæſitũ ius in re,ſed actio perſonalis,ut eſt tex. in d.§.ea lege.an ſaltem ex pacto de locando,ſeu alienando ipſi Ans, quæſitum ſit ius in re.Pau.de Caſt.in l.ſi cũ uenderet.ff.de pigno.actio.ij. col.tenet,per illũ tex.ſingu.ſecundũ
5 eum,* ꝙ ex pacto de reuẽdẽdo oblato pretio per eum cui factũ eſt pactum,ipſo iure tranſeat dominiũ in eum,cui reuẽdi promiſſum eſt,etiã ſi pretiũ nõ offeratur ſingulari ſucceſſori eius qui promiſit.& quidem ſi opin.Pauli procederet,quod per pactum de alienãdo ſeu locãdo ſit fundatum ius in re,etiã contra ter-
6 tiũ poſſeſſorẽ,uidetur,* quòd poſſit agere hæres magiſtri Ans contra Berardinum,& Laurã.ſed Alex.
7 conſi.x.iij.col.j.uol.tenet,* quòd cõtra ita promittẽtẽ nõ competat niſi actio perſonalis.per.l.ſecundã.C.de pact.inter empto.quæ actio perſonalis non datur cõtra tertium poſſeſſorem,ſeu ſingu.ſucceſſorẽ.l ſi §.ſi.de contrahen.emp.l.j.§.ſi hæres.ad Trebel.& ibi in ulti.col.reſpondet Alex.ad d.l.ſi cum uẽderet. At pro Caſſandra,ſeu hæredibus Ans facit,nã ratio,propter quam ex pacto de non uendẽdo ſeu alienando non impeditur alienatio,nec dominii tranſlatio,eſt:quia pactum illud eſt negatiuum,in quo ſi nõ ſeruetur promiſsio,ſuccedit obligatio ad intereſſe.l.ij.§.item ſi in facto.& l.ſi ſic.& l.ſtipula.nõ diuiduntur.§.Celſus.de uerbo.obli.ſed imo ratio eſt poſita per Iaſo.in d.§.ea lege.l.ſi ita quis.de uerbo.obli.quia ſicut nuda uoluntas contrahẽtium non ſufficit ad tranſlationẽ dominii.l.traditionibus.C.de pact.l.ij.ff.ſi ager uect.ita nec ſufficeret ad impediendũ tranſlationem dominii in aliũ.Sed in caſu noſtro uidetur eſſe dubium,an ſtante precario uideatur conſtitutũ ius in re,cum nõ ſimus in pacto negatiuo de non alienãdo:quia tunc requireretur ſpecialis hypotheca: ſed ſumus in pacto affirmatiuo de alienãdo.Bart.in l.creditores.x.col.
8 C.de pigno.tenet,* quòd licet alias pactum de ingrediẽdo propria authoritate non poſsit per creditorẽ exerceri cõtra tertium poſſeſſorem ſeu ſingu.ſucceſſorem,tamẽ quãdo eſt cũ precario poteſt. Tertiò dubitatur,an eſto,quòd ex illo pacto ius quæri potuiſſet ratione precarii, nunquid ex quo poſtea monaſteriũ alienauit idẽ territorium in Laurã, & Berardinum eius uirũ,quibus tradita fuit poſſeſsio,aut ſaltem ad eos peruenta,illi præferri debeant iure diſpo.l.patres.C.de rei uend.& circa iſtud tertium occurrit,an ſit locus.l.quoties.in iſto caſu.primo,ꝗa adeſt in prima concluſione precarium:ſecũdo,quia ſumus in eccleſia alienante:tertio quia adeſt iuramẽtum. Ad primũ,quòd habeat locũ facit,quoniã licet ubi precarium eſt in prima alienatione non obtineat. d.l.quoties.ſecundũ Guido.de ſuz. in d.l.quoties.Ioan.And.in Spec.de emp.& uendi.§.ſciendũ.uer.& not. But.in c.cum ueniſſent.iij.col.de reſtit.ſpol.Abb.in c.ij.ulti.col.de conſue.Iaſon,qui hęc allegat in d.l.quoties.

ties.quinta limitatione, tamen re-
9 quiritur,*quòd alienãs,qui ſe conſtituit,tempore conſtituti poſsideret.ita Bald.in rubri.de contrahen. emp.xvj.q.& Iaſon ibi. Sed tempore quo fuit facta alienatio in Caſſandram uigore primi pacti monaſterium non poſsidebat:ſed Berardinus:ut eſt probatũ in proceſſu,ergo &c.bene uerũ eſt,quòd tempore pacti monaſteriũ poſsidebat:ſed per pactum nõ locauit:ſed promiſit locare,tempore cõtractus executiui dicti pacti monaſterium nõ poſsidebat,& licet contractus Berardini ſit factus ante iſtũ contractum,tamẽ paulo poſt:quia poſt interuenit aſſenſus apoſtolicus.niſi dicas, quòd illud pactũ operetur cum precario, ut ex tunc. Ad ſecundũ,quòd habeat locũ facit,nam licet Hoſtiẽ.& Ioan.And.in c.continebatur.de his quæ fiunt à prælato,per illum tex.& per text.in c.cum inter.de elect.te-
10 neant,*quòd illa lex nõ habeat locum in perſonis eccleſiaſticis,tamẽ Butrius,Cardi.Ancha. Imo.& Abb. in d.c.cõtinebatur.tenẽt contrariũ, & ſequitur Iaſon in d.l.quoties.ſeptima limitatione. Ad tertium ꝙ habeat locum,facit quod not.Inno. in c.cũ cõtingat.de iureiurã.colum. clxxxiiij.& ſeq.refert & ſequitur Iaſon ubi ſupra in prima quæſtio.poſita poſt limitationes. Quarto dubitatur,an quando aliud nõ obſtaret,obſtare poſsit Caſſandræ,ſeu filiis Ans,ꝙ in conceſsione eis facta uigore pacti non interuenit aliter decretũ ſedis Apoſtolicæ.& in hoc uidetur dicendum,quòd non obſtat iſtud.nã uidetur uelle conſequẽs is qui cõſentit ſuo antecedenti.l.illud.

ff.de acqui.hære.l.quanuis ſimplici
ter.C.de fideicõmiſ.item conſenſus
11 *ſiue decretum Prætoris in pigno-
ratione rei pupilli ſe extẽdit,ut cre-
ditor poſsit illam rem pignoratam
uendere iure creditoris ſine alio
permiſſu Prætoris.l.ſi pupillorũ.§.
ſi pupillus.ff.de reb.eorum.itẽ con-
ſenſus Domini adhibitus in datio-
ne rei feudalis in dotẽ marito ope-
12 ratur,*ut retranſlatio dominii quæ
fienda eſt ſol.mat.non requirat aliũ
aſſenſum.Imo.& Ludo.in l.uſufru-
ctu.ff.ſol.mat.Præterea ſi diceretur,
quòd debebat ſaltẽ interuenire de-
cretum ad hoc,ut ſciatur an in eui-
dentem,& pro iuſto pretio.Reſpõ-
deri poteſt,quòd iam interuenit,&
non erat de ſubſtãtia,ſed ad decla-
rationem.Et ſi dicatur, ꝙ lite pen-
dente uenit illud breue ſeu decre-
tum,quod nõ debet opitulari:quia
13 *priuilegium obtentũ lite penden-
te non auxiliatur impetranti.cap.ſi.
ubi omnes docto.ut lite pendente.
poſſet forte reſponderi,quòd illud
non dat ius:ſed primum breue con-
firmatiuum pacti eſt illud quod fir-
miat cõtractum,ut dictum eſt:hoc au
tem decretum ſolũ tendit ad decla-
randum,quòd in euidentẽ utilitatẽ
factus eſt contractus.Conſtat enim,
14 *quòd declaratio nõ requirit tantã
ſolennitatẽ,quantã ipſe actus prin-
cipalis,ut in l.heredes palã.§.ſi quid
poſt.de teſta.& ibi glo.in uer.poſſe,
15 ubi ſi in teſtamento*eſt aliquod le-
gatum obſcurũ poteſt declarari co-
ram duobus teſtibus.& not.Cyn.&
alii in l.j.C.de cod.Bar.in l.qui libe-
ris.§.teſtamẽto.de bono.poſ.ſecun.
tabu.Alexan.cõſil.liiij.ij.col.ij.uolu.
ubi per prædicta cõſuluit,quòd in
dubio

dubio an coquina, de qua ibi, ueniat ſub legato unius domus, tres teſtes qui dicebant audiuiſſe à teſtatore hoc ante & poſt teſtamẽtum probabunt. Idẽ firmat ad aliud propoſitum Alexan. cõſil. xlv. ij. col. j. uolu. & tãto magis nõ uidetur obſtare pendentia litis. quia iſtud ſecundũ decretum uadit ad executionẽ primi. Non omitto an poſsit dici, quòd licet in conceſsione Berardino facta poſt pactũ Ans, & ante conceſsionẽ Caſſandræ, & filiorum interuenerit aſſenſus poſt conceſsionẽ Caſſan-
16 dræ, ille* aſſenſus traheretur retro ad tempus cõceſsionis. Ita d. Maze. in conſtitu. conſtitutionẽ diuæ memoriæ. xvij. colũ. ubi tenet, ꝙ ſi ego hypothecarem feudũ ſaluo aſſenſu, & non aliter, nec alio modo, deinde illud uenderẽ alii cum aſſenſu, demum creditor cui hypothecaueram impetraret aſſenſum, præferetur emptori: quia illa conditio ſaluo aſſenſu Regis, & non aliter, nec alio modo ſecundũ eum trahitur retro conditione ueniente ad tempus cõtractus. l. balneum. & l. qui potior. ff. qui po. in pigno. ha. ij. uolu. Bart. in repet. l. ſi is qui pro emptore. v. q. ff. de uſucapi. & l. maritus. ff. de dona. inter uir. & uxor. & Alexan. in l. ſi filius. ff. de uerbo. obli. bona glo. in c. ſi tibi. de reſcrip. li. vj. Bal. in ᷑ l. j. C. an ſeruus ex ſuo facto. ablatiui enim abſoluti, qui ſupra, inducunt conditionem. Bal. in l. ab emptione. ij. no. ff. de pac. & hoc ſecundũ eum. quòd
17 *aſſenſus trahatur ad tempus cõtractus, probatur per tex. in l. j. ff. de his qui po. in pigno. habe. Vltimo ut omnia ponderentur cõtra Lauram, & Berardinum maximè uidetur facere: nã eſto, quòd ſi promiſsio ſeu pactum nõ tribuant ius reale Caſſandræ, uel hæredibus Ans, tamẽ cõſiderandum eſt, quòd Berardinus & Caſſandra habuerũt conceſsionem, & etiam (ut teſtes uidentur iurare) poſſeſsionẽ dicti territorii in anno 1507. deinde antequàm ſuperueniret Apoſtolica confirmatio, fratres ipſos pœnituit, & cõceſſerunt illud territorium Caſſandræ, & filiis, authoritas poſtea ſuperueniens non firmauit illum cõtractum in parte, in qua erat reuocatũ ſeu aliter diſpoſitum, cũ non ſit perſeueratum in eo, ſicut dicimus in eo, qui aliena uit feudum uni ſine aſſenſu, deinde alienauit alii partẽ eius, eſto quòd ſine aſſenſu, aſſenſus primo ſuperueniens uidetur, quòd nõ reperiat rem integram. Super quo cogitandum, quia ſtante meo ſtudio circa has dubitationes uotãdas cauſa nõ fuit deciſa. *

SVMMARIVM.

1 *Debitum ex cauſa dotis transfuſum in cauſam mutui ſeu mutuum an tranſeat cũ eiſdem priuilegijs quoad curſum interuſurij dotalis.*

2 *Maritus ſuſtinens onera matrimonij poteſt interuſurium dotis petere poſt biennium à tempore contracti matrimonij contra Canoniſtas.*

3 *Mutuum deſcendens ex cõtractu emptionis, aut ſimili quouis alio contractu, ſapit naturam eius contractus, & non mutui. & nume. 5. & nume. 7.*

4 *Stipulatio, quæ ſuccedit in locum cõtractus bonæ fidei, aſſumit eius naturam, ut ueniant fructus à tempore moræ, licet aliter ſit in contractu ſtricti iuris.*

Vſura

6 *Vſuræ ſtatim currunt uenditori contra emptorem habentem rem emptã, & non ſoluentem pecuniam.*

8 *Maritus confeſſus habuiſſe dotem tenetur reſtituere non obſtante dotis promiſſione ſtatim ſecuta poſt ipſam confeſſionem.*

DECISIO CLXXXIII.

1 IN CAVSA do. Ducis Neritoni* cum domino Principe Biſinia ni dubitatum eſt, an ſi debitũ ex cauſa dotis trãsfuſum ſit in cauſam mutui, ſeu mutuum trãſeat ſeu uigeat cum eiſdem priuilegiis quo ad curſum uſurarum ſeu interuſurii dotalis: certum eſt enim, quòd quicquid dicant Canoniſtæ in c. ſalubriter. de
2 uſuris. etiam* quando dos promiſſa conſiſteret in pecunia, & fieret mora in ſoluendo ipſam dotem poſt biennium à tẽpore contracti matrimonii currunt uſuræ, ſeu intereſſe pro oneribus matrimonii, ut eſt tex. in l. fina. §. præterea. C. de iur. dot. quinimo quòd etiam de iure canonico poſsit maritus, cui promiſſa eſt dos, & in ea perſoluenda facta mora, petere uſuras, ſi ſuſtinuit onera matrimonii, tenuit Barto. in l. ſi in ſulam. §. uſuras. ff. ſolu. matri. & ſequitur ibi Cuma. & Paul. de Caſt. & Alexan. Bal. & Ange. in l. genero. §. non tantũ. ff. de neg. geſt. cum aliis allegatis per Alexan. in d. §. uſuras. idem tenet Cor. conſi. ultimo. ij. uolu. incipien. non ſeruato ordine dicens, quòd ita obſeruat communis practica. & Alexã. conſil. xxvij. incip. uiſo themate. iiij. uolu. Bal. no. in tracta. dot. vij. parte, tertio ſpeciali. An
3 iſtud* priuilegiũ transferatur in cõtractum mutui? Aliqui dicebant, quòd ſic, per tex. in l. ſi filius. § .j. ff. ad Macedo. ubi mutuum deſcendẽs ex alia cauſa, puta emptionis, aut ſimili quouis alio cõtractu, ſapit naturam eius cauſæ, & contractus, nõ autem mutui, & ideo in eo mutuo non habet locum Macedonianũ. item per ea quæ not. Barto. in l. ſi quis cum aliter. ff. de uerbo. obliga. circa mediũ. ubi loquens de ſtipulatione coæquali ad emptionem & uenditionẽ quando eam nouaret, nouat cum omnibus qualitatibus & priuilegiis, quæ habebat primo ex natura contractus, uel rei in obligationem deductæ: niſi animo obiiciendi priuilegium ſit factus. ut in l. aliam. ff. de noua. & hoc eſt, quod ſecundum eum uoluit dicere tex. in l. v. §. conuentionales. eo. ti. de uerbo. obli. & in l. ſi ſtipulatus. ff. de uſur. & in l. ſi ex legati ſerui. de leg. j. & de dam. infec. l. damni. la ſecunda. in princi. item per ea quæ no. Bar. in l. uideamus. §. ſi actionem. ad fi. ff. de uſur. di
4 cens,* quòd ſtipulatio, quæ ſuccedit in locum contractus bonæ fidei aſſumit eius naturam, ut ueniant fructus à tempore moræ: licet aliter ſit in contractu ſtricti iuris. itẽ per multa, quæ no. Sozi. conſil. clxxj. incipiẽ. diu profecto anceps. v. & vj. col. ij. uolu. præterea fundabant etiam ſe ex eo, quia eſto, quòd non tranſeãt priuilegia: tamẽ petitio intereſſe ex primo inſtrumento capitulorũ promiſſionis dotium: adhuc donata maxime hodie cum non fiat nouatio primæ obligationis per ſequẽtem etiã ope exceptionis, niſi expreſſe agatur, ut eſt tex. in l. fi. ibi, penitus. C. de noua. no. late Alex. in l. qui uſumfructum. ff. de uerbo. obli. Ego eram in uoto contrario: ad iſtud ſecundum

reſp

reſpondebam, quòd antequam uiro fiat inſtrumentum mutui, ſeu eo. cõtextu uir cõfitebatur ſe recepiſſe dotem, & quietabat ac liberabat promiſſorem: imo caſſabat, & annullabat omnes promiſsiones: unde non uigore nouationis, ſed extinctionis totalis tollebatur prima obligatio.
5 Ad primum,* quòd contractus dependens ab alio ſapit eius naturam: dicebam de hoc non eſſe opus ire per argumenta: quoniam habemus diſtinctionem Bar. quam omnes ſequũtur in l. aliam. ff. de noua. ubi ad propoſitum noſtrum, quando tractamus de priuilegiis actionis nouatæ ſurgentibus ex legali diſpoſitione, prout curſus uſurarum, ſeu intereſſe ex mora diſtinguit: quòd aut iſta priuilegia inſunt fauore creditoris, uel cauſæ: quod exemplificat Imo. ibi in actione de dote, & actione tutelæ, ut intelligantur repetita. ut in d. l. aliam: aut inſunt odio debitoris moroſi, ut uſuræ, quæ ueniunt in contractibus bonæ fidei, & iſta non intelliguntur repetita: ut in l. emptor. & l. nouationem. eo. ti. & ſi dicatur prout aliqui reſpondebant, quòd Bar. loquitur in uſuris odioſis, non autem in fauorabilibus, put iſtud loco intereſſe non lucri ex pecunia prouenientis, dico quòd Bar. loquitur in omnibus uſuris etiam fauorabilibus: nã loquitur de uſuris, quæ debebãtur ab emptore uenditori, quæ ſunt fauorabiles: & de illis loquitur tex. quem allegat in d. l. emptor. de nouatio. illæ enim ſunt magis fauorabiles, quàm uſuræ dotis: nam ſi emptor tenet fundũ
6 meum ſibi uenditum,* ex quo impleui tradendo fundum: ſtatim currant uſuræ. l. Iulian. §. offerri. & §. ex uendito. ff. de ac. emp. & l. curabit. C. eo. ti. ſed uiro, cui eſt promiſſa dos, implenti ex parte ſua ſuſtinendo matrimonium nòn debentur uſuræ ab extraneo promittente, niſi poſt biennium, ut in d. §. preterea. & cõſiderat Bar. in l. de diuiſione. ij. col. ſol. mat. dum ergo Bar. in d. l. aliam. loquitur
7 de priuilegiis,* quæ inſunt actioni nouatæ fauore cauſæ, uel pſonæ: intelligã de tacita hypotheca, & aliis, quàm ſit intereſſe ſeu uſuræ. & ad p̃dicta facit quod no. Bar. in l. pe. §. pe.
8 ſol. ma. ubi dicit,* q̀ quãdo maritus fuiſſet confeſſus ſe recepiſſe dotẽ integram, quã promiſit reſtituere: & ſtatim non obſtante dicta cõfeſsione pater, uel extraneus dans dotem promiſit tantum marito illam dotẽ ſoluere: poſtquam uir confeſſus eſt ſe habuiſſe dotem, uidetur ſibi ſolutum. l. uir ab eo. & l. dotem. ff. de iur. dot. Et ideo tenetur reſtituere: etiam ſi à promittẽte poſtea nõ reciperet.

SVMMARIVM.

1 *Vſufructuarius, an proprietarius debet exigere à uaßallis adiutorium.*

2 *Vox uſufructuaria dotarii: uel creditor ratione pignoris utrum poßint à uaßallis exigere adiutoria.*

3 *Adoha ſoluitur per uſufructuarium, an per proprietarium Regi.*

4 *Homo an ſit in fructu, puta fructus uaßalli.*

5 *Vſufructuarius agit actione furti: petit cautionem damni infecti: debet habere fructum in nominibus debitorũ: tenetur ad collectas. & plura in ſui fauorem ibi notantur.*

DECI

DECISIO CLXXXIIII.

IN cauſa magnifici Michaelis Coſ
1 ſæ uſufructuarii terræ Procidæ*cũ
magnifico Petro Coſſa eius filio,ac
proprietario dictæ terræ.donauerat
enim Michael Petro Procidã reſer-
uato ſibi uſufructu:dubitatũ eſt,quis
poſsit à uaſſallis exigere adiutoria,
an Michael uſufructuarius, an Pe-
trus proprietarius. Conſtitutio Re-
gni,quã pluriũ.ponens caſus,in qui-
bus poteſt imponi adiutoriũ uaſſal-
lis,loquitur in Domino imponẽte,
& hoc ꝓ Petro,ex quo Michael non
eſt Dominus ſed Petrus. At And.in
2 ea.cõſti.ij.col.quærit an uxor,*quæ
eſt uſufructuaria dotarii alio exiſtẽ-
te domino,uel creditor,qui habet pi
gnus pro dote alio exiſtente domi-
no debeat habere iſta adiutoria.Pri
mò arguit,ꝙ uſufructuarius nõ habe
bit hæc adiutoria, quia non eſt do-
minus:inde in uerſi.ultimo autẽ ca-
ſu,uidetur dicere licet corrupte: ꝙ
quando uſufructuarius ſeruit domi-
no,non uidetur abſurdum præſtare
ei adiutoriũ,qui ſeruit:inde in uerſi.
3 in cõtrario*.uidetur dicere in q.an
uſufructuarius ſoluat ipſe adoham,
quòd quãdo indiceretur ſubuentio
Regia ratione rei, in qua eſſet uſu-
fructuarius,eſſet onus fructuarii:in-
de in uerſi.licet.dicit,ꝙ licet omnis
fructus ſit uſufructuarii: tamen hoc
adiutorium datur domino ex proui
ſione illius conſtitutionis:cum de-
dit hæc adiutoria domino, excludit
uſufructuarium,& creditorem: & di-
cit,quòd non placet dici, quòd fru-
ctus rei ſit uſufructuarii, & ſit etiam
4 fructus uaſſalli,qa*non uidetᷣ homo
eſſe in fructu:erit ergo ratio quare
non habet uſufructuarius adiutoria:
quia domino datur,& ipſe non eſt
dominus:inde in uer. alii dicunt &
forte melius,dicit in uxore,quòd ha
bet plus quã uſufructuarius: & ideo
ad eam ſpectabunt:inde in uerſi.alii
exponunt non concludere,exponẽ-
do dominum,pro dominante:quòd
etiã creditor habebit adiutoria:quia
hæc ſubuentio fructus eſt,& ſi eos lu
crifaciant ex pacto uel à lege, ſuus
erit:aliàs excõputabit in ſortem,uel
quòd utiliter hæc adiutoria præſtabũ
tur uſufructuario:& quòd multi ha-
bentur pro dominis,qui nõ ſunt do
mini.Pro uſufructuario etiam facit:
nam uſufructuario debetur laude-
mium omnium rerum cenſualium.
Oldr.cõſi.xxiiij.incipiente,quòd do
minæ & uſufructuariæ: item * quia 5
uſufructuarius agit actiõe furti.l.cre
ditoris.§.j.de furtis.item quia uſu-
fructuarius petit cautionem damni
infecti.l.uſufructu legato.ff.de uſu-
fructu.item quia uſufructuarius te-
netur ad onera collectarum.l.hacte
nus.in prin.uerſi.quoniã.de uſufru.
& alia onera agnoſcit.l. arbores.§.
ſi.eo.ti.l.ſi pendentes.§.ſi quid cloa
carii.eo.ti.item quia uſufructuarius
debet habere uſumfructum etiam in
nominibus debitorũ.l.j.& ibi doct.
C.de uſufr.item quia uſufructuarius
dicitur dominus ratione præeminẽ
tiæ.gloſſ.in l.non quocunque.§.fun
dum.uerſicu.ſi aberit.ff.de lega.pri-
mo. & Flo. in rubrica de uſufruct.
in fin. de quo an uſufructuarius ſit
dominus,habetur per Iaſ.in §.æque.
xj.colum.inſtitu.de actio.Fuit nota-
tum quo ad ſeruitia præſtanda per
uaſſallos iuxta formam regni con-
ſtitutionum quando caſus occurre-
rit prouidebitur uerum dictum ma-
gnific

gnificum Petrum eſſe utilem domi num terræ prædictæ, ipſumque Michaelem eſſe uſufructuarium.

SVMMARIVM.

1 *Mulier cui maritus reliquit pro dotibus ſuis fructus certorum caſtrorum, non poteſt in eis creare officiales ad iuſtitiam cum perceptione fructuum iuriſd. criminalis. & nu. 5.*

2 *Creditor, qui habet caſtrũ in pignus, utrum poßit in eo iuriſd. exercere.*

3 *Vir durãte matrimonio lucratur confiſcationes, condemnationes & mulctas caſtri pro dote dati expreßa iuriſdictione.*

4 *Prouẽtus criminales licet de iure ſint regis: tamen non procedunt in caſtris Baronum.*

6 *Legatarius reſiliens à legato propter errorẽ interpretationis, & facta uera declaratione poteſt legatum amplecti: & ſic permittitur uariare.*

DECISIO CLXXXV.

1 IN cauſa domini Diomedis carraphæ Comitis Magdaloni* cum domina Comitiſſa eius matre, cui pater pro dotibus ſuis & iuribus dotalibus ac bonis ſeruitiis reliquerat fructus certorum caſtrorum. Dubitatum eſt, an in ipſis caſtris domina Comitiſſa poſsit ponere officiales ad iuſtitiam cum perceptione prouentuum iuriſdi. criminalis. tex. in l. eleganter. §. fi. ff. de pig. acti. dicit, quòd creditor, qui pro maleficiis ſeruorum eos coercuit, uel uinxit, uel obtulit præfecturæ, uel præſidi, non tenetur pignoratitia: & per hunc text. Roma. in ſingu. cccccliiij.
2 tenet, quòd* creditor, qui habet caſtrũ in pignus poteſt in eo exercere iuriſdict. at in caſu Ludo. fuerat datum in pignus caſtrũ. item dicit iuriſdict. non dicit merum imperium: licet tex. quem allegat, nominet coertionem, & uincula, quæ tamẽ poſſunt eſſe de modica iuriſdictione. item tex. ille dicit, uel obtulit præſidi, quod poteſt quilibet etiam minor magiſtratus. in auth. de defenſ. ciuit. §. audient. Bart. in l. fi. ff. ſoluto
3 matrim. tenet,* quòd ſi mulier daret uiro in dotem unum caſtrum cum iuriſdictione durante matrimonio: confiſcationes, condemnationes, & mulctæ ſunt uiri cõſtante matrimonio: nec debent reſtitui: ſed in caſu Bart. erat expreſſum, ꝙ dabatur caſtrum cum iuriſdict. at hic non ſunt data caſtra: nec ſimpliciter, nec cum iuriſdict. item in caſu Bart. non mirum: nam uir erat dominus: nec eſt dubium, quin fructus prouentuum, & condemnationũ in pecunia, quæ fuit in terris Baronũ habentium imperium iure proprio, ſint Baronũ. Ang. in authen. ut nulli iudi. §. fin. & And. in l. j. §. quicunq;. & §. poſt natale. de pa. tenen. & in conſtitu. poſt
4 mortem. imò licet* de iure condemnationes pecuniariæ ſpectent ad regem. ut in titulo, quæ ſint rega. & in l. mulctarum. C. de modo mulcta. tamẽ illud habet locum in terris, quæ ſubſunt iuriſdictio. Principis: non in his quæ immediate ſubſunt iuriſdictioni Comitis, uel Baronis. Aluar. in c. j. §. ſi quis alium. ult. co. ult. opp. de pac. ten. ſed hoc nihil pro d. Co-
5 mitiſſa, cui non ſunt legati,* niſi fructus caſtrorum. Sacrũ Conſil. uotauit ad d. Comitiſſam non ſpectare creationem Capitaneorum, nec fructus iuriſdict. criminalis: eſt bene
6 uerum,* ꝙ quamuis ipſa d. Comitiſſa certis annis perceperit dictos fru

ctus: & per d.Comitē,cui expediebat,ꝙ ipſa perſeueraret in d.perceptione, ea impetente dotes, & iura dotalia,opponeretur,ꝙ ſtetit quieta legato facto, reſiliuit à dicto legato, & fuit ſibi permiſſa uariatio: ex quo ipſa dicebat ſe opinari,ꝙ legatū intelligeretur dare ſibi poteſtatē creandi Capitaneos,& ſic errabat in iure,quem errorē ſac.Conſil. admiſit tanquā errorē iuris intricati: unde iudicauit in eius fauorem pro dotibus,& iuribus dotalibus.

SVMMARIVM.

1 *Procurator in re feudali factus dominus litis per conteſt.poteſt proſequi litem etiam poſt mortem principalis.*

2 *Aſſenſus an requiratur in cōſtitutione procuratoris in cauſa feudali.*

3 *Iudicium redditur in inuitum.*

4 *Feudalis cauſa procedit ſicut iudiciū ordinarium:nam in ea datur libera, iuratur de cal.appellatur,& recuſatur iudex ut ſuſpectus.*

5 *Diſpoſitio iuris communis ſupplet in his, quæ per leges feudorum deciſa non ſunt.*

DECISIO CLXXXVI.

1 IN cauſa magnifici Franciſci Milani* cum domina Duciſſa terræ nouæ,quæ cōuenta ſuper terra ſancti Georgii à dicto Franciſco lite conteſt. & pendente obiit. Dubitatum eſt, an mandatum factum per ipſam d. Duciſſam Ioan. de Ligori ad hanc cauſam finiatur morte: an uerò poſſit continuari iudiciū cum d.procuratore tanquam effecto domino litis: ſicut eſſet ſi ageretur de re non feudali. iuxta l. nulla. C. de procura. nam dicebatur pro parte
2 conuentorum,* quòd in feudalibus requirebatur aſſenſus in cōſtit.procuratoris ad hoc,ut duret.And.in c. ſi uaſſalli de feudo ſuo. ſi de feud. fue.contro. dicit hæc uerba: bene ergo uidetur loqui, & rationabiliter hoc capitulum, ut ſit differentia inter uoluntariā alienationem uaſſalli,quæ non poteſt fieri ſine conſenſu domini: imò perderet feudū. j.de uaſſallo,qui contra cōſti.Loth. c.j.& l.imperialem.§.j. & neceſſariam,quæ eſt per ſententiā: ut hoc fiat ſine conſenſu domini:quia iu-
3 diciū* redditur in inuitū.ff.de uer. oblig.l.inter ſtipulantē.in prin.uoluntaria in uolentem.C.de actio.& obl.l.ſicut.de leg.ij.l.petu.§.prædiū. per hæc uerba Andr.uidetur,ꝙ cum cōſti.procuratoris ſit actus iudiciarius ordinarie,& ad uoluntatē iudicii factus uadat cum terminis aliorū iudiciorum de re nō feudali factorum:ut hic caſus decidatur ſecundū ll.ciuiles:& Andr.in c.j.iij.colum.de
4 controuer.feu.apud pa.ter.dicit,*ꝙ in cauſa feudali datur lib.iuratur de calum.& ap. & omnia fiunt ſicut in
5 iudicio ordinario:* & recuſatur iudex ut ſuſpectus.text.in c.j.de feud. cogn.dicit,quòd in his, quæ per ll. feudorum deciſa nō ſunt,ſtatur diſpoſitioni iuris: ſicque Alua.in d.l. imperialem.§.pe.in fi.qui ſubdit ad hanc materiā:quòd ubi deficit uſus feudorum,recurrimus ad legē ſcriptam.d.c.j. & allegat Iac. de Ardiz. in ſumma.in tit. de content.feu.ſub rubricella qualiter in cauſa debeat procedi: & ſequitur Curtius in vij. parte.uer.tertio quæro. & Iacob.in uer.& dicti uaſſalli.x.col.uerſic.ſed nunquid. Sac.Conſi.decreuit procedendū eſſe in cauſa cum dicto procuratore tanquam domino litis.

SVM

SVMMARIVM.

1 *Venditor ex neceſſitate decreti uendens domos, in quibus eſt fons, poteſt reſeruare ſibi aquã, ut fluat ad alias eius domos, ſicut prius conſueuerat, minori tamen pretio. & nu. 18.*

2 *Hæres poteſt obſcurare ædes legatas, ſed non in totũ eleuando ædes depreſſas, quæ ſibi remanſerunt. & nu. 9.*

3 *Venditor an & quando poſſit imponere ſeruitutẽ, ut domus uendita ſeruiat domui retentæ.*

4 *Seruitus aquæductus habet cauſam continuam.*

5 *Vendita res qualibet libera dicitur, niſi ſeruitus ſit impoſita: ſed in ultima uoluntate procedit alio modo.*

6 *Seruitus debita prædio acquiſito trãſit cum prædio.*

7 *Seruitus impoſita uidetur per teſtatorem aut uenditorem, eo ipſo quòd legat ſeu uendit domum ſuſtinentem onera permanẽtia: & maxime ſi contrahentes hoc ſciebant.*

8 *Seruitus præſtari debet per domũ legatam hæredi: ſeu per domum retentam legatario: uel per unum legatarium alteri proprietate legata.*

10 *Vendito fundo non uidetur uenditus acceſſus ad eum: niſi agatur expreſſe: nec cogitur uenditor pretio uendere.*

11 *Diuiſione domus facta inter fratres noua ſeruitus per alterum quæri non poteſt, de qua non eſt facta mentio tempore diuiſionis.*

12 *Seruitus oneris permanentis eadem perdurare debet, quæ reperiebatur exiſtens tempore diuiſionis, legati, ſeu uenditionis.*

13 *Seruitus habens cauſam diſcontinuã, uidelicet aditus & itineris in cõtractibus inter uiuos, non uidetur impoſita, niſi expreſſe ſit actum.*

14 *Contractus completus & celebratũ inſtrumentum operatur, quòd aliud ſit actum inter contrahentes, quàm ſi completus adhuc non fuiſſet.*

15 *Poſſeſſio non dicitur libere tradita iuxta contractum, ſi in ipſa ſit ſeruitus: quia tunc agetur ad intereſſe totale, quaſi res tradita non eſſet.*

16 *Clauſula inſtrumenti, cum uijs & acceſſibus ſuis ad uiam publicam, quid operatur.*

17 *Clauſula inſtrumenti, quòd dat francam & liberam, quid operatur.*

DECISIO CLXXXVII.

IN CAVSA magnificorũ Leonardi,* & Perloyſii Comi fratrum ad inuicem: magnificus Leonardus Comus habet domos cum fonte iuxta domos dicti Perloyſii, & aqua decurrẽs ex dicto fonte, poſtquam pilam intrauit, conſueta eſt per curriculos ſubterraneos fluere ad alias domos dicti Leonardi non coniunctas domibus prædictis: nunc Leonardus ipſe uendidit, ſeu ex neceſſitate decreti Sacr. Conſil. uenditurus eſt præfato Perloyſio domos, in quibus eſt fons, uult ſibi reſeruare dictam aquam, ut fluat è dicta pila ad alias domos ſuas ſicut hactenus conſueuit. Quòd non poteſt: facit primò tex. in l. binas ædes. la prima. §. qui binas. ff. de ſeruitu. urban. prædi. ubi habetur,* quòd ſi quis habens duas ædes legaret Titio alteras ex eis: hæres apud quem remanſerunt ædes forte depreſſæ uel depreſsiores, nõ prohibetur altius tollere: quamuis obſcuret lucem legatarũ ædium, cum modificatione tamen, de qua ibi: uidelicet ut non penitus obſcuret: & ſic licet dominus

binarum ædium unas alienaret:nõ uidetur impoſita ſeruitus: ut ædes ſtent prout ſtabant tempore alienationis:ut uideatur per hoc impoſita ſeruitus altius non tollendi. & dat ibi text. rationem diuerſitatis: quare aliud in uia ſeu itinere: nam ſine itinere domus legata eſſet penitus inutilis:ſecus in aſpectu. Secundò text.in l. ſi binarum. eodem
3 titu.* ubi ſi binarum ædium dominus in uenditioné unius domus caueret: quòd domus, quam uendit, ſeruiat alteri.poteſt etiam traditione facta agere: ut ſeruitus imponatur: ut ſic à contrario ſenſu, ſi nihil cautum ſit, non debeatur ſeruitus: ad quod etiam text. in l.duorum. & in l.ſi quis duas.ff.com.præd. Tertiò facit tex.in l. in tradendis.C.eo. titu.com.præd.ubi ſi dominus duarum ædiũ alienat unas:etiam ſi generaliter dicat, quòd illæ alienatæ ſeruiant alteris: non eſt impoſita ſeruitus,niſi dicatur ſpecies ſeruitutis. Quartò facit text. in l. in uendendo.ff.de contrahen.emptio.ubi ſi quis uendit fundum non tenetur ad illum fundũ præſtare uiam, iter, ſeu aquæductum:niſi hoc dictũ eſt. ſed ille tex.loquitur quãdo emptor uolebat acquirere à uẽditore uiam uel aquæductũ:nos uerò loquimur, quando uenditor uolebat, ut fundus uenditus ſeruiret, & ſic ecõtra: & nota quia Bart. in l.j. de ſeruitu. leg. intelligit. d.l. in uendendo.in ſeruitute habente cauſam diſcontinuam,ut ſic ſeruitus aquæductus habeat cauſam continuam:quod tamẽ non eſt uerũ:quia Bar.Vero.in trac. de ſerui.urb.præd.ſub rub. quomodo & qualiter acquiratur.rubri.xix.

dicit ſeruitutem aquęductus habere cauſam cõtinuã. Quintò facit Bar. in l.quod conclaue.ij.col.ff.de dam.
4 infec.ubi dicit,* ꝙ illud quod dicitur, ꝙ domus debet intelligi uẽdita libera,niſi ſeruitus imponeretur, & idẽ in domo quæ tenetur:habet locũ in cõtractibus inter uiuos:& hoc intelligit facta uẽditione. & imponitur ſeruitus oneris ferẽdi,uel aditus habẽdi,ut ibi,in uerbo Labeo:at in ultima uolũtate procedit,ꝙ in dubio uidetur legata domus,& imponi ſeruitus iſta. ut eſt caſus in l. j. de ſer.leg.& dicit ibi Ang.ꝙ ſit cautus uenditor,qui uult ſibi conſulere, & ꝙ emptor nõ poſsit cõclaue reſidẽs ſuper ſuo deſtruere,uẽdat eam ſeruitute impoſita oneris ferendi. ſed Paul.de Ca.in d.l.quod cõclaue, refert.d.Bart.ibi.& dicit,ꝙ Bart.in l.j. de ſerui.leg.tenet contrarium:& ꝙ cũ iſta ſeruitus habeat cauſam permanentẽ,& continuã,uidetur in dubio actũ: ꝙ ita ſtet uti ſtat de præſenti:& ꝙ emptor teneatur ſuſtinere iure ſeruitutis,& ꝙ ita dicit Bart. in d.l.j.ſe intelligere illã.l.quod cõclaue:licet non Bar.ibidẽ,nec Ang. faciant de hoc mentionem:ſecus in ſeruitute nõ habente cauſam permanentẽ uel cõtinuã:quia nõ cenſetur impoſita: niſi ſit expreſſe impoſita per uenditorẽ, & ꝙ ita loquitur.l.ſi quis duas.& dicit Paul.de Caſt. hoc eſſe perpetuo notãdũ:& hoc ſecundum eũ melius uidetur. Sextò facit Ang.in d.l.binas quis ædes. de ſerui.urb.pręd.dicẽs,ꝙ tignũ debet ita eſſe immiſſum prout eſt,quãdo illa domus pluribus aſsignatur inter uiuos,uel in ultima uolũtate,ut ibi.cũ l.ſeq.ſed ſi habens duas domos una

contiga

contignatione contextas unã uẽdit, & aliã ſibi reſeruat, non poterit em ptor retinere inuito uẽditore tigna aut cemẽta, quæ repoſcãtur, ſeu requieſcant in domo uendita, niſi forma cõtractus aliter ſe habeat. unde ſit cautus emptor, quia ex hoc dicit ipſe, uidi multas lites. probatur de dam.infec.l.quod cõclaue. & notãdũ quia Ang.in d.l.binas quis ædes. aperte facit differentiã: an duæ domus pluribus legentur ſiue uẽdantur: an uerò una uẽdatur, & alia reſeruetur: & ſic Perloyſius poteſt reſpondere ad Bart.in l.j. de ſer.lega. ſed uide quia licet tex.in l.j.de ſeru. leg.loquatur in legãte duas domos duobus.tamẽ Bart. ibi uidetur uelle idem eſſe, ſi unã legat ſeu uendit, & aliã retineat: & hoc ibi dũ dicit, ex alia re alienantis.& ibi, dũ dicit: an à legatario debeat præſtari ſeruitus hæredi, an ab hærede legatario. Septimò facit Bart.Veron.in tracta. ſeruit.ruſticarũ.in rubr.de ſeruitute aquæductus.vj.co.dicẽs: ꝙ ſi dominus prædii dominãtis uẽdiderit partem prædii, cui aqua eſt utilis & neceſſaria: tota ſeruitus aquæductus ſequitur partẽ uenditã, & nihil debetur parti retentæ per uẽditorem. Octauo facit idẽ doctor ibid.x.col. ubi dicit, quòd ille qui emit, uel aliter acquiſiuit prædium, cui ſeruitus aquæductus debebatur, põt, & debet eandem ſeruitutẽ habere: quia

6 illa ſeruitus debita prædio acquiſito* tranſit cum prædio.l.ſi aquæductus.ff.de contrahen.emp.l.ſi partẽ. in prin.ff.de ſerui.ruſtic.prædio.ſecus ſi per prius ſeruitus prædio non debebatur: quia uendito fundo uel aliter alienato nõ debetur ſeruitus aquæductus uel alia, niſi dictum ſit. d.l.in uendendo.in princ.& ibi hoc not.glo.ff.de contrahen.emptio. & dicit, ꝙ ita etiam tenet Bart. in l.uia conſtitui. §.quocunque.ff.de ſeruit. ruſt.prędio.cum itaque aliis ædibus retentis per Leonardum nulla ſeruitus aquæductus debebatur ab ædibus alienãdis ſeu alienatis, nec actũ ſit quòd debeatur, non debebitur. At pro Leonardo, quòd poſsit dicta aqua fluente potiri, primò facit tex. in d.l.binas quis ædes. de ſeruitute urb.prædi. ubi ſi dominus duarum ædium una cõtignatione rectarum legaret uel cederet duobus: uidetur actum, quòd ſtent illæ contignationes prout ſtabant tempore legati uel ceſsionis: neque unus põt agere contra alium, ut immiſſum non habeat. Secundò facit tex.in dicta l.j.ff.de ſeruitu.lega. ubi habetur: ꝙ ſi habens duas tabernas, in quarum una eſt aliquid inædificatum ſuper alia, & legat eas diuerſis, illud ædificatum ſuper alia ipſarum debet remanere. & Bart. ſummat eam ſic, ſi domus una ſuſtineat actum ſeruitutis habentis cauſam continuam & permanentem, & alienetur: in dubio ſeruitus uidetur impoſita: & ſic ille text. eſt proximus caſui noſtro, quia tractabatur de ſeruitute illi domui remanenda uel fundanda, quæ alienatur. Tertio facit Bartol. in dicta l.prima.j.columna, de ſeruitu. leg.dicens, quòd illud, quod in illa

7 l.dicitur,* quòd non uidetur impoſita ſeruitus per teſtatorẽ eo ipſo, ꝙ legat domum ſuſtinentem onus ſeruitutis habentis cauſam cõtinuã, ipſe idem credit eſſe in uenditione domus, ut uideatur impoſita ſeruitus,

tus, ut ſuſtineat onera permanentia, quæ ipſo actu ſuſtinebat. maximè ſi contrahentes hoc ſciebant. allegat. l. primam. in fin. ff. de actio. empti. & l. quod conclaue. de dam. infect. & ad l. in uendendo. reſpondet, quòd loquitur in ſeruitute, quæ non habet cauſam continuã: & licet Bart. & text. ibi loquantur, quando emptor uel legatarius nolebãt pati ſeruitutem: qui non eſt caſus noſter: tamen idem Bart. ibidem poſt-
8 ea loquens in legante dicit, *quòd quãdo legatur proprietas ſiue quæratur, an ſeruitus debeat præſtari per domum legatam hæredi, ſiue per domum retentam legatario, uel per unum legatarium alteri. Barto. ipſe credit, quòd in utroque caſu debet præſtari. per d. l. binas. la prima. de ſeruit. urb. prædi. ubi dicitur
9 ſecundum eum, * quòd non poteſt hęres lumina obſcurare in totũ rei, cuius proprietas eſt legata: & eadem ratione dicit ipſe, quòd debet iter præſtari, quia minus male poſſet habitare luminibus offuſcatis in ædibus, quàm uti ſine itinere. l. j. ff. ſi uſusfru. pet. & dicit, quòd ita debet intelligi. d. l. binas. quæ eſt clauis huius materiæ: & hæc procedunt ſecundum eum, quando proprietas legatur, ut uideatur conſtitua ſeruitus modo prædicto, ſecus ſi inter uiuos: quia hæc ſeruitus, quæ habet cauſam momentaneã: nõ debet conſtitui: niſi expreſſe agatur. d. l. in uendendo: & ſic habes dicit Alexan. ibi
10 in addi. *quòd ſi uendo tibi fundũ, non uideor uendere acceſſum ad illum d. l. in uendendo. nec cogor tibi pretio uendere, quia eſt ſpeciale in uia ad ſepulchrum. Quartò facit glo. Neap. in conſuet. amplius.
11 dicentis, *quòd ſi ſunt duo domini domorum ſuperioris, & inferioris, & in diuiſione uni eſt aſsignata domus ſuperior, habens feneſtras ſine cantonibus ſuprà domos inferiores, & alii domus inferior: & in inſtrumento diuiſionis nihil eſſet dictum: non poteſt dominus domus inferioris compellere conſortẽ ad claudendum feneſtras, uel alia facienda cõtra formam antiquorum ædificiorum. argu. ff. de ſerui. urb. præd. l. qui luminibus. & põt dicere dominus ſuperiorum ædium, ego teneo feneſtras non iure ſeruitutis, ſed iure dominii: nam tempore diuiſionis feneſtræ non erant ibi iure ſeruitutis, per l. binas. de ſeruit. urb. prædio. ubi res transfertur libera cum onere tigni: non tamen iure ſeruitutis, ſed dominii. Quintò facit quod no. Pau. de Caſt. in d. l. quod conclaue. & relatum eſt ſuprà in quinto motiuo pro d. Perloyſio. Sextò facit Bar. & ibi Imo. & Ro. Veron. in tracta. de ſerui. urb. in rubrica de ſeruitute ſtillicidii auer-
12 tendi. ix. q. dicens, *quòd ſi unus habet amplam domum, & faceret ſtillicidia unius partis domus cadere ſuper aliam partem, & poſtea uendit, uel legat unam partem de illa domo: uel ſi ſunt plures fratres habentes domum, & poſtea eam diuidunt inter ſe, & uni euenit una pars domus, quæ habet ſtillicidium: & alteri alia pars, quæ habet aream ſub ſtillicidio, uidetur tũc eſſe impoſita ſeruitus uendendo, legando, uel diuidendo, ut ſuſtineat onera permanentia, quæ tunc tempore diuiſionis rei, legati, uel uenditionis ſuſtinebat.

nebat.allegabat.d.l.quod conclaue. de dam.infec.& nõ.per Bar.in l.j.circa fi.de ſerui.lega. & quæ habentur per doc.in d.l.quod cõclaue. Septimò facit idem doctor in eo.tracta. de ſerui.in rubrica,de ſeruit.itineris ſeu actus.iij.col.ubi primo ponit regulã, quòd ſi quis uenderet proprietatem rei;non ueniret tunc ſeruitus itineris,ſeu aditus,nec alia ſeruitus. per d.l.in uendendo.& proſequẽre ut ibĩd.inde dat limitationes: primo quãdo eſſet ſeruitus tigni iniuncti, uel oneris ferẽdi:quia tunc cum ſuo onere uidetur uendita,uel aliter alienata.d.l.quod conclaue.& l.binas ædes. & l.j. de ſerui.lega.& ita tenet Bart.& Flo.in d. l.binas.Sed Bar.& Ange.ſecundum eum dixerunt contrarium in d.l.binas.dicunt enim, quòd in contractibus inter uiuos, ſi non imponitur ſeruitus oneris ferendi, non uenit per illa iura.& idem dixit Ang.in d. l.binas.ubi dixit,quòd ſi habẽs duas domos unica contignatione contextas &c.quod d. Ange.ſuprà relatũ eſt,& ſubdit Bar.Veronẽſe credere,quòd præfati doct.non bene dicant: quia in contrarium eſt text.in d.l.binas.cum ſeq.cũ gl.ſuper uerbo conceſſerint. quæ exponit inter uiuos:nam cum uenditur domus, uidetur impoſita ſeruitus,ut ſuſtineat onera permanentia, quæ ipſo actu tũc ſuſtinebat,& quòd ita debet intelligi d.l.quod conclaue. ſecũdum Bart.in d.l.j.de ſeruit.lega. & in d.l. binas.in fin.& talis ſeruitus dicitur habere cauſam cõtinuam, & permanentẽ.& propterea uidetur impoſita:maximè ſi cõtrahentes hoc ſciebant, ut dicit Bart.in d.l.j.in prin.& dixi,dicit Veron.in præcedenti ſeruit.in fin. & iſtud teneas, dicit ipſe.

13 *Sed ſi haberet cauſam non continuam, ſicut eſt ſeruitus itineris, ſeu aditus:tunc ſecũdũ omnes in contractibus inter uiuos non uidetur impoſita,niſi expreſſe actum ſit.l.in uendendo.de contrahen.emp.& ita dicit ipſe intelligo ſuprà in uerbo,ſi uerò ſuper proprietate. Quicquid ſit text.principaliores pro Leonardo ſunt in l.j.de ſerui.leg.in l.binas quis ædes. de ſer. urb. prædio. qui ambo loquuntur quando utraque domus legatur,uel alienatur. Pro d.Perloyſio eſt tex.in d.l.quod conclaue.ibi,totam porticũ eſſe earum ædium, quas retinuiſſet.text.in l.ſi quis ædes.de ſerui.urb.pręd.ibi,& ſi rurſus uendere uult.text.in l.ſi quis duos.com.prædi.ibi, alteras tradat. tex.in l.in tradẽdis unis ædibus.tex. in d.l.in uendendo. ibi,in uendendo fundo. Mihi quandoque ui-

14 debatur, *quòd aut contractus eſt completus,& celebratũ inſtrumentum:ut tunc ſi oritur differentia de hoc actu ſeruitutis,& in inſtrumento non eſt clauſula,quod dabat domum francam, & liberam &c. debeat ſeruari quod no.Bar.in d.l.j.de ſerui.leg.uidelicet, ut diſtinguatur, an actus iſte ſit ſeruitutis continuæ, & permanentis:ut tunc uideatur ſeruitus impoſita. per d. l. binas quis ædes. an diſcontinuæ:& tũc no.per d.l.in uendẽdo.ſi uerò eſt dicta clauſula in inſtrumento, ſubdiſtinguatur: aut emptor ſciebat talẽ actum ſeu qualitatem,& uenditor tenetur, aliàs non,per d.l.primam. §.ſi.ff.de act.emp.licet in hoc dubitem:quia etiam data ſcientia hæc clauſula

uidetur operari, quòd uenditor, in cuius poteſtate eſt tollere hūc actū, eum tollat: & aliud eſſet, quando non eſt in poteſtate ſua tollere: puta quia ſeruiebat alteri: tunc etiam hoc caſu ſubſiſterem. pro quo eſt quòd not. Bart. in l. ij. §. uacua. ff. de
15 acti. empt. dicens, *quòd quando in teſtamento eſſet dictum, quòd quis promiſit tradere poſſeſsionem liberam uacuam & expeditam, ut hodie dicitur communiter: poſſeſsio non dicitur tradita libera, ſi in re eſt ſeruitus: & tunc ageretur ad totale intereſſe quaſi res tradita non eſſet. pro quo etiam facit idem Bar. in d. l. j. de ſerui. leg. quem ſequuntur Paul. & Floria. in d. l. binas. qui
16 dicit, quòd *quando dominus duorum fundorum, quorum unus dabat uiam ad alium ex uia publica, uenderet illum fundum, qui dabat uiam: non uidetur uendidiſſe cum iure illius uię, ex quo habet cauſam diſcontinuam. d. l. in contrahendo: tamen quando inſtrumento adeſſet clauſula cum uiis, & acceſsibus ſuis ad uiam pub. propter hanc clauſulam debebitur uia: ita etiam erit
17 econtra: *ut licet dominus prædii ſeruientis, & dominantis quando uendit prædium ſeruiens ſeruitute ſeu actu continuam cauſam habente, uideatur dediſſe cum illa ſeruitute. d. l. j. de ſerui. leg. d. l. quod con claue. & d. l. binas: tamen hoc non uendicet ſibi locum, ubi uendatur cum clauſula, quòd dat nō francam & liberam &c. Aut nondum eſt celebratus contractus: ut eſt in caſu noſtro: & tunc eſt recurrendum ad coniecturas reſultantes ex præcedenti tractatu: aliàs in dubio uidetur, quòd ſit impoſita ſeruitus. per not. per Bart. in d. l. j. de ſerui. lega. qui licet dicat illud uerbum, maximè ſi contrahentes hoc ſciebant, quaſi quòd etiam ſi ignoraſſent, ſeruitus uideatur impoſita: tamen durum hoc uidetur, & forte quis non eſſet empturus, uel minus empturus, ſi illam ſeruitutem ſciuiſſet. in propoſito noſtro, eſt fienda uenditio domus per Leonardum .d. Perloyſio per decretum ſac. Cōſil. & ſic ex neceſsitate: hic ceſſat ratio: quia non emiſſem, ſi ſciuiſſem illā ſerui-
18 tutem. adeſt alia ratio: *nam ex quo uenditio fienda eſt mediante appretio, & ita decretū dicit, quòd appretiatores in appretiando neſciebant dictā prætenſam ſeruitutem: uidetur decidendū quòd tanto minus emat d. Perloyſius. & quòd illa aqua poſsit duci per Leonardū cōpletis prius commoditatibus. d. Perloyſii, ſaluo aliorū Dominorum iudicio.

SVMMARIVM.

1 *Vſus alicuius rei relictus intelligitur merus tantū: ſed res relicta ad uſum ſeu pro uſu, intelligitur cum proprietate, & num. 4. idem in contractibus ibidem. & nu. 8.*

2 *Mater dans præſente filia uiro extra dotē rem ad uſum filiæ, dicitur cum proprietate dediße.*

3 *Vſus appellatione quando ueniat plena proprietas.*

5 *Proprietas dicitur relicta relicto fundo pluribus, ut inde percipiant alimenta.*

6 *Domus legata uxori ad habitandum uel fundus ad uſumfructum, intelligitur legatus cum plena proprietate: & tranſit ad hæredes.*

7 *Legatum non coarctatur per cauſam*

de

de futuro: uel per modum, qui ponitur in fauorem legatarij.

DECISIO CLXXXVIII.

IN cauſa domini Comitis de ſancta Seuerina cum uniuerſitate ciuitatis Cotroni, dicta uniuerſitate tenēte in pertinētiis Cotroni quodàm territorium uocatum la defeſa de crepacore, ſitum intra fines cuiuſdam feudi ipſius.d.Comitis.conuenta eſt à præfato.d.Comite ſuper reſtitutione dictæ defenſæ: & quia actor non uidetur bene fundaſſe ſuam intentionem ſuper poſſeſſorio, nec ſuper petitorio, elicit ius ſuum ex quibuſdam ſcripturis pro-
1 ductis per dictam uniuerſitatem, in quibus fit mentio, * qualiter dicta defenſa fuerat eidem uniuerſitati relicta, ſeu promiſſa, ſiue conceſſa ad uſum, ſeu pro uſu boū domitorum: nunc dicit.d.Comes, quòd uniuerſitas habeat uſum tantum iuxta tenorem ſuarum ſcripturarum: & quòd ſupereſt ultra dictū uſum, intendit locare ipſe: an bene dicat.
2 Tex.in l.donationis.§.ſpecies.ff.de donat.dicit,* quòd ſi mater dat uiro præſente puella extra dotem res ad uſum puellæ, hac ſignificatione non modus donationis declaratur, nec ab uſu proprietas ſeparatur. uerba Bar.ibidem ſunt hæc. & ſic conclu-
3 ditur * quòd uſus appellatione proprietas plena intelligitur. & uide gl. iſtam, quæ incipit per quæ uerba
4 &c.& ſemper * inſpicias uerba: quia ſi dono tibi rem ad uſum, uel fundum ad alimenta: quia tunc uidetur proprietas donata, ſiue in contractu, ſiue in ultimis uol. ubi hic eſt caſus. ſi uerò dico, dono tibi uſum uel uſumfructum, uel alimenta ex fundo, uel uſufruct.fundi: tunc uidetur datus uſufruct. ut in toto titulo de uſufru.lega.text.in l.liberti.in prin.
5 ff.de ali. & ciba.lega.dicit * quòd ſi relinquatur fundus pluribus ut alimenta percipiant: uidetur plena proprietas eſſe relicta. Barto.ibi.j.
6 col.cum Iaco.But.dicit,* quòd ſi teſtator reliquit uxori domum ad habitandum, uel fundum ad uſumfructum: plena proprietas uidetur eſſe relicta, & tranſit ad hæredes: & reprehendit Oldra. ut ibi.& in ij.col.
7 dat argumentum: nam * cauſa de futuro ſeu modus, qui ponitur in fauorem legatarii nunquam legatum coarctat.l.Titio.§.j.de cond.& demonſtr.l.j.in fin.& l.ij.ff.de dona.& in fine quærit Bart.quid in contractibus: ſi aliquis dat fundū ad uſumfructum.& dicit idem in contractibus, quod dixit in legatis, per d.§.ſpecies. Sac.Conſi.uotauit ſemel in hac cauſa in fauorem uniuerſitatis: & deinde fuit ordinatū, quòd iterum notaretur cum interuentu omnium Regentium, & Locumtenētis regiæ cameræ Summariæ, cum quibus aliquibus uicibus congregati ſumus: & nihil actum eſt. *

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſitas alicuius loci prætendens paſcua, ſeu ius paſcendi, aquandi, & lignandi in territorio alterius iure cōmunionis antiquiſſimæ, an debeat manuteneri lite pēdēte: & n.11.& 11.*
2 *Priuilegium eſt fauorabile.*
3 *Lite pendente poſſeſſor turbari, uel priuari non debet: etiam ſi contra ius commune poſſideat: dummodo poſſideat cum titulo allegato, ſiue producto. limita ut ibi.*
4 *Bona fides quando non requiritur in*

poſſeßione ſola.

5 *Turbare de facto, ſeu ſpoliare, uel animalia expellere quando liceat habentiius commune pro ſe contra poſſeſſorem ex priuilegio, ſiue poſſeßorem antiquum.*

6 *Poſſeßor non oſtendens priuilegium, ſeu conſuetudinem an poſſeßione debeat exui lite pendente.*

7 *Poſſeßio, uel quòd quis poſſederit aliquando, non præſumitur, niſi probetur, quia poſſeßio conſiſtit in facto, ſecus eſt in proprietate.*

8 *Præſcriptio uſus inſigniorum in alieno territorio fit cum titulo per ſpacium quatuor annorum; ſed ſine titulo per tantum tempus cuius memoria &c.*

9 *Ordinarius non poteſt exercere iuriſdictionem contra eum, qui ſe allegat exemptũ ex priuilegio, uel ex priuilegio & præſcriptione ſimul lite pẽdente, dummodo ſit in poſſeßione ſuæ exemptionis.*

10 *Poſſeßio ſola quando procedat cõtra proprietarium in iudicio proprietatis, licet de titulo clare non conſtet.*

DECISIO CLXXXIX.

IN CAVSA Vniuerſitatis & hominum terrę Titi cũ domino Comite Potentię, ſuper eo uidelicet, an dicta uniuerſitas & homines, qui intendunt agitare iudicium ordinariũ cum prefato domino Comite ſuper iure paſcendi, aquandi, lignandi, & paſcendi in territorio Potentiæ, & Vineolæ ratione antiquę cõmunionis territoriorum hincinde, in cuius quaſi poſſeſsione prætẽdunt ſe ſtetiſſe à tempore, in cuius contrariũ non eſt hominũ memoria, debeant dicta lite, ſeu iudicio ordinario pendente manuteneri in dicta quaſi

poſſeſsione libertatis, an uero pro
parte præfati domini Comitis ha-
bentis cõtra ipſos de Tito intentio
nem fundatam de iure cõmuni poſ-
ſit prætendi, quòd interea abſtineãt,
prout iã prouiſiones ſuper hoc ex-
peditæ ſunt: quia iam in hoc iudi-
cio ſummario datus eſt terminus, &
capta informatio, & factæ hincinde
probationes, in quibus iam apparet
de antiquiſsima quaſi poſſeſsione
illorum de Tito ſuper paſculatio-
ne, & lignatione uirtute cõmunio-
nis, & eorum articulis, allegãt titulũ
uidelicet cõmunionem antiquitus
celebratam cũ aſſenſu Regio, licet
aſſenſus probatus nõ ſit, probata ta-
men eſt quaſi poſſeſsio cõmunio-
nis, ut dictum eſt, hincinde paſcẽdi,
& lignandi, & etiam emanarũt pro-
uiſiones à ſacr. Conſil. ab initio hu-
ius cauſæ, quòd illi de Tito abſti-
1 neant ſe. Dubitatur* quid nunc ſit
iudicandum, debere ſeruari pendẽ
te lite mota, ſeu mouẽda ſuper or-
dinario iudicio. tex. in c. cum perſo-
næ. de priuilegiis. libr. vi. ponit tres
caſus, prout colligit illos ibi Gemi.
in ulti. colũ. poſt Lapum: Primus ca-
ſus eſt, quãdo is, qui prætẽdit exem-
ptionem cõtra ordinarium haben-
tem intentionẽ fundatã de iure cõ-
muni fundaret exemptionẽ ſuam ex
priuilegio tantũ, & hoc caſu dicitur,
quòd nõ poteſt ordinarius penden
te probationis articulo exercere iu
riſdictionem ſuam contra illum, ut
eo. c. cũ perſonæ. in princ. & hoc ui-
detur intelligendũ; quãdo talis alle
gans eſt in poſſeſsione exẽptionis,
argumento ſuprà ut lite pendẽte. c.
j. ſecus ſi ordinarius eſſet in poſſeſ-
ſione ſubiectionis. Secundus caſus
eſt,

eſt, quãdo prætendẽs ſe exemptum allegat præſcriptionem tantũ, & tũc dicit Gem. uideri, quòd ſiue ordinarius ſit in poſſeſsione ſubiectionis, ſiue nõ poſsit uti iuriſdi. ſua contra illum, donec probet præſcriptionẽ, ut in fine capituli, & hoc propter odium præſcriptionis. Tertius caſus eſt, quando prætendẽs ſe exemptum fundat ſe in priuilegio & pręſcriptione, & hoc caſu dicit idẽ uideri dicendũ, quod in primo. ut in eo. c. §. quòd ſi tales. in fin. & §. fin. in princip. & hoc ratione priuilegii, 2 *quod eſt fauorabile. s. de elect. c. ex parte. In hac cauſa allegatus eſt contractus cõmunionis cum aſſenſu regio, neutrum tamẽ eſt productum realiter, licet ſit bene probatũ de poſſeſsione antiquiſsima. Quod ſcriptura dãs exemptionem debeat produci realiter, uidetur dicere tex. in d. c. cum perſonæ. ibi, oſtẽdere ad legendum integraliter exhibere. & ibi, priuilegium quidẽ ipſum exhibeant. & pro hoc ſunt uerba Philip. de fran. ibi in uer. quòd ſi tales. j. colum. ij. notab. quæ ita dicunt, not. ꝙ lite pendente non debet quis turbari, uel priuari poſſeſsione ſua, etiã ſi poſsideat cõtra ius cõmune, dummodo talis poſſeſsio adiuta ſit titulo nõ ſolum allegato, ſed etiã producto. Sed forte tex. ille ſic ut ſuprà intellectus procedit, quãdo quis pendente iudicio ordinario moto uel mouendo uult ſe manuteneri in quaſi poſſeſsione, nõ cognito ante per iudicium ſummariũ, quis debeat manuteneri lite pendente in ordinario, tunc enim ſi non produceretur priuilegium, procederet, ꝙ cõſeruabitur is, qui habet ius co. pro ſe: nam Philip. de fran. ibidẽ ſubdit iſtud, quod antea dixerat, procedere, quando ius agentis fuiſſet deductum in iudicium, & de eo cognitũ, & ſic in iudicio ordinario, ſi facta cognitione nõ oſtenditur priuilegium, fiat executio contra poſsidẽtem, imo ex his uerbis innuitur, ꝙ etiam pendẽte cognitione in iudicio etiã ordinario, ante tamẽ quàm ſit cognitum, non fiet executio, nec manutenebitur habẽs ius co. pro ſe. Nec text. in eo. capi. cũ perſonæ. uidetur cõtrariari, uult enim ante debere dari competẽtem terminũ ad exhibendum priuilegiũ, quòd ſi in hoc termino poſſeſſor uult probare per teſtes talia, ex quibus reſultat priuilegium, uidetur quòd nõ poſſit exequi cõtra eum. Et pro hac parte affertur primo Innocen. in ca. cum ueniſſent. de in integ. reſti. iiij. col. uerſi. item nota quòd licet quilibet præſumatur. cuius uerba ſunt 4 hęc. unde *ſi alius quàm capi. eccleſiæ, ſit in poſſeſsione eligẽdi, & petit cõfirmari ſuam electionem, ſuccumbet in petitione ſua: quia non præſumitur bona fides in hac poſſeſsione ſua: quia cõtra ius eſt, & idẽ uidetur etiam in conſimilibus. ſed ſi agitur interdicto unde ui, uel uti poſsidetis. ſufficit ſola poſſeſsio ſine bona fide. C. unde ui. l. j. j. de reſt. ſpol. ex literis. & idem eſt etiã, quia pendẽte lite, ille qui erat in poſſeſſione mea tuendus eſt, nec quæritur ibi de bona fide, infra de inſtitutio. c. cum ueniſſent. eadẽ quæ diximus in electione, dicenda ſunt in poſſeſsione iuris excõmunicandi, & in multis aliis. & ex uerbis Inno. uidetur colligi, quòd. c. cum perſonæ. obti

5 obtinet,*quãdo pendet iudiciũ ſuper petitorio,uel poſſeſſorio ſimplici reintegrandæ:ſed quãdo ageretur interdicto unde ui,uel uti poſsi. ſecus,quaſi q̃ non licet habenti ius cog.pro ſe per uim expellere animalia,& ſpoliare,uel turbare de facto,ſed agere uia iuris. Secũdo affertur Abb.in c.j.col.j.ut lite pendente.dicens no.ex tex.q̃ lite pendẽte ſuper ualiditate priuilegii, uel an fuerit priuilegium conceſſum uel nõ,priuari quis non debet,uel interdici uſus poſſeſsionis uel quaſi, etiam ſi illa poſſeſsio ſit contra ius, & hoc ultimum ſecundũ eũ eſt notabile, & dicit uideri text.opt.huic concord.de priuileg.cum perſonæ.
6 lib.vj.inde Abb.in ea.j.col.quærit,* quid ſi ceſſaret priuilegium,& conſuetudo,nunquid debeat quis exui poſſeſsione lite pendẽte?Innoc.ſecundum eum dicit,q̃ nõ:quaſi uelit hunc text.& eius diſpoſitionẽ locũ ſibi uendicare,etiam ratione ſolius poſ.& ſic trãſeunt cõmuniter doct. ſed cõtra hoc dictũ dicit facere tex. not.in c.cum perſonæ.de priuileg. lib.vj.in fi.& ibi glo.nõ enim debet conſeruari in poſſeſsione cõtra ius habita,præſumitur enim illã uſurpaſſe.centeſima diſt.c.cõtra morem xcv.diſt. c. peruenit.unde hic dicit, ipſe cõſeruatur in poſſeſsione lite pendẽte,quia allegabat priuilegiũ in d.c.cum perſonę.ſecus ſi allegaſſet præſcriptionem.& facit Abb.in c.olim.lo ultimo.j.col.iij.no.de re-
7 ſti.ſpo.dicens not.& tene menti,*q̃ licet Epiſcopus fundet intẽtionem ſuam de iure cõmuni quo ad proprietatem ſuper eccleſiis ſuę diœceſis,adeo q̃ eo ipſo,quòd nõ probatur cõtrarium,debet cõtra quencũq; obtinere,iuxta ea, quæ leguntur,& not.in c.cum uenerabilẽ.& in c.cũ dilectus.de relig.domi.de præſcri. auditis.& xvj.q.vij.omnes baſilicę.x. quæſt.j.per totũ,ſecus tamẽ eſt quo ad poſſeſsionem,unde nõ præſumitur pars poſsidere, uel aliquando poſſ.diſſe,niſi probet, & pro hoc quia poſſeſsio conſiſtit in facto.de cõceſ.præben.c.cũ noſtris.poſsibile enim eſt, q̃ Epiſcopus illã nonquàm poſsideret à tempore ſuę fundationis.& adde Rotam deciſ.cxix. in anti.& not.etiam Abb.in d.c.j.ij.
8 col.q̃*uſus inſigniorum denotãtiũ ſuperioritatem poteſt per præſcriptionem acquiri,ſeu cõſuetudinem in alieno territorio.& in quantum Hoſti.ſecundũ eũ requirit tantũ tẽpus,de cuius initio nõ ſit memoria, intelligit ubi præſcribens nõ haberet titulum putatiuũ,quo caſu cum hæc ſit præſcriptio contra ius,requiritur titulus,alias cum titulo ſufficit tempus.xl.anno.c.j.de præſcriptio. lib.vj. Tertiò,facit Phili.de fran.qui in d.c.cum perſonę.ultimo no.dicit
à cõtrario ſenſu notãdum,*q̃ ordi- 9
narius iuriſdi.exercere nõ poteſt cõtra eum,qui ſe allegat exemptũ ex priuilegio,uel ex priuilegio & præſcriptione ſimul pendẽte probationis articulo,& hoc quando talis qui allegat ſe exemptũ eſt in poſſeſsione exemptionis,ut ſ.proxi.§.& c.j. ut lite pendente.alias ſi ordinarius eſſet in poſſeſsione ſubiectionis,tũc lite pendẽte poterit uti iuriſdi.contra ipſum ſicut cõtra ſubditos,& in diſcuſsione huius cauſæ fuerũt ponderata etiam uerba Abb.in d.c.cum ueniſſent.ij.col.uer.ulterius not.qui dicit

10 dicit not.* quòd poſſeſsio cõtra ius inuenta uera præſumptione alicuius tituli, licet clare non conſtet de claritate tituli, ſufficit ad repellendum proprietarium illius iuris, niſi clare probet defectũ tituli præſumpti, & eſt ſecundũ eũ in hoc ille tex. notabilis, limitans multum capitulũ cum perſonæ. de priuileg. li. vj. quod ſic declarat, nã ius commune in illo c. cũ ueniſſent. faciebat pro Archiepiſcopo cõtra Archidiaconum, & pro Archidiacono erat poſſeſsio, & eius titulus præſumptus: quia clare non cõſtabat, ꝓ conceſsio fuiſſet facta Archidiaconatui realiter: ſed propter præſumptionem, quæ erat pro eo: quia cõſtabat de cõceſsione per cõfeſsionem Archiepiſcopi, præſumebatur, quòd erat cõceſsio realis, ex longęua & cõtinuata poſſeſsione iuuata hac præſumptione, ſufficit ad repellẽdum Archiepiſcopum, niſi Archiepiſcopus probaret defectum tituli, alias autẽ poſſeſsio ſola nõ prodeſt cõtra proprietariũ in iudicio proprietatis, ut probatur in c. cũ eccleſia Sutrina. de cau. poſſe. & proprie. & aduertendũ eſt ad hæc uerba in iudicio proprietatis per ea quę ſuprà dicta ſunt. fuit etiã lectum cõſilium Abb. tertium ſecũdo uolu. incip. nitar. xx. colum. in ſoluti. xxj. q.

11 In hac cauſa iudicatum eſt* illos de Tito lite pendẽte ſuper iudicio ordinario moto ſeu mouẽdo manutenẽdos eſſe in quaſi poſſeſsione paſculandi, & aquandi citra præiudicium iuriũ partis in petitorio, & poſſeſſorio ordinario. Et cũ Dominus Ginoſæ haberet ſimilem litẽ cum uniuerſitate Materæ, quæ ſimiliter prætẽdebat habere ius paſculandi in territorio Ginoſæ, nec dum fuiſſet datus terminus ordinarius ad probãdum: quia partes nõ faciebãt inſtãtiam. In cauſa hac quando pro uniuerſitate Materæ nihil fuiſſet productum, ſacr. Cõſi. haberet pro indubitato, quòd lite pendẽte, ex quo non conſtat de quaſi poſſeſsione uſus, deberet uniuerſitas abſtinere. & in ſimilibus ſolent expediri ſimiles prouiſiones ad hoc. ſed pro uniuerſitate Materæ fuerunt productæ duę prouiſiones, una Regis Ferdinãdi primi directa quondã Duci Venuſii domino Ginoſæ, ꝙ permittat uti aqua & herbis ciuitatem Materæ ratione communionis aquę & herbarum, quam habet cũ Ginoſa: alia eiuſdem Regis, in qua prouidet ſeu mandat eidem Duci, ꝙ tollat certas defenſas factas in dicto territorio, & hoc ad inſtantiam Materenſium, item quòd tauri Materanorum intrãtes defenſas legitimas Ginoſæ expellãtur, non autem offendãtur. ultra hoc in libello nouiter oblato per dominum Ginoſæ petebatur illos de Matera debere abſtinere ab uſu dicti territorii, quaſi quòd ſint in quaſi poſſeſsione uſus, ut ſic dictę prouiſiones emanatæ tot annis retro præſupponentes communionem aquæ & herbarum iunctæ cũ dictis uerbis ſupplicationis, ſeu libelli inferãt ad quaſi poſſeſsionem requiſitam ad hoc, ut allegans priuilegiũ interea nõ amo

12 ueatur. ſacr. Cõſi. fuit in uoto,* quòd illi de Matera abſtineant à lignãdo, & ab omnibus, ſed nõ amoueantur à paſcuis herbarum, & ab aquando, & quòd nihilominus fiat annotatio animalium intrãtium ad herbãdum

& aquan

& aquandum, & hæc lite pendente, uidelicet donec capiatur ſummaria informatio de quaſi poſſeſsione cõmunionis, uel non communionis.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio filiæ facta patri cum clauſulis opportunis, & maximè, quòd pater diſponere poßit de bonis renunciatis ad ſuæ libitum uoluntatis, non rumpi poteſt, etiam ſi maſculorum contemplatione facta dicatur. & nume. 3.*

2 *Renunciatio filiæ facta patri, quando dicatur facta contemplatione maſculorum.*

DECISIO CXC.

IN CAVSA dominæ Berardæ cochæ cum procuratore quondã Ioannis Andrææ patellæ, dico procuratore, ex quo principalis lite pẽdente obiit, petebat Berarda à dicto Ioan. And. medietatẽ bonorũ quondam Bonauenturæ cochi ſui fratris, quæ bona erant antiqua obuenta Bonauenturæ à Ioannello patre & fratribus, in qbus uniuerſaliter prçfatus Bonauentura Ioan. Andr. hæredẽ inſtituerat, & hæc petitio fundabatur uigore cõſuetudinis Nea-
1 po. Cõtra hanc petitionem * opponebatur de renunciatione facta per d. Berardam d. Ioannello patri communi in ampla forma recipienti pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis cũ clauſula, quòd liceret dicto Ioannello, & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus diſponere de ipſis bonis renunciatis pro ſuæ libito uoluntatis, unde debuit licere Bonauenturæ hæredi Ioannelli diſponere libere in Ioan. Andr. Per Berardam replicabatur, quòd tẽpore dictæ renunciationis uiuebant alii maſculi filii Ioannelli, quorum contemplatione renunciatio facta uidebatur, & ſic etiã recepta, qui omnes deſſerunt tempore teſtamẽti ipſius Bonauenturæ. Ex alia parte obiicitur, quòd ſtãte generalitate uerborũ Aquilanæ ſtipulationis, ac clauſula prædicta uidetur Ioãnellus recipiens, & ſic renuncians cogitaſſe
2 ad omnes caſus, * ut ſic etiam hæres maſculus Ioannelli habeat eandem diſponendi libertatem, & eo magis quoniam doctrinę loquentes, quòd renuntiatio uidetur facta contemplatione maſculorum, loquuntur in caſu, quo maſculi præmortui fuerint patri omnes, ut tunc filia, quæ cõtemplatione maſculorum uidetur renunciaſſe, deficientibus maſculis uiuo patre admittatur ad paternam ſucceſsionem, non quando per ſuperexiſtentiã alicuius maſculi fuit renunciãs ſemel excluſa, quoniam tũc durabit perpetuo excluſa. ad quod facit conſiliũ Decii. xxxj. j. uol. pen. col. uer. iij. nec obſtat. & cõſiliũ Ang. 51. incip. d. Gilius. Sac. Cõ-
3 ſi. uotauit & iudicauit * ipſum procuratorem Ioã. Andr. abſoluendum eſſe ab impetitione dictæ Berardæ: & fuit lata ſententia in anno. 1526. 19. Maii. magiſter actorum Alexander de Ambroſiis.

SVMMARIVM.

1 *Neapolitani ſuccedunt immediate bonorum agnatu ſuis inſtituentibus hæredes extraneos, iuxta certam eorum conſuetudinem.*

2 *Agnati præſumuntur præferri perſonis extraneis.*

DECISIO CXCI.

IN cauſa alia eiuſdem Berardæ cũ Antonia de Cutinariis uxore ac hæred

hærede dicti quondam Ioã. Andrẹ ẹ.
Moriens enim dictus Ioannes An-
drẹas, q natus erat ex Andrẹa fayel-
la fratre carnali matris dictorum Be
rardæ, & Bonauenturæ, dum condi-
derat teſtamentum, prætulit dictam
Antoniam ſuam uxorem ſorori ſuæ
conſobrinæ Berardæ, dictam uxorẽ
inſtituendo hæredem uniuerſalem.
agebat ergo Berarda contra dictam
Antoniam ad medietatem bonorũ
ipſi Ioãni Andrẹæ obuentorum à d.
Bonauẽtura fratre carnali ipſius Be-
rardæ, in quibus cum Ioãne Andrẹa
ſuccubuit. item & bonorũ obuẽtorũ
eidem Ioãni Andræ teſtatori fratri
1 conſobrino eiuſdem Berardæ à pa-
tre uidelicet Andræa Fayella, * &
ab aliis eius agnatis uigore conſue
tudinis Neapolitanæ, & iſta petitio
fouebatur authoritate dictẹ conſue
tudinis. Contra iſtam petitionem
afferebatur iam dicta renunciatio in 2
tam lata forma. item dicebat Anto-
nia ſe etiã eſſe creditricem uiri ſui
ex cauſa, quòd ornamenta & ueſti-
menta ſibi aliàs per uirum donata
fuerunt per ipſum uirum alienata
& conuerſa in proprias commodita
tes: & amplius quòd quãdo Berardæ
non obſtaret renunciatio, uolebat il
la deducere à tota hẹreditate Ioan-
nis Andrẹẹ: & ſic etiam à medietate
obuẽta Berardẹ. itẽ dicebat, quòd in
hẹreditate Ioannis Andrẹæ erãt bo
na paterna dicti Andrẹẹ Fayellẹ an-
tea obligata per ipſum Andrẹã pa-
trem Ioan. Andr. pro ducatis. 1400.
dotium quõdam Caraciolæ Guarda
tẹ, & quòd à dictis bonis ante omnia
erant deducendi dicti ducati 1400.
tanquam res materna præfati Ioan-
nis Andrææ, cum in bonis matris
Ioannis Andrẹẹ nullum ius Berar-
dæ competat, quẹ erat Ioan. Andrẹẹ
coniuncta ex parte patris tantum.
Econtra Berarda dicebat renuncia-
tionem ſibi non obſtare: ex quo iam
illa clauſula, de qua fuit tantopere
habitus caſus in alia cauſa, uideli-
cet, quòd liceat Ioãnello, & ſuis hẹ-
redibus diſponere, iam eſt ſemel ſor
tita effectum: quoniam Bonauentu-
ra hẹres Ioannelli diſpoſuit. nec ui-
deri iuſtum, quòd Ioannes Andrẹas
hẹres hẹredis dicti Ioannelli poſsit
etiam ipſe diſponere: & tanto ma-
gis, quoniã ſumus in caſu, quo tam
Ioannellus recipiens renunciatio-
nem, quàm Berarda, quæ illam fecit,
ſi fuiſſent interrogati de hoc caſu
iam euento: quòd Ioannes Andrẹas
inſtitutus à Bonauentura extraneum
omnino inſtituturus erat, dixiſſent
Berardam ſecundum eorum inten-
tionem * præferẽdam extraneẹ per-
ſonẹ. l. generaliter. §. cũ autẽ. de in-
ſti. & ſubſti. & de fideicom. l. cũ acu-
tiſsimi. Et ꝙ illa poteſtas ſtipulata ꝑ
Ioannellum in perſona hæredũ nõ
debet extendi ad hẹredem hẹredis.
ꝙ ſi Ioannellus prẹdilexit filium, uo
lendo fortè ꝙ ipſe poſsit libere di-
ſponere, non poteſt hoc extendi, ꝙ
idem uoluiſſet de Ioan. Andrẹa, qui
erat ſibi extraneus, uidelicet nepos
uxoris ſuæ. Sac. Conſi. in cauſa hac
uotauit, & iudicauit condemnando
d. Antoniam hæredem inſtitutam à
Ioanne Andræa ad medietatem Ioã
nis Andræẹ obuentorum à Bonauẽ
tura, & ab Andrẹa ſuo patre & aliis
agnatis ſuis: uerum quòd à bonis Io.
Andrẹẹ obuentis à dicto Andrẹa ex-
trahat ante omnia præcipuos duca-
tos 1400. dotiũ maternarum ipſius
Ioan

Ioannis Andreæ: quoniam dicit glo. conſue. Neapo. in conſue. quòd de medietate, etiam de qua non potuit quis diſponere, debent deduci onera eius, à quo bona obuęnerunt illi, qui de toto diſpoſuit. is qui non potuit diſponere, & de toto diſpoſuit: fuit hic Io. And. is à quo bona obuenerunt, fuit Andręas pater. de credito autem dictorum ornamentorum uenditorum non fuit habita ratio, quia illud onus debet deduci ſolum à medietate, de qua potuit Io. And. diſponere, & fuit in die 19. Maii. 1526. lata dicta ſententia magiſtro actorũ Alexandro de Ambroſiis.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum clauſum, in quo ſubſcripſerunt iudex, notarius, & teſtes in numero neceſſario, ex quibus unus dicat non audiuiſſe notarium ſtipulantem, an poſſit reaſſumi in publicam formam. & nu. 8.*

2 *Teſtis qui contra ſignum ſuum falſum præbuit teſtimonium, tenetur pœna falſi.*

3 *Præſentia includit actus intelligentiam.*

4 *Notarius non debet dicere rem geſtam præſente tali, niſi uulgarizatam: cum præſentia includat intellectum.*

5 *Teſtis, qui ſe ſubſcripſerit in inſtrumẽto, non poteſt poſtea contra illud teſtificari niſi probet ſe deceptum ad ſubſcribendum.*

6 *Teſtis ſe ſubſcribens in teſtamento uidetur deponere.*

7 *Subſcriptio præfertur depoſitioni cõtrariæ, etiã iuratæ, & iudiciali poſtea factæ.*

DECISIO CXCII.

IN cauſa dominæ Ioãnæ Caſtraiotæ, & fratrum cum domina Duciſ-
ſa Mediolani ſup ualiditate, ac re-
aſſumptione teſtamenti quondã Se-
1 reniſsimę Reginæ matris, *quæ fece-
rat teſtamentum clauſum, & deinde
ſtipulatũ per notarium, & in eo ſub-
ſcripſerunt ſe iudex, notarius, & te-
ſtes in numero neceſſario: & unus ex
dictis teſtibus, uidelicet magnificus
Philippus Vallaranus modo exami-
natus dicit, quòd licet ſe ſubſcripſe-
rit, tamen ipſe ſtabat in quadam fe-
neſtra remota à cubili, ubi teſtamen-
tum condebatur, & non audiuit ſti-
pulationem notarii, nec d. Reginam
firmãtem uerbo. d. teſtamentum: du-
bitatum eſt an præfato Philippo cre-
datur in his, quæ dixit, ex quo ſemel
ſe ſubſcripſit, & petitur ut compella-
tur ad ſe ſubſcribendum teſtamen-
to in publicam formam per notariũ
redacto. Pro parte dominorum de
Caſtraiotis facit text. in l. eos. ff. de
fal. in uerbo, & eum cuius. uer. ſunt
2 hæc: & eum, * qui contra ſignum
ſuum falſum præbuit teſtimonium,
pœna falſi teneri pronunciatum eſt.
Facit etiam: nam Philippus, dum
3 in ſubſcriptione dicit, * quòd inter-
fuit, non poteſt dicere, quòd non in-
tellexit: ad quod Barto. in l. j. §. j. de
autho. tuto. ubi dicit, quòd quando
teſtis dicit, ꝙ ipſe fuit pręſens, inclu-
dit etiam, quòd intellexerit, ſecus ſi
deponat de pręſentia alterius: & al-
legat text. in l. teſtium. C. de teſtib. ad
idem Barto. in l. j. C. de erro. aduo-
ca. uolens, quòd quando iſtud uer-
bum præſentibus &c. profertur, à le-
ge intelligitur & intelligentibus, nã
is, qui eſt præſens, ſi non intelligit,
non dicitur eſſe præſens. l. coram. ff.
de uerborum ſignificatio. l. diem. §.
coram. ff. de arbi. ad idem Bal. in l. j.
C. de

C.de error.aduo.qui conſuluit* notariis, ut non dicant rem geſtã præſente tali niſi uulgarizatam:daretur enim cauſa falſitatibus:cum preſentia includat intellectum, ſecundum Bar.ad quod Sozi. in conſi.clxxxix. iij.col.ubi refert & ſequitur Bart.in d.l.j.§.j. Facit Bartol.in l.ij.§.ſi quis neget.iiij.col.uer.quæro quid ſi inſtrumentũ.ff.quemadmo.teſta.ape.
5 uolens, * ꝙ teſtis qui ſe ſubſcripſit inſtrumento, non poteſt poſtea teſtificari cõtra inſtrumentũ,niſi probet ſe deceptũ & adductum ad ſubſcribendum.& Alex.conſil.cl.ij.uol. incip.ponderatis his.ſequitur Bart. Facit Bald.in l.fi.in v. oppo. de edi. diui Adr.tol.& in l.fi.in ij.notab.C.
6 ſi cer.pet.qui not. ꝙ*eo quòd teſtis ſe ſubſcribit in teſtamento uidetur deponere.Facit:nam licet ſint opiniones, an is qui primò deponit aliquid extra iud.& ſecundo loco cum iuramẽto in iudicio dicit aliud,puniatur de falſo : an uerò præferatur ſecũdum dictum in iudicio cum iuramento:tamen quando quis ſemel
7 ſe ſubſcribit,* hæc ſubſcriptio præfertur depoſitioni contrariæ,etiam iuratæ, & iudiciali poſtea factæ. ita Aret.in c.per tuas.de proba.Imo.in c.cum cauſam.de teſti.& uide Fely. in c.cũ in tua.ult.col.eo.tit.de teſti. Facit Neap.in conſuet. cõtra inſtrumentũ in glo.j.poſt mediũ.ibi,poſtquam ſe ſubſcripſerunt:& in glo.ij.
8 poſt mediũ. ibi, ante ſubſcriptionẽ eorũ.Sac.Conſi.non compulit*Philippũ ad ſe ſubſcribendum:fecit tamen reaſſumi teſtamentũ in publi. formam,quod certo tempore ſtetit ſic reaſſumptum in poſſe magnifici Alexandri Seuerini cõmiſſarii cauſæ. deinde fuit aſsignatũ parti, atq; iudicatum pro teſtamento.

SVMMARIVM.

1 *Probatio tanti tẽporis,cuius nõ extat memoria in cõtrarium,qualiter fiat.*

2 *Præſcriptio centum annorum quomodo probatur.*

3 *Teſtes de fama probant in factis antiquiſsimis excedentibus hominum memoriam.*

4 *Teſtes de auditu auditus admittũtur ubi agitur de aliquo probando excedente hominum memoriam concurrente fama, & aliis adminiculis.*

DECISIO CXCIII.

IN cauſa Tremitana dubitatũ eſt, qualiter probetur aliquid factum, uel non factum * à tempore, 1
cuius nõ eſt memoria in contrariũ. tex.in l.ſi arbiter.ff.de probat. dicit ibi, an aliquis meminerit id opus factum eſſe.& ibi:ſed cum omnium hæc eſt opinio : nec uidiſſe cum id opus fieret, nec ex his audiſſe, qui id uidiſſent, aut audiſſent.glo.in c. cum nobis. in uer.cẽtum annorum. de præſcript.uult, ꝙ teſtes dicant ſe ſemper audiuiſſe à ſuis maioribus: & quòd nemo ſit, qui uiderit,uel audiuerit aliud:ſed deinde conſuluit, quòd hæc non ſufficerẽt ad probandum præſcrip.centũ annorũ.Abbas ibi uidetur tranſire,cum gl.ponen-
2 do*aliquas præſumptiones inferentes ad centum annos.gloſſ.in c.j.de præſcriptio.lib.vj.in glo.fin.dicit,ꝙ teſtes debent dicere ſi talem habẽt conſcientiã,quòd ſemper uiderunt, & audierũt ita eſſe,nec unquam uiderunt, uel audierunt contrarium, & quòd communis eſt, & fuit ſemper opinio,quòd ſic fuerit:& quòd non extat cõtrarium, uel initii me-

moria. Alex. conſi. cxxxvj. ij. uolu. vj. col. dicit, ꝙ ad probandam memoriam non extare, teſtes debent neceſſario dicere, ꝙ communis opinio eſt, memoriá non extare in con
3 trarium. Illud certum eſt, * ꝙ teſtes de fama probant in factis antiquiſſimis excedentibus memoriam hominum. Inno. in c. quid per nouale. & in c. ueniens. de uerb. ſig. & utrobique Abb. Feli. in c. ueniens. vj. co. uer. iiij. concluſio. de teſti. reprobatis his, qui tenẽt cõtrarium. ſic quo-
4 que * teſtes de auditu auditus admittuntur ubi agitur de probando aliquo excedente memoriam hominũ. Io. And. & But. in c. licet ex quadam. de teſti. per illum tex. Io. Andr. ibi. & Abb. intelligunt dummodo cum teſtib. de auditu auditus concurrat fama cum aliis adminiculis. Feli. ibi. j. col. ſed uide, quia, ut dictũ eſt, fama ſufficeret ſine aliis probationibus in iſtis ita antiquis.

SVMMARIVM.

1 *Nepotes ex filio naturali tantum non poſſunt hæredes inſtitui.*
2 *Filius legitimus eſt, qui ex uiro & uxore eius naſcitur.*
3 *Legitimatio filiorum per reſcriptum ita demum habet effectum: ſi pater legitimam ſobolem non habeat.*
4 *Filius legitimandus conſentire debet ſuæ legitimationi.*
5 *Ius annul aureor. imaginem, non ſtatum ingenuitatis præſtat.*
6 *Statutum præferens fœminæ filium maſculum non comprehendit filium maſculum legitimatum: quia uerba debent intelligi in potiori ſignificatu.*
7 *Legitimatus quando dicatur uere legitimus.*
8 *Filius præteritus etiam ſi teſtamentũ approbet, adhuc inſtitutus poſſet contratabulare: quando eſſet inſtitutus in minori parte, quàm uirili.*
9 *Pater non poteſt inuitis filijs ius patriæ poteſtatis ſoluere: ita nec filios inuitos ſub poteſtate redigere.*
10 *Hæreditas capti ab hoſtibus adiri non poteſt, ſi de morte ſua dubitatur. & numero 12.*
11 *Hæreditas antequã poſſit adiri, explorandum eſt de morte.*
13 *Ignorantia eſt duplex.*
14 *Inſtitutus pro parte uel ſemiſſe puro re & pro parte ſub cõditione: ſi ignoret extitiſſe conditionem, poteſt adire hæreditatem.*
15 *Emptio præſumitur facta ex pecunia, quæ peruenit ad manus emptoris.*
16 *Empta res ex pecunia hæreditaria, an ſubiaceat reſtitutioni, ſicut ipſa pecunia ſubiacebat. & nu. 18.*
17 *Pretium ſeu pecunia licet ſuccedat loco rei: tamen res non ſuccedit loco pretij.*

DECISIO CXCIIII.

In cauſa Toragliorum. Pyrrhus Antonius Toraglies habens nepotes ex Frãcino germano ſuo: item & Nicolaum Sebaſtianum propriũ filium naturalem legitimatũ: item & ex Ioanne Baptiſta alio filio ſuo naturali nonnullos nepotes legitimos & naturales: in ſuo ulti. quod condidit, teſtamẽto inſtituit ſibi hæredes d. Nicolaum Sebaſtianum in ſemiſſe, & filios dicti Ioannis Baptiſtæ in alio ſemiſſe: cauítque, quód ſi tẽpore teſtamenti prædictus Nicolaus Sebaſtianus, de cuius uita iam dubitabat, mortuus eſſet, præfati Ioã. Baptiſtæ filii in omnibus eſſent hæredes: mortuo Pyrrho Antonio, nec uſque apparente Nicolao Sebaſtiano,

ſtiano,per dictas neptes Pyrrhi Antonii ex fratre fuerunt capta nonnulla bona hæreditatis dicti Pyrrhi Antonii:contra illas agit Ioan.Baptiſta,ut pater & legitimus adminiſtrator ſuorũ filiorum,agit petendo illos immitti in poſſeſsionem ex ui l.fi.C.de ed.diui Adri. tollen. circa hoc thema inſurgunt nonnullæ difficultates. Prima eſt, ex quo præſumitur extare Nicolaum Sebaſtianũ, quem filium ſuum legitimatum appellat teſtator,dicatur hic Nico.Sebaſt.legitima ſoboles : qua extante
1 tex. in l.fi.C.de natu.lib.uult* nepotes ex filio naturali inſtitui nõ poſſe.& ꝙ legitimatus non ſit uerè legitimus, & conſequenter non legitima ſoboles,facit tex.in l.filiũ eum diffinimus.ff.de his qui ſunt ſui uel
2 ali.iur.filiũ eum diffinimus,* qui ex uiro & uxore eius naſcitur. & Bart. ſummans illum tex.dicit:ille dicitur filius legitimus,qui ex uiro & uxore eius naſcitur.no.quia l.fi.C.de natura.liber. dicit prole legitima:pro quo.§.liceat.in auth.quib.mod.nat. effi.legi.ubi Bar.& §.ſi quis autẽ.in auth.quib.mod.natu.effi.ſui.ibi,legitima ei omnino ſobole non ex-
3 tante.* ubi ita demum legitimatio per reſcriptum habet effectũ,ſi pater legitimam ſobolem nõ habeat. facit tex.in l.qui in prouincia.ff.de rit.nupt.ubi dum imperatores Marcus,& Letus uerus legitimant filios illegitimos Flauiæ Tertullæ dicunt perinde ac ſi legitime cõcepti fuiſſent.facit tex.in d.authen. quib.mo. natu.effi.ſui.ubi modos legitimãdi uolens denotare Imperator,dicit ſiue per aliam quamlibet machina-
4 tionem:&* ꝙ filius legitimãdus debet cõſentire,facit tex.in c.tanta.qui filii ſint legi.ubi tanta eſt uis matrimonii,ut qui antea ſunt geniti poſt contractum matrimonium legitimi habeantur : & ideo text.in l.filio quem pater.de libe.& poſthum.loquens de patre,qui filiũ emancipauerat & exhæredauerat : deinde eũ adoptauerat. quòd per arrogationem exhæredatio nõ reuocatur,dicit:nam in omni fere iure ſic obſeruari conuenit,ut ueri patris adoptiuus filius nunquam intelligatur, ne imagine naturæ ueritas obumbretur.& tex.in l.ij.C.de iu.an.aur.uult,
5 *ꝙ ius annulorum aureorũ imaginem,non ſtatũ ingenuitatis præſtat: facit tex.in auth.quib.mo. natu.effi. legi.§.quoniam autẽ.qui loquẽs de patre,qui expulerat uxorem in domo pro uxore receptam, & filios,dicit:ſi autem eſt ſoboles legitima inuito patre.& ꝙ non ſit uere legitimus, facit glo.Neap.in conſuetu.ſi quis uel ſi qua. in uer. ex parte patris.dum uult, ꝙ ſtante conſuetud. Neap.ꝙ moriente aliquo ſine liberis ſuccedant ſibi proximiores ex parte patris:ſi aliquis habeat proximiores legitimatos, illi non ſuccederent:quia per legitimationẽ non fiunt uere agnati:ex quo uere agnati dicuntur legitimi,& ſic ex legitimo matrimonio nati.quæ opi.cõnfirmatur ex dictis per Paul.de Caſt. in l.cum acutiſsimi. C. de fideicom.
6 qui uult,*ꝙ ſtante ſtatuto præferente filium maſculum fœminæ : non comprehendet filium maſculum legitimatum:quia uerba ſtatuti, & ſic etiam teſtatoris loquentis de maſculo,debent intelligi in potiori ſignificatu de illo qui eſt legitimus,& na-

turalis

turalis ex origin. non ex accidenti. arg.l.fi.de his qui ueni.ætat.impetr. & iſta pars uidetur ſibi uerior.& idẽ tenet Paul.de Caſt.in d.l.fi. Anto.de But. in c.per uenerabilẽ.ulti.q.xxix. col.qui ſint legi.Iaſ.in l.ſi is qui pro emptore.xx.char. dicens iſtam eſſe magis com.opi.à qua in cõſulendo & iudicando non eſt recedendum. Quod autem ſit uere legitimus facit tex. in auth.quib.mod.natu.effi. legi. §.ſit igitur licentia. ibi, nihil à legitimis filiis differentes.& tex.ſimilis in authen.quib.mo.natu.effic. ſui. §. ſi quis ergo filios legitimos. iſtum articulum late diſputauit Ro. in d. l. ſi is qui pro emptore. Ant.de Roſellis in tract. de legit.Curt.cõſi. cxiij.incipien.ſuper memorata facti narratione.Iaſon in d.l.ſi is qui pro emptore.xviij.xix.& xx.chart.dicẽs, hoc in puncto iuris uideri uerius: deinde poſt Ben.de plumb.in diſputa.incip.ſtatuto Piſano cauetur.Lud. & Roſel.ubi ſ.conſuluit diſtinguẽ-
7 do,quòd aut loquimur * de uera & originaria legitimitate, quæ ex matrimonio procedit efficaci,& legitimatus non erit uere legitimus,ſic intelligẽdo.d.l.qui in prouincia,in fine: aut de alia legitimitate in genere ſumpta: & tunc ſi uitium ſurgebat ex matrimonio prohibito de iure ciuili iuxta titulum.C.de interd. mat. iuxta l. ſi contra. C. de inceſt. nupt.& l. primam. C. ſi rector prouinciæ. & ſi.& tunc legitimatus erit uere legitimus.ſi uero uitium legitimitatis ſurgebat à iure diuino,uel canonico: & tunc quia legitimatio ſpectaret ad ſedem apoſtolicam, legitimatus per principẽ nõ erit uere legitimus, ſed ficte:cum non ſit legitimatus ad omnia, præſertim ad eccleſiaſticas dignitates. item cum princeps non potuit ſuper antecedenti,ſcilicet,ſubſtãtia matrimonii, ergo nec diſpẽſando ſuper ſequenti ueram legitimationem inducit. Hæc diſtinctio non uidetur cõprehendere niſi caſus, quando legitimatio fieret de nato ex matrimonio,licet inualido:non quando fieret de eo, qui extra matrimoniũ natus eſt: quo caſu quando natus eſt quis extra matrimonium, & à perſonis, inter quas de iure cano. matrimonium non erat prohibitũ forte: hic ita natus ſi legitimatur,erit uere legitimus. niſi dicas, ꝙ ex quo hic natus extra matrimonium à perſonis non prohibitis de iure canonico contrahere, ſi legitimatur, non erit legitimatus ad omnia, præſertim ad eccleſiaſticas dignitates, nõ poſsit dici uerè legitimus. Secundò principaliter,ꝙ iſta legitimatio nõ habeat obſtare nepotibus inſtitutis: facit,nam non apparet,ꝙ Sebaſtianus legitimatus inſtitutus uelit, ꝙ per exiſtentiã ſui inſtitutio facta de filiis Ioan.Bapt.uitietur:unde ſuccedit quod uoluit glo.in l.iij.§.ſi quis ex liberis hæres.in uerſi.committat edictũ.ff.de bon.poſſ.contra tabul. uidelicet,ꝙ ad hoc,ut filius inſtitutus poſsit beneficio prçteriti cõtra tabulare teſtamentũ patris:requiritur,ꝙ præteritus ſaltẽ petierit bon. poſſ.cõtra tab.licet non fuerit pro ſecutus.quam opi. ſecutus fuit Bart. in l.ſi poſt mortem.§.ſi.eo.ti.de bo. poſ.contra tab.per l.filio prçterito. de iniuſto rupto teſta.Saly.in l.ſi pa ter.pe.col.de inſti.& ſubſti.in l.uxoris ab ortu.de poſthu.hære.inſtit.ex quo

quo infertur, quòd iſtæ ſorores nõ poſſunt inualidare legitimationẽ, per l.ſi.ex quo legitima ſoboles tacet, & nõ contradicit. Sed hoc motiuum non uidetur ſubſiſtere: nam contra illam gloſſ.tenuit Azo, Dyn. Ray.ut refert Bar.in d.l.ſi poſt mortem.Bald. in l.ſi defunctus. de ſu. & legi.Imol.in d.l.filio præterito.Cu. in l.ij.§.ſi contra.ff.de uulg. & pup. Alex.in l.poſthumo.ij.col.C. de bo. poſ.cõtra ta.ubi inducit cõtra Bart. aliquos tex.quos uide.Imò Alex.in d.l.poſthumo.iij.col.concludit, * quod

8 etiam ſi præteritus approbet teſtamentũ, adhuc inſtitutus poſſet contratabulare, quando eſſet inſtitutus in minori parte, quàm uirili, ſecutus Bal.ibi.& Iacob.de Bel.in authen.ut cum de appellat.co.§.ſiue igitur.& Imo.in d.l.filio preterito, cõtra Bar. in d.l.poſt mortem.dicentem, quòd ſi præteritus approbat teſtamẽtum, remanet firmũ:& contra Saly. in d. l.uxoris ab ortu.& contra Franciſcũ de Rampon. in d.l. filio præterito. Tertiò principaliter contra legitimationẽ facit, quod illa non obſit: nam non apparet, quod Nicol.Sebaſtianus huic legitimationi cõſenſerit, & habemus tex.in auth.quib.mo.na.effi. ſui.§.generaliter.dicentem, generaliter autem in omnibus, quibus prædicto modo deducunt ad legitimum ius, tunc hoc uolumus obtine-

9 re, dum * & filii hoc ratũ habuerint: nam ſoluere ius patriæ poteſtatis inuitis filiis non permiſſum eſt patribus: multò minus ſub poteſtate redigere inuitum filium, & nolentem.hoc firmat gloſ.in authen.quibus modis natura.effic.leg.§.ſit igitur licentia.in uer.nec fraudetur.& ita per d.§.generaliter tenet Bart. in l.inuiti. ff. de his qui ſunt ſui uel alien.iur. & Angel.in diſput.incipi. nobilis quidam genere.iiij.colum. niſi dicatur, quòd hic licet non habeamus conſenſum expreſſum, tamen non habemus diſſenſum, uel quòd ex quo aſſeritur interueniſſe legitimationem, intelligendum ſit de ualida. Secunda difficultas in hac cauſa erit. Dato quòd Nicolaus Sebaſtianus non ſit ſoboles legitima, de qua in d.l.ſi.ex quo nepotes ſunt in alio ſemiſſe inſtituti ſub conditione, ſi tempore teſtamenti Nicolaus Sebaſtianus eſſet mortuus; & non apparet, quòd ſit mortuus, an pendente conditione poſsint filii Ioan.Baptiſtæ, ſeu potuerint adire portionem, in qua Nicolaus Sebaſtianus fuerat inſtitutus.tex.in l.nec nos.de capt. quòd ſi dubium ſit ſeu

10 incertum, * an quis ſit captus, uel interfectus ab hoſtibus, non poteſt eius hæreditas adiri.& ibi Bald. in principali dicit: nota probabiliter dubitari de uita, & morte eius, qui apud hoſtes, uel in longinquã

11 regione moratur. & ideo * antequã hæreditas poſsit adiri, explorãdum eſt de morte.text.in l.qui hæreditatem.ff.de acquiren.hæred.dicit, qui hæreditatem adire, uel bon.poſſ.petere uolet, certus eſſe debet defunctum eſſe teſtatorem.tex.in l.neminem. eodem titu. dicit neminẽ pro hærede gerere poſſe uiuo eo, in cuius bonis gerendum ſit. text.in l. quod

12 ſi dubitet, eodem tit.Cod.dicit, * quod ſi dubitet, an apud hoſtes deceſſerit, an ciuis Romanus eſt, dicendum eſt poſſe adire.dicit gloſ.in uer.deceſſerit.conſtabat tamẽ cum deceſ-

ſiſſe:aliàs cõtra,ſuprà eo.l.qui hære-ditatem.text.in l.ij.§.ſi dubitetur.ff. quema d.teſt.aperi.dicit, ꝙ ſi dubitetur de morte teſtatoris,teſtamentum nõ aperitur:niſi cauſa cognita. At tex.in l.ſi quis extraneus.§.fin.ff. de acqui.hære.ponit caſum, in quo quis in ſemiſſe pure inſtituatur, & in alio ſemiſſe ſub conditione: ſi ignoret conditionẽ extitiſſe,poteſt adire hæreditatẽ.gl.fi.ibi, dum tex.
13 dicit,ſi ignoret,animaduertit ꝙ* duplex eſt ignorantia, una quæ ſe habet ſecundũ uehementem opinionem, ꝙ conditio extiterit.licet uerum ignoret,& hac ignorantia non obſtante poterit quis adire.& ꝙ ſic intelligitur ille tex.alia eſt mera, & ſimplex ignorantia,& illa impediet aditionẽ.ad propoſitũ ſi in pupillis inſtitutis poſſemus cauſare talẽ uehementem opinionẽ, de qua in d. glo. præcipue ex literis Teraghes perquiſitiuis:iuxta not.per Bal.in d. l.ne nos.poſſent adire:& notãdum quoniã Bar.in d.l.ſi quis extraneus. §.fi.non ſolum ſequitur illã gl. ſed
14 etiam ampliat, & uult, * ꝙ quando quis pro parte pure,& pro parte ſub conditione inſtitutus eſt, ignorãtia ſimplex non impediet aditionẽ:ſic applicãdo ſecũdã ſo.illius gl.quãdo uerò eſſet in ſolidũ inſtitutus, tunc diſtinguatur inter ignorantiã ſimplicem ut impediat,& eam quę habet ſecũ uehementẽ opinionem,ꝙ conditio euenerit.& illa non impediat. At hic iſta inueſtigatio forte non eſt neceſſaria,per tex.in l.ij.§. ſi ſub conditione.ff.de bo.poſſ.ſecundũ tabul.dicentẽ,ꝙ ſi filius inſti tuatur à patre ſub quacunque conditione,poteſt pendente conditionis euentu petere bo.poſſ.ſecundũ tabu.& gl.ibi not.idem eſſe,ſi inſtituatur extraneus, dũmodo utiliter inſtituatur.allegat tex.in l.hi demũ. eo.tit.ubi gl.ſequitur opi.lo.uolentis,ꝙ etiam ſi taliter inſtitutus non ſuccederet ab inteſtato, habet locũ illa lex.& Bart.in d.§.ſi ſub conditione. pertranſit cũ gl.& diſtinguit: an iſta bo.poſſ.ſit iuris uel facti.poſt Cyn.in l.filiis matrẽ.ff.de inoff.teſt. & in l.ſi pater.C.de inſt.& ſubſt.ſub condit.fac. Tertia difficultas,eſto ꝙ iſti nepotes poſſint adire. uel cognoſcere bo.poſſ.an debeant ſuccumbere quo ad medietatẽ, quam Pyrrhus Antonius tenebatur relinquere ſuis neptibus legitimis & naturalibus ex fratre iuxta formã conſuetudinis Neap. ex qua ſurgit alia maior? nam cõſtat quodãmodo ad eum perueniſſe plura millia ducatorũ à patre cõmuni, & ꝙ mortuo patre emit quaſi omnia bona, de quibus agitur:unde pręſumendũ uidetur emiſſe eum de illa pecunia paterna, & ſic bona hæc ſubiecta eſſe cõſuetudini.nã Bar.in l.imperator. ff.de leg.ij.in terminis illius l.quæ-
15 rit cui incumbat onus probãdi, * ꝙ illud emptũ fuit cõparatũ de precio rerũ uenditarũ, uel aliter:& dicit,ꝙ tex.in l.fi.C.de pigno.uidetur uelle, ꝙ quando quis cõparat ſibi, uidetur in dubio cõparaſſe ex illa pecunia,quam cõſtat ad eum perueniſſe.& Bald.ibidem in d.l.imperator.§.fi.dicit in terminis illius.l.ꝙ ſi non apparet ex quibus numis ille emerit,uidetur emiſſe ex numis,qui peruenerunt ad manus ſuas. per d. l.fi.C.de pigno.&.l.ſi neuter.§.fi.de priuileg.credi.uidendum ergo eſt, an

16 *an iſta bona empta ex pecunia hæreditaria ſubiaceant conſuetudini, ſicut pecunia: cũ mobilia etiam tali conſuetudine ligẽtur. ut not. Neap. in conſuet. ſi quis uel ſi qua. in gl. in uer. à matre. ibi, & quid ſi ipſa bona mobilia ſeu ſtabilia &c. tex. in l. uenditor ex hæreditate. uer. ſed hoc in re ſingulari. uult, ꝙ ſi uendã uni ſeruum, & non tradã: deinde ante moram primo cõmiſſam uendã ſecundo emptori & tradam ei, pretio à ſecundo emptore recepto: deinde ſeruus moriatur: primus emptor re ſic ante morã perempta nõ poteſt agere contra me uenditorẽ ad pretium, quod à ſecundo emptore percepi: nã tale pretium hominis uenditi non ex re, ſed propter negotiationẽ percipitur: & ſic erit tanquam ſi alii ſecundo nõ uendidiſſem: rem enim primo emptori debebã: non actionẽ. tex. in l. item ueniunt. §. j. ff. de peti. hæredi. dicit, ꝙ ſi poſſeſſor hæreditatis de pecunia hæreditaria emeret rem, res illa ſine dubio ueniet in petitione hæreditatis. tex. in l. ſed & ſi lege. §. j. eo. tit. dicit, quòd ſi poſſeſſor hæreditatis bonæ fidei uendat rem hæreditariã, & ex pretio aliã cõparauit, in petitione hæreditatis ueniet pretium, & nõ res, quam in patrimoniũ ſuũ hæres con-
17 uertit. & not. Bar. ibi, *ꝙ licet pretiũ ſuccedat loco rei: tamen res nõ ſuccedet loco pretii. tex. ĩ l. imperator. §. ſi. ff. de leg. ij. cum l. ſeq. uult, ꝙ ſi grauatus reſtituere quod ſupererit ex hæreditate poſt mortẽ ſuã, quod fideicõmiſſum habet in ſe qualitatem, ꝙ bona fide ſic grauatus poſſit diminuere boni uiri arbitrio. iuxta. l. Titius rogatus. ff. ad Treb. ſecundũ iura fforum. licet ſecũdum
18 ius C. debet facere, ꝙ * quarta ſuperſit. in auth. quæ rogatus. ad Trebel. ſi inquam iſte ita grauatus uendiderit res hæreditarias, & de pretio aliàs cõparauit, non uidetur diminuiſſe hæreditatẽ: ſed res comparatæ uenient fideicõmiſſario reſtituendæ uice quodãmodo permutati dominii: & licet Bart. ibi impugnet glo. ibidẽ, quę timore contrarii de d. l. ſed ſi lege. §. j. uolente, ꝙ ſi in petitione hæreditatis ueniat pretiũ rei uenditæ, non res ex pretio cõparata. intelligit. d. l. imperator. §. ſi. de eo, qui emit res noĩe hæreditario: & p plura optima mediã Bar. affirmet idem eſſe, ſi quis emit res nomine proprio cũ certa diſtinctione, & ſic facit differentiã inter poſſeſſorẽ hæreditatis, de quo in l. ſed ſi lege. §. j. & hæredẽ grauatum reſtituere ꝙ ſupereſt: tamen Imol. ibi poſt Ray. ſaluat gl. ab impugnatione Bar. dicens, ꝙ in hoc, an quis emit nomine proprio uel hæreditario ſit differentia: nam ſi nomine hæreditario, ueniet res in reſtitutiõe: ſi nomine proprio ueniet pretium. & idẽ firmat ibi Bald. allegans Dy. & And. de Piſis. pręδicta iura loquuntur in uniuerſalibus. & l. uenditor ex hæreditate. loquitur in particularibus. quod animaduertit etiã ibi iuriſconſul. in primo reſponſo. Nos ſumus in uniuerſalibus, quoniã conſuetudo, & ſi teſtator. utitur uerbo uniuerſali. ibi, poteſt de bonis. & ibi, medietatẽ ipſorum bonorũ. quę appellatio uniuerſitatẽ continet. l. ſi. ff. de uſufr. leg. l. nam quod. §. ſi. ff. ad Treb. l. bonorũ. ff. de uerb. ſigni. cum ſi. ut ſic per hæc uideatur, quòd

uel bona empta, uel pretiũ quo ad medietatem iſti nepotes reſtituere teneantur. Circa iſtã difficultatẽ tertiam adducta fuit quædã apoſtilla poſita in libro conſuetudinũ d. Stephani de Gaieta, quem conſeruabat bonæ memor. quondã. d. Anto. de Ianuario. & quandoque uidimus eum afferentẽ illum librum in ſacr. Conſi. quæ apoſtilla eſt in conſuet. & ſi teſtator. in uer. diſponere manu d. Stephani: & dicit ſic: ſed pone, ꝙ ex pecunia peruenta ad aliquẽ à patre uel matre emit domum uel ex pecunia redacta ex uẽditione alicuius rei peruentæ ad ipſum à patre uel matre emit domum: an proximiores habeant medietatẽ huius domus emptę ex tali pecunia? & uidetur ꝙ non, per not. in conſuet. ſi quis uel ſi qua. ſuper uer. à matre. per totã gl. licet enim uideatur res ead. l. imperator, in ſi. de leg. ij. & facit infrà eo. conſuet. quartam auem. ſuper uerſ. ante quartæ conſtitutionem, in ſi. glo. & in conſuetudine: & ſi mulier iuſtã cauſam. in gl. ſi. tamẽ ſtatutũ iſtud, quod loquitur de bonis ipſis. & ſic in caſu uero, nõ procedit in caſu ficto. l. iij. §. hæc uer. ff. de neg. geſt. & eſt gl. ſuprà in conſue. ſi quis uel ſiqua. in uer. obuenerunt. poſt principiũ. & ſuprà proxi. cõſuet. in uer. obuenientibus. & pro hac parte fuit iudicatũ per d. Gurrellum, & d. Felicẽ. & facit optime 1 in Spec. de empti. & uen. §. iij. uerſi. item pone, uir alienauit. & facit. l. quamuis. C. in quib. cau. pign. tacite contrahatur. Hæc apoſtilla mouebat multum ſacr. Con. quo ad hanc difficultatẽ. Quarta difficultas eſt: poſito quod iſti nepotes in omnibus prædictis difficultatibus ſuccũberent: an ex quo ueniunt cũ teſtamento Pyrrhi Antonii nõ abolito, nec cancellato iuxta terminos. d. l. ſi. de edic. diui. Adri. poſsit per eos dici, quòd omnes iſtæ obiectiones reiiciantur, reſeruentúrque ad iudicium ordinariũ: & dum hæc diſcuterentur, eſsétque deueniẽdum ad uota, partes deuenerunt ad concordiam, quòd mulieres conuentæ pro ducatis mille cederent.

SVMMARIVM.

1 Hypotheca, ſeu creditoris actio confunditur per aditionem hæreditatis ſui debitoris.

2 Conſuetudine Neapolitana cauetur, quòd quis nũ habens liberos nõ poſsit diſponere, niſi de medietate ſuorũ bonorũ, cum altera pertineat ad agnatos. hoc limitatur in dote reſtituenda, ſiue alio debito, ubi etiã ad ipſam alteram partẽ deuenitur in ſubſidiũ.

DECISIO CXCV.

IN cauſa alia præfatæ Berardę cochæ cum Antonia de Cutinariis mortuo prefato Ioanne And. fayella. d. Antonia egit in ſac. Conſi. petendo adiudicari ſibi miſsim bona uiri ſui ponendo interea obuenta à patre & à Bonauẽtura, & omnia alia pro concurrenti quantitate ducatorũ 1500. dotiũ. & 750. antefati, fundando hanc petitionem per cautelas, & inſtrumenta. Pro parte Berardæ opponebatur primò: ꝙ ipſa actrix erat hæres Io. And. & erat cõfuſa actio etiã hypothecaria deducendo not. in l. debitori. C. de pact. & in l. debitor. ad Trebel. Secundò, quod dictæ dotes non erant ſolutæ integre: nam de mille ducatis dotium apparet inſtumentũ mutui factum

cum eodẽ die cũ inſtrumento dotali. Tertiò ꝙ iſtæ dotes, & antefatum debent deduci à medietate bonorũ dicti Ioannis Andrę æ, de qua ipſe Ioannes And. poterat diſponere libere, non autẽ à medietate debita in ipſis bonis dictæ Berardæ uigore conſuetudinis per d. gl. Neap. in conſetudine, & ſi teſtator: & per quandam apoſtillã domini Stephani de Gaieta, quę per multos habetur apoſtillata in d. gl. Neapolitani. Sacr. Conſi. non habuit actionẽ pro confuſa: ex quo hæreditas fuit huic creditrici delata reuocabiliter, ad quod no. per Pau. de Caſt. in d. l. debitor. itẽ de inſtrumento mutui ducatorum mille minime habuit rationẽ: ex quo iam extat inſtrumentum dotale liquidum: imò nonnulli dicebant Antoniã nõ teneri etiam ad cedendum d. Berardæ actiones: ideo iudicauit adiudicationẽ. d. bonorũ eſſe indiſtincte faciendã pro omnibus dotibus, & antefato: ita tamen ꝙ ſi ipſa in hac adiudicatione caperet de medietate bonorũ obuentorũ. d. Io. Andrææ à Bonauentura, debeat de aliis bonis & hæreditate dicti Ioannis Andrææ refundere in pecunia numerata eidẽ Berardæ illud, quod de dicta medietate illi debita caperet: & fuit lata ſententia in 1526. 19. Maii magiſtro actorum Alexandro de Ambroſiis me referente. Et ex hac deciſio-
2 ne habetur limitatio ad gl. præfatã & apoſtillã. d. Stephani: *quòd licet onera ultimi diſponentis debeant detrahi à parte, de qua poterat libere diſponere: & non ab alia, tamen in ſubſidium quãdo ipſa pars non ſufficeret: deuenietur etiam ad partem, de qua diſponere non potuiſſet. Votũ meum fuit, quòd ſtante iam hæreditate ſoluendo, & ſufficiente pro oneribus dotium & antefati, non potuiſſet domina Antonia recurrere ad medietatem debitam. d. Berardæ: potuiſſet enim Berarda, & poteſt offerendo debitum euitari facere adiudicationem, & loco oblationis debiti dicere, tu habes bona, & es hæres, & ad euitandum circuitũ uidebatur melius hoc, quàm adiudicatio omnium bonorum cũ illa reſeruatione, per quam deuenitur ad refuſuram pecuniæ, quę, ut dictum eſt, poteſt offerri per Berardam.

SVMMARIVM.

1 *Cenſualis utrum cadat ob alienationem rei cenſualis factam non requiſito domino: & nu. 5.*

2 *Cenſualis differt ab emphyteota, quia in cenſu res non perditur, ſi non ſoluitur per biennium uel triennium, ſicut in canone iuris emphyteo.*

3 *Dominium utile & directum tranſit per contractum cenſualem.*

4 *Cenſualia bona poſſunt alienari per poſſeſſores ſaluo cenſu.*

DECISIO CXCVI.

IN cã dubitatũ eſt: an cẽſualis
1 *cadat ob alienationẽ rei cenſualis factã non requiſito eo, cui cenſus debetur: ꝙ cadat, tenet Aret. in §. adeo. in ſt. loc. dum allegat Bar. in l. j. §. quod autẽ. ff. de ſuperficiebus. & tenet ibi, ꝙ res cenſualis nõ poteſt alienari irrequiſita domina. tenet Iaſ. in l. fi. pe. char. uer. xviij. quęro. de iure emphy. qui etiã alleg. Bar. in d. §. ꝙ autem diſtinguentẽ. ꝙ quidam eſt ſuperficiarius, qui emit ſuperficiẽ, nec tenetur ad aliquã penſionẽ,

& iſte poteſt cedere,& quocunq; titulo alienare abſq; alio cõſenſu domini.& ita loquitur ſecundũ eũ.d. §.quod autem.quidã eſt ſuperficiarius,qui cõducit ſuperficiem ſub certa annua præſtatione.& in iſto Bart. ponit idẽ quod in emphyteota.allegat etiam Iaſo.Specu.idẽ tenentem in.§.nec aliqua.uerſic.cxix.de loca. Imo.in c.potuit.v.col.eo.titu.& Aretinum in d.§.adeo.dicentẽ ſecundum eum.d.l.fi.eſſe extẽdendam ad ſuperficiariũ,& cẽſualẽ,qui ſoluunt aliquid nomine penſionis.facit Andræas in c.j.§.j.v.col.de controuer.
2 inter do.& empto.qui dicit,* ꝙ inter iſta duo,ſcilicet dare in emphyteoſim,& cenſum,eſt in uno differẽtia:quia in cenſu nõ perditur res,ſi non ſoluitur per bienniũ uel triennium,ſicut in canone iuris emphyteotici.c.cõſtitutus.de religio.domi. ergo in omnibus aliis æquiparãtur. Sed ꝙ non cadat,facit primo Imo. in c.ad audientiam.ij.colum.de reb.
3 eccle.non alie.ubi dicit,* quòd per cõtractum cenſualem trãſit utile & directum dominiũ,& ꝙ inter cenſum & emphyteoſim eſt differẽtia: quia in emphyteoſi nõ ſoluens per triennium,ſeu biennium cadit à iure ſuo,per.l.ij.de iur.emphy.& per c.potuit.ſecus in cenſuali,per text. iuncta gloſ.in d.c.cõſtitutus.& ſubdit ꝑ per prædicta patet,quòd dictum c.potuit.& d.l.ij.nõ haberent locum in cõtractu cenſuali proprie ſumpto uocabulo:ſed imo ab illo uerbo,& quòd inter cenſum,& emphy.facit pro prima opinione:quia ponit differentiam in nõ ſoluente, nõ autem in alienante.facit ſecũdo Lucas de penna in l.ij.iij.col.uer.ex

his bonis.C.de omni agro deſer.l.
4 xj.qui dicit,* ꝙ bona cenſualia poſſunt alienari per poſſeſſores ſaluo cenſu.facit tertio And.in c.j.§.nam & illud.de eo qui ſibi & hæredibus ſuis.qui dicit, quòd iſta cenſualia, quæ nõ ſunt feudalia,habent propriam naturam diſtinctam etiam ab emphyteoticario iure.facit quartò Decius conſi.clxiiij.iiij.col. dicens,
5 * ꝙ ſicut in contractu cenſuali quis nõ priuatur iure ſuo non ſoluendo, ita nec alienando:quia iſta duo nõ ſoluere,& alienare,æquiparãtur.d.c. potuit,pro qua æquiparatione ſcilicet delicti in nõ ſoluendo,& in alienando,adducit Alexand.cõſi.cvj.iij. colũ iiij.uolu.ubi arguit,quòd ſicut non ſoluens canonem nõ priuatur, niſi eccleſia uolẽte:ita etiã alienãs. quia capitu.potuit. æquiparat iſtos duos caſus.& reſpondet Decius ad Specu.in d.uer.cxix.& ad Bart.in d. l.j.§.quod autẽ.& ad Imo.in d.c.potuit.iiij.colũ.quòd loquuntur in ſuperficiario,qui tantũ habet utile dominium ad ſimilitudinẽ emphyteotæ,& tales ſoluunt penſionem de re aliena.ſecus dicit uideri in cenſuario.& per hæc dicit Aretinum non bene dicere in d.§.adeo.& uere uidetur,quòd Areti.& Iaſon loquuntur in cenſuario,in quem non fuit tranſlatum directum dominiũ,quia uocant dominum illum,cui cenſus ſoluebatur.

SVMMARIVM.

1 *Emptor à fiſco à priuato conuentus an poßit petere,quòd cauſa cognoſcatur per procuratorem Cæſaris.*

2 *Fiſcus inter duos priuatos iudex eſſe non poteſt,niſi quæſtio dependeret à cauſa fiſcali.*

3 *Camera Summariæ tenet locũ procuratoris Cæſaris.*
4 *Venditor laudatus in authorem quãdo trahat actorem ad forum ipſius authoris.*
5 *Procurator Cæſaris in quibus cauſis poteſt eſſe iudex.*
6 *Venditor ueniens ad defenſionem emptoris ut author laudatus, poteſt in ſe iudicium aſſumere, & compellit actorem inuitum litigare ſecum, limita ut ibi.*
7 *Clericus uenditor laudatus tenetur emptorem defendere in foro ſeculari.*
8 *Fiſcus euicto feudo per ſe dato tenetur prouidere feudatario de excambio.*
9 *Emptor conuentus poteſt denunciare authori authoris ſui, omiſſo ipſo ſuo authore uirtute clauſularum inſtrumenti, prout hodie fiunt.*
10 *Procurator Cæſaris in Regno non poteſt eſſe iudex, etiam ſi directo fiſcus conueniretur.*

DECISIO CXCVII.

IN CAVSA Sberti benet ex perſona uxoris ſuæ agentis cõtra Ioſue de Rogeriis pro recuperatione Caſtri Benedicti Prouinciæ terræ Bari cũ d. Ioſue, qui habet cauſam à Chriſtophoro tanguro habente cauſam à Regia Curia, petat cauſam remitti ad Camerã Summariæ, ex quo laudauit in authorẽ Regiũ fiſcum, eandemq; inſtãtiam faciat fiſci procurator: dubitatum eſt, *an d. cauſa
1
actore reluctante ſit remittenda.

Quòd cauſa debeat remitti, facit tex. in l. cum eorum. C. de ſenten. ubi habetur ꝙ ſi fideiuſſor debitoris fiſcalis condẽnatus eſſet à fiſco, deinde ipſe fideiuſſor uellet agere contra d. debitorẽ, quòd ſibi ab eo pignora tradantur, poterit agere coram procuratore Cęſaris. & dicit ibi Bart. ꝙ* licet inter duos priuatos fiſcus nõ debeat eſſe iudex, ut in l. ij. C. ſi aduerſus fiſcũ. tamẽ quãdo quęſtio priuatorum depẽderet à cauſa fiſcali, procurator Cæſaris eſſet iudex. & alleg. l. cũ uendẽte. C. ubi cau
2
ſæ fiſca. & not. pro priuil. fiſci. Fran. de pal. in trac. per priuile. fiſci. xxiiij. priuilegio. facit tex. in d. l. cum uendente, ubi mandatarius priuati, qui emit rem à fiſco, & ſoluit fiſco pretium, poteſt agere cõtra mandantẽ ad pretium corã procuratore Cæſaris. & dicit ibi Salyc. in iij. q. quòd licet procurator Cæſaris nõ ſit competens iudex inter duos priuatos. l. j. C. de iuriſdi. om. iud. tamen ibi cognoſcit ipſe procurator Cæſaris de cauſa in cõſequẽtiam, & acceſſorie ad cauſam fiſcalem, & allegat. l. cum eorum. C. de ſent. facit Pau. de Ca. in l. edicto. alias tertia. C. ſi aduer. fiſcũ. dicens per illum tex. in fin. ꝙ ſi quis emit rem alicuius à camera fiſcali, & poſtea cõueniretur à domino corã Poteſtate, tãquàm uẽditio fuerit male facta, poteſt emptor petere ſe re-
3 mitti ad iudices Cameræ,* qui tenent locum procuratoris Cęſaris, & iſti erunt iudices. Facit Fr. de pal. in tract. priuileg. fiſci. uer. xxxj. dicens: trigeſimus primus caſus eſt, ut agẽs contra emptorẽ fiſci adeat iudicem fiſci, nõ emptoris. tex. eſt, & ibi Ang. in repet. in l. j. C. de fide inſtru. & iur. haſt. fiſca. lib. x. & do. Anto. de Alexã. in l. ij. C. ſi aduerſus fiſcum. referens Paul. de Caſt. in d. l. ij. dicit eſſe hoc ſing. & in margine in d. l. ij. uidi additionem manu d. Caroli de rogeriis dicentis: ita uidi iudicare in ſac. Conſi.

Conſi.me exiſtẽte cõſiliario. Sed ꝙ non debeat remitti,niſi quando fiſcus iudiciũ in ſe aſſumeret,facit Oldra.quem do.Ant.refert in d.l.ij. qui dicebat,ꝙ quãdo eſt prẹiudiciũ fiſci,ubi agitur inter duos priuatos, præſidi adiungitur procurator Cæſaris.inde dicit Olãradum dicere, prout refert ibi Bal.quòd quãdo fiſcus uenditor cõpareret ad defenſionem ſui emptoris cõuenti à tertio,poteſt totam cauſam trahere ad ſuum iudicẽ ſolũ,ſcilicet procuratorem Cæſaris.& hoc caſu fallit regula l.uenditor.C.de iudi.pro fauore fiſci,facit Io.de pla.in l.iij.C.de iur. fiſ.lib.x.pen.col.dicens,quæro nunc ſecundo,quãdo agitur cõtra emptorem,corã quo debet agi?dic ꝙ non ſolũ corã præſide,qui eſt iudex inter priuatos.l.j.ij.& iiij.C.ſi uendito pig.agatur:ſed etiã corã procuratore Cæſaris,qui eſt iudex inter fiſcum,& priuatum.l.j.& ij.C.ſi aduer. fiſcum.uel inter duos priuatos,quorũ alter habet cauſam à fiſco,ad cuius defenſionem ſe offert fiſcus,ut hic,& in hoc hæc lex redditur ſing.

4 *quia licet inter duos priuatos priuilegiatus uenditor,ſiue author,ueniẽs ad defenſionem emptoris pro euictione rei uenditæ non immutet forum,nec trahat actorẽ ad forum ipſius authoris.d.l.uenditor.de iud. niſi eſſet colonus uel inquilinus,qui nominaret dominum alterius fori in iudicio.l.ij.§.ubi in rem actio.ſecus eſt in fiſco,qui ſuperueniens ad defenſionem emptoris trahet actorem ad ſuũ iudicẽ,id eſt corã procuratore Cæſaris.hic eſt caſus no.facit Sozi.cõſ.xlvj.iiij.uol.inci.copioſe & ſubtiliter.qui primo arguere uidetur

5 *ꝙ ſolus procurator Cæſaris ſit iudex,quãdo uolo cõuenire illum, qui habet cauſam à fiſco,& dicit de hoc uideri caſum in l.j.C.de ſid.inſtru.& iur.haſt.fiſca.ubi hoc uidetur decidi per Ange.in iij.colũ.& ꝙ ad idem uidetur caſus ſecundũ unũ intel.glo.quem ibi ſequitur.Bar.in l.ſi minori.C.de iur.fiſ.lib.x.& quòd uidetur etiam caſus in l.fi.in uer.rationalis noſter.& quòd ibi hoc decidit Pau.de Ca.C.ſi aduerſus fiſcũ.in cõtrarium allegat uideri caſum in l. fundus qui Lucii Titii.ff.de reſcindẽ.uẽdi.& ꝙ eſt caſus in l.ij.C.ſi aduerſus fiſcum.ubi ſit differentia,an agatur aduerſus fiſcum,& tũc ſit iudex procurator Cæſaris,an aduerſus priuatum,& tũc iudex ſit præſes Prouinciæ.& ꝙ ita illum tex.intelligit ibi Bart.Bal.Ang.& quòd ita tenet Bald.in d.l.ſi minori.& ꝙ eſt caſus in l.unica.in uer.apud ſuũ iudicem.C.de uend.rer.fiſca.lib.x.& ibi hoc tenet glo.& ꝙ ſic aliquando attribuitur iuriſdictio procuratori Cæſaris,aliquando præſidi,& ſic ordinario.& ſubdit Sozi.poſſemus concordando altero de duobus modis dicere.primo:quòd ambo habeant iuriſdictionẽ,ſcilicet,procurator Cęſaris,& præſes Prouinciæ,& ſic ordinarius.& ita tenet elegans doctor d.Io.de plat.in d.l.unica.C.de uẽdi. rer.fiſca.ubi dicit,quòd inter priuatos eſt iudex præſes Prouinciæ, & etiam procurator Cæſaris,& ſic dicamus utriq; attributam iuriſdi.demonſtratiue,prout habetur in l.j.ff. de offi.conſul.in l.j.C.de offi.præfe. urb.in authẽ.habita.& ibi no.declarãt Bal.& Saly.C.ne ſi.pro patre.uel ſecundò dicamus prout dicit præfatus

tus doctor Io.de plat.in d.l.ſi minori.ubi formaliter dicit:quære nūc ſecundo &c.& ſ̃.relatus eſt,& ex his dictis per Io.de plat.ubi ſ̃.conſuluit Sozi.ꝙ niſi fiſcus cōpareat pro defenſione,poteſt ordinarius adiri.& dicit,ꝙ ſecundū prædicta iura & authoritates,quæ ad inuicē cōtrariantur,poſſunt ad concordiā reduci.facit text.in d.l.j.C.ubi in rē actio.ubi
6 *ſi uolo agere pro recuperatione rei meæ per te uenditæ,& agerē cōtra poſſeſſorem emptorē,nō poteſt emptor petere,ꝙ conueniatur uenditor,& ſic euitatur iudicium.dicit ibi Pau.de Ca.hoc intellige,niſi uēditor ueniens ad defenſionē emptoris pro ſuo intereſſe uelit in ſe iudicium aſſumere tāquàm procurator in rē ſuā,tūc enim incipit exceptio emptori competere ex perſona uēditoris,& debeo cū uenditore litigare,non cū emptore.l.& ſi lege.§.itē ſi rē.& circa fi.l.ff.de peti.hære.niſi probē perſonā emptoris legaliorē,
7 *& intereſſe mea potius cum eo, quàm cū uēditore litigare.facit etiā cōtra fiſcum,nā licet aliqui teneant, ꝙ clericus uēditor non ſequitur forum emptoris:ſed poteſt declinare ex perſona ſua ſecundū glo.in c.clericum nullus.ij.q.j.Spe.in tit.de primo decre.§.reſtat.uer.quia clericus. Ange.& Pau.de Ca.in d.l.uenditor. Imo.in l.nō ſolū.§.quod uulgo.de uſuca.tamē ꝙ ille tex.habeat locum etiam in clerico,ꝙ nō poſsit ex perſona ſua forum declinare,tenet ibi Bal.Fulg.& Io.pet.& cōprobat hoc per plura media.Sozi.in conſil.xcj. viij.& ix.col.iij.uol.qui dicit idē tenere Albe.de Roſ.& Flo.in d.l.uenditor.& Angel.in d.§.quod uulgo. Guil.de cu.& Bal.in authē.clericus, C.de epiſ.& cle.& dicit Sozi.ꝙ iſta opi.eſt cōis.& idem tenet Abb.in c. fi.de empt.& uendi.licet nos teneamus,& ſeruemus in ſac.Conſi.ꝙ clericum authorē laudatū remittimus, & contra emptorē ab eo cauſam habentem procedamus.facit etiā Decius in d.l.uenditor.pen.col.qui primo firmat in authoritate Abb.in d. c.fi.de emp.& uendi.& Ang.in d.§. quod uulgo:& in l.qui abſentem.de procu.ꝙ clericus uenditor tenetur defendere emptorē in foro ſeculari.& firmat etiā per authoritatē Pet. de Anch.in regula ea quæ.xvij.q.& per tex.in c.fi.ad fi.ut lite pēd.& per authoritatē.Lanfrā.in tract.de arbi. q.xlvij.& Imo.in d.§.quod uulgo.& dicit,ꝙ iſta eſt communis.& ſubdit poſtea Decius,quòd ſtāte firma iſta concluſione in clerico uēditore apparet,quòd gl.in d.l.iij.de iur.fiſ.& Bar.ibi.nō eſt uera:quia rationes & fundamenta, quæ militāt in clerico, militāt etiā in fiſco uenditore. Ex prædictis colliguntur plures opin. una,ꝙ indiſtinctè fiat remiſsio,licet primi duo text.uideantur loqui in actore uolente,alia opinio,ꝙ ambo iuncti procedāt præſes & procurator Cæſaris,alia quòd ambo erūt iudices prout actor elegerit,alia quòd tūc remiſsionis petitio habet locū, quādo fiſcus ſuſcipit defenſionem. Vltra hæc fuit in iſta cauſa conſideratū,an ex alio capite contra fiſcum ius cōpetat Ioſue cōuento,ꝙ ſi non cōpetit ius,nō habet locū laudatio. ꝙ ius non cōpetat adducebatur:nā Chriſtophorus Tāgarus qui uēdidit Ioſue, habebat à Regia Curia Caſtrum,nō ex uēditione,ſed ex donatione

tione in feudum ſed hoc nō obſtat,
8 *nam feudo euicto adhuc fiſcus teneretur prouidere feudatario de excambio, iuxta not. in c. j. de inue. de re. alic. fa. maxime quia ob merita l. Aquilius. de donat. item dictus Chriſtophorus quādo uendidit Ioſue, cauit ſibi, quòd nō teneretur de euictione, nec ad pretii reſtitutionem, quādo euinceretur: Ioſue igitur nihil fuit promiſſum à Chriſtophoro, nec Chriſtophoro per fiſcū: ſed illud, quod Chriſtophoro fiſcus non promiſerit, non obſtat per id, quod proxime dictum eſt. id quod Chriſtophorus non promiſerit Ioſue, minime obſtat, nam Ioſue poterit uti contra fiſcum illis remediis, quibus poterat & Chriſtophorus uti ad excambiū, per ea quæ dicit Bart. in l. ſi pro re. § fi. in fi. ff. de euict. ubi
9 not.* ꝙ ſi rem, quam emi, tibi donaui, & à te euincatur, ita quòd tu non habes regreſſum cōtra me, licet author meus tibi ad nihil teneatur: tamen quādo in inſtrumēto donationis, ut fieri ſolet, fuerunt ceſſæ oēs actiones cōpetentes & cōpetituræ donatori occaſione ipſius rei, & donatarium fecerit procuratorē in rē ſuam, agi poterit per l. ſi res. eo. tit. de euict. quod Bar. dicit notandū, ꝗa ſi dicta uerba apponerentur in inſtrumento uēditionis, nō eſt neceſſe, ꝙ ille qui emit à me, denunciet mihi, & ego authori meo: ſed ipſe poterit directo authori meo denunciare. ut in d. l. ſi res. ut ſic Ioſue abſq; eo ꝙ denunciet Chriſtophoro authori ſuo, contra quē nō poteſt agere de euictione, poſsit denunciare fiſco authori Chriſtophori, contra quem Chriſtophorus agere potuiſſet. Præterea & cōtra fiſcū petentē remiſsionē fuit conſideratū, ꝙ hic agitur de re feudali & magna, item cōtra fiſcū, propter quæ licet de iure cōmuni fit iudex procurator Cæſaris, tamē in Regno etiā ſi directo fiſcus cōueniretur, cognoſcet Iuſtitiarius ſeu magiſter Iuſtitiarius per conſtitutiones has uidelicet, Primò per cōſtit. magiſter Iuſtitiarius: ubi magiſter Iuſtitiarius eſt iudex, quādo fiſcus cōuenitur ſuper ſpolio nomine regio facto. ibi, pro Curia noſtra factas. Secūdò per cōſtitutionē cauſas. ibi, cōtra fiſcū motas. ubi magiſter Iuſtitiarius & Camerarius cognoſcūt de cauſis cōtra fiſcū motis: & ſi ſunt magnæ, debent decidi cōſulto principe. Tertiò per conſtitutionē, Præſides prouinciarū. ubi Iuſtitiarii ꝓuinciarū Regni cognoſcūt ꝗñ cōtra fiſcū agit̃. ut dicit gl. ibi, de feudis quaternatis, & rebus feudalibus, quæ à curia Regis tenent̃ inſtituto ꝓcuratore pro parte curiæ Regis præſente quoq; fiſci patrono: unde patet, ꝙ in Regno noſtro nō eſt uerum, ꝙ procurator Cæſaris eſt iudex in cauſis fiſcalibus: ſolū ergo Regia Camera cognoſcet de rationibus & cōputis. Circa hoc dubiū fuit prouiſum, ꝙ Cōmiſſarius cauſæ cum quibuſdā de Cōſilio, & de Regia Camera ambo, ſeu alter ex Regētibus Cācellariā procedant in cauſà, in qua parte non opponēte, nec petēte remiſsionem erat iam datus terminus, & remiſsio poſt terminum datum petita erat.

SVMMARIVM.

1 *Frater primogenitus, qui habet feudū præcipuum, & partem in bonis burgēſaticis, tenetur in oneribus hæreditariis*

rius pro rata contribuere, etiã ratione feudi, in quo ſolus ſucceſsit. & nume. 4.5. & 6.

2 *Heres primogenitus punitur in ſubſidium, etiam pro parte ſecundogenitum tangente in ære alieno propter non confectionem inuentarii deficiente.*

3 *Primogenitus quando tenetur ad totum in ſubſidiũ facta diſcuſsione contra omnes alios fratres.*

DECISIO CXCVIII.

IN cauſa monachorũ filiorũ quõdã magnifici Ferdinãdi monachi, fuit dubitatũ,* an primogenitus, qui habet feudum præcipuum, & partẽ in bonis burgenſaticis, teneatur in oneribus hæreditariis contribuere pro rata hæreditaria burgenſaticorum tantum ſicut alii, an uerò plus aliis ratione feudi, in quo ſolus ſucceſsit. Ego & forte primus, dũ eſſet ſimile dubium in quadam cauſa, in qua quædam mulier agebat ad ducatos 300. contra d. Franciſcum de Loria & fratres ex inſtrumento paterno attuli in Sac. Conſi. conſiliũ Bal. 433. j. uolu. antea nuſquã, ut opinor, ad hanc materiam allegatum: qui dicebat, ꝙ filius maſculus, qui cum fœmina ſuccedens ſolus debet habere feudum, non tenebitur ob feudũ creditoribus hæreditariis. C. de hæred. inſtituen. l. quoties. & l. ex facto. ff. eodem tit. niſi debita eſſent cõtracta ratione feudi: nam ad ea ſolus filius tenebitur. l. ſi certarum. §. Iul. de teſta. mili. Sed iſtud dictum Bal. de-2 bet intelligi, niſi in ſubſidium:* nam quando portio allodialium ſecundogeniti facto per eum inuentario, uel quantitas bonorum ſuorũ priorum non facto per eum inuentario, non ſufficeret ad partẽ ęris alieni eundem ſecundogenitum tangẽtem, recurritur pro toto ad primogenitum in ſubſidium. ita Bal. in d. l. ſi certarum. Luc. de pẽna in l. es quidem. in fi. C. de an. & tri. lib. x. Imo. in d. l. ex facto. in fi. ff. de hæred. inſtit. & in d. cauſa illorum fratrum de Loria cum produceretur aditio omnium cum beneficio inuẽtarii, fuerunt cõdemnati omnes ſimpliciter: quòd ſi mulier facta diſcuſsione petiiſſet cõtra dominum Franciſcum, qui tenet feuda, exequi in ſolidum, forte obtinuiſſet: ſed ſe concordauit pro ducatis centum. Sed ſine dicto circuitu, ꝙ fiat contra omnes diſcuſsio,* & in 3 ſubſidiũ teneatur primogenitus ad totum: & ſic, quòd ſine dicta diſcuſſione debita ſoluãtur per omnes, & primogenitus ratione feudi contribuat plus aliis. Primo loco fuit iudicatum* per Regem Ferdinandũ pri 4 mum in anno. 1466. 19. dec. 15. ind. in cauſa inter Biſictum, & Iacobutiũ Barrile fratres: cuius ſententia primo loco dat Caſtrũ Pomiliani Biſicto primogenito, ut rem feudalem, & reliqua bona dicit debere diuidi inter ipſos fratres pro æqualibus portionibus. ſecundo loco dicit hæc uerba declarantes in his per præſentes, ꝙ dicti Biſictus, & Iacobutius teneãtur in omnibus oneribus tam hæreditatis paternæ, quàm fraternæ pro rata bonorum feudalium & burgenſaticorum cuilibet ipſorum fratrũ contingente cõtribuere: & hæc ſentẽtia producta apparet in quodam proceſſu fabricato corã arbitris inter. d. Principem hoſtiliani, & d. Ioã. Vincen. eius fratrem: in qua eſt actorum magiſt

magiſter Paulus hodierna,& inſerta eſt in quibuſdam regiis executorialibus productis in eodem proceſſu.char.662.Secundò fuit ſic lau
5 datum * per magnificos Nicolaum Maricõda & Thomam Siniſcalcum arbitros,& arbitratores electos per Illuſtr.Modernum Ducem Ariani ex una,& eius fratres ex altera, cuius laudi hæc uerba ſunt.Et inſuper declaramus & arbitramur debita hæreditaria,& quæ remanſerunt in hæreditate dicti quondam illuſtr.Ducis Io.fra.communis patris,& expenſas factas in funere dicti eorum communis patris,& in ſatisfaciendis ſeruitoribus,ac pro ſatisfactione dotiũ & iurium dotalium communis matris ipſorum fratrum, & alia debita quæcunq; eſſe ſatisfacienda & ſatiſfieri debere p omnes ipſos fratres, uidelicet,per quemlibet ipſorũ pro rata bonorum, & iurium hæreditariorum tam feudalium,quam burgẽſaticorum ad quemlibet ipſorũ deuenta ex hæreditate prędicta.Et hoc laudum latum eſt in anno 1525. iiij. Maii per manus notarii Ioannis Baptiſtæ de calle,exiſtentis in curia notarii Gregorii Caphuri:& productũ fuit in dicto proceſſu exiſtente penes Paulum hodiernã ad char.667 Tertiò in eo.anno 1525.xv.Decemb.
6 fuit ſic laudatum,& arbitratum*per magnificos d.Ludouicum de monte alto Regentem Regiam Cancellariam,& d. Nicolaum Maricondam, & d.Scipionem de ſumma arbitros inter dictos d.Principem Hoſtiliani, & do.Ioan.Vincentium fratres : cuius laudi uerba ſubiiciuntur. Item laudamus & arbitramur iura dotalia excellentis Cianzæ Car. Comitiſſæ Alicini uxoris prædicti quondam domi.Comitis Aliani debuiſſe exolui, & ſatis fieri per omnes fratres, & hæredes pro rata bonorum etiam feudalium,& non pro portionibus hæreditariis:idcirco condẽnamus dictũ illuſt.d.Principẽ,& præfatum eius procuratorem ad reſtituẽdum & ſoluendum præfato magnifico d.Ioanni Vincentio, & præfato eius procuratori quartam partẽ de quinq; partibus de ſex partibus debitam per ipſum illuſt.dominũ Principem pro rata bonorum feudaliũ peruentorum ad eundem,ac etiam ratã debitam per ipſum illuſt.d.Principem pro portione magnificæ Hippolytæ ipſi illuſtr. Principi ceſſa ex ſucceſsione dicti quondam Comitis Aliani pro ſolutiõe & ſatisfactione iurium dotalium,liquidandam tẽpore executionis præſentis laudi.Et extat hoc laudum in d.proceſſu latum,in quo eſt actorum magiſter prę fatus Paulus hodierna in char.705. Et hoc,quod per d.tres declarationes iudicatũ eſt, uidetur mihi ęquius,& euitatur circuitus.

SVMMARIVM.

1 *Feudatarius habens feudã hæreditaria implicans ſe multis debitis,& deinde inſtituat ſibi hæredem extraneũ omiſſo filio,uel fratre:ſi hæres inſtitutus adeat cum beneficio inuentarii:ſi lius uerò uel frater inueſtiantur in feudis:quis ex ipſis teneatur ad æs alienum.& nu.3.& 5.*

2 *Agnatus non ſuccedit in feudis hæreditariis alio hærede inſtituto.*

4 *Agnatus inueſtitus in feudis non tenetur ad debita illius, qui dedignatus fuit ipſum hæredem inſtituere,niſi in ſubſidium.& nu.6.*

DECI

DECISIO CXCIX.

1 IN cauſa Ioannis Franciſci ſtrozę *cōtra do. Comitem goliſani, & Marchioniſſam Padulæ. illuſtriſsi. quondam don Antonius de Cardona Marchio Padulæ habuit in uno priuilegio inueſtiturā terræ Padulæ, & Bonihabitaculi, una cum d. Io. eius fratre Comite auellini: & ſecundum dictæ inueſtituræ tenorem moriente don Antonio ſine liberis debebat ſuccedere in Padula & Bo 3 nohabitaculo ex pacto & prouidentia domina Maria filia dicti don Ioānis. item habebat præfatus don Antonius in alio priuilegio inueſtituram terrarū, Caſtelluciæ, Trentanariæ, Caſalis noui, & Riuli pro ſe, & ſuis hæredibus & ſucceſſoribus. don Antonius per publicum inſtrumentum effectus fuit debitor dicti Ioannis Franciſci in ducatis 5000. uel circa. deinde obijt, & in ſuo teſtamento fecit ſibi hæredem prædictam Mariam neptem ſuam ex fratre don Ioāne præfato præmortuo: mortuo don Antonio domina Maria hæres inſtituta ſuccedit ex pacto & prouidentia in dictis terris Padulæ & Bonihabitaculi: nec nō & adiuit hæreditatē patrui don Antonii cum beneficio legis & inuentarii. 4 don Petrus Comes goliſani alius frater dicti don Antonii primogenitus, & omnibus ſuperſtes prætendens ſucceſsionem in terris, quas don Antonius tenebat pro ſe ac hæredibus & ſucceſſoribus: ex quo frater eſt proximior in gradu, petiit inueſtituram dictarū terrarū. 5

2 fuit ſibi oppoſitum,* quòd illa ſint feuda hæreditaria: & ipſe, qui non eſt hæres don Antonii, non poteſt illa feuda habere. And. in c. j. §. hoc quoque. de ſucceſſo. feud. in ca. j. an agnatus. Alex. conſi. x. iiij. colum. iij. uol. & conſi. xxvj. pe. col. v. uolu. ipſe reſpondebat, ꝙ ſi nō eſſet alius hæres inſtitutus, ipſe libenter eſſet hæres: & ſic proteſtatus eſt, ꝙ alio non adeunte hæreditatem ipſe uult eſſe hæres: & ex quo per ipſum non ſtat, quo minus ſit hæres, debet habere feuda, iuxta not. per Bald. in d. c. j. an agnatus.* Tandem fuit ſibi cōceſſa inueſtitura. modo Io. Frāciſcus agit tam contra d. dominā Mariam, quæ eſt hæres dicti don Antonii ex teſtamento; licet cum beneficio inuentarii, & poſsidet iam duo caſtra eiuſdem don Antonii, quàm etiam contra don Artalem de Cardona Modernum Comitem Goliſani filium & hæredem præfati don Petri, poſſeſſorémque aliorum caſtrorum, & terrarū dicti don Antonii. præfata domina Maria tuebatur ſe ex quo terræ prædictæ tenētur per eam ex pacto & prouidentia, & quòd ſi eſt hæres in aliis bonis, eſt hæres cum beneficio inuentarii, & producit inuentariū, in quo nihil eſt, niſi quædam uegetes antiquæ uino uacuæ, & alia minima, ipſe uerò don Artalis defendebat ſe,* quòd non tenetur ad debita illius, qui dedignatus fuit inſtituere eum hæredem, & ꝙ nō habet terras ut hæres ſtante alio hærede, afferendo no. per Iacob. de Bel. quē allegat Bal. & Alua. in d. c. j. an agnatus. & glo. in conſtit. regni. ut de ſucceſſ. in glo. in uer. in ulteriori uerò. Sac. Conſi. iudicauit* in hac cauſa condemnādo utroſque, ſcilicet dominam Mariam, & don Artalem, ſaluo dictæ d. Mariæ iure

K in

inuentarii, & ꝙ eatenus quatenus de toto dicto debito facta diſcuſſione præfati inuentarii non poterit Ioan.Fab.conſequi à d.domina Maria, teneatur don Artalis illud totum uſque ad integrum debitum ſoluere de fructibus d.terrarum pa
6 tri obuentarum. Et ſic*ex iſta deciſione habetur limitatio ad id, quod dicunt Bal. & Alua.in d.c.j.an agnatus.uidelicet, ꝙ non tenebitur iſte ad debita, qui nō poteſt eſſe hæres, & habet feuda, ut agnatus, ꝙ intelligātur, niſi in ſubſidium, ſcilicet, ut tunc ſi non poteſt creditori aliunde in hæreditate cōſultum eſſe, teneatur iſte ſucceſſor: alias poſſet parari uia magnæ fraudi, uidelicet ꝙ feudatarius habens feuda hæreditaria implicaret ſe multis debitis, & deinde inſtitueret ſibi hæredem unū alium quàm fratrem uel filium. ille inſtitutus, quia forte burgenſatica in hereditate non ſunt, nihil ſoluet: adibit enim cum beneficio inuentarii, frater uel filius minime, quia nō ſunt inſtituti: & fuit hæc ſententia lata in anno 1526. 19.Maii me referente, actorum magiſtro Antonello Falangono.

SVMMARIVM.

1 *Penſiones beneficiorum an regulētur ut fructus ipſorum beneficiorum: ſeu ad inſtar beneficiorum. & nu.4.*

2 *Penſio, quæ ſoluitur de redditibus alicuius eccleſiæ, cenſetur dari pro iure temporali eccleſiæ non ſpirituali.*

3 *Penſiones non ueniunt appellatione beneficiorum eccleſiaſticorum: cum nullam ſpiritualitatem habeat in ſe: ſed eſt quid mere temporale.*

5 *Religioſus poſt promotionem ad epiſcopatum quicquid acquirit, acquirit eccleſia, ad quam promotus eſt, & non primo monaſterio.*

6 *Regularis canonicus factus epiſcopus, nō per hoc habilitatur ad habendum proprium, & ad diſponendum ad libitum de proprietate.*

DECISIO CC.

IN cauſa Reuerendi epiſcopi Liparenſis cum Amico Capichino præſupponitur, ꝙ olim epiſcopus Liparenſis de religione ſancti Dominici ibi profeſſus, qui renuntiauit epiſcopatui in fauorē quondam do.Iacobi Cardoini epiſcopi Liparenſis, & in eodem epiſcopatu fuerat dicto profeſſo conſtituta pēſio ducatorum ducentorum, dum poſt renūtiationem epiſcopatus priuatā uitam ageret, emit quaſdam poſſeſſiones in eadem ciuitate, in eiſque ædificauit, donauítque ſuis conſanguineis, à quibus dictus Amicus habet cauſam, qui etiam illas meliorauit: ad præſens modernus epiſcopus repetit poſſeſſiones tanquam emptas ædificatáſque de penſionibus, quas emptor ab epiſcopo habuit Cardoino. In hac cauſa primò
1 dubitatum, * an penſiones beneficiorum regulentur ut fructus ipſorum beneficiorum, ſeu ad inſtar beneficiorum. Bald.in c.ad audientiā. lo ij.extrà, de reſcrip. dicit, ꝙ penſio de ſui natura non cenſetur beneficium eccleſiaſticum, cum poſsit laico aſsignari, niſi talis ſit pēſio, quæ cōſueuiſſet pro eccleſiaſtico beneficio aſsignari. glo.in Cle.ſecunda. de dec. quærēs an infra ſcripta contineantur appellatione beneficiorū. dicit quæro quid de his, qui habent prioratus, domos, grantias, penſiones, uel redditus à monaſteriis? & dicit,

cit, ꝙ ſi habentes prædicta habent illa in beneficium, uel ex mera gratia, tenebuntur ad decimam, aliàs non. extrauagans Bonifacii octaui ſub tit. de decimis. ij. col. uer. & quia nonnulli approbant ad uerbum gl. in d. Cle. ſecunda. Feli. in d. c. ad au-
2 dientiam. uer. iiij. conclu. dicit, * ꝙ penſio, quæ ſoluitur de redditibus alicuius eccleſiæ, cenſetur dari pro iure temporali eccleſiæ non ſpirituali. allegat Car. in ca. conſtitutus. de religio. domi. ubi in iij. col. hoc dicit: ſed loquitur in penſione pro affictu uel cenſu. at Fel. in prin. eiuſdem capituli, ad aud. facit notandũ: illúdque defendit contra Siculum:
3 * quòd appellatione beneficii eccleſiaſtici non uenit penſio: & literæ impetratæ ſuper obtinendis beneficiis nõ continent, nec comprehendunt penſionẽ. c. quamuis. de præb. lib. vj. & dicit ibi Phil. ſecũdo nota, quòd in literis beneficialibus appellatione beneficiorum non ueniunt penſiones: & ſic illud, quod in ſola temporalitate conſiſtit: quæ penſio etiam laico concedi poſſet. xvj. q. j. poſſeſsiones. ij. q. vj. illud. & per penſionem quis non tenetur ad reſidentiã, nec titulatur. modernus Bono. in tracta. de benefic. viij. char. ij. col. pertranſit, quòd penſio non uenit appellatione beneficii, quia nullam ſpiritualitatem habet in ſe: ſed eſt quid mere temporale: & recitat Feli. ubi ſuprà. glo. ſuper lxj. regula Cancellariæ dicit primò: quòd de penſione, quam quis non habet in titulum ab eccleſia, non debet fieri mentio. inde ſubdit: ſed quia hodie quælibet penſio ſuccedit loco beneficii: quia eſt ad uitã recipientis, credo, ꝙ teneatur impetrans facere mentionem. Secundò dubitatũ eſt,
4 * quomodocũq; reguletur iſta penſio, an potuit dictus profeſſus factus epiſcopus diſponere de ea uel de quæſitis eius cauſa. Abb. in c. niſi eſſet. ultima opp. de præben. in ij. col. poſt Hoſti. dicit, ꝙ penſio nõ dabitur religioſo, ꝙ habeat eam ut propriam, & ſic poſsit ad libitum dari, uel in teſtamẽto relinquere: ſed habebit, ut diſpenſator in adminiſtratione, & poterit Abb. ad libitum illi auferre: inde ſubdit, niſi haberet cõfirmationem à Papa: tũc enim eſſet obedientiarius Papæ: nec per Abb. poterit illa priuari: ſed hæc authoritas non eſt ad caſum noſtrũ. Abb. in c. fi. ij. col. de regula. dicit, ꝙ quãdo monachus promouetur ad eccleſiam ſecularem, quicquid acquirit intuitu perſonæ, acquirit monaſterio: & hoc, quando nõ fuit legitime promotus: ſed ſi fuiſſet legitime promotus: tunc acquirit ipſi eccleſiæ ſeculari, ad quam legitime promotus fuit. allegat. xviij. q. j. c. primo. Abb. in c. cum olim, ſecundo. de priuil. in ſexto not. dicit ex illo tex.
5 * ꝙ quicquid acquirit canonicus regularis, uel alius religioſus poſt ꝓmotionem ad epiſcopatum, acquirit ſecundæ eccleſiæ, ad quam promotus eſt: & non proprio monaſterio. inde in ſeptimo notabili dicit:
6 nota, * ꝙ regularis factus epiſcopus non per hoc habilitatur ad habendum proprium, & ad diſponendum ad libitum de proprietate. Remanent ergo ſubſtantialia regulæ, licet in quibuſdam concernentibus ſolennitatẽ abſoluatur. Sac. Conſi. condemnauit Amicum ad reſtituen

dum epiſcopo poſſeſsiones cũ fructibus à tempore motæ litis, actorũ magiſtro Paulo hodierna me referẽte, licet in prima inſtantia per Capitaneum Liparenſem fuiſſet iudicatum in fauorem Amici cum uoto maximi doctoris.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum clerici factum ſine iudice per manus notarij apoſtolici non ſubſiſtit in regno.*

2 *Lex ciuilis deuians à iure canonico generalis ſeruanda eſt in foro ſuo: & canon in ſuo.*

3 *Ius canonicum quando ſeruandum eſt in foro eccleſiaſtico: & ius ciuile in foro ſeculari.*

4 *Statuta requirentia inſinuationes, uel certas ſolennitates in teſtamentis uel contractibus, non ſeruantur in cauſa eccleſiæ, etiam in foro ciuili.*

5 *Teſtamentum clerici inſtituentis aliũ clericum hæredem uel ſecularem, an diſcutiatur in foro ſeculari in regno: & quid ſi laicus agat contra laicum ex dicta cauſa.*

DECISIO CCI.

1 IN cauſa Caiacienſe * quidã preſbyter Caiaciæ condidit teſtamẽtum per manus notarij Apoſtolici ſine Iudice, in quo inſtituit ſibi quoſdam agnatos ſuos: alii, qui erat in eodem gradu, nihil reliquit. is, cui nihil relictum eſt, agit petitione hereditatis tanquam ab inteſtato. poſſeſſor opponit de teſtamento. contra teſtamentum affertur, quòd non habet ſolennitates iuris ciuilis ſiue conſtitutionis regni inſtrumentorum robur. per poſſeſſorem dicebatur, ꝙ in teſtamento clerici ſuſſicit, ꝙ adſint ſolẽnitates iuris canonici. dubitatũ eſt, quid iuris. Abbas in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. de con-
2 ſtit. iiij. col. dicit, * quòd quando lex ciuilis eſt generalis: ſed deuiauit à iure canonico, exemplum in c. ij. de arbit. lib. vj. tunc communiter dicitur, ꝙ lex ciuilis eſt ſeruanda in foro ſuo, & canon in ſuo. ut not. in c. cum eſſes. de teſta. in c. j. de no. ope. nunc. Hoſtien. in ſumma de teſta. §. qualiter cõciliantur. uer. uerum. di-
3 cit, * ꝙ ſi cauſa ſuper teſtamento eſt coram eccleſiaſtico iudice, ſeruabitur ius canonicum. ſi uerò clericus cõuenit laicum, in foro ſeculari ſuper teſtamento ſeruabitur lex humana. ad hoc Imo. in ca. quod clericis. uer. & multum faciat. iij. col. de foro compe. & requirentur in teſtamẽto omnes ſolẽnitates iuris ciuilis: aliàs iudicabitur contra Clericum actorem: ſecus dicit in relictis eccleſiæ. Abb. refert in c. quod clericis. iij. co. de foro compe. idem Abb. in d. cap. quod clericis. iiij. colũ. dicit, quòd ſi cauſa de re eccleſię incorporata uel incorporanda agitaretur corã iudice ſeculari, ſeruabitur ius canonicũ in decidendo. ideo in caſibus ad pias cauſas diſpoſitis iudicanda eſſet eccleſia ſecũdum ius canonicũ, ut in c. relatum. & d. c. cum eſſes. de
4 teſta. ideo * ſtatuta de inſinuationibus requirentia in teſtamentis, uel contractibus certas ſolennitates, nõ ſeruantur in cauſa eccleſiæ, etiam in foro ciuili. ſi uerò ageretur de re patrimoniali ipſius clerici, primò recitat Ant. de But. ibi, poſt Bar. in l. cunctos populos. & Io. Andr. dicit in v. col. in prin. uer. idem putat d. Anto.
5 in teſtamẽto clerici, * quia in quantũ cauſa diſcutitur in foro ſeculari, iudicabitur ſecũdũ iura ciuilia. inde dicit

dicit Abb: ſi uerò agat laicus contra laicum inſtitutũ à clerico in foro ſeculari, iudicabitur ſecundũ leges: ſic enim uidetur clericũ conſenſiſſe teſtando, ut eius teſtamentum ſubiiciatur.ll.fori, ubi cauſa agitãda eſt: licet Abb.ibi, in d.v.colũ.dicat, ꝙ dicta d.Antonii ex toto non placerent, maximè, ꝙ in contractibus iudicetur ſecundũ leges fori, ubi cauſa agitur, licet Io.And.& Cal.uideãtur hoc ſentire: & etiam Hoſti.Feli. in d.c.eccleſia ſanctæ Mariæ. xxxvj. col.de conſti.dicit, quid autẽ ſi ipſe clericus inſtituat alium non ſeruata dicta ſolennitate, ſcilicet ſtatuti? dicit hic Imol.ꝙ ualet teſtamẽtum, quia ſtatutũ non uidetur ligare clericum, licet Bart. aliter ſentiat in l. cunctos populos. & male ſecũdum eum: ſed caue, quia hoc dictũ procederet, ubi clericus inſtitueret clericum: ſed ubi inſtitueret Laicum, uerior eſt opinio Bart.ſecundũ Bald. pulchre in authen.caſſa.ij.colũ.uer. quæro.C.de ſacroſan. quia cum hæres ſit Laicus, poteſt per ſuum factũ priuari commodo teſtamenti, quod non facit regiſtrari. Et aduertẽdum, quia in toto illo c.Felin. non ponit caſum, quando lex ciuilis diſponeret præter ius canonicum, & litigaret clericus coram Iudice ſeculari, uel ageretur de teſtamento clerici corã ſeculari, an debeat ſeruari ius ciuile? eſt uerũ, ꝙ in xvij.col.uer.legata.iij.dicit cõmuniter dici, quòd quãdo deuiat lex ciuilis à iure canonico, lex eſt ſeruãda in foro ciuili, & canon in foro eccleſiaſtico: quia in hac cauſa etiam contra teſtamentum afferebatur, quod dum concluderetur, teſtator ob urgẽtiam mali non poterat articulate loqui, ſuper quo deponebant complures teſtes ex nominatis in inſtrumento teſtamenti.ſacr.Conſi. cõdemnauit poſſeſſores ad conſignandum actori portionem eum tangẽtem in dicta hæreditate, tanquam ab inteſtato.

SVMMARIVM.

1 *Debitor utrum habeat ius offerendi contra creditorem, qui uirtute inſtrumenti cepit poſſeſſionem rei debitoris, & obtinuit decretum adiudicationis, à quo pendet appellatio.*

2 *Debitor quandocunque illud, quod petitur, offert uſque ad ſententiam, liberatur.*

3 *Præſcriptio nõ oppoſita in cauſa principali, in qua ſolum fuit oppoſita exceptio pacti, poteſt opponi in cauſa appellationis.*

4 *Appellatio quid operatur in poſſeſſorio & petitorio.*

5 *Ius offerendi quando poteſt à debitore fieri creditori. & à creditore ſecundo, uel alio extraneo, non domino nec poſſeſſore. & nu.9.& 11.*

6 *Adiudicatio rei facta creditori per iudicẽ an reuocetur per appellationẽ, ſeu reſtitutionẽ, uel per ius offerẽdi.*

7 *Debitor an audiatur infra biennium rediens, ſi uult ſoluere debitũ ad recuperandam rem ſuam datam creditori in ſolutũ per ſecundum decretum.*

8 *Appellatio extinguit pronuntiatum, ſupplicatio uerò non.*

10 *Ius offerendi non habet locum poſt lit.conteſt. ſuper actione iudicati: niſi per uiam purgationis moræ, quæ poteſt fieri uſque ad ſententiam.*

11 *Fructus percepti à re iudicata pendente reuiſione appretij facti mediante decreto, cuius debeant eſſe. diſtingue, ut ibi.*

DECISIO CCII.

1 IN cauſa Nicolai fran. follerii *cũ Ioan.tho.calatu.Nicolaus franciſcus uigore inſtrumentorũ continentium ſummã duc. circa ſeptem millium debitorũ eidẽ Nicol.franc. per d.Io.tho.cũ hypotheca & obligatione bonorũ burgenſaticorum & feudalium uigore poteſtatis ſibi traditæ in inſtrumentis, cepit poſſ. terræ Motulæ: egitque in ſac.Cõſi. poſtmodũ ſuper adiudicatione dictæ terræ, obtinuítque ſententiam ſiue decretũ in ſui fauorem, fuítque certo modo deuentũ etiam ad apretiũ dictæ terræ, licet à dicto decreto reclamatum ſit. Rebúsque ſic ſtantibus pro parte præfati Ioannis tho.fuit facta oblatio dictorũ ducatorum ſeptem milliũ, atque depoſitum: petitúmque reuocari omnia, ac terram ipſam ſibi reſtitui. dubitatum ſuper hoc iure offerendi: an uendicet ſibi locum in caſu noſtro. Quòd habeat uindicta oblatio facit gl.in l.j.in glo.magna, in fi.ff.de actio.emp.dicens, ꝙ ſi emptor egit ad rem tradendam cõtra uenditorem: & quia uenditor non tradebat fuit cõdemnatus ad intereſſe, & appellauerit à ſententia uenditor, poterit in cauſa appellationis offerre ſeu dare rem, & liberabitur ab intereſſe: quia nõ uidetur iudicatum. allegat.l.primã.§.fin.ff.ad Turpil.&
2 Bart.in pe.col.dat rationem: *quia quandocunque illud, quod petitur, offertur uſque ad ſententiã, reus liberatur. ut in l.ſi reus.ff.de procur. & in §.fi.inſtit.de perp.& temp.act. ſed per appellationẽ fingitur adhuc ſententiam nõ eſſe latam, quia extinguitur pronunciatũ.ergo &c.facit Bal.in l.per hanc.iij.col.in fi.neſ. his igitur.C.de temp.appell.dicens quòd ſententia, à qua nõ eſt appellatum, non abſorbet ius offerendi. adducit no.in d.l.j.in prin.ff.de act. empt.facit Salyc.in d.l.per hanc.vj. col.C.de tempo. appella. qui dicit,
3 *ꝙ exceptio præſcriptionis non oppoſita in cauſa principali, in qua fuit ſolum oppoſita exceptio pacti, põt opponi in cauſa app. tam quia hæc exceptio eſt obſtatiua actioni, tam quia appellatio extinguit iudicatum: ergo ſicut utraque potuiſſet opponi in cauſa principali: ita in cauſa appellationis.facit Imo.in cle. prima.de cau.poſſe.& proprie.nam
4 tex.ibi uult, *ꝙ in cauſa appellationis, licet tam appellanti quàm appellato, nedum petitoriũ, ſed etiam poſſeſſoriũ intentare, & quod poteſt quis in odium ſpoliantis ante concluſionem in cauſa ſuſpendere petitoriũ tam à ſe quàm ab aduerſario intentatũ.dicit Imo.not.quòd accumulatio poſſeſſorii ſuſpenſiua petitorii admittitur poſt cõcluſionem in cauſa principali appellatione ſuſpenſa.& nota dicit ipſe, quòd non ſolũ admittitur cumulatio ſuſpenſiua petitorii intentati à ſe: ſed etiam ab aduerſa parte. & ſubdit: & ſic nota: quòd id quod dicitur, ꝙ poſt concluſionem in cauſa nõ admittitur cumulatio poſſeſſorii pendente petitorio, eſt uerũ in principali inſtantia nondũ pendente appellatione: ſecus ſi ſit appellatum. & ſubdit: & ex hoc nota, quòd appellatio non ſolum ſuſpendit ſententiam: ſed etiam effectum concluſionis in cauſa. facit, nam tex.in l.j.C.ſi antiquior creditor.ſtatuit, ꝙ quando

do primus creditor emiſſet, uel in ſolutum recepiſſet rem ſibi obligatam, poteſt ſecundus creditor agere cõtra eum hypothecaria, & rem auocare etiam à poſſeſſore, uerum debet offerre debitũ ipſius primi: ergo effectus dominii ſuperuenientis non operatur in primo extinctionem pignotis, contra l. nec pignus. de regul. iur. ſed reſpondent doct. quòd ideo hoc eſt, quia illud dominiũ eſt reuocabile. ad idem l. ex ſextante. §. latinus. de exceptio. rei iudic. ergo effectus dominii reuocabilis non reſultat: quia aliàs in irreuocabili reſultaret. ſic in caſu noſtro cum dominiũ ſit reuocabile per reclamationem, nõ uidetur reſultare effectus, qui reſultaret, quãdo eſſet irreuocabile, uidelicet, ꝙ ius offerendi locum non habeat. & dicit ibi Cyn. quòd licet quandoque iuris neceſsitas tollat actionẽ, tamen remanet eius effectus: & ſubdit ſe aliàs conſideraſſe, quod licet quandoque tollatur ius natiuum, tamen lex dat ius illud in caſibus ſubueniendo cõtra iuris neceſsitatem, & illud erit ius datiuum, ſicut aliàs dicitur in l. Stichum. §. j. de ſol. Illud certũ eſt, * quòd debitor ad pignus liberandũ poteſt offerre debitum creditori. l. mulier. ff. qui potio. in pigno. habea. & quod poteſt etiam is, qui non poſsidet, & habet locum oblatio, ut in creditore ſecũdo, qui poteſt offerre primo creditori: & ei ſuccedere in priori hypotheca. l. fi. C. de his qui in priorum cre. lo. ſuc. quinimo etiam extraneus nec dominus nec poſſeſſor pro liberando pignore debitoris poteſt offerre creditori: licet tunc creditor cedere nõ teneatur. tex. eſt in l. nulla. C. de ſol. & ibi Alex. ponit de eo; qui nõ habet ius in re: ſed eſſet obligatus pro iſto debito fideiuſſori; uel mandatori; nõ creditori, qui offerre uult. allegat Cy. in l. ij. in fi. C. de fide. licet Paul. de Caſt. in l. ſi res obligata. de lega. j. dicat, quòd ad hoc ut quis poſsit offerre & petere, quòd ſibi cedatur, requiritur, ꝙ poſsideat, & ex iuſta cauſa poſsideat: niſi ratione iuris, quod habet in re offerret. In contrariũ, quòd in hac cauſa non habeat locũ ius offerendi, facit: nam quando unum eſt in obligatione, aliud in facultate ſoluendi ex diſpoſitione legis: poſtquam lata ſententia conuenitur uictus actione iudicati, nec poteſt amplius offerre. Bar. in l. ſtipu. non di. xxij. colũ. uerſi. ſed iuxta prædicta. in fi. de uerb. oblig. in l. ſi quis ſtipu. fu. x. in mell. de ſol. per tex. in l. miles. §. decẽ. de re iu. in l. item ueniunt. §. cũ prædiximus. de peti. hæredit. & hoc Bart. infert in l. j. ff. de act. empt. ad conuentũ hypothecaria: quia res eſt in obligatiõe, & debitor eſt in facultate ſoluendi. Sed forte poſſet reſpõderi, quia non ſufficit agere actione iudicati: ſed debet eſſe etiam lis conteſtata: ita Bar. in d. l. ſtipu. non diuid. uerſi: ſed iuxta prædicta. in fin. ibi, poteſt ſoluere decem ſi lis conteſtatur ſuper actione iud. quæ litis conte. non dum fuit in cauſa hac: ſed tantum mandatũ de parendo, quia data uia executiua: & domi. Maz. in deciſio. clxxxvij. dicit Dominos de conſilio tenuiſſe, ꝙ ſi petitur executio ſententiæ ſeu decreti, & ſuper hoc datur libellus & lis cõteſtatur: ante lit. conteſt. habet locum ius offer. poſt

non. Facit gl.in l.properandum.§.ſinautẽ reus.in uerſi.audiatur.C.de iudi.quæ tenet, quòd quando creditor agens, & uincẽs in actione perſonali in uim executionis ſententiæ mitteretur in poſſeſsionem rerum cõuenti pro menſura debiti, uictus poteſt offerendo debitũ rem recuperare, niſi fuerit uẽdita, uel uictori adiudicata. & ſequitur Cy.ibi.limi-
6 tando,* niſi per uiam appellationis, uel reſtitutionis. quòd ſi uerba Cyni intelligantur niſi per uiã appellationis, ſcilicet faciendo reuocari adiudicationem, eſſet unũ: ſi uerò intelligeretur niſi per uiam appellationis, id eſt, appellãdo, & pendente appellatione offerendo, tunc eſſet aliud. Facit Ange.in l.fi.C.de iur.domin.impet.dicens, ꝙ ille tex. qui uult, quod adiudicato pignore creditori in ſolutum, debitor poteſt offerre pecuniam cũ uſuris, & recuperare pignus in bienniũ: non probat ſeu non procèdit, niſi cum pignus eſſet adiectum iure dominii, à Principe: ſed quando ordine iudiciario per iudicẽ, non habet locum recuperatio: niſi per remedium appellationis, uel reſtitutionis, ubi cadunt hæc remedia, remittens ſe ad Cyn.in d.§.ſinautẽ reus. & licet Bar. dicat in l.ſi finita.§.Iulia.ulti.col.de
7 damn.infec.* ꝙ quando per ſecundum decretum daretur res in ſolutum creditori, tunc efficitur dominus, & rediens debitor audietur infra biennium, uolens ſoluere debitum, per d.l.fi.& ſic uideatur Bart. illã. l. intelligere, tam in adiudicatione facta per Principẽ uigore l.fi. quàm in ea, quæ fit per iudicem: & ſic aliter quàm intelligat Ange.tamen Imo.poſt Ang.in d.l.ſi finita.§. poſtea autẽ.tenet cõtra Bar.tum per illum §.tum per d.l.à diuo Pio.§.ſi poſt addictũ. quia lex fi.loquitur in alio caſu.dicit etiam, quòd quando quis iure ordinario impetrauit à iudice ſecundũ decretum, poſtea non audietur, etiã ſi uenerit infrà biennium, dũmodo ſit lapſum tempus datum ad appellandũ, uel ſimus in caſu, quo nõ poſsit appellari: & circa hæc uerba loquent: de appel.& reſtitu.in integr.cadit intelligentia duplex: de qua ſuprà in ſi.proximi motiui.& Alex.in d.§.Iul.ult.col.dicit, quòd uerior & communior opinio eſt: quòd poſt adiudicationem non audiatur debitor aliquo modo, licet Alex.in d.l.properandũ.§. ſinautem reus.iij.colũ.de iud.dicat. ꝙ d.l.fi.non habeat locũ in pignore prætorio, uel iudiciali, ſed in creditore procedente ad uẽditionem pignoris conuentionalis, quaſi ꝙ tunc habeat biennium. & ꝙ d.l.fin. loquatur in pignore conuentionali.& doct.Bar.in iudiciali, no.Iaſ.in d.§.ſinautem reus.ult.col.Ang.non uidetur in d.l.fin.ibi, niſi per remedium appellationis, uel reſtitutionis: uelle, quòd pendente cauſa appellationis, uel reſtitutionis habeat locũ ius off.nec etiã negat illud de appellatione: quia ut dictũ eſt, pendente appellatione habet locũ ius offerendi. Sed an idem ſit pendente reclamatione? ratio diuerſi-
tatis uidetur eſſe: *nam appellatio 8
extinguit pronuntiatũ, ut dicit Bar. in d.l.j.ult.colũ.de actio.empti.per l.primam in fin.ad Turpil.ubi dicit text.quòd prouocationis remedio condẽnationis extinguitur pronuntiatum,

ciatum.& ibi gl.uult,quod non extinguitur,ſed per fictionem ſuſpenditur: quia ſi non proſequatur appellans, habet effectum.l.fi.§.illud. de tempo.appell.at Bar.ibi dicit:ueritas eſt,quòd in totum extinguitur quod apparet ſecundum eum, quia ſecuta ſententia condẽnatoria,oritur actio ex ſecunda,non ex prima, per not.in l.eos,in prin.C.de appel. in ſupplicatione ſeu reclamatione à ſententia Principis non ſic: nam eſt maioris uigoris:fit executio,quę nõ ſuſpẽditur per ſupplicationem. auth.quę ſupplicatio.de precib.im-
9 pera.offer.d.Mazeus* in deciſione clxxxvij.ponit hęc uerba in alia cauſa.per omnes de cõſilio fuit ita concluſum,quòd quãdo latũ eſt decretum aſsiſtentiam eſſe præſtandam, & appretium fiendũ,& appretio facto ſit adiudicata res illa ad diſponendum &c.donec non eſt factum appretium, non eſt tranſlatum dominium, & habet locũ ius offerendi:ſed ſi appretium eſt factum, ceſſat ius offerendi, quia tunc tranſlatum eſt dominiũ,pręterea ceſſat ius offer.per doct.Ang.præallegatam, ſcilicet in d.l.fin.de iur.do.imp.interdũ lata eſt ſententia, ſiue decretum iuxta dictam formã, & petitur executio dicti decreti & ſententiæ: & ſuper hoc datur libellus,& lis cõteſtatur, & tunc ante litem conteſtatam habet locum ius offerendi, ſed poſt lit.conteſ.non habet locum, ut firmat Bart.in d.l.ſi ſtipulatus fuerit decem in melle.cum ſimi.ſuprà al-
10 leg.& hoc uerum,* ut poſt lit.conteſt.ſuper actione iudicati non habeat locum ius offerendi, niſi per uiam purgationis moræ,quæ mora poteſt purgari uſque ad ſentẽtiam, per not.per Bald.in l.& ſi poſt tres. v.colũ.ſi quis caut.&c. In hac deci.
11 *ponuntur duo caſus,primus quando poſt decretum adiudicatiuum eſt ſecutum apprętium, quòd tunc non habet locum ius offerendi:ſecundus quando poſt tale decretum eſt petita executio,& datus libellus, & lis conteſt.ut tũc minime locum habeat,niſi ut dictũ eſt.tertius caſus omittitur per dom.Mazeum,uidelicet quando eſſet à decreto appellatum ſeu ſupplicatum, & non obſtante appellatione,& ſupplicatione eſt deuentum ad appretium: & quidem ſi non eſt deuentum ad appretium,etiam ſine appellatione,& ſine ſupplicatione poteſt fieri oblatio.dubium erit,quid ſi appellatum uel ſupplicatum eſt?ratio ob quam pendẽte appellatione habet locum ius offerendi:quia appellatio extinguit, aliàs ſuſpendit iudicatum: in decreto affirmatiuo non ſuſpendit rem, nec extinguit quo ad executionem factam: nam per pragmaticam Regni mittitur executioni: & nihilominus proceditur in cauſa appellationis. ſic quando ſupplicatur non impeditur executio facti:ſed omnes iſtæ executiones ſunt reuocabiles: quia expectatur aliud decretum.ſic dominiũ quæſitum ex hoc appretio eſt reuocabile,ut ſupra dictum eſt.idẽ d.Maz.in deciſi.
12 clxxxviij.ponit aliũ caſum,* in quo lato decreto,& facto appretio fuit appellatũ ab appretio,& fuit in illa deciſione dubitatum de fructibus perceptis à re adiudicata pendente reuiſione appretii,& deciditur,ꝙ ſi appretium cõfirmabitur contra ap-

pellantes,fructus erunt actoris, qui habuit decretum pro ſe:ſi uerò reformaretur,quòd plus ualerent res quàm ſint appretiatæ,& ſic iuſte apparuerit illos appellaſſe,facerẽt fructus ſuos &c.non ponitur caſus in illa deciſione,quid ſi appellatum ſit à decreto:ſed præſupponitur tranſiuiſſe in rem iudicatam. An poſsit ita etiam dici in cauſa Follerii,ex quo eſt etiam appellatũ ab appretio,ut uideatur etiam appretium,& ſi iuſte terra appretiata ſit,non habeat locũ ius offerendi,alias ſic.an uero indiſtincte permittimus ius offerendi ſtante reclamatione à decreto?authoritates uolentes,quòd pendẽte cauſa appellationis poteſt offerri,forte intelliguntur antequàm ſit deuentum ad appretiũ. In cauſa hac ſacr.Conſi.cõſiderauit,ꝙ inſtrumenta debiti cõtra Ioan.Tho.calato pro magna parte cõtinebant debita ex conſignatione drapporũ & ſerici facta homini non mercatori. item quòd Ioã.Tho.erat homo diſſipator,& facilis,ac inconſideratus. item in illis inſtrumẽtis non omnibus aderat regius aſſenſus.itẽ quòd tempore dictæ obligationis de illa terra reperti ſunt ducati trigintaduo millia in circa.item quòd decretum de exequendo,& appretiando fuerat latũ certo modo cum certa reſeruatione,uoluit intelligere, ſi Follerius uellet tantũdem pretii dare quantũ reperirentur,& Follerius hoc acceptauit:& ſacr.Conſi.uidebatur difficile,& putabat dici cauſa differendi,ideo protulit decretũ, quòd Follerius infra decẽ dies deponeret ducatos decẽ millia , alias non audiretur.& quia non fecit depoſitum integrũ,ſtatuit terram Modulæ reſtituendam Io.Tho.reſtituto pretio habito d.Nicolao franciſco, ut in decretis & actis.ſacr.Conſil.ad quæ me refero.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio annua ſoluẽdi aliquid alicui utrum ſit tranſitoria ad hæredẽ ipſius obligati.*

2 *Intellectus l.ſancimus.uer.ſin autem. C.de donat.*

3 *Donatio ad uitam an ſit perſonalis, an realis.& an tranſeat ad hæredem donãtis,& donatarij,uel alterius.& nume.6.*

4 *Legatum uſusfructus factum alicui an dicatur legatum unum,an plura.*

5 *Inſinuatio requiritur in donatione trãſitoria ad hæredes donatarij ultra ſummam.*

7 *Inſinuatio requiritur in donatione etiã remuneratoria,licet ipſa merita debeãt probari & ſpecificari.& nume.11.*

8 *Donatio facta per patrem filio in poteſtate propter merita ſpecificata, utrum teneat.*

9 *Donatio iurata cũ ſpecificatione meritorum an probet ipſa merita.*

10 *Inſinuationi partes renunciare non poßunt.*

12 *Donatio facta ab habente merũ imperium,ſeu à iudice ordinario non requirit inſinuationem.*

13 *Inſinuatio an requirat cauſæ cognitionem ſicut emãcipatio,& adoptio, & inter geſta monumentorũ debeat regiſtrari citatis his,quorum intereſt. & nu.ſeq.*

15 *Parochianus ſacerdos exiſtens extra territorium ſuæ parochiæ poteſt ſuum parochialem ubicunq; confitentem audire & abſoluere.*

Epiſcop

16 *Epiſcopus exiſtens extra ſuã diœceſim poteſt conferre beneficia,& electionem infirmare,ſi non apparet cõtradictor.*
17 *Princeps ſeu magiſtratus donantes poßunt donationem inſinuari facere coram ſe,& ipſam inſinuationẽ mandare fieri extra ſuum territorium.*
18 *Maritus emens fundum pro ſua uxore abſente,ſi conſiteatur ſoluere de pecunia uxoris,præſumitur donare,quod eſt prohibitum,niſi ueriſimiliter appareat aliunde,quod uxor potuit habere pecuniam.*
19 *Pater confitens emiße domum de pecunia filiorum exiſtentium in poteſtate,præſumitur donare,quod non licet,niſi tempore confeßionis appareat filios ita edoctos alicuius exercitij,quod ueriſimiliter potuerunt lucrari pecuniam in inſtrumento contentam.*
20 *Confeßio patris in teſtamento cũ iuramẽto ſe debitorem filij ſui ſpurij,tenet,ſi ueriſimiliter apparet,quod ſpurius poterat habere bona confeßa aliunde,quàm à patre.*
21 *Donatio facta animo donãdi nõ eget inſinuatione,quando donatio remaneret in ſummam taxatam,detracto eo,ad quod cauſa donationis ueriſimiliter obligat,ſecus in eo,quod excederet ſummam.*
22 *Donatio erit pura in eo,in quo donatio excederet merita.*

DECISIO CCIII.

IN CAVSA Magnifici Hieronymi Seuerini agentis cõtra Illuſtriſsimum Principẽ Salerni Ferdinandum,eo quòd illuſtriſ. Robertus pater ipſius Principis per ſcripturã priuilegii donauerat quondam Magnifico Alexãdro Seuerino eius patruo,cuius actor eſt legatarius,annuos ducatos centum durante uita eiuſdem d. Alexandri,& ſunt elapſi anni circa xvij.& nihil unquam ipſe Alexander habuit à præfato Principe patre, nec à filio.& opponitur pro parte cõuenti,ꝙ donatio nõ durauerat,niſi durante uita donantis, qui nõ uixit poſt donationem amplius anno.item quod quãdo etiam fuiſſet tranſitoria,requirebatur inſinuatio. Primũ dubiũ in hac cauſa fuit,* an hęc obligatio annua fuerit tranſitoria ad hæredem. d. Principis donantis.& breuiter clarum uidetur,quòd quãdo fuiſſet facta mẽtio hæredũ ex utraq; parte,ſcilicet donantis & donatarii,trãſiuiſſet ad hęredes utriuſq;,ſecundũ omnes in l.ſancimus. §.fin.C.de donat.& in l. Stichũ. §.ſtipulatio.ff.de uerb.obli. ſic etiam quãdo ſimpliciter nulla facta mentione hæredũ,nec promiſſoris,neq; ſtipulatoris,tũc enim trãſibit ſimiliter ad hæredes,etiam ſi nõ dicatur ſecundũ opi.Dy.& Pet.Bal. & Raph.& Roma.in d.l.Stichum.§. ſtipulatio.contra gloſ.& Barto.ibi. quam opi.cõtra glo.& Bart.ſequuntur Alexan.ibi.ij.colum.& Iaſon in quinta.pro qua eſt bonus text.in l. ueteres.C.de contrahen.& commit. ſtipu.in l.iuriſgen.§.pactorum.ff.de pact.in l.pactũ.ff.de probat.& dicit Ioan.fab.in §.omnis.inſtitu.de uer. obliga.quod hoc tenent doct.communiter.at in caſu noſtro,ut ex parte donatarii fuit dictũ ad uitam,& ex parte donantis ſimpliciter poſſe dubitari.tamen uidetur,quòd etiam hoc caſu tranſeat obligatio ad hæredes Principis donantis.ita colligit & not.Alexãd.in d.§.ſtipulatio probari.per tex.in d.l.ſancimus.uer. finali 1

ſinautem.ſic inducēdo,& pono pri-
2 mo literā,*ſi huiuſmodi fuerit do-
natio,ut intra uitam perſonarū ſte-
tur uel dantis,uel accipientis,id eſt
dantis & accipientis,ſecundū Alex.
in eo.§.ſtipulatio.nā ſi ex una par-
3 te non ſit actum,*ꝙ ſit ad uitam,
erit realis ex illa parte,& multæ in-
telligantur donationes,& liberæ à
monumentorum obſeruatione, ſin
autem etiā hæredum ex utraq; par-
te fuerit mentio,uel adiiciatur tem
pus uitæ,uel donantis,uel eius,qui
donationem accepit,etiā una intel-
ligatur donatio,& ſic ex parte eius,
cuius uitæ tēpus non eſt adiectum,
erit realis. Alexan.in d.§.ſtipulatio.
inducendo ſic text.nam quando ex
utraq; parte fieret mentio hæredū,
erit una donatio,& ſic realis:quan-
do uerò ex una parte,uel donato-
ris,uel donatarii adiiceretur tēpus
uitæ,erit etiam una,& ſic realis,&
æquiparabitur caſui quādo ex utra-
que parte fieret hæredum mētio,&
cum tex.ibi apponat ſpecificationē
temporis uitæ ex una tantū parte,
ſcilicet donatoris uel donatarii,&
ex alia parte nō apponat ſpecifica-
tionem hæredis,intelligendū erit,
quòd ſimpliciter ſit facta,& tamen
æquiparatur perinde ac ſi ex illa
etiam parte mentio hæredum facta
fuiſſet,& hoc eſt,quod in ſpecie de-
clarando literā dicit Petrus de bella
per.in d.§.fin.cuius ſunt uerba hæc:
quid ſi fuerit facta donatio annua
ſimpliciter?dico,quòd hęredes utri-
uſq; & donatoris & donatarii conti
nentur, uel ſi fuerit facta donatio
ab altera parte ſimpliciter,quantū
ad illam partē continebuntur hære
des in donatione,ut ff.de probat.l.
pactum.& de uerbo.obli.l.Stichum.
§.ſtipulatio.& paulo poſt dicit,unde
ego intelligo hic,ubi tibi promitto
quo ad uitā tuam,& ſic eſt perſona-
lis ex una parte,eſt tamen realis ex
4 altera.contrarium uidebatur,*nam
refert,an ſpecificentur hæredes, an
non, ſicut dicimus in eo qui legat
uſumfr.Titio:nā iam ad uitam Titii
extenditur legatum,& erit unum.l.j.
quando dies uſusfru.leg.cedit.& ta
men quando eſt facta expreſſa ſpe-
cificatio annorū,quoniam tūc erunt
plura.d.l.ſi Stichum.§.ſtipulatio.Se-
5 cundūm dubiū eſt,eſto*quòd exten
deretur ad hæredes Principis,an re
quiratur inſinuatio,ex quo ad uitā
6 donatarii?& iam hoc ſolutū eſt,*nā
cum hæredes promittentis ligētur,
ex quo ſimpliciter ex parte eius pro
miſſum eſt, ut prædictum fuit,erit
una,& nō plures: per d.§.fin.in uer.
ſinautem & hæredū, inducendo ut
facit Alexan.& ſic fiet coaceruatio,
& inſinuatio erit. Tertiū dubium,
7 *an in caſu noſtro debebat inſinua
tio fieri,cū in priuilegio dicatur,ꝙ
ob merita donabat Princeps?& cla-
rum eſt,quòd in donatione remune
ratoria non requiritur inſinuatio.
ut in l.Aquilius.ff.de donat.ſecun-
dum omnes.& probatur in l.fin. in
princi.iuncta gloſ.parua.& ibi An-
gel.not.C.de iur.dot.& per Bald.in
l.ſecunda.ad fin.C.ne liceat pot.&
quòd donatio hæc ſit remunerato-
ria, prætenditur non apparere : niſi
ex uerbis enuntiatiuis appoſitis per
donantem in priuilegio : unde ui-
detur recurrendū eſſe ad doct.Bart.
in l.ſi forte.de caſtr.pecu.qui facit
duo membra. Primum quando ta-
lia uerba, quòd propter merita do-
natur,

natur, apponerentur ab eo, qui poterat libere donare nullis præcedẽtibus meritis, & tũc probabunt. Secundum quãdo neceſsitate requireretur merita præceſsiſſe, aliàs donare quis non poſſet, tunc uerba talia
8 non probarent merita præceſsiſſe, iſtam theoricã Barto. docto. reaſſumunt, & uariæ dantur intelligentiæ, nam quidã tenent requiri probationem meritorũ. Pau. de Ca. ita intelligit in d. l. Aquilius. dicens quòd quãdo donans non poterat libere donare ſine meritis, ut quia excedebat legitimam ſummam, uel erat perſona, cui non poterat donare, nõ ſtatur illis uerbis, niſi merita proben-
9 tur: quia uerba illa potuerũt dici in fraudem. & ſic intelligit Bart. in d. l. ſi forte. idem tenet Pau. de Caſt. in l. affectionis. eo. titu. Imo in d. l. Aquilius. tenet hoc idẽ propter fraudes euitandas. l. data. C. de donat. & mouetur per not. in d. l. ſi forte. & in l. ſi donatione. de collat. unde uidetur ſecundũ eum, & donans met admittatur ad reuocandũ quatenus eſt exceſsiua, per l. ſancimus. Alexand. idẽ firmat in d. l. ſi donatione. & ꝙ non ſufficeret etiam ſpecificatio, ſed debent probari etiam in materia inſinuationis, & ꝙ appellatione prohibitorũ ueniet prohibitus ob defectum inſinuationis, Antonius de Canato in tract. inſinuationum. xlv. quæſt. idem ſequitur & Cor. in d. l. ſi donatione. quidã uero tenent, quòd quando deuenitur ad ſpecificationẽ meritorũ, ſufficiet hęc aſſertio abſq; aliqua probatione. Bald. ita tenet in l. illud. C. de ſacroſanct. eccle. dicẽs, quòd quando in inſtrumento fieret mentio meritorũ in genere per inſtrumentum, nõ probantur merita: quia hęc incertitudo generat obſcuritatẽ: ſed ſi in ſpecie, tũc dicit, ſtab. inſtrumento. idem Bald. in d. l. ſi donatione. iiij. colũ. in donatione quæ fieret filio in poteſtate tenet, * quòd quando exprimerentur merita per ſpeciem, & qualitatem ualebit, quia non erit mera donatio. idẽ tenet in l. fi. ff. de exercit. Et idem Bald. in ca. ſuſcitatus. ij. colum. de reſcrip. dicit, quòd certam qualitatẽ meritorum uerba generalia nõ probãt, ſed ſpecialia probant. d. l. Aquilius. & l. ſi pater. de donatio. l. ſi donatione. C. de collat. & l. ſi forte. de caſtr. pec. Alii dicunt, ſub dubio tamẽ forte, * quòd quando cũ ſpecificatione meritorũ concurreret iuramentũ, tunc probarentur merita. ita Iaſon in ea. l. ſi donatione, vj. & vij. colum. dicẽs, quòd ita forte procederet dictũ Bal. ibi, & confirmat per id quod ſing. not. Bal. in prælud. feud. iij. diui. ubi tenet: quòd ſi prælatus cũ Capitulo confiteatur feudum de quo inueſtiuit aliquem, eſſe antiquum, licet nõ ſtetur tali confeſsioni, tamen ſi apponeretur iuramentũ, præſumeretur uera. & dicit, quòd nec quicquàm melius potuiſſet adduci pro Bald. aliqui, ut Ioan. Baptiſta de ſan. Seue. poſt Ioã. Petrutium in d. l. ſi donatione. ponunt, & ſequuntur Io. petr. ibi. dicentem, ut referunt, ꝙ illa uerba ob merita, ponuntur de conſuet. notariorũ, & intelliguntur de meritis obſequialibus non cõpenſatiuis, & æquiualentibus, & quod conſuluit Io. pe. ut in inſtrumento dicatur, ꝙ donauit pro meritis æquiualẽtibus, & recompenſatiuis, quæ ſunt in donatione Principis, & ſubdit reſultare eſſe

ctur,

ctus mirabiles:& primum ponit de inſinuatione Lancellotus deci.in d. l.ſi donatione.hoc refert & ſubiun-
10 git ſe ſubſiſtere,*nam inſinuationi partes renunciare non poſſunt: ut declarat Bart.in l.Modeſtinus.ff.de dona.ergo non debet ſtari aſſertioni partium,per quam tacite excludatur inſinuatio, per(ſecundũ eũ) auth.Bar.in d.l.ſi forte.& Petrutii.& Ioan.Bap.ſic declarantium eſt magna.Ferrarieñſis in cautela.xxxiij.refert Lancellotũ ubi ſuprà:& pro cautela ponit ad tollendã inſinuationẽ: ſed poſtea ſubdit,quòd licet Lancellotus non dicat,multi tenuerunt, quòd ſi uer.enunciatiua meritorum debent facere fidem de meritis,nõ ſufficiat mentio in genere:ſed opus eſt deuenire ad particularitates.allegat Bald.in d.l.illud.& in d.l.fin.de exerc.Oldr.cõſil.v.Sozi.cõſil.ccxcv. incip.in cauſa contra filios Petri.ij. col.uer.circa ſecundã difficultatem. Et ſic uolunt prædicti ſecundũ eum, ꝙ dictum Bal.patiatur hanc limitationem:ſed eſt uerũ,ſubdit,ꝙ eorũ opinionem reprobat præſtãtiſsimus doctor,& præceptor ſuus in canonibus.Philip.deci.conſil.xx.quidam tenent,ꝙ ſufficit,ut in inſtrumento dicatur,ob merita,licet non probẽtur,neq; ſpecificentur.iſte eſt.d.Phi.
11 deci.d.cõſil.xx.*utens pluribus motiuis:qui poteſt legi. Quartũ dubium,dato ꝙ requiratur ſpecificatio,& probatio meritorum,an poſſit in hoc caſu defendi donatio à defectu inſinuationis:quia facta ab
12 habente merũ imperium.Et*quidẽ hic duo uidentur eſſe dubia circa hoc.Primum,an iudex,quando donat,poſſet inſinuationẽ facere corã ſe.Secundũ an ſi nõ inſinuat coram ſe,ualeat donatio ſine inſinuatione. Circa primum Bart.in l.ſi conſul.de adopt.dicit primò,ꝙ iudex donans poterit inſinuare coram ſe donationem.argumento illius.l.inde alleg. Guil.tenere cõtrarium.argu.l.antiqua.& l. mulier. C. ad Velleia.inde dicit contra Guil.facere. l. ſi pater. §.fi.eo.tit.nam emancipatio requirit cauſæ cognitionẽ,ſicut inſinuatio.d.l.ſi conſul. Et tamẽ fiet coram ſe d.l.ſi pater.Imo.quoque in dicta l. Aquilius.iij.col.uidetur idem tene-
13 re,*ꝙ coram iudice donantis poſſit inſinuatio fieri:dicit enim,quòd opinio Guil.tenentis contrariũ indubitanter procederet,ſi in inſinuatione requireretur cauſæ cognitio, per no.in l.apud filium.ff.de manu. Sed tenendo,quòd nulla requiratur cauſæ cognitio:ſed ſolum fiat propter euitandam ſuſpicionem fraudis,uel metus,prout tenuit Bar.in d. l.Modeſtinus.tunc eſſet hoc magis dubium:nam uidetur tũc ſecus,quia ex quo fieret publice apud acta:& p̃ cõſequẽs ueriſimiliter pluribus aſtãtibus, iuxta nota.in l.in donationibus.C.eod.uideretur ceſſare omnis ſuſpicio metus, uel fraudis. argumento.l.non eſt ueriſimile.ff.quod metus cauſa.& ſic uideretur ualere. Odofredus quoq; in d.l.ſancimus. in fine.C.de donationi.idem affirmat:ponit enim quæſtionem ſi aliquis ordinarius ſe authore uult donare ultra ſummam,nũquid ualebit iſta donatio,quam ipſemet inſinuat? primò arguit,quòd nõ,quia ſpeciale eſt in Principe . inde ſubdit arguendo : aut donatio iſta eſt inſinuata, aut non inſinuata.ſi non eſt inſinuata,non

ta, non ualet ultra legitimam ſummam: quia non eſt de caſibus exceptis. ſi dices eam ualere, quia eſt inſinuata: iam idē ſibi author erit, quod lege prohibetur. C. de autho. preſt. l. j. §. ſuper quæſitum. ad Treb. inde ſubdit: ſed certe poteſt dici, ꝙ ualeat, quaſi illa fuerit de uoluntaria iuriſdictione: ſicut aliàs dicimus in emancipatione & adoptione. ff. de offic. præto. l. j. & ij. & ff. de adoptio. l. iij. & ulti. item quia donatio facta à magiſtro militum ſuis militibus ſe au thore ualeat. ut in eo. ti. l. ſi quis pro redemptione. §. ſimiles. ſed in iſta q. ſubdit, quæ fuit de facto Bononiæ, non fuit iudicatum, ſed trāſactū. Alexan. etiā conſil. clvij. ij. uol. tenet idē, ꝙ poterit fieri inſinuatio apud ipſummet dominum donantē, uel donatarium, ſi ipſe donans uel donatarius eſſet iudex. ſequendo Imo. in d. l. Aquilius, & Anto. de Canaro in d. tracta. de inſinuatio. vij. q. licet corruptus appareat, uidetur tamē idem tenere: nam in fine dicit, quòd dictū Guilielmi, quòd apud ſe ipſum non poſsit inſinuare, nō placet. & Bal. in d. l. ſi cōſul. iij. q. tenet cū Guil. ꝙ non poteſt magiſtratus, qui facit donationem, eam inſinuare coram ſeipſo: quia in inſinuatione requiritur cauſæ cognitio, ne donans decipiatur. d. l. data. C. de dona. & pōt & debet interrogari de cauſis quare ſic patrimoniū ſuum exhaurit. arg. C. de præd. cur. l. j. in fi. lib. x. & ſic eſt cum minor manumittit uindicta, nā hoc non fit coram ſe. ff. de officio conſul. l. j. unde ſi iudex uidet non ſubeſſe cauſas, dicet: uolumus ꝙ donatio ponatur in actis. & ſic nō erit inſinuata. idem Bal. in d. l. ſancimus. in prin. ij. col. ponit q. quā infero: quia ex ea poteſt forte inferri ad ſecundū dubium: quidā dominus donauit alicui quoddā caſtrū ualēs x. marcarū. iſte dominus habebat merum & miſtū imperiū in caſtro donato. non fuit inſinuata. agebatur coram ſuperiore: & petebatur, ꝙ illa donatio declaretur nulla, eo ꝙ non erat inſinuata. dicebatur, ꝙ erat inſinuata apud magiſtratum municipalē illius caſtri: nam ipſe idem donans ſeu magiſtratus municipalis habebat merū imperium & miſtum: & cum iſte eſſet actus uolūtariæ iuriſdictionis, poterat fieri apud ſe ipſum. ut ff. de adoptio. l. ſi conſul. Odofre. determinat nō ualere: quia ſi ſpeciale eſt in Principe, quòd ipſe idem poſsit eſſe donator & iudex inſinuatiōis: ergo ſecus in caſu iſto in alio inferiore, qui habet ſupra ſe ſuperiorē. inde ſubiungit. recordor quòd Barto. & Franc. de Piſis in teſtaméto, quod fecit quidam de Vrſinis in quodam caſtro, in quo habebat merū & miſtum imperium, & omnimodā iuriſdictionem: conſuluit, quòd illud teſtamentum ualeret, ac ſi eſſet apud ſuperiorem inſinuatum. l. ſancimus. de teſtamentis. quia cum ſit actus uoluntariæ iuriſdictionis: & apud ipſum teſtātem ſit poteſtas authorizandi, & habebat merum & miſtum imperium: ibi cōſuluerunt, ꝙ iſtud teſtamentū ualeret. Albe. de Roſa. in d. l. ſi conſul. tenet quòd Barone uel iudice donāte non poteſt corā ſe donatio inſinuari: qa actus inſinuationis reqrit qualem qualē cauſæ cognitionem, ſcilicet ꝙ ille, qui donat, nō ſit inductus fraude: & ipſe ea fraude qua induci tur ad donādum, induceretur ad inſinuan

ſinuādum. l. ſi mulier. ad Velle. ſic cōſul, qui uult manumittere cum cauſæ cognitione, non poteſt: quia talis cognitio non poteſt fieri coram ſe. l. j. ff. de offi. conſu. & quia uertitur cōmodum pecuniarium, non poteſt quis eſſe author in re ſua. l. j. C. de autho. præſtan. Pro prima opinione facit: quia actus inſinuationis eſt actus uoluntariæ iuriſdictionis: ut not. glo. in auth. de defen. ciui. §. nullum. in uer. quicquid. quia non requiritur cauſæ cognitio ſecundū Bar. in d. l. Modeſtinus. de dona. quia pōt fieri apud quemcunq; iudicem, etiam cui non ſubeſt donator, nec res donata, ſecūdum Bar. ibi. licet Imo. cōtrà per uerbum forte: & ꝙ eſt tutius cōtra Bar. & ſubdit, ꝙ ſi uis ſaluare Bar. poteſ dicere, ꝙ ſpeciale ſit in donatione facta in urbe, ꝙ non poſsit alibi inſinuari, quia decretum iudicis nō requiritur: ſed ſufficit ſola præſentia. l. omnium. C. de teſtamē. Bar. ibidem: quia ſolus donatarius poteſt eā inſinuari facere. Alexand. in d. l. Modeſtinus. allegans Bal. in l. fi. C. de donatio. ante nupt. ubi dicit illam authenti. impoſitam eſſe in argumentum, quòd in tali inſinuatione, de qua ibi, non requiritur citatio partis, cum poſsit explicari ab una parte ſine alia: unde cum præſentia alterius non requiritur, & citatio non fiat: niſi ad habendum partis præſentiam: ergo &c. ſed aduertendum eſt, quia in caſu illius authen. eo decurſum. C. de dona. ante nup. nō ita requiritur inſinuatio: ibi enim in uiro recipiente pactum de lucranda dote requirebatur inſinuatio: & tamen dicitur ibidem, ꝙ ſolus uir poterit recipere inſinuationē: ſed forte ibi ratione æqualitatis ſeruandæ: quia in muliere recipiente pactum de lucrāda donatione non requiritur inſinuatio. dicerem, quod ſi donator faceret inſinuari, non requiritur citatio donatarii: quia de eius prӕiudicio non tractatur: ſed quod quādo donatarius facit inſinuari requiratur citatio donantis, tenet Ange. conſil. cxxix. ulti. col. dicens poſſe donatarium ſolum inſinuare, aliàs in poteſtate donatoris donationē ſuā euertere: & dicit hoc probari ꝑ donationem propter nuptias, quæ inſinuata per donatariū ſibi prodeſt: & tūc ſecūdū Ang. habebit donator aut eius hæres citari, de cuius præiudicio agitur ex generali regula. l. nā ita diuus.
14 de adoptio. & dicit, *ad omne igitur dubiū remouendum tutum eſſe, ut frater donatarii, qui remanſit, dictam donationē coram iudice cōpetente animo inſinuādi producat, & inter geſta monumentorum faceret regiſtrari, citatis & uocatis illis, quorum intereſt. Sextum dubium: eſto, quòd in donatione, quæ fit per magiſtratum, nō requiratur inſinuatio, an hoc obtineat, quando magiſtratus faceret illā extra ſuū territoriū, prout fecit Princeps, cuius priuilegii data in ciuitate Neap. quòd ſic facit, quia iſte actus eſt uolūtariӕ iuriſdictionis, nec circūſcribitur loco: quia omnis locus ei patet. ita Canarius in d. tracta. vj. q. per text. in l. emancipari. ff. de adop. ſic legitimatio poteſt fieri in quolibet loco ſecundum Bal. ibi, qui allegat Inno. in c. per uenera-
15 bilem. qui fil. ſint legi. * ſic parochianus ſacerdos exiſtens extra territoriū ſuæ parochiæ poteſt parochialē ſuum ubicunque confitentem audire, &

re,& abſoluere, cum ſit uolu.iuriſd. Hoſt.in ſumma de pœni.§.cui confitendum.uer. & nunquid extra ter-
16 ritorium.ſic epiſcopus*exiſtens extra ſuam dioceſim poteſt conferre beneficia, licet collatio ſit actus iuriſdictionalis.text. in cap.poſt electionem.de conceſ.præben.gloſſ.in cap.nouit.de offic.leg.ſic epiſcopus extra dioceſim poteſt infirmare electionem, ſi non appareat contradictor:quia tunc eſt uoluntariæ iuriſdictionis.Arch.in cap.qui aliena.ij. diſt. Sic exiſtens in alieno territorio poteſt cauſam delegare:cum ibi uertatur cauſæ cognitio.l.fi.de offi. præfec.urb.glo.in l.iij.de offi.præſ. & in d.c.nouit.& quod ea quæ ſunt iuriſdictionis uolūtariæ poſſint explicari extra territorium.eſt glo. in l.fi.in glo.ij.ff. de iuriſdict.omnium iudic. quæ allegat.l.emancipari.§.j. de adoptio.l.ij.ff.de offi.proconſul. & Iaſon in d.l.fi. dat generalem limitationem ad d.l.fi.quòd nō procedat in actu,in quo non requiritur cauſæ cognitio,& expeditur à iudice non ſedente pro tribunali. allegat Hoſti.Ioan.And. & Abb.in d.c. nouit.de offic.leg. Habuimus ſu-
17 prà*plures authoritates inferentes, quòd princeps potuiſſet iſtam donationem inſinuari facere corā ſe, quod uidetur uerius:item quòd hāc inſinuationem potuiſſet mandare fieri in ciuitate Neapol.& ſic extra ſuum territoriū per proxime dicta. Dubium in cauſa hac facit,& eſt ſecundum dubium quaiti dubii:quia non apparet,quòd d.Princeps in ciuitate Neap.aut alibi dictā inſinuationem fieri fecerit, & quaſi omnes prædictæ doct.incipiendo à Bart.in d.l.ſi conſul.loquuntur quando iudex donans inſinuaret.Bald. in d.l. ſancimus. cuius uerba ſuprà ob hoc recitata ſunt: ponit q. in caſu, quo donatio facta per magiſtratū habētē merū, & miſtū imperiū non erat inſinuata, & bis hoc.& forſan ideo ponit ꝙ nō erat inſinuatā:primò corā iudice ſuperiore:inde in proſecutione ponit quędā uerba,uidelicet, ꝙ ex parte recipiētis donationem dicebatur,quòd erat inſinuata apud magiſtratum illius caſtri:quia idem donans erat magiſtratus municipalis.inde recitat opinionē Odoffredi.uidetur circa hoc,quòd requiratur inſinuatio ſaltem coram ſe:& ꝙ quando iudex donans inſinuat coram ſe,ualeat,aliàs non:nam differentia non eſſet inter dominos inferiores, & principē,in quo eſt ſpeciale,quòd ſine inſinuatione ualeat donatio.d.l.ſancimus.§. j. de dona. In cauſa hac, licet de ſtricto iure procedendo ſecundum materiā inſinuationis fuiſſet forſitan iudicatū pro principe reo, tamen ſacrū Conſilium conſiderauit qualitatē perſonæ principis donantis, qui & non ipſe tantum,ſed & alii Barones regni conſueuerunt immenſas & maiores donationes facere,nec unquā contra aliquam earum fuit hucuſq; allegatus defectus inſinuationis : & qualitatē perſonæ domini Alexandri, erat enim doctor, & inter notos, qui multis annis in officio aduocationis ſe geſſerat : item certo tempore fuit auditor reginalis : itē fuit auditor regius Regis Caroli penes Viceregē iſtius regni.item tempore quo Rex Federicus intrauit Neapolim ut Rex,quo tēpore Prin

ceps Salerni Antonellus pater do-
nantis erat etiam Neapoli,& tracta-
batur de ſua reſtitutione,prout iam
fuit capitulata: & ipſe dominus Ale
xan.tunc erat unus ex deputatis ad
ſuſcipiendum dictum Regem, & fa
cienda capitula pro ciuitate Neap.
in quibus capitulis fuerũt Barones:
& ſic do.Princeps Antonellus.item
fuit etiam conſiliarius Regis Fede-
rici : & tempore ſecundi aduentus
Gallorum fuit unus ex regiis conſi-
liariis quaſi per duos annos. itẽ cer
to tempore ſeu certis cauſis ſerui-
uerat pro aduocato d.Principi:un-
de ſuccedit quod not.Salv.in l.ſi ma
18 ter.C.de cõtrah.empt.ubi dicit,* ꝙ
ſi maritus emeret fundum pro uxo-
re abſente, & pretium quod ſoluit
confeſſus eſt ſe ſoluere de propria
pecunia uxoris:quia confeſsio ema
nat à uiro,præſumptio eſt, quòd nõ
ſit uera, ſed ꝙ uir uoluerit donare
uxori, cui prohibitus erat donare.
allegat.l.qui teſtamentum. de pro-
bat.l.cum quis decedens.§.Titia.de
lega.iij.Verũ quando appareret ex
alia uerisimili præſumptione,quòd
aliunde potuerit uxor iſtam pecu-
niã habere:quia tunc una præſum-
ptio tollit aliam,erit ſecus:ſuccedit
etiam quod not.Ang.conſi.cliij.in-
cip.pater emit domum pro ſe & fi-
liis.ubi concludit,quòd licet cõfeſ-
ſio facta per patrem confitentem ſe
habuiſſe pecuniã à filiis ſuis ſit ſu-
ſpecta : quia prohibita eſt donatio
inter patrem & filium in poteſtate.l.
ij.C. de inoffic.dona.& l. donatio-
nes quas parentes.de dona.inter ui
19 rum & uxo.&*confeſsio facta inter
perſonas, inter quas prohibita eſt
donatio, eſt ſuſpecta de fraude per
d.§.Titia.cum ſi.tamen ſi tempore
dictæ confeſsionis paternæ dicti fi-
lii erant in aliquo eorum exercitio
ita edocti, ꝙ uerisimile ſit eos po-
tuiſſe ſuperlucrari ex eorum indu-
ſtria quantitatem, de qua in inſtru-
mento fit mentio,tunc cõfeſsio pa-
tris pręfata ſufficeret ſeu probaret,
per no.per glo.Cyn.& Bar.in l.cum
oportet.in princ.C.de bo.quæ libe.
& ad idem facit Philip.Decius in d.
l.ſi donatione.ad limitationem eo-
rum, quæ ibi habẽtur in vj.limit.ad
quod Alex.conſi.xviij.j.col.iij.uolu.
qui in cauſa, in qua dubitabatur, an
ualeret cõfeſsio patris in teſtamen
20 to,& cum iuramento:*per quam fa
tebatur ſe debitorem filii ſui ſpurii,
conſuluit,quòd ex quo in cauſa illa
conſtabat in facto per coniecturas,
quòd filius ſpurius prædictus pote-
rat uerisimiliter bona de quibus in
confeſſ.habere aliunde quàm à pa-
tre, ceſſet præſumptio ſuſpicionis
ob hoc, & ualebit confeſsio : nec
omitto, quòd aliqui erant in uoto
eſſe ſubtiliter ex proceſſatis inda-
ganda merita donatarii, & ꝙ eate-
nus, quatenus merita aſcenderent,
non requiratur inſinuatio : quate-
nus uerò ultra merita excederetur
legitima ſumma 500.ſolidorũ, re-
quiratur inſinuatio, & eatenus do-
natio inualidetur : quia Imo.in d.l.
21 Aquilius.dicit no.quòd donatio*fa
cta animo donandi non æget inſi-
nuatione, quando detracto eo, ad
quod cauſa donationis uerisimili-
ter obligabat, donatio remaneret
in ſummã taxatã : ſecus in eo quod
excederet. & Decius in d.conſil.xx.
22 ij.col.dicit,* ꝙ in eo in quo dona-
tio excederet merita,erit pura. Ta-
men

men ſacr.Conſil.in dicta cauſa iudi cauit in totum pro actore contra d. Principem ex dictis coniecturis,ſolum habilitauit d.Principem, quòd d.pecunia ſolueretur per duas præſtationes infra duos annos : iam enim annuatim præſtanda erat.

SVMMARIVM.

1 *Legatũ dotis ut matrimoniũ cõtrahat an poßit conſequi legatarius, ſi nolit nubere, uel moriatur ante nuptias.*

2 *Legataria monaſterium ingrediens an conſequatur legatum relictũ cauſa matrimonij.& quid ſi uelit honeſtè domi uiuere,uel eſſe tertij ordinis.*

3 *Dos promiſſa ex contractu inter uiuos cauſa matrimonij,an petatur per ingrediẽtem monaſterium,uel aliam religionem.*

4 *Filia, cui debetur legitima ſeu in regno paragiũ, ingrediens aliquam religionẽ utrum petat dotem ſibi promißam cauſa maritagij.*

DECISIO CCIIII.

IN CAVSA dominæ Victoriæ de Afflicto cum moderno domino Comite Triuenti quondam do. Michael de Afflicto Comes triuẽti habens in domo in capillo dictam Victoriam filiam ſuam legitimam & naturalem,donauerat iam Thomę eius filio primogenito patri moderni Comitis prædicti Comitatum Triuẽti,& domum magnam,quam habebat intus ciuitatem Neap.necnon & quandam maſſariam : quia ſic in capitulis matrimonialibus dicti quondam Thomæ cum ſorore Comitis Palenæ actum fuerat : in quibus etiam cauebatur, quòd dicta donatio etiam ipſo Thoma uolente reuocari non poſsit, & etiam quòd Thomas ipſe ad dotes contribuere ; non teneretur. poſt hæc per publicum inſtrumentum Thomas præfatus promittit patri pro dotibus dictæ Victoriæ dare eidem Victoriæ ducatos 4000. in quo inſtrumento certo modo fit etiam mentio de futuro uiro : & præmoritur idem Thomas patre Victoriæ etiam mortuo. agit ipſa contra modernum Comitem filium dicti Thomæ, & petit dictos ducatos 4000.quatenus paragium eſt infra eos, & quatenus eſſent plus paragio petit illud plus. Contra Victoriam oppoſitum eſt, quòd ipſa eſt nondum nupta.ipſa reſpõdet quòd eſt ingreſſa religionem tertii ordinis ſancti Franciſci. Replicabatur, quòd iſta non eſt religio : & adducebantur uerba And.de Iſer.in conſtit.in aliquibus.viij.columna. in fi.
&ix.uer.dic,*quòd in legato ſeu re 1
licto pure propter dotem,oportet quòd is, cui relictum eſt, ut nuptias ſeu matrimonium contrahat,ut relictum conſequatur : ſiue enim nolit nubere ſiue moriatur antequam nubat,relictum non conſequitur.ff. de condi.& demon.l.in teſtamẽto. & l.Titio.ibi,ſcilicet ſi ante nuptias &c.niſi intrauerit monaſterium:tũc
2 *impleta eſt conditio , ut uideatur nubere ſponſo,ſcilicet cæleſti:quia religionem ingreditur:ut Deo ſeruiat.ſecus eſſet, ſi honeſte uellet in domo uiuere:ſecus ſi clericus, uel clerica efficitur , capellam ſecularẽ ingrediendo.ut in authen.de ſanct. epiſco. §.ſi quis autem.C.ad Treb. auth.niſi. in gloſ.Ad hoc dicebatur pro parte d.Victoriæ,ꝙ imò eſt religio & ordo,approbatus per ſedẽ apoſto.fuerũtque productæ bullæ

ſummi Pontificis. Præterea pro con
3 uento adducebatur,* ꝙ quādo quis
uenit ad dotem ex promiſsione in-
ter uiuos, quæ promiſſa erat tēpore
maritagii, prout erat dos iſta, ha-
bet promiſsio conditionem, ſi ſe-
quatur matrimonium carnale: licet
ſecus ſit quando dos in teſtamento
relinquitur pro maritagio, ut late
de utroque per Bald. not. in tracta.
dot. vj. parte. priuilegio. 76. 77. &
hoc erat forte motiuum. In hac
4 cauſa fuit multum conſideratū,* ꝙ
huic mulieri debebatur paragium
bonorum burgenſaticorum, & feu-
dalium Comitis patris ſui, cui per
donationē factam à patre filio pri-
mogenito nō fuit pręiudicatū ſtan-
te inſtrumento, de quo ſuprà. Sacrū
Conſilium condemnauit modernū
Comitem hæredem præfati Tho-
maſii ad ducatos 4000. quatenus
autem tantum aſcēderet paragium
debitum eidem Victoriæ ſuper bo-
nis & feudis obuētis præfato Tho-
maſio: & lata ſententia me referen
te, in 1526. 19. Maii Sigiſmūdo Im-
perato. actorum magiſtro.

SVMMARIVM.

1 *Monitio bina requiritur, ut aliquis priuetur hæreditate grauatus à teſtatore, ut aliquid faciat, maxime in pias cauſas. & nu. 6.*

2 *Iudex an debeat bis monere per publicam perſonam, ut quis actionem ſuam proponat: aliàs ea priuabit ipſum, per lapſum temporis ſibi commınati, & penes acta redacti. & numero 7. & 8.*

3 *Priuandus incontinenti, non priuatur niſi poſt duas monitiones.*

4 *Delatio omnis probatoria dicitur peremptoria, & idem de termino dato ad excipiendum.*

5 *Hæres grauatus à defuncto, ut aliquid ſoluat: & moneretur à iudice per decretum, ut impleat: ſi ſtat per annum, & non impleuit, priuatur commodo teſtamenti.*

DECISIO CCV.

IN cauſa dominæ Victoriæ cam-
1 poniſchæ* cum do. Ioan. Baptiſta
Caldola eius nepote, ꝙ d. Victoria
non poſsit priuari, cum nō præceſ-
ſit bina monitio, facit text. in authē.
de eccl. titulis. §. ſi quis autem. uer. ſi
autē. ubi habetur, ꝙ ſi teſtator gra-
uaret aliquam perſonam de ſoluen
do in redemptionem captiuorum,
uel alimoniam pauperum, & talis
perſona ab epiſcopo uel eius œco-
nomis per publicas perſonas ſemel
& bis monita non impleuerit: pri-
uatur omni lucro illius teſtamenti:
& per illum text. dicit ibi Ang. item
nota, ꝙ dum ſemel, ſecūdò. per hoc
2 patet,* ꝙ ubi iudex uult me priuare
iure meo, ratione quia iuſsit ut ali-
quid faciam, debet bis me monere
per publicā perſonā, per quod dici
poteſt, ꝙ ſi iudex mihi mandauit, ꝙ
meam actionē deberem propone-
re infra tempus, uel exceptionem,
aliàs mihi denegaret iuriſdictionē,
prout in l. diffamari &c. quòd debet
bis me monere, ut repellar ab agen
do, uel excipiendo: aliàs non ſum
meo iure priuatus. argu. huius §. de
quo dixi in d. §. ſi quis autem. non
implens, hoc tamen non firmo. Sed
iſte. §. eſt optimum argumentū. Fa-
cit tex. in auth. ut liceat matri & auię.
§. ſi quis in ſua. ubi habetur, quòd ſi
uir ſpreta uxore frequentauerit in
ſua, uel in alia domo cum alia mu-
liere, & ſemel, & ſecundò culpatus,
uel

uel per ſuos parētes, aut per mulieres, uel alias fide dignas perſonas non abſtinuerit, uxor poteſt ob hoc ſoluere matrimonium, & recipere dotem datam, & ante nuptialē donationem, quam pro tertia parte lucrifaceret. & not. gloſſ. in dicto §. ſi quis autem. in authent. de hæredi. &
3 falc. * quòd ubi aliquis uenit incontinenti priuandus, non poteſt fieri hoc, niſi poſt duas monitiones. & in gloſſ. in uer. admonitus. & per hæc Ange. in eo. §. ſi quis autem. in auth. de hære. & falc. j. colum. dicit ſic. ex hoc infero regulam generalem, ꝙ ius mihi quæſitum nunquam iudex per ſuam ſententiam interlocutoriam incontinēti poteſt auferre ſub conditione, ſi aliquid non fecero, niſi bis me moneat, ut illud faciam. Et ex his infero ad q. non eſt dubiū, ꝙ iudex poteſt ſtatuere terminum actori infra quē agat: & ſi infra terminū non egerit, priuare eum effectu actionis, ut in l. ſi ea. C. qui accu. non poſſ. de adul. l. qui accuſaturus. de accuſa. l. Titia. C. de ingen. ma. l. diffamari. de opti. leg. l. mancipiorum. & ſimiliter ſtatuere terminum ad proponendum exceptiones, ultra quem audiri non debebit, per Dy. in d. cap. indultum: dico, ꝙ niſi iudex moneat bis actorem, ut agat infra dictum terminum: & reum ut excipiat infra terminum prælibatū, ꝙ non obſtante lapſu termini actor agere poterit, & reus poſt terminū excipere, quia ius quæſitum actori ad agendum perpetuo, & reo ad excipiendum, iudex non poteſt eis ſua interlocutoria tollere, niſi bina monitio interuenerit, ut dictum eſt. pro hoc uidetur caſus in dicto §. ſi autem. & iſtam opinionē determinant omnes leges ſuperius allegatæ: & eſt opinio uera: tamē cogitabis. Hæc Ang. de Aret. in tract. maleſi. in uer. necnō ad querelam. xix. & xx. col. dicit, unum tamē ſingulare eſt, & menti tenendum, quòd nunquam iudex poteſt imponere perpetuū ſilentiū, & ſic ferre talem interlocutoriā: niſi tali diffamanti, & cui iam terminum ſtatuit ad agendum uel accuſandum, præcedat bina monitio facta per iudicem, de qua in actis appareat: aliàs dicta bina monitione non præcedēte nunquam poteſt ſibi ſilentium imponi. gloſſ. eſt ſingul. & ibi Angel. in authen. de hæred. & falc. §. j. quod bene not. in practica. Alexand. in l. fin. j. columna. de feriis. primò dixerat,
4 * ꝙ omnis dilatio probatoria dicitur peremptoria: poſtea dicit, quòd terminus datus ad excipiendū dicitur peremptorius: inde dicit, quòd Ang. ibi tangit quid in dilatiōe data ad agendum, iuxta l. diffamari: & tenet quòd ſic, per l. ſi ea. cum ibi not. C. qui accuſa. non poſ. & ſubdit Alexan. quod intellige ut ſing. declaratur per Ang. in §. ſi quis autē. de hæredi. & falcid. & §. ſi quis autem pro redemptione. in authen. de eccle. titulis. coll. ix. & ſubdit Alexand. ibi. tamen non ponit pro conſtanti, & bene: quia iura, quæ ibi adducit, loquuntur in caſibus ſpecialibus. idem Alexand. conſil. 108. j. uolumi. ulti. colum. dicit, quòd iudex non debuit præfigere terminum ad agendum ſine cauſæ cognitione, & abſque citatione partis. per l. Titiam &c. inde dicit, imò fortius dixit ſing. Angel. in authen. de

hæredi.& falci.§.ſi quis autem.non implens, quòd non poteſt ſtatui terminus ad agendum: niſi præcedat bina monitio. Felin.in capitulo ex literis.vj. columna. de conſtitu. ad regulam illam, quòd ſufficit una monitio ſeu interpellatio extraiudicialis,dicit:fallit concluſio in monitione,quæ fit, ut quis priuetur,ut non agat uel accuſet,iuxta.l.diffamari.allegat Ang.ubi ſuprà: poſtea allegat.do.Marianum de ueritate iſtius fallentiæ in c.licet.de accuſa. ult.charta. ubi ſecundum eum limitat iſtam fallentiam,per d.c.licet.de accu.ut non procedat in eo,qui primò interrogatus dixit ſe nolle accuſare.Idem dicit Feli.& Lud.Roma. & ſecundo inde ſubiungit, & cõtra Ang.tenet Alex.de Imo.unico uerbo in l.ſi.in prin.ff.de fer.& eſt additio,dicẽs,quòd Angelus non ponit pro conſtanti & bene, quia iura,quæ ibi adducit,loquuntur in caſibus ſpecialibus.Georgius Natta in cle.ſæpe.in princ.vj.q.uer.an autem ille.xlij.col.ſequitur Ang.& uidetur loqui etiam ſi ſit facta comminatio quòd ulterius nõ audiatur:& etiam ſi ſit interlocutum eum nõ eſſe audiendum, & uidendus eſt etiam in glo.in uer.non obſtante.xv.colum.

5 At* quod nõ ſit neceſſaria bina monitio,facit text.in auth.de hæred.& falci.§.ſi quis autem.ubi habetur,ꝙ ſi hæres grauatus à defuncto ut aliquid ſoluat, & moneretur à iudice per decretum, ut impleat,ſiſtat per annũ,& nõ impleuit,priuatur commodo teſtamenti.Sed ut no.glo.in uer.admonitus, ideo eſt,quia ultra illam monitionem expectatur per annum.gl.enim præfata in uer.admonitus primo.dicit ſemel & ſecundo ſecundum quoſdam. alleg.d.§. ſi quis in ſua.& d.uerſi.ſinautem.& de ſan.epiſc.§.presbyteris.inde dicit:ſed ego contra ſentio,quòd una admonitio ſufficit.ad d.iura reſpondet,quòd ibi ideo eſt: quia incontinenti ſunt priuati poſt illas duas monitiones,ut in d.§.ſi quis autem poſt annũ.Præterea illa iura uidentur continere caſus ſpeciales: quia

6 *ut no.Bar.in §.& hoc quidem. de hære.& falc.aut ſumus in legato ad pias cauſas,& poſt binam monitionem incontinenti quis priuatur,aut in aliis legatis: & tunc Bar.non requirit binam monitionẽ, ſed unam cum lapſu anni:& Bart.in auth.hoc amplius.C.de fideicom.dicit, quòd in relictis ad pias cauſas expectatur breuius tempus quàm expectaretur in aliis relictis,& ideo propter breuius tempus requiritur bina monitio:unde dicta iura loquũtur in legatis, in quibus quandoque requiritur bina monitio:quandoque ſufficit una:tamen cum lapſu anni.Ro. in l.quandiu.§.j.de acquiren.hære. reprobat d.Ang.in d.§.ſi quis autẽ. tamen dicit,ꝙ cum quæſtio ſibi accidiſſet de facto, nõ potuit tantum clamare, quòd iudex non ſentẽtiaret pro opi.Ang.Are.in d.l.quãdiu. viij.col.de acquir.hære.poſt recitatam opinionem domini ſui, qui in termino ſtatuto ad agendum non ſequebatur opinionem Ange.quia illa iura ſecundum d.ſuum loquuntur in nõ faciente aliquid infra terminum: nos autẽ loquimur in non agente:quæ uerba nihil important ſimpliciter intellecta:quia agere eſt facti: & non agere eſt non facere,

dicit

dicit ſic. dic ergo ſequendo com. opi. quòd illa iura nihil penitus faciunt ad caſum noſtrũ: nam ut declarat glo. in d. auth. hoc amplius: & Bart. ibi. iſta monitio debet fieri de bina, uel unica ſecundum diuerſos caſus, antequam terminus incipiat currere: & à die monitionis incipit annus, unde nõ probatur ibi, quod poſt ſtatutũ terminum à lege uel ab homine requiratur alia monitio: ſatis enim monuit iudex, cum aſsignauit terminum. Augu. in addi. ad Ange. de Are. ubi ſuprà, dicit: adde tamẽ, quòd Roma. in l. quandiu. de acquiren. hære. in § j. reprobat dicta Ang. in loco præallegato per urgẽtes rationes: & ſi recte uerba Angeli ponderentur: ibi Ange. loquitur per uerbum forte. Bart. in l. ij. ij. col.
7 de eden. tenet, * quòd quando quis non uult edere inſtrumentum, iudex pronunciabit, quod ſi aliquo tempore reperiatur, ei nõ adhibeatur fides, ſed ſit caſſùm. inde dicit, quia ſi iudex poteſt ipſi actori ſtatuere terminum ad agendum, quo elapſo de cætero non auditur: eadem ratione poteſt denegare alicui audientiam ſuper aliquo inſtrumento: & Iaſ. ibi impugnat Bar. per doc. Ang. tamẽ Bart. ſequuntur oẽs doct. Ex omnibus s. recitatis uidetur uerior opinio, quòd nec requiratur bina monitio: nam illi tex. primò adducti continẽt caſus ſpeciales. imò Ange. met. in d. §. ſi quis autẽ. de eccl. tit. dicit ſe hoc nõ firmare. & ĩ d. §. ſi quis autẽ. de hæred. & falc. dicit, cogitabis. & Alex. prout intelligit Feli. in d. c. ex literis. tenet cõtra Ang. dum dicit in d. l. fin. quòd Ange. non ponit illud dictum ſuum pro conſtanti, & bene: quia iura per eum adducta loquũtur in caſibus ſpecialibus. & Ro. & Aret. contra quem eſt Bar. in l. ij. de eden. & deciſio. ſacr. Conſ.
8 lxiiij. ubi * dicitur in cauſa, de qua ibi, adductam fuiſſe quandam prouiſionem Regis Roberti incip. Bartholomæus de Capua. per quã Rex mandat, quòd ſtatuatur illi, qui ſe iactabat certus competens, & peremptorius terminus ad comparendum, & oſtendendum ius ſuum, quo elapſo ſi ille iactans non compareret, & de iure ſuo non doceret, imponatur ei perpetuum ſilentium: tamen in d. cauſa d. Victoriæ ſacrum Conſilium iudicauit ſecundum opi. Ang. ſic Romanus ubi ſuprà, dixit ſe non potuiſſe obtinere contra opinionem Ange. ſic præfatus do. Mazeus dicit ſacr. Conſil. illius temporis ſtatuiſſe iterum terminum: & ſic ſecundum opinionem Ang. ego in aliis cauſis occurrentibus iudicarem ſecũdum qualitatem perſonæ, quæ uult habilitari.

SVMMARIVM.

1 *Criminalis cauſa utrum poſſit poſt lapſum biennij reſuſcitari per nouam accuſationẽ, uel inquiſitionẽ: cũ per iudicẽ ſtetiſſet quo minus expediretur.*

2 *Accuſatus aut inquiſitus in criminalibus inſtantia perempta debet abſolui ab obſeruatione iudicij.*

3 *Inſtantia perempta per lapſum temporis an reſtauretur in criminali, ſicut in ciuili.*

4 *Inſtantia perempta in criminalibus culpa iudicis, differt à culpa accuſatoris, qui punitur in bonis & fama.*

5 *Accuſator utrum audiatur ex integro accuſare uolens poſt lapſum biennij, limita ut ibi.*

DECISIO CCVI.

1 IN cauſa &c.* Cum per iudicem ſtetiſſet quo minus cauſa criminalis expediretur infrà biennium, dubitatum eſt: an ex quo lapſum eſt iam biennium poſsit ulterius ſaltem per nouam accuſationem ſeu querelã uel inquiſitionem in cauſa ipſa procedi. text. in l. fi. C. ut infrà certum tempus. dicit quòd infra bienniũ cauſæ criminales debent finiri, & quòd poſt exceſſum biennii accuſatus abſoluitur. dicit glo. ibi ab obſeruatione iudicii. Salyce. ibi. j. colũ. ampliat hoc etiam ſi procederetur per inquiſitionem. & idem Saly. in ult. col. dicit in tertio
2 notabili,* quòd inſtantia perempta reus abſoluitur ab obſeruatione iudicii in criminali, & quòd eſt hoc etiam in ciuili, licet actor ibi poſsit iterato agere, quod nõ poteſt in criminali. Saly. in l. abolitionem. j. col.
3 de adulte. dicit nota.* quòd in criminalibus lapſa ſeu perempta inſtantia accuſator non poteſt denuo accuſare, quia tacite uidetur deſtitiſſe: ſecus eſt in cauſa ciuili. ut in l. properandum. §. fi. & remittit ſe ad l. tertiam. infrà allegandam. Saly. in l. iij. aliâs, quòd de crimine. ij. colũ.
4 iiij. oppo. de accuſa. dicit,* quòd lite non finita per ſententiã: ſed inſtantia tantum perempta in ciuilibus ex integro actor auditur. l. properandum. §. fin. in criminalibus uerò licet cõmuniter dicatur, quòd non audiatur: tamen mihi uidetur, dicit ipſe, probabilius dicendũ, quòd aut accuſator negligens fuit: quia non cum inſtantia iudicem requiſiuit: ut per ſententiam litem terminaret: tunc cum pœnã patiatur bonorum & famæ: ut in l. j. infra. ut infrà certum tempus amplius non audiatur, aut negligens non fuit, ſed iudex: tunc cum non ipſe, ſed tantum iudex puniatur: ut in eo. tit. l. fi. & reus
5 *abſoluetur ab obſeruatione iudicii: ut not. gloſſ. dicit Salyce. credo ipſum ex integro eundem accuſare uolentem audiendum eſſe. Et dicit pro hoc facere. l. fi. ad Turpil. Saly. in l. properandum. §. fi. j. colũ. C. de iudi. dicit: item nota, quòd perempta inſtãtia cauſę principalis, nihilominus ius & actio ſalua remanẽt: ut hic in litera, litem quidem &c. inde dicit, & hoc in ciuili: in criminali uerò ille, cui inſtantia perempta eſt amplius nõ auditur. l. abolitionem C. de adulter. quod not. & in l. ſi is ad Turpilia. & in l. fi. eod. tit. & ibi glo. clara: quod intelligo, dicit ipſe, ſi ex negligentia partis, ut dixi infrà, de accuſat. l. iij. iiij. oppo. Iaſon in d. l. properandũ. §. fi. circa principium, dum notauit ex illo §. quod quamuis lapſum ſit trienniũ & peremptа inſtantia: tamen ius agendi de nouo dicit ſic: quòd intelligo uerum in cauſis ciuilibus: ſecus eſt in criminalibus. glo. in l. fi. C. de calũ. not. Bal. in l. abolitio. per illum tex. C. de aboli. quod ultimum limita, quando inſtantia cauſæ criminalis periit culpa partis ſecundum Saly. limita quod multum teneas cordi.

SVMMARIVM.

1 *Principalis, qui de calumnia non iurauit, nec de criminalibus teſtium ſuorum reſpondere tenetur.*

DECISIO CCVII.

IN cauſa domini Iacobi de Maramõte* cũ domino Comite Vgen-
1 ti principalis: qui teſtes producit an tenea

teneatur reſpondere de criminibus teſtium ſuorum. Felin. in c. cum cauſam. xij. colum. de teſtib. ſed aduertendum quia poſt Specula. fundat hoc, ideo quia iurauerat de calumnia: ergo ubi non eſt iuratum de calumnia, nõ teneretur. Et ſic in Octobri .1523. fuit in ſacro Conſilio decretum, quòd non teneretur reſpondere, quia non fuerat iuratum de calumnia: tamen etiam quia unus de Conſiliariis dixit ſe uidiſſe ſic ſeruari, & maximè quia in ſacro Conſilio non iuratur de calumnia.

SEQVVNTVR *deciſiones quatuor antehac non editæ.*

SVMMARIVM.

1 *Nepotes ſuccedunt auo in ſtirpem, non in capita.*

2 *Filij fratrum uel ſororum ſuccedunt in capita, & nu. 6.*

3 *Teſtator ſi filio ſuo impuberi ſubſtituit pupillariter Caium fratrẽ ſuum, nec non & Titium & Meuium filios alterius fratris, Caius & filij alterius fratris ſuccedunt in capita.*

4 *Seruus ſtipulando dominis an acquirat eis pro portionibus dominicis, an æqualiter.*

5 *Teſtator ſi iuſſerit libertatem dari ſeruo, ſi decem hæredibus dederit, ſeruo ab hæredibus pluribus & inæqualiter uẽdito, & parato ſoluere decem emptoribus, qualiter diuidantur illa decem inter dominos.*

DECISIO CCVIII.

IN CAVSA Palermi de Gilio, & fratrum cum Ioanne de Romano de maſſa lubrenſi nepotum quondam Imperialis de Romano: dubitatum eſt an prędicti Palermus & fratres nepotes ex Primauera ſorore dicti Imperialis ueniãt ad eius ſucceſsionem una cum dicto Ioanne de Romano nepote prædicti Imperialis ex Nicolao eius fratre in ſtirpes, an uerò in capita: præſupponendo, quòd dictus Imperialis in ſuo teſtamento nominatim inſtituerit ipſum Ioannem, dicẽdo filium Nicolai fratris ſui, & nominatim etiam dictos Palermum & fratres, dicendo filios ex d. Primauera eius ſorore: & ſic miſcuit nomina propria, & nomina appellatiua incipiẽdo à nominibus propriis. textus in §. cum filius. inſtitu. de hæred. quæ ab inteſtato deferuntur. dicit
1 *quòd ſi quis moriatur inteſtatus ſuperſtite filio, & ex alio filio duobus nepotibus, filius trahet dimidiam, & nepotes qui in locum patris ſui ſuccedunt, aliam dimidiam, & ſic ueniẽt in ſtirpem non in capita, & idem ſi ex uno filio unus nepos, & ex alio duo, nam ſuccedent iſti in ſtirpem. & in eo. tit. §. fi. ſtatuit idem inter nepotes & pronepotes ex filia qui uolunt ſuccedere auo. Textus in §. cæterum. uer. hoc etiam addendum. inſtitu. de legiti. agna. ſucce.
2 dicit, *quòd ſicut mortuo patruo ſuccedent ſibi filii fratris ſui: ita mortuo auunculo ſuccedent ſibi filii ſororis, & ſuccedent in capita, & non in ſtirpem. gloſſ. in d. uerſicu. hoc etiam opponit ad illum textum. de d. §. cum filius. & ſoluit quòd in §. cum filius. ſuccedebatur aſcendentibus. at in uerſicu. hoc etiam ſuccedebatur tranſuerſalibus: & ſic quando tranſuerſalibus ſucceditur, ueniunt

niunt ſucceſſores in capita,id eſt,in uiriles.& locuta fuit glo.hæc ſecundum opin.Azo.quam tenet in ſumma in tit.de legi.hære.quam opinionem tenet Roffredus in titu.de bono.poſſe.uidetur cogna.§.fin.Iaco. Butri.& Saly.in authen.ceſſante.C. de legi.hæredi.& dicit ibi Bal.ꝙ in conſulendo timẽs recedere à gloſis conſuluit ſecundũ glo.de qua infra, ſed tunc uiſum eſt ſibi quòd opinio Azo.& ſequacium ſit magis cõſona literæ & naturæ.ſed Accurſius in d. authenti.ceſſante.& in l.j.ff.ſi pars hære.peta.in gloſ.in uer.hæreditatis.& in glo.in uer.uendicãtis.tenet 3 contrariũ,ſcilicet ꝙ ueniant iſti in ſtirpem,etiã ſi tractetur de ſuccedẽdo patruis.& cũ Accurſio tenet Iac. de Belui.in §.ſi uero.in authenti.de hęre.ab inteſta.per Cy.in d.authen. ceſſante.Barto.in l.poſt conſanguineos.ff.de ſuis & legi.& Ange.in d. authen.ceſſante.dicit hãc eſſe communem,& quòd ſecundũ eam tanquàm cõmunem pluries cõſuluit.& eam cõmunem etiam affirmat Mattheſi.in tract.de ſucceſ.ab inteſta.in uer.ſecundo dubitatur an quando uocatur.& dicit Areti.qui prædicta refert in d.§.cum filius.quòd quælibet iſtarum opinionũ pluribus teſtimoniis tuetur,ſed ſi caſus accideret dubitaret recedere ab opinione gl. Bar.Bald.& aliorum propter eorum 4 immenſam authoritatẽ.& idẽ etiam tenet Alex.in cõſil.lv.iij.& iiij.colũ. iiij.uolu. Sed prædicta iura,& authoritates loquuntur de diſtributione hæreditatis fienda,quando ſuccedit ab inteſt.& quanuis eadem uideatur eſſe ratio etiam in teſtamento, ut teſtator in dubio uideatur uelle id quod ius diſponit.l.Gallus. §.quidam recte.de libe.& poſthu.& notat Bar.in l.heredes mei.§.& cum ita.ff.ad Trebel.circa finem.j.col.& Bald.in l.precibus.xix.col.C.de impuberũ & aliis ſubſtit. Tamen quòd quando ex teſtamẽto ſucceditur in caſu de quo in themate,iſti ueniant in capita.facit text.in l.hæredes nominatim.ff.de leg.j.ubi quãdo plures hæredes ex diſparibus partibus inſtituti nominatim grauarẽtur,ꝓprius eſt ut in uiriles teneantur.& per illum tex.dicebat Neapo.in cõſuet.ſi aliquis moriens.in uerſi.medietatẽ,de ſucceſ.ex teſt.*ꝙ quãdo pater inſtitutis ſibi hæredibus filiis ſuis impuberibus eis pupillariter ſubſtituiſſet Caium fratrẽ ipſius teſtatoris,nec nõ & Titium & Meuiũ filios alterius fratris præmortui, & dubitatur,an filiis teſtatoris in pupillari ætate conſtitutis decedentibus ſuccedãt ſubſtituti in uiriles,an uerò in ſtirpem,id eſt,an frater teſtatoris ſuccedat pro una medietate,& filii fratris præmortui ut ſupra nominati pro alia ex perſona patris eorum.reſpõdet Neapo.quòd tales ſubſtituti pro uirilibus portionibus & ſic in capita,quia ſubſtituti ſunt propriis nominibus expreſsis; & allegat d.l.hæredes nominatim. Facit etiam & clarius tex.in l.ſi cõmunis ſeruus ita.ff.de ſtipula.ſer.*ubi ſi ſeruus communis duorum qui pro inæqualibus portionibus erant domini,ſtipularetur dari dominis ſuis & dubitaretur pro qua parte acquiret eis,an pro uirilibus an uero pro portionibus dominicis: & diſtinguit iuriſconſul. quòd aut iſte ſeruus ſtipulatus eſt Lucio Titio & Caio Seio,&

io,& ſic nominibus propriis tantū, & quæret illis pro portionibus uirilibus. Aut ſtipulatus eſt ita, Domi nis meis dare ſpondes? & ſic nominibus appellatiuis tantū, & quæret eis pro portionibus dominicis. Aut dixit, Lucio Titio & Gaio Seio dominis meis, & ſic nominibus propriis & appellatiuis. & tūc cum ad nomina propria prius decurſum eſt, dicit tex. rationabilius eſſe uidetur pro uirili parte acquiri, & quòd dominorum pro demōſtratione habeantur. Et dicit ibi glo. in uer. ſtipulationem, in princi. attendendū eſt quid præcedit, & ſi præcedit nomē appellatiuum, uerbi gratia: dominis meis Lucio Titio & Gaio Seio, tūc uenient pro portionibus dominicis. Ad idem facit gloſ. in l. ita liber. §. j. in uerbo nomina. ff. de ſtat. li
5 be. dicitur enim ibi in tex. ꝙ* ſi quis inſtitutis pluribus hæredibus in diſparibus portionibus, iuberet ſeruū ſuum liberum eſſe, ſi decem hæredibus dederit, & hæredes uenderent iſtum ſeruū diuerſe diuerſis, & dubitaretur quando hic ſeruus uolens eſſe liber eſt paratus dare illa decē emptoribus, an decem iſta debeat ſoluere ipſis emptoribus æqualiter in capita, an pro illis partibus pro quibus erant hæredes authores illorum emptorū. & dicit ibi text. ꝙ ſi talis ſeruus dare iuſſus eſſet decem hæredibus nominatim, uiriles partes dabuntur emptoribus: ſi uerò nō nominatim, dabūtur portiones pro quibus ſunt hęredes authores eorū. Glo. ibi quærit: quid ſi dixit nomina propria & appellatiua? & reſpōdet diſtinguendum, quæ præpoſuit per tex. in d. l. ſi communis ſeruus. Facit etiam Alexan. in d. cōſil. lv. ij. col.
6 ubi* in caſu quo quis inſtituerat ſibi hæredes An. filium d. Vrbani fratris teſtatoris, & d. Marcum, Iacobū, Hieronymum & Gratianū filios. d. Pagani alterius fratris ipſius teſtatoris, tenet quòd ſi teſtator in hac inſtitutione nō adiecíſſet, ꝙ dicti inſtituti habeant ſuccedere ſecundum ordinationem certorū teſtamentorum prędeceſſorum teſtatoris, tales inſtituti fuiſſent ſucceſſuri in capita & non in ſtirpes, & plura allegat. facit etiam Corneus, qui idem firmat in cōſil. lxxij. ij. & iij. col. ij. uol. & aliquid per Decium in cōſil. cccxx. iij. colū. Et ſic determinatum refert d. Mazeus deci. cccix. in caſu quo quis inſtituerat filios ſuos pupillos, & eis pupillariter ſubſtituerat fratrem teſtatoris, & Titiū & Meuiū filios alterius fratris. ſacr. Conſi. in hac cauſa, quæ erat cauſa appellationis à ſentētia Capitanei Iubrenſis, qui iudicauerat ꝙ filii ſororis dicti teſtatoris ſuccederent in ſtirpem cū filio fratris eiuſdem teſtatoris, notauit & iudicauit bene appellatum à ſententia Capitanei, & male iudicatū. magiſter actorum fuit Matthias de Danielis, & in Octobre. 1529. pen. eiuſdem lata eſt ſententia in ſacr. Conſilio.

SVMMARIVM.

1 *Remedium poſſeſſorij ſummarij an competat pendente iudicio retinendæ poſſeſſionis.*

2 *Interdictum retinendæ eſt talis naturæ, ut is poſſideat & uincat, qui tempore litis conteſtæ poſſideat, quãdo non conſtat de anteriori poſſeſſione.*

3 *In remedio poſſeſſorij ſummarie] in-*

tenta

tentati pendẽte lite, is uincit qui poſſidebat tempore litis conteſt.

4 Cumulatio actionum non admittitur quando actio prima ita ſe habet ad ſecundam quòd abſolutoria lata in prima poßibile eſt parere exceptionẽ rei iudi. in ſecunda.

5 Interdicto uti poßidetis agens contra illum qui eſt fundatus de iure cõmuni, niſi probet titulum ſuccumbet.

6 Sententia licet non præiudicet tertio quo ad petitorium, facit tamen præſumptionem contra eum quo ad poſſeßorium.

7 Priuilegium debet oſtendi etiam ab illis qui ſunt in uſu & poßeßione ipſius.

8 Ius uectigalis poßidens non poteſt expelli donec iudicetur ſuper petitorio.

9 Poßeßio tanti temporis acti ad præſcriptionem complendam contra ius commune, opitulatur ad manutenſionem & præſcriptionem.

10 In interdicto unde ui. uel uti poßidetis. ſufficit poßeßio ſine bona fide.

11 Capit. cum perſonæ. de priuileg. in vj. non habet locum quando agitur interdicto unde ui. uel uti poß.

12 Poßidens duo beneficia incompatibilia, debet uno ſpoliari antequàm inquiratur de titulo. & nume. 18.

13 Poßeßione priuari non debet quis pendente lite ſuper ualiditate priuilegij, uel an fuerit conceßum.

14 Confeßoria agens an poßit uti iure ſuo pendente lite.

15 Præſcriptio eorum quæ ſunt contra ius cõmune requirit titulum qui debet allegari & probari.

16 Præſcriptio ſeruitutum non requirit titulum.

17 Capit. primum. de præſcrip. in vj. loquitur in præſcriptio. concurrentibus contra eccleſiam: ſecus ſi contra priuatum.

19 Poßeßio longißimi tẽporis facit præſumi bonam fidem.

20 Seruitus altius non tollendi acquiritur longo tempore à die prohibitionis.

21 Poßeßio ſeruitutis releuat poßeßorẽ ab onere probandi.

22 Poßeßorio agi poteſt licet acquiſitio dominij impediatur.

23 Condictio indebiti cõpetit pro recuperanda poſſe. in alium tranſlata per contractum inualidum factũ per eccleſiam uel minorem.

24 Confitens ſe eſſe ſeruum alterius ſibi non præiudicat.

25 Poßeßio & præſcriptio in ſeruitutibus negatiuis non datur niſi à die prohibitionis.

26 Furnum uel molendinum conſtruere uolens, an poßit in præiudicium aliorum, ibidem habentium.

27 Princeps quando concedit uectigal omnibus ingredientibus ſuum territorium, talis lex prædio datur.

28 Seruitus acquiſita ſuper una re uel una perſona cæteris non præiudicat.

29 Præſcriptio ex ſola patiẽtia illius qui non poteſt diſponere ſine certa ſolennitate non datur.

30 Priuilegium uel conſuetudo quod uectigalia non uendantur uel emantur niſi in certo loco uel pretio, uel quòd de operis unius artificis alter ſe non intromittat ualet, licet pactum non ualeat.

31 Officialis durante tempore officij dicitur ciuis illius ciuitatis in qua exercet officium.

32 Præſcriptio iuriſdictionis licet nõ extendatur de una re ad aliam, tamen extenditur de perſona ad perſonam.

DECISIO CCIX.

IN CAVSA Sacri monaſterii Cauenſis cum Illuſtriſsi.Principe Salerni ſuper demolitione furnorũ nouiter conſtructorum per d.Illuſtriſsi.Principem,ſeu eius mandato & ordinatione in caſali Tramutole,quod eſt de utili dominio d.monaſterii, quod prætendit ſe eſſe in quaſi poſſeſsione prohibendi uolẽtes conſtruere nouos furnos in dicto caſali,uel uolentes in aliis furnis quàm in furnis monaſterii coquere panem.Et præſupponendum eſt,quòd per monaſterium prætendens ſe in quaſi poſſeſsio.prohibendi eſſe, fuit inuentatum poſſeſſoriũ retinendæ,& deinde lite pend.fuit actum ſuper conſeruatione poſſeſsionis lite pendente. Prima difficultas iſtius cauſæ uidetur in hoc
1 conſiſtere,ſcilicet*an hoc remediũ poſſeſſorii ſummarii intentati competat pendente iudicio retinendæ
2 poſſeſsionis.Nam*in hoc iudicio poſſeſſorio retinẽdæ ille uincit,qui probat poſſeſsionem tempore litis conteſt.ut in §.hodie.inſti.de interdi.& hoc quando nõ conſtat de anteriori poſſeſsione:nã ſi actor probauerit ſe poſſediſſe duobus annis retro uel alio tempore ante litis cõteſta.& aſſerat ſe de præſenti poſſidere,præſumitur continuata poſſeſsio uſque ad tempus litis conteſtat.ſecundum Albericum in l.ſiue poſsidetis.ij.colum.de probatio.in
3 hoc etiam iudicio ſummario*quod antequam de cauſa liqueat proponitur,is etiam uincet qui tẽpore litis conteſt.poſsidebat. Et pro hac dubitatione facit,quod not.Philip. de fran.in ca.ſignificante.de appellatio.ubi tenet,quòd quando innouatio occurreret ſuper re principaliter petita ante litis conteſta.non poſſet moueri hoc remedium,cùm ante litis conteſta.non poſsit conſtare de iuribus partium,ut per totũ titulum,ut lite penden.& hæc ratio ſecundũ eum cõcludit etiam in ordinario. Et fulcitur hæc difficultas ex not.per Bartol.in l.edita actio.v.
colum.C.de edend.nam*quãdo prima actio ita ſe habet ad ſecundam, quòd abſolutoria lata in prima poſſibile eſt parare exceptionem rei iudicatæ in ſecũda, nõ admittitur cumulatio.per l.fundi & fundum.ff.de exceptio.& l.interdum.ff. de publi. iud.Si enim una parte mouente iudicium attentatorum alia pas probaret ſe poſſediſſe tempore litis cõteſta.& ſic diceret ſe non innouaſſe,ſed continuaſſe poſſeſsionem,lis eſſet iam ſopita. Ad hanc tamen difficultatem antequam in ſacr.Cõſil.me promouente fieret decretũ, quòd in poſſeſſorio ſummario nõ examinentur niſi xv.teſtes pro qualibet parte,non poteram mihi ſatiſfacere,cur ſcilicet ſi quilibet poſſet prout uult examinare,& quantum uult in hoc iudicio ſummario, non uidetur nũc finis cauſæ,& non ſuperſedeatur in cauſa principali, ſed poſt illud decretum eſt iam differentia,poſſet forte dici quòd etiã ante illud decretum magis fauebatur iudicio ſummario,quia in eo nõ competebant beneficia.Et aliàs uiſa fuit mihi magna hæc dubitatio. Tamen ſacrum Conſilium in ſimilibus hoc non obſt.conſueuit procedere

dere ad capiendam informationẽ 5
ſuper ſummario, ut fecit in cauſa
illuſtriſ. Principis Melfiæ cum ex-
cellente comite Potentiæ.& idem
etiam poſtmodũ fecit in cauſa uni-
uerſitatis Titii cum excellente co-
mite Potentiæ,& in cauſa attentato
rum lite ſuper poſſeſſorio pendẽte
propoſita.idem fecit in cauſa Illu-
ſtriſ.quondã Principis Biſiniani,cũ
monaſterio ſancti Laurentii de Pa-
dula ſuper territorio ſeu caſtro in-
habitato Brunduſii. Secunda dif- 6
ficultas eſt, eſto ꝙ hoc remedium
procedat,an obtineat in caſu no-
ſtro,quoniam habemus tex.in capi.
cum perſonæ.de priuileg.lib.vj.ubi
habetur,quòd quando eſſet diffe-
rentia inter ordinarium & aliquem
qui eſt de ſua iuriſdictione,& præ-
tendit ſe exemptum, ſi is qui fun-
dat ſe in exceptione quæ eſt con- 7
tra ius commune,non allegaret ſeu
fundaret ſe ex priuilegio ſolo,uel
ex priuilegio & præſcriptione ſi-
mul,pendente lite ſuper exceptio-
ne,ordinarius utetur ſua iuriſdictio
ne ut eo modo uniuerſitas quæ ha-
bet ius cõmune pro ſe & ſua liber-
tate,quando eſt lis inter eam & aliũ
qui prætendit contra eam ſeruitu-
tem quæ eſt cõtra ius commune,de-
beat uniuerſitas ſtare in quaſi poſ-
ſeſsione libertatis. Imo ſecundum
doct.ibi etiam ſi exemptus allega-
ret præſcriptionem ſolam, uidetur
quòd ſiue ordinarius ſit in poſſeſ-
ſione ſubiectionis,ſiue nõ,non poſ-
ſet uti iuriſdictione contra illum,
donec probet præſcriptionem,ut in
fin.capi.& hoc ob odium præſcri-
ptionis.Et per illum textũ dicebat
Ioan.fab.in §.retinẽdæ.xiij.colum.

inſtitu.de interd.* quòd agens uti
poſsidetis,debet ſuccũbere, ſi agat
contra illum qui eſt fundatus de iu-
re communi,niſi probet titu.& eſt
magna ratio ſecundum eum, quia
quando aliquis eſt fundatus de iu-
re communi, conſtat de proprieta-
te:idcirco non debet fieri executio
in poſſeſsione.extrà de cauſa poſſ.
& proprie.c.cum dilectus.Et per il-
lum tex.dicebat Flor.in l.ſeruitutes
magna.in ultima columna.ff.de ſer
uit.quòd*ubi ius commune eſt con
tra præſcribentem,uel ſaltem præſu
mitur contra eum, ut quia quis ha-
buit ſententiam pro ſe,licet non fa
ciat præiudicium quo ad tertium,
qui non fuit in cauſa,quo ad petito-
rium,facit tantum præſumptionem
contra eum quo ad poſſeſsionem,
hoc caſu non ſufficit allegare titulũ,
niſi probetur.* Et per illũ text.dice-
bat Cy.in l.ſolennibus circa fi.C.de
fide inſtru. quòd quædam ſunt quæ
procedunt per uiam iuris ſpecialis
& ratione priuilegii,non iuris com-
munis,& tunc licet aliquis ſit in ſta-
tu uel quaſi poſſeſsione talium,non
tamen præſumitur pro eo quòd ha-
beat hoc,uel quòd talis ſit,imo de-
bet probare ſe talẽ eſſe. Et per hoc
dicit patere,quòd ſi canonici aliqui
dicant ſe in aliquo eſſe priuilegia-
tos,licet fuerint in uſu & in ipſa poſ
ſeſsione illius priuilegii,tamẽ debẽt
docere de priuilegio ſuo. & refert
Pet.ſecũdũ eũ,ꝙ per hoc fuit reſpõ-
ſum cap.ſancti Armanni cum pete-
ret clericum ſuum captum ab epi-
ſcopo uirtute ſui priuilegii. Epiſco-
pus autẽ noluit remittere,niſi quòd
prius docerent de ſui priuilegio, &
quòd de hoc eſt facta decretalis.ex-
trà,de

trà, de priuileg. cap. cum perſonæ. Et
per illum tex. dicebat Bald. conſi. cx.
ult. col. j. uol. loquens de iure uecti-
8 galium,* quòd à quaſi poſſeſsione
iſtorum iurium ſaltem collocata per
cõfirmationem uel priuilegium, ne-
mo poteſt expelli nec turbari quin
utatur ipſa conſuetudine, donec iu-
dicetur ſuper petitorio. allegat etiã
tex. c. cum querelam. de electio. & in
l. ſi coloni. C. de agrico. & cenſit. li-
bro xj. Et per illum tex. dicebat Flo-
rianus in l. circa. ſecunda colum. ff.
de probationib. quòd conductores
datiorum, & alii allegantes ſibi ius
competere aliquid exigendi contra
ius commune, eorum intentio non
fundabitur per quaſi poſſeſsionem.
At contra prædicta facit tex. in c. cũ
eccleſia Sutrina. de cauſa poſſeſsio.
& proprieta. ubi clerici Sutrienſes
conuentuales, qui cõtra ius commu
ne, de quo in eo. cap. ibi, & ſecundũ
ſtatuta. & in cap. cum terra. de elect.
& in cap. j. §. ex his. lxiij. diſtinct. uo-
lebant intereſſe cum capitulo ele-
ctioni Epiſcopi, iuuantur quaſi poſ-
ſeſsione intereſſendi, unde electio
9 ſine eis facta ibi irritatur: ſed* quia
poſſeſsio non erat tanti tẽporis acti
ad præſcriptionem complendam, &
inductum erat in cauſa illa etiam pe
titorium, pronunciatur eis non eſſe
ius in electionibus futuris intereſ-
ſendi, & ſic poſſeſsio contra ius cõ-
mune opitulatur & ad manutenſio-
nem, & ad præſcriptionem. Facit
ſecundò Innocen. in cap. cum uenif-
ſent. iiij. colum. uerſic. item no. quòd
Debitor patiens creditorem petentem executionem ſuper hypothecaria: & ſic deſtinari expertos ad æſtimandū, non habet ius offerendi: niſi cautus ſit, ut interueniat in executione appretii &c.num.7.ibid.

Debitor, qui obtulit creditori pluries dare rem, utrum poſsit uariare, & ſoluere pecuniam.nume. 14.ibidem. pag.124.

Debitor mercator ceſſans non liberabitur, nec ſui fideiuſſores: quamuis creditores ſtatim capiāt omnia eius bona.num.9.deci.46.pag.131.

Debitor ſi legat creditori, non uidetur in dubio legare animo compenſandi.nume.19.deci.180.pag.471.

Debitor ex contractu abſolutus, ſeu habilitatus à iuramento poteſt opponere

nere promiſsionem fuiſſe factam ob turpem cauſam. numero 1. deciſi. 95. pag. 212.
Debitum ex cauſa dotis transfuſum in cauſam mutui ſeu mutuum, an tranſeat cum eiſdem priuilegiis, quo ad curſum interuſurii dotalis. nume. 1. deci. 183. pag. 478.
Debitor utrum habeat ius offerendi cõtra creditorem, qui uirtute inſtrumẽti cępit poſſeſsionem rei debitoris, & obtinuit decretum adiudicationis, à quo pendet appellatio. nume. 1. deci. 202. pag. 518.
Debitor quandocunque illud, quod petitur, offert uſque ad ſententiam, liberatur. num. 2. ibid.
Debitor an audiatur infra biennium rediens, ſi uult ſoluere debitum ad recuperandum rem ſuam datam creditori in ſolutum per ſecundum decretum. num. 7. ibid.
¶ Declaratio non requirit tantam ſolennitatem, quantam actus ipſe principalis. numero 14. deciſio. 182. pagina 476.
¶ Delegatus à principe licet ſubdelegare poſsit cauſam etiam meri & miſti Imperii: tamen quando ex aliquibus uerbis appareret fuiſſe electam induſtriam perſonæ, nõ poteſt ſubdelegare. num. 6. deci. 251. pag. 365.
¶ Delinquens in crimine læſæ maieſtatis fit inteſtabilis. nume. 62. deciſio. 130. pag. 322.
Delinquentes in grauioribus uenientes ad actum proximum licet nõ perfecerint, puniuntur, ac ſi feciſſent. limita ut ibi. numero 16. deciſio. 155. pag 376.
Delictum grauatur in perſona ferentis opem, licet extranea ex qualitate perſonæ, cui datur auxiliũ: ut quia filius uult occidere patrem. nu. 17. ibid.
Delicta enormia quæ dicantur: & in delictis frequentari quando dicatur. num. 4. deci. 161. pag. 416.
¶ Denunciatio an ſit neceſſaria, quando uenditor eſſet præſens in iudicio litis motæ contra emptorẽ ſtante ſuo iuramento defendendi, quod habet uim denunciationis. numero 3. deci. 106. pag. 228.
¶ Deus in cadauer Lazari uitæ ſpiritũ inſufflauit. nume. 3. deciſio. 165. pag. 428.
¶ Dictio, poſt, quandoque denotat actum mediatum, quandoque immediatum. nume. 2. deciſio. 37. pagina 119.
Dictio, poſt, à teſte prolata poteſt referri etiam ad lõgum interuallum. nume. 3. ibid.
Dictiones, continue, quotidie, & ſemper, à teſtibus prolatæ intelliguntur ab initio poſſeſsionis, non autem à morte prædeceſſoris. nume. 4. ibid.
Dictiones, liberè, & plenè idem ſignificant: & pleno iure quandoque uerificatur in parte rei, ut ſolum in domino directo. numer. 5. deciſio. 96. pag. 215.
Dictio, maximè, ſtat limitatiuè, & taxatiuè: aliquando implicatiuè, & aliter, ut ibid. num. 2. deci. 163. pag. 424.
¶ Dilatio ſecunda non datur ad probandum exceptiones dilatorias. nu. 8. deci. 13. pag. 52.
Dilationes ad probandum datæ ſunt omnes peremptoriæ de iure communi: etiam ſi non dicantur. num. 1. deci. 81. pag. 186.
Dilatio ſecunda ſi concedatur ſine cauſæ cognitione, omnia quæ intra illã fierent, eſſent nulla: fallit, ſi iure aduerſarii non eſt factum deterius: &

omnia eſſent in ſtatu ſuo integra. num.2.ibid.

Dilatio ad producendum noua iura datur in Calabria poſt publicatum in cauſa ſine cauſæ cognitione. nume. 7.ibid.pag.187.

Dilatio ſecunda, nec noui articuli, nec noui teſtes poſt terminum dantur in Regno: licet ex æquitate reus admittatur in criminalibus ad uberius ſe defendendum ſine dilatione.nume. 8.ibid.

Dilatio de iure communi eſt peremptoria, poſito quòd non dicatur: unde ſecunda nõ conceditur, maximè ſi ius partis ſit factum deterius, quod quidem quo pacto fiat ibi uideas. num. 2.deci.90.pag.205.

Dilatio omnis probatoria dicitur peremptoria, & idem de termino dato ad excipiendum. num.4. deciſi.205. pag.533.

¶ Diſcuſsio bonorũ non eſt neceſſaria ubi reperitur inſtrumentum cum pacto de capiendo, & cõſtitutione precarii.num.2.deci.54.pag.142.

Diſcuſsio bonorum non requiritur, ubi notorium eſt principalem non eſſe ſoluendo.num.5.ibid.pag.143.

¶ Diſpoſitio collata in unum caſum uendicat ſibi locum etiam in caſu omiſſo, quando diſponens ſi ſciuiſſet, idem diſpoſuiſſet: quod militat in reſcriptis, conuentionibus, & ſtatutis.num.20.deci.69.pag.166.

¶ Diuiſio ubi commode fieri non poteſt, tunc deueniendum eſt ad licitationem, in qua obtinet is, qui habet maiorem partem offerẽdo pretium æquale, quod pars obtulit aduerſa. num.1.deci.36.pag.118.

Diuiſione facta domus cõmunis ſi modo ſocii diſcrepant inter ſe circa electionem unius, eiuſdémque partis qui habet aliam domum contiguam illi parti, debet obtinere. num.1. deci.42.pag.125.

Diuiſionem res non recipiens, ut gradus & portæ ſeruientes ad plures domos, ita nec recipit licitationem. num.1.deci.63.pag.153.

Diuiſione domus facta inter fratres noua ſeruitus per alterum quæri non poteſt, de qua non eſt facta mentio tempore diuiſionis. nume.11. deciſi. 187.pag.486.

¶ Doctores in actibus militaribus non gaudent priuilegio doctorum.num. 26.deci.27.pag.95.

Doctoribus communiter aſſerentibus conſuetudinem aliquam utrum ſit credendum.num.20.& 23.deci. 176. pag.456.

¶ Dolus re ipſa, & dolus ex propoſito æquiparantur.nume.21. deciſio.159. pag.403.

¶ Dominium & poſſeſsio tranſit per conſtitutum.num.9.deci.14. pag.56.

Dominium ſine traditione an tranſeat ex contractu inito cum principe.nume.7.ibid.pag.55.

Dominium utile & directum trãſit per contractum cenſualem.num.3. deci. 196.pag.505.

¶ Dominus uenire non poteſt contra ſententiam ſuper re feudali ut ſeruitute, uel ſuper re tanquam feudo ex perſona uaſſalli ex cauſa deuolutionis, ſiue ſciens fuerit ſiue ignorans litis uertentis inter duos uaſſallos recognoſcentes feudum à ſe domino: ſecus ſi ueniat ex perſona propria, dummodo litis fuerit ignorans. nume.19.deci.20.pag.72.

Dominus ex perſona uaſſalli uenire non poteſt contra ſententiam latam aduer

aduerſus eundem uaſſallum actorē aſſerentem rem feudalem ab ipſo domino, reo autem excipiente rem eſſe ſuam & allodialem, ſiue ſciuerit litem ſiue ignorauerit: ſecus autem ſi ex perſona ſua etiam ſciente petat rem tanquam ſuam iure proprio. nume. 21. ibid. pag. 73.

Domini ciuitatum hodie poſſunt ex iuſta cauſa bellum indicere ſtante Imperatoris abſentia: tamen in Regno non licet tum ob præſentiam regalium officiorum, tum per conſtitut. quæ incipit Comes uel Baro. nume. 5. deci. 27. pag. 90.

Dominus poteſt cuſtodire Caſtrum tēpore neceſsitatis inuito uaſſallo, & ſimul cum uaſſallo: ſine ullo tamen malo ingenio. numero 6. ibidem.

Dominus directus poteſt Caſtrum feudale reficere & fortificare, ſua tamē forma non mutata. eod. nume. ibid.

Dominus temporalis tempore belli & neceſsitatis poſſet eccleſiam incaſtellare, & maximè campanile. eod. num. ibid.

Dominis duobus exiſtentibus inſolidum in eodem Caſtro alter non poteſt alterum punire delinquentem: niſi alter habeat maiores gradus meri Imperii. num. 9. & 11. ibid. pag. 91.

Dominus uel quaſi alicuius Caſtri quādo & quomodo dicatur, & per quos actus. num. 31. ibid. pag. 96.

Dominus poteſt pro habenda pace ſui territorii Caſtrum unius ſubditi alteri concedere. nume. 2. deciſio. 69. pag. 163.

Dominus debet priuari proprietate, ſi committit in uaſſallum. an ſit idem ſi cōmittat in familiam uaſſalli uerberando ipſam in dedecus uaſſalli. nu. 28. ibid. pag. 168.

Dominus non poteſt adiutorium petere à uaſſallis pro comprimendis aliis uaſſallis iuſtè rebellantibus contra eum. numero 30. ibidem. pagina 169.

Dominus tyrannice uiuens poterit expelli, non tamen occidi, ſi non poteſt haberi recurſus ad ſuperiorem: licet philoſophi gentiles libere dicebant occidendum eſſe tyrannum. numer. 31. ibid.

Dominus poteſt quis eſſe, nec inconuenit, in una ſpecie, puta in paſcuis affidandis, & alius ſit dominus in alia ſpecie, puta in pedagio. nume. 9. deci. 96. pag. 215.

Dominus rei cauere debet quaſi poſſeſſori iuris ſeruitutis quòd non impediat eum in quaſi poſſeſsione ſua, pendente lite ſuper ipſo iure. nume. 13. ibid. pag. 215.

Dominus directus rem emphyteoticam poſsidet ſaltem ciuiliter. nume. 5. deci. 99. pag. 219.

Dominus directus non requiſitus ab emphytheota alienante præfertur cuilibet emptori. numero 2. ibidem.

Dominus ſoli an poſsit uendicare oſtrachum, ſeu ſolarium ſuperius. nume. 1. deciſio. 117. pag. 252. & 253.

Dominus authoritate propria poteſt emphytheotam expellere non ſoluentem: etiam pendente iudicio, in quo ſit petita licentia de expellendo: ſi proteſtatus fuerit de hoc in primordio litis. numero 9. deciſio. 119. pag. 261.

Domini temporales facientes prohibitiones generales in detrimentum eccleſiæ ſunt excommunicati. num. 7. deci. 132. pag. 330.

Dominus legans uaſſallagium ſibimet uaſſallo uidetur legare liberationē

uaſſallagii. numero 8. deciſio. 156. pag.381.

Dominus quando emit feudum à uaſſallo non eget alterius aſſenſu. num. 21. deci. 156. pag. 385.

Dominus directus non poteſt alienare ius ſuum ſiue feudum inuito uaſſallo: ſicut econtra nec uaſſallus abſque domini uoluntate. nume. 1. deci. 162. pag. 418.

Dominus & uaſſallus ferè in omnibus iudicantur ad paria. num. 2. ibid.

Domini habentes tantum cauſas criminales in ciuitate, poſſunt arma apponere, ſeu depingi facere permittentibus ciuibus, non aliàs. numero 44. ibidem.

Dominus habens tantum cauſas criminales in loco, cuius iuriſdictio eſt alterius, nō poteſt uexillum ſuum promere ſeu promi facere tempore nundinarum. num. 45. ibid.

Domini Neapolitani, qui committunt ut Barones contra uaſſallos maximè, non gaudēt priuilegio fori Neapolitani. numero 1. deciſio. 59. pagina 149.

Dominus ſi alienat rem particularem feudi ad annuum redditum, res ipſa dicitur cenſualis, & non feudalis. nu. 3. deci. 103. pa. 224.

Dominus an poſsit compellere uniuerſitatem ſuæ uillæ ad præſtandum ſibi camerarium pro exigendis eius redditibus. numero 1. deciſio. 118. pagina 256.

Dominus quando punire poſsit uaſſallos rebellantes à ſua obedientia ad Cæſarem, impedientésque introituum exactionem. nume. 1. deci. 124. pagi. 279.

Domini & communitates non poſſunt cognoſcere de cauſa quæ uertit inter eos & eorum ſubditos, nec aliis committere. nu. 3. ibid.

Dominus recognoſcēs ſuperiorem actu & poteſtate, an poſsit conſtituere iudicē ordinarium in cauſis ſuis abſq; ſuperioris authoritate. nu. 10. ibid. pa. 272.

Dominus carcerans aut prohibens ire uaſſallos appellantes ad Regiam curiam, quando teneatur crimine læſę maieſtatis. numero 10. deciſio. 130. pag. 303.

Dominus qui ſine regia conceſsione exerceat iuſtitiariatus officiū in terris ſuis, priuabitur eis, ſi tantum ciuilem iuriſdi. habeat. num. 24. ibidem. pag. 311.

Dominorum bannitorum caſtra reſpectu criminum ingerentium pœnam cōfiſcationis bonorum, poteſt commiſſarius regere, iuſtitiamq; facere ad inſtantiam fiſci. num. 1. deciſi. 131. pagi. 327.

Dominus immediatus dominus eſto quòd poſsit placitare cum uaſſallo: an ualeat hoc facere, poſtquàm Rex mediatus dominus indulſit. num. 10. deci. 162. pa. 420.

Domini & uaſſalli cœperunt eſſe tempore Imperatorum modernorū. nu. 3. deci. 168. pa. 435.

Domini non poſſunt imponere ſubditis ſuis angarias uel perangarias. nume. 9. ibid. pa. 436.

¶ Domus in quibus caſibus poſſunt ab officialibus dirui, quid de uineis, uiridariis, & arboribus delinquentiū. nu. 72. deci. 130. pa. 325.

Domus legata uxori ad habitandum: uel fundus ad uſumfructum, intelligitur legatus cum plena proprietate: & tranſit ad hæredes. nu. 6. deciſi. 188. pag. 489.

Dona

¶Donatio inter patrem & filium firmatur iuramento.nume.2.deciſi.56. pag.146.
Donatio cauſa mortis quo ad ſui ordinationem an æquiparetur contractui:& ſic an requiratur iuramentum.nu.7.deci.73.pag.176.
Donatio cauſa mortis facta per adultum ſine curatore an ualeat: nec hæres adulti reſtitui poſsit aduerſus talem donationem.nu.8.ibi.
Donatio facta per minorem ſine curatoris authoritate, per lapſum x.ann. confirmatur.nu.2.deci.92.pa.207.
Donatio cauſa mortis facta concubinæ per clericum ualet, ſi tempore donationis non durauit concubinatus.nu.1.deci.102.pag.223.
Donatio facta per prædeceſſorem præfertur donationi eiuſdem rei etiam poſtea uacantis factæ per ſucceſſorem in Regno.numero 12.deci.121. pagi.269.
Donatio, quæ aliàs eſſet reuocatoria per ingratitudinem:ſi fiat ob merita,non reuocatur.nu.15.ibid.
Donatarius abſens non fit dominus, antequam rem ſibi miſſam donatã accipiat.numero 3.deciſio.133.pagina 331.
Donatio facta abſenti non ualet: niſi epiſtola,uel nuncius interueniat ad coniungendas uoluntates contrahentium : quid ſi interuenerit traditio . numero 8.deciſio.180 . pagina 466.
Donatio an præſumatur , quando quis dicit,tolle iſtam pecuniam:uel do tibi hãc pecuniam.nu.11.& 13.ibidem. pag.468.
Donatio an præſumatur , quatuor requiruntur,quando quis tradit rẽ alicui,nu.12.pa.469.
Donatio facta ambaſiatoribus,an dicatur facta eorum contẽplatione, uel mittentium.nu.14.ibid.
Donatio ad uitam an ſit perſonalis,an realis,& an tranſeat ad hæredem donantis,& donatarii,uel alterius.nu. 3.deci.203.pa.524.
Donatio facta per patrem filio in poteſtate propter merita ſpecificata utrum teneat.numero 8.ibidem.pagina 525.
Donatio iurata cum ſpecificatione meritorum an probet ipſa merita.nu.9. ibidem.
Donatio facta ab habente merum Imperium,ſeu à iudice ordinario non requirit inſinuationem.nu.11.ibidẽ. pagi.526.
Donatio facta animo donãdi nõ eget inſinuatione:quando donatio remaneret in ſummam taxatam detracto eo,ad quod cauſa donationis ueriſimiliter obligabat:ſecus in eo,quod excederet ſummam . nume.21.ibidẽ. pagi.531.
Donatio erit pura in eo in quo donatio excederet merita.nu.22.ibid.
¶Dos conſiſtens in rebus mobilibus lapſo anno debet reſtitui cum ſuis fructibus:non ſic in pecunia:licet tanto minus de fuctibus,quãtum fuerit expenſum pro alimentis datis uxori.nu.4.deci.24.pa.83.
Dotale inſtrumentum ſolus notarius, etiam ſi omnes teſtes ſint cum iudice mortui,poteſt reaſſumere ad inſtãtiam mulieris,de cuius dote ageretur:& non alterius.nu.10.deci.29. pag.105.
Dos aſſecurata priuſquam maritus efficeretur diues, adhuc remanet penes uxorem.numero 2.deciſio.46. pagi.130.

Dotis

Dotis promiſſor etiam ſine pacto tenetur ad uſuras dotis proportionabiles pro alimentis, & intereſſe propter moram. nume. 5. deciſi. 65. pagi. 156.

Dotalis fundus fit res illa, ſuper qua fuit dos uxoris aſſecurata. nume. 10. deci. 78. pag. 184.

Dotale pretium ſuccedit loco rei, ſi ſic actum eſt. nu. 3. deci. 85. pa. 190.

Dotis titulus dicitur titulus onoroſus. nu. 10. deci. 128. pag. 292.

Dos ſuccedit loco legitimæ portionis, ſtante ſtatuto, quòd filiæ fœminæ nõ ſuccedant propter maſculos. num. 3. deci. 158. pag. 389.

Dotale inſtrumentum poteſt in publicam formam reaſſumi à protocollo Notarii mortui, mortuis etiam omnibus teſtibus atque iudice. nu. 1. deci. 171. pa. 438.

Dotis reſtitutio utrum fieri debeat ſecundum conſuetudinem loci, uel ius commune, uel ius francorum, ubi tale ius uiget. nu. 1. deci. 176. pa. 449.

Dos quæſita per filiam emancipatam poſtquam pater eam dotauit, non conſolidatur amplius in patrem. nu. 4. ibid. pag. 450.

Dos mulieris excluſæ propter maſculos à ſtatuto utrum remaneat penes filios ſuos, an reuertatur ad patrem dotantem. nu. 6. ibi. pa. 451.

Dos quonam modo dicatur appropriari filiæ. nu. 7. ibid.

Dos datur loco legitimæ uirtute ſtatuti excludentis filiam propter maſculos. nu. 9. ibid. pa. 452.

Dotium fauore ſemper in dubio eſt amplectenda opinio, quæ fauet doti: niſi forte communiter eſſet reprobata. nu. 22. ibid. pag. 456.

Dos promiſſa ex contractu inter uiuos cauſa matrimonii an petatur per ingredientem Monaſterium, uel aliã religionem. numero 3. deciſio. 204. pag. 532.

¶Duellum in Regno quando habeat locum. nu. 74. deci. 130. pa. 326.

¶Durum eſt contra ſtimulum calcitrare. num. 7. dec. 9. pag. 40. & nu. 5. deci. 40. pag. 122.

Eccleſia uacans per mortem Prælati ſi concedatur in commendam, qua etiam finita, durat prima uacantia, donec fuerit Eccleſiæ de Prælato prouiſum. nume. 2. deciſi. 3. pag. 17.

Eccleſia læſa ex malignitate aduerſarii, uel alia rationabili cauſa, debet reſtitui, etiam poſt quadriennium. nu. 26. deci. 4. pa. 27.

Eccleſia parochialis habet orare pro parochianis, quorum peccata cancellat. nu. 5. deci. 23. pag. 81.

Eccleſia fit ſubdita & uaſſalla ex quo recipit feudum ab aliquo domino. nu. 28. deci. 27. pa. 95.

Eccleſiæ iudex utrum præcedere debeat iudici alterius Domini ex quo ipſa eccleſia eſt dignior ipſo Domino. eo. nu. ibid. pa. 96.

Eccleſiaſtica res ſterilis poteſt in emphyteoſim concedi ei, qui ad culturam reduxit adhibitis ſolennitatibus: alias poſſeſsio ann. quinquaginta non iuuaret emphyteotam. nu. 3. deci. 105. pag. 227.

Eccleſia poteſt alienare in perpetuum emphyteoſim æqualitatis cauſa ſeruandæ. nu. 4. ibid.

Eccleſia utrum poſsit abſque decreto rem ſterilem alienare. nume. 3. deci. 113. pag. 241.

Eccleſia, uel minor an in cauſa non cõceſſa poſsit alienare, faciendo ſuam condi

conditionem, uel eccleſiæ meliorē. nu.5.deci.113.pag.242.
Eccleſiaſtica res omnino inutilis differt ab inutili reſpectiua.nu. 8.ibid.
Eccleſiæ urbis Romæ diuiduntur per tit.& diaconias: presbyteri ſcribuntur cum titu.diaconi ſine tit.num.11. deci.114.pag.246.
Eccleſiæ Romanæ urbis quinque ſunt principales,quæ patriarchales dicuntur.nu.1.deci.120.pag.262.
Eccleſia extra territorium Neap.utrum gaudeat in ſucceſsione conſuetudinibus Neap.nu.2.deci.159.pa.394.
Eccleſia habet electionem fori, etiam ubi agit.nu.1.deci.160.pag.414.
¶Electa induſtria perſonæ non uidetur ubicunq; ſit mentio hæredis in conceſsione feudi.nume.12.deci.10. pag.45.
Electio Roma.Ponti. utrum fieri poſsit non ſeruata forma.c.ubi periculum. de electio.lib.vj. nume. 7.deciſi.114. pag.145.
Electio non cadit in unum: diſpoſitio enim fit pura,ut ille unus habeat officium ſine electione.nume.32.deci. 121.pag.273.
Electio, ſeu conſenſus eligentium an præſcribatur per non uſum xxx. uel xl.annorum.nu.1.deci.134.pa.332.
Electionis qualitas canonicorum per non uſum eſt talis, quòd qualitas ipſa non perditur. nume. 5.ibid. pagi.333.
Electa induſtria perſonæ non poteſt quis facere per alium.nume. 5. deci. 151.pag.365.
Electo induſtria perſonæ operatur, ꝙ hæres excludatur.nume.9.deci. 174. pag.444.
Electus Regens ciuitatis Neapo.utrum remoueri poſsit tanquam aduena de uoluntate electorum. nu.1.deci. 178.pag.461.
Electus inhabilis ad officium uel magiſtratum, & illud exerceat incidit in læſam maieſtatem. limita, ut ibi. nu.3.in ea.deci.ibid.
¶Emphyteota ita demum tenetur cenſum ſoluere, quando rem ipſam uere poſſediſſet. nume. 21. deciſio. 14. pag.57.
Emphyteoticus contractus non eſt bonæ fidei.nu.22.ibid.
Emphyteota uendens cadit à iure ſuo: non autem ſi promiſit uendere. nu. 7.deci.155.pag.374.
¶Emptor petens intereſſe frumenti debet ſoluere uſuras, uel intereſſe prædii non ſoluti: limita,niſi conſtituiſſet in mora uenditorem offerendo pretium manualiter,uel intus ſacculum. numero 1.2.& 3.deciſio. 19. pag.66.
Emptores bonorum rebellium poſſunt cogi ad reſtitutionem eorum reuertentibus bannitis: ſi hoc eſt in capitulo pacis.numero 3.deciſio.69. pagina 164.
Emptor non denuncians uenditori litem motam ſuper re empta ſuccumbens & non appellans,an poſsit cōtra uenditorem agere de euictione. nu.1.deci.106.pa.227.
Emptor citatus contumax, & in eius contumaciam proceſſum & ſententiatum,utrum agat de euictione poſito quod denunciauerit.nume.4.ibi. pag.228.
Emptor conuentus ſuper re empta, ſi laudat authorem denunciando iuridice iudicium: euicta re poteſt cōtra fideiuſſorem uenditoris etiam non citatum.numero 6.deciſio.107. pag.230.& 231.

Emptor

Emptor, & habens cauſam à fiſco an gaudeant priuilegio fiſci.nu. 4.deci. 127.pag.288.

Emptor futurus tenens rem promiſſam ſibi uendi non lucratur fructus, etiam ſi totum pretium ſoluiſſet.nu. 8.deci.155.pag.374.

Emens ad uitam ſuam, & etiam alterius annuum redditum, non facit contractum uſurarium ratione incertitudinis redditũum. num.16.deci.149.pag.401.

Emptio præſumitur facta ex pecunia, quæ peruenit ad manus emptoris. nu.15.deci.194.pag.502.

Empta res ex pecunia hæreditaria an ſubiaceat reſtitutioni, ſicut ipſa pecunia ſubiacebat. nume. 16.ibid.pagi.503.

Emptor à fiſco conuentus à priuato an poſsit petere, quòd cauſa cognoſcatur per Procuratorem Cæſaris.nume.1.deci.197.pag.507.

Emptor conuentus poteſt denunciare authori authoris ſui omiſſo ipſo ſuo authore uirtute clauſularum inſtrumenti. prout hodie fiunt. nu.9.ibid. pag.510.

¶Enunciatiua uerba non probant, quãdo contingit principaliter dubitari ſuper enunciato.nume.2.deciſio.71. pag.173.

Enunciatiua uerba Principis faciunt plenam fidem: ſicut ſi in antiqua ſcriptura dicta uerba reperirentur.nu.2. deci.86.pag.191.

¶Epiſcopus in ſua dioceſi debet honorari ab Archiepiſcopo, imo à Cardinali debetur reuerẽtia. nu. 24.deci.27.pag.95.

Epiſcopus idemque Canonicus in aliqua eccleſia debet ſedere ut Canonicus, non ut Epiſcopus.numero 27. ibidem.

Epiſcopus an poſsit aſſumi in presbyterum,uel diaconum.nume.13.deci. 114.pag.246.

Epiſcopus, qui ſui Capituli conſilium habere debet in exercenda iuriſdictiõe,poteſt præſcriptione ſibi quærere, ut dictum conſilium requirere minime teneatur.nume.3.deci. 134. pag.332.

Epiſcopus an in cauſa propria, uel eccleſiæ poſsit recuſari ſuſpectus. nu.1. deci.137.pag.338.

Epiſcopo litigante cum ſubdito ſuo eliguntur arbitri: ſi uerò cauſa eccleſiæ conſtituitur procurator agẽs nomine eccleſiæ coram dicto Epiſcopo, niſi recuſetur ut ſuſpectus. nu.4.ibid.pag.339.

Epiſcopi uicarius generalis poteſt allegari ſuſpectus,ſicut Epiſcopus. nu. 9.ibi.pag.340.

Epiſcopus teſtis,uel nobilis perſona in cauſa ruſticorum corrigentes depoſitiones ſuas uel melius recordantes utrum pręſumantur corrupti.num.5. deci.142.pa.349.

Epiſcopus exiſtens extra ſuam diœceſim poteſt conferre beneficia,& electionem infirmare: ſi non apparet contradictor. nume.16.deciſio. 303. pag.529.

¶Errores omnes purgari poſſunt in cauſa appellationis, qui cauſas cauſarum concernunt.nume.5.deciſi.35. pag.117.

Error iuris non præſumitur ad euadendam pœnam in facto proprio. nu.8.deci.67.pag.160.

¶Exceptio excludens defectum poſſeſsionis: puta quia eſt intruſus in beneficio,repellit agentem.nume.3. deci.6.pag.32.

Excep

Exceptio requirens altiorem indaginem facti debet ad merita reſeruari.nu.19.deci.10.pag.45.
Exceptio requirens longam & dubiam iuris altercationem ad inſtar erroris iuris intricati, qui æquiparantur errori facti, debet ad merita reſeruari.nu.20.ibid.
Exceptio diſcuſsionis oppoſita per tertium poſſeſſorem conuentum contra actorem in quibus caſibus releuet excipientem. nu. 1.deciſi.54.pagina 142.
Exceptio, quæ impedit proceſſum, impedit etiam compromiſſum. num.2. deci.66.pag.158.
Exceptio dominii non admittitur regulariter contra agentem poſſeſſorio recuperandæ: fallit niſi talis exceptio ad petitorium ſimul, & poſſeſſorium: uel quando elidit ius actoris, & fundat ius reo.num. 39.deciſi.69.pa.170.
Exceptio hoſtica non competit uxori illius, qui militat in caſtris.nu.1.deci. 76.pag.179.
Exceptio peremptoria notoria ſi opponi poteſt ante litem conteſtatam, ita & exceptio peremptoria probata per inſtrumentum.nume.6.deciſi. 77.pag.180.
Exceptio dilatoria in Regno debet infra triduum allegari: & ea in quinq; dies immediate ſequentes probari: aliàs ad merita intelligatur reſeruari.nu.1.deci.83.pag.188.
Exceptio, quod titulus primus eſt reuocatus per poſteriorem titulum excipientis, releuat excipientem. nu. 29. deci.121.pag.272.
Exceptio proceſſus pendentis non obſtat iuriſdictioni, niſi ubi exceptio rei iudicatæ ob.ipſi actioni.nume.9. deci.122.pag.275.
Exceptio excommunicationis & banni poteſt opponi ciuiliter, & in cauſa ciuili.nu. 11.deci.127.pag.290.
Exceptio compenſationis an apponi poſsit aduerſus executionem paratam: licet offeratur in promptu probari per teſtes, & ſcripturas.nu.1.deciſi.167.pag.432.
¶Executio ſententiæ fieri non debet oblata etiam cautione, ubi liquidatio facienda eſt in fructibus, aut meliorationibus.nume.1. & 10.deci.17. pag.62.
Executio ſententiæ debet habere cauſam promptam: nec aduerſus eam admittuntur exceptiones requirentes altiorem indaginem: fallit niſi oriretur ex uerbis ſententiæ.nu.6.& 9.ibid.
Executio fieri non poteſt in mœniis, quia ſunt ſancta, & extra commercium propter debitum ciuitatis. nu. 42.deci.27.pag.99.
Executio ſententiæ Regiæ, ſeu Sacri Conſilii non impeditur per reſtitutionem in integrum petitam contra ſententiam, ſecus in ſententiis inferiorum à Principe.nume.1. deciſi. 53. pag.141.
Executio ſententiæ Principis non impeditur beneficio reſtitutionis in integrum: tamen datur cautio, quòd in caſu retractationis &c.nu. 3.ibid. pag.142.
Executio ſententiæ latæ contra uxorem an poſsit fieri contra uirum ſuper bonis datis in dotem, ex quo uxor nil aliud habeat.nume.1.deciſi. 128.pag.290.
Executio non fit in rebus dotis pro de-

bito

bito uxoris, niſi in caſibus expreſsis in lege.num.2.ibid.

Executio non fit in fundo dotali pro debito utriuſque ſimul, ſcilicet uiri & uxoris.nu.3.ibi.pa.290.

Executiuum ius ex ſententia utrum tranſeat contra ſingularem ſucceſſorem.nu.8.ibi.pag.291.

Executio rei alienatæ in fraudem executionis paratæ utrum fiat contra emptorem ſine alio proceſſu, tam in actione reali quàm perſonali: & quid ſi res alienata fuit ante litem motam.nu.12.ibi.pag.292.

Executio impeditur per exceptionem nullitatis ſententiæ,quãdo in promptu, uel incontinenti uellet quis eam probare: incontinenti dic ut ibi no.nu.3.deci.167.pag.432.

Executores Prælati literarum papalium iniquarum, nec audentes ſuperſedere rationabili cauſa, utrum excuſentur. numero 4. deciſio. 132. pag.330.

¶Excommunicati ſunt omnes commercium habentes cum Sarracenis tempore guerræ: quid de tempore pacis. diſtingue ut ibi.nume. 2. deci. 150.pa.363.

Excommunicationis pœna eſt aduerſus facientes obſeruari ſtatuta contra libertatem eccleſiaſticam. nume. 6.deciſi.161.pag.417.

¶Exemptus factus prior monaſterii nõ exempti poterit tanquam prior talis monaſterii conueniri coram ordinario.numero 2. deciſio.59. pagina 149.

¶ Expenſæ non deducuntur à decimis prædialibus.num.1.deci. 20.pag.69.

Expenſæ funeris alicuius Prælati an fiãt de ſpoliis: puta ſepulchrum marmoreum, ueſtes lugubres pro conſanguineis,& ſeruitoribus eius.nume.1. deci.84.pag.189.

Expenſæ funeris aliquæ tendunt ad ſolatium animæ defuncti, ut circa clericos:& hæ fiunt ab Eccleſia Prælati defuncti:licet alius ſit hæres in patrimonialibus, aliquæ ad uiuorum ſolatia,ut funeris apparatus, ſepulturæ cõſtructio,pretioſa exequiorũ pompa,& in his eccleſia non tenetur.nume.2.ibid.

Expenſæ, & melioratio an repetantur à bonæ fidei emptore in caſu reſtituendæ rei.num.9.deci.93.pag.210.

¶Expreſſum particulariter non continetur ſub uerbis generalibus.nume. 8.deci.159.pag.369.

¶Extenſio nõ fit in correctoriis,etiam ex identitatis ratione. limita ut ibi. nu.23.deci.155.pag.377.

¶Extrauagãtes ſunt factæ in anno Domini 1312. numero 52. deciſio.130. pag.321.

FAcultas an perdatur per nõ uſum. nu.6.deci.134.pag.333.

¶Falſitatis iudicium motum contra teſtes,uel contra principalem,dũ pendet, facit ſuperſederi in cauſa principali, ne ſententia proferatur.nu.1. deciſi.25.pag.85.

Limita in Regno procedere in cauſa etiam poſſeſſorii propter pragmaticam,quod cauſa perdatur,ubi quis producit falſos teſtes:quare cogruit expectari finem falſitatis, ut ſciatur de amiſsione cauſæ.num.2.ibi.

Falſitatis iudiciũ retardat cauſam principalem in ſententia, non autem in concluſione.nu.2.ibi.

Limita ſecundo dummodo illi teſtes faciant probationem neceſſariam: nam ſi præter eos,qui de falſo redarguuntur, remanerent in ſufficienti numero,

numero,non ſuſpenditur ſententia. nu.3.ibi.pag.85.& 86.

Limita tertiò,dummodo non appareat accuſationem fieri malitioſe patenter,& non præſumpte.nu.4.ibidem. pagi.86.

Limita quartò,dummodo accuſator ſe nimium arctauerit tardando accuſationem poſt concluſionem : nã tunc non differtur deciſi.numero 5.& 6. ibidem.

Falſitatis crimen habet ſpeciale, quòd ſuſpicio habetur pro ueritate:ſi ad ſit aliqualis diffamatio. numero 4. deciſi.30.pagi.106.

Falſificanti literas Papæ utrũ detur pœna mortis.nu.6.ibid.

Falſum teſtem ſcienter producens, uel articulum,uel ſcripturam:uel eis fuerit uſus in Regno,ipſo iure amittit cauſam,licet ſecus de iure communi.nu.1.deci.67.pag.159.

Falſos teſtes,& articulos producens,licet euitauerit uſum, non propterea falſi pœnam euitabit.numero 6.ibi. pagi.160.

Falſum ignoranter uel errore commiſſum in facto alieno uel proprio, in eo caſu quo præſumitur probabilis ignorantia, excuſat à pœna quia falſum non committitur abſque dolo. nu.7.ibid.

Falſum teſtem producens ſuper falſo articulo euitat pœnam renunciãdo uſui dicti teſtis,præcedente tamen aduerſarii proteſtatione, quia præſumitur error, ſecus ſi aduertentia propria renunciet,quia declarat dolum habitum in falſitate.numero 9. ibi.pag.161.

Falſum contractum dicens ad finem impediendæ reaſſumptionis, non debet declarare ſpeciem falſitatis, ſed capitur informatio ſuper concernẽtibus reaſſumptionem. numero 1.& 4.deci.79.pag.185.

¶Famæ cauſa, & cauſa uitæ æquiparantur.num.7.deci.5.pag.30.

¶Familiares alicuius epiſcopi gaudẽt priuilegio fori competente ipſi epiſcopo, non ſic in aliis priuilegiatis. nu.1.deciſi.12.pag.50.

Familiaris alicuius temporalis gaudet priuilegio Domini,durante tempore ſui famulatus.num.2.ibi.

¶Fatalia nõ currunt in Sacr.Conſi.nu. 5.deciſi.109.pag 237.

¶Fœmina eo ipſo quòd habilitata eſt ad ſuccedendum uigore inueſtituræ dicentis quòd hæredes utriuſque ſexus ex acquiſitoris corpore deſcẽdentes, uidetur etiam habilitata ad præſtandum adoham ſeu admittendum ſubſtitutum.nume.16.deciſi.10. pagi.45.

Fœminæ tertii ordinis, uel ſorores ſancti Franciſci, & ſancti Hieronymi Neapo.exeuntes de Monaſt.in feudo ſuccedunt.numero 13.deciſi.115. pagi.250.

Fœminæ de iure communi ſuccedunt una cum maſculis.nume.3.deci.159. pagi.364.

¶Feuda & caſtra licet mutent Dominos,& perſonas poſſeſſorum, tamẽ ſunt eadem.numero 6.deciſo.1.pagi.9.

Feudum & caſtrum eſt homo mutus & ſurdus utens miniſterio ſui feudatarii, ut uice ſua tanquam organum & pica ſe gerat.numero 8.deciſi.1.ibidem.

Feudum de ſui natura diuidi non poteſt,ut inde legitima trahatur : ſed ſi fuerit feudum nouum emptum per patrem,tunc legitima capietur in pe

 cunia

cunia de eſtimatione feudi.nume.3.6.&7.deciſ.2.pag.16.

Feudum eſt quid hæreditarium, ex quo uenit in reſtitutione fideicommiſsi. nu.4.deci.2.ibid.

Feudum imputatur filio in legitimam. nu.5.deci.2.ibid.

Feudum fœminæ tranſit ad monaſterium durante uita monialis, ex quo ſemel fuit habilitata.nu.9.deciſio.10. pag.44.

Feuda dantur pro militari ſeruitio.nu. 14.ibi.pag.45.

Feudum monialis uita durante ſtabit apud Monaſterium quo ad commoditates.nu.17.ibi.

Feudum datum ſine aſſenſu regio non tenet.numero tertio.deciſio.11. pagi.47.

Feudum trãſit ad Monaſterium,ſaltem quo ad commoditates durante uita uaſſalli: quando ſeruitium põt æque præſtari per Monaſterium, ſicut poterat per ipſum uaſſallũ: fallit ſi deberetur militia, quia tunc nõ tranſit etiam momento.nume.1.& 3.deciſi. 31.pag.107.

Feuda perduntur per ingreſſum religionis.nu.2.ibi.

Feudum, quod nõ poteſt pertinere niſi ad hæredes ſanguinis: ut Regnum, Ducatus, & Baronia,non tranſit ad Monaſterium, ſed remanet ſuo generi, ut fuit in beato Ludouico.nu. 4.ibid.pag.108.

Feudũ dignitatis, quod non tranſit niſi ad heredes ſanguinis,non tranſit ad Monaſterium etiam quo ad commoditates durante uita ingreſsi.nume. 5.ibidem.

Feudum ſi eſt exiguum, non præſtatur ſeruitium militare integrum, ſed fit ſolutio in pecunia.numero 3.deciſi 31.pag.110.

Feudum debet aſcendere ad ſummam unc.xx.ut præſtetur integrum ſeruitium militare.nu.5.ibi.

Feudum, quod non habet uaſſallos,nõ dat nobilitatem.numero 11.ibidem. pagi.111.

Feudum hæreditarium poteſt alienari etiam in præiudicium agnati.niſi pacto fuerit alteratum inter ſe.numer. 2.deciſi.64.pagi.153.

Feudum francum nũquam dicitur, niſi expreſſe apponatur in inueſtitura uerbum quòd ſit francum. nu.4.ibi. pagi.154.

Feudum francum poteſt eccleſiæ in teſtamento relinqui.nu.5.ibi.

Feudi legati inualide debetur pretiũ. nu.6.ibid.

Feudum hæreditarium poteſt alterari in ſua natura per conuentiones, & refutationes factas à feudatariis inter ſe.nu.8.ibi.

Feuda quæruntur priuilegio,ſucceſsione, & inueſtitura præſumpta:ut quia quis tenuit feudum per xxx.annos faciendo ſeruitium.numero 13.deciſi. 77.pag.182.

Feudum non poteſt haberi per filium, niſi ſit patris hæres.numero 2.deciſi. 97.pag.217.

Feudum licet à creditoribus capi & uẽdi poſsit conſuetu.uel ſtatuto: tamẽ dominus directus offerre & redimere poteſt ab ipſis creditoribus.nu.7. deci.99.pag.219.

Feudum uenditum reuocari poteſt per uenditorem, poſito quòd poſtea ſequatur aſſenſus.numero 1.deci.100. pag.220.

Feudi alienatio facta in augmentũ feudi de-

di de iure communi non requirit aſſenſum: at in Regno etiam in melius non licet alienare ſine aſſenſu. nu.3.ibi.pag.221.

Feudum, ſeu res in feudum ſi detur ad annuum redditũ:res ipſa dicitur cẽſualis, & non feudalis.numer.4.deciſi.103.pag.224.

Feudum conceſſum tibi, & cui dederis, tu potes alteri dare uigore illius inueſtituræ: nec huiuſmodi poteſtas expirat morte concedentis.nume.8. deci.121.pag.167.

Feudum quaternatum, uel non quaternatum an deuoluatur ad Baronem ſeu ad Regem, ſi ſubfeudatarius cõmiſerit crimen in Regem.nu.8.dec. 162.pag.420.

Feudalis cauſa procedit ſicut iudicium ordinarium: nam in ea datur libera, iuratur de calumnia, appellatur, & recuſatur iudex ut ſuſpectus.num.4. deciſi.186.pag.482.

¶Feudatario caſtri mortuo, rerum etiã particulariũ poſſeſsio durat penes ipſum caſtrum.numero 9.deciſio.1. pagi.9.

Feudatarius, qui alias eſſet inhabilis, ſi per inueſtituram uocatur ad feudũ, & ſic admittitur ad ſeruiendum per ſubſtitutum: licet alias ex natura feudi non admitteretur: & tũc feudum dicetur non habere propriam naturam feudi.numero 3.deciſione 31. pag.107.& 108.

Feudatarius poteſt meliorare feudum ſine domini uel agnatorum uoluntate: & non deteriorare.num.5.deciſi.156.pag.381.

Feudatarius, imo ſubfeudatarius ſi renunciet feudum Domino immediato, non requiritur in huiuſmodi ceſſione regius aſſenſus, cum non ſit quaternatum, ſed planum factũ alienabile per alienationem primam regiam factam dicto Domino.num.13. ibi.pag.382.

Feudatarius non ligius, nec ſubditus ratione domicilii, uel originis committens crimen contra Regem, non tenetur læſæ maieſtatis: ſicut fuit in Rege Roberto cum Imperatore.nu. 12.deciſi.162.pag.421.

Feudatarius, & ciuis iurantes Domino fidelitatem in quo differunt.nu.14. ibid.pag.421.

Feudatarius habens feuda hæreditaria implicans ſe multis debitis, & deinde inſtituat ſibi hæredem extraneũ omiſſo filio, uel fratre: ſi hæres inſtitutus adeat cum beneficio inuentarii, filius uerò, uel frater inueſtiantur in feudis, quis ex ipſis teneatur ad æs alienum. numero 3.& 5.deciſio. 199.pagi.513.& 514.

¶Fideicommiſſum non agnitum, ſeu bona hæreditaria tranſmittuntur ad filios, etiam ſi clauſula codicillaris ſit in teſtamento. numero 5.deciſio. 89.pagi.204.

¶Fideiuſſor unus ex pluribus habentibus beneficiũ diſcuſsionis, poteſt antequam conueniatur, iudicis officium implorare, ne exigatur ultra ſuam ratã aliis exiſtentibus ſoluendo.nu.3.deci.18.pag.64.

Fideiuſſoribus relaxati quando poſsit inquiſitus in criminibus, in quibus imponitur pœna corporis afflictiua. numero ſecundo.& 7.deciſi.30.pagi.105.

Fideiuſſoribus non committ tur inquiſitus propter ſceleris magnitudinẽ. nu.5.& 7.ibi.pag.106.

Fideiuſſor opponẽs exceptionem diſcuſsionis non factæ contra principalem non auditur, ſi in iudicio contra ſe intẽtato fiat plena fides, quòd principalis non eſt ſoluendo. nume. 3. deciſ. 54. pag. 143.

Fideiuſſores, & mandatores in quibus æquiparantur. numero 2. deciſi. 180. pagi. 464.

¶ Filiæ fœminæ de paragio dotatæ nõ ſuccedũt extantibus maſculis in Regno, ſi ſunt ex eodem matrimonio geniti, nã ſi ex diuerſo, & mater inteſtata decedat, æqualiter fœminæ cum maſculis ſuccedent. numero 3. deciſi. 92. pag. 208.

Filiæ fœminæ faciunt partem, & augẽt numerum filiorum ſtante ſtatuto, ꝙ excludantur à ſucceſsione propter maſculos: ſed utrum in dote conſtituenda, quàm conſtituta. numero 4. deciſi. 158. pag. 389. & deciſi. 211. numero 6. pagi. 556.

Filia fœmina in bonis ſitis extra diſtrictum Neapoli. ſuccedit una cum maſculis: ſecꝰ in bonis in ciuitate Neapo. iuxta eorum conſuetudines. nume. 1. deci. 159. pag. 394.

Filia minor paſſa ſe à patre, uel fratre dotari, unde priuatur à ſucceſsione dotantis in feudo, an reſtituatur facta maior infra quadriennium. num. 15. ibi. pag. 399.

Filia fœmina excluſa per ſtatutum, ꝙ extantibus maſculis &c. utrum dicatur eſſe in patris poteſtate. nu. 2. & 5. deciſ. 176. pag. 449.

Filia excluſa ꝑ maſculos à ſtatuto præterita per patrem non poteſt rumpere teſtamentum. nu. 3. ibi.

Filia excluſa per ſtatutum, & per renunciatiõe an pariter procedat quoad transmittendam dotem filiis ſuis, & non patri. nu. 8. ibi. pag. 451.

Filia, cui debetur legitima, ſeu in Regno paragium, ingrediens aliquam religionem utrum petet dotem ſibi promiſſam cauſa maritagii. num. 4. deciſi. 204 pag. 532.

¶ Filiorum appellatione, quando ueniunt nepotes. numero 8. deciſio. 21. pagi. 77.

Filius maſculus in ſtatutis non excludit ſororem, quia filius ſimpliciter: ſed quia filius maſculus, quæ qualitas maſculus non tranſit in neptem. eo. nu. ibid.

Filii hæredes tenentur alere matrem poſt mortem patris de iure communi, & in ciuitate Neapo. de iure municipali, iuxta quod nõ tenentur extranei alere uiduam, etiam infra annum reſtituendæ dotis exiſtentis in rebus mobilibus. limita niſi mulier eſſet inops, nec haberet unde ſe aleret, tunc hæredes uiri tenentur ſibi dare tantum de dotibus, quòd ex eo poſsit ali, nec non poteſt ſibi dici, tu habes patrem, alaris à patre, nu. 1. & 11. deciſi. 24. pag. 82.

Filius in lite cõtra patrem an teneatur petere ueniam, & an ea omiſſa iudicium ſit nullum. numero 6. deciſ. 56. pagi. 146.

Filius, qui pœnam ueniæ commiſiſſet, ſi ſupplicauerit Principi contra patrem uel auum, & Princeps cõmiſiſſet cauſam, utrum uideatur diſpenſare. nu. 7. ibi. & pag. 147.

Filiusfamilias, qui donat cauſa mortis, debet eius ætatis eſſe, cuiꝰ eſſe oportet, ſi teſtari uelit, dummodo interueniat curatoris authoritas. num. 9. deci. 73. pag. 176.

Filius pupillus conductoris mortui repudiando hæreditatem cum authoritate

titate tutoris: & ſic locator alteri locaret, ſi deinde pupillus reſtituatur aduerſus repudiationem, non reſtituitur ad conductionem, ſed ut à cõductione liberetur. numero 5. deciſi. 87. pag 200.

Filius uaſſalli de uaſſallagio moleſtari non poteſt, ſi quæſtio uaſſallagii patri, dum uixit, mota non fuerit. num. 14. deci. 118. pa. 258.

Filii ſuccedentes matri ſunt hæredes uniuerſales excluſo auo materno. nume. 14. deci. 176. pa. 453.

Filii ſuccedẽtes uniuerſaliter matri decedentes poſtea infantes an trãſmittant dotem maternam ſiue hęreditatem ad patrem non aditam per ſe, nec per patrem nomine infantium. nu. 15. ibid. pa. 453.

Filii filię morientis ante patrem ſuccedũt in dote materna ex generali cõſuetudine, non tamen tanquam matris hæredes, ſed an imputent in legitimam auitam. numero 24. & 25. ibid. pa. 457.

Filiorum fauore, uel matris cauſa dos materna datur eis ex conſuetudine generali. nu. 28. ibi. pa. 458.

Filius filiæ moriẽtis ante patrem factus de ordine minorum an ſuccedat in dote materna. numero 29. ibidẽ. pagina 459.

Filius filii naturalis, aut ſpurii una uncia relinqui poteſt ab eorum auo paterno, ſtante etiam legitima prole. nu. 5. deci. 181. pa. 472.

Filius legitimus eſt, qui ex uiro, & uxore eius naſcitur. nume. 2. deci. 194. pagina 499.

Filius legitimandus conſentire debet ſuæ legitimationi. numero 4. ibidem.

Filius præteritus etiam ſi teſtamentum approbet, adhuc inſtitutus poſſet cõtratabulare, quando eſſet inſtitutus in minori parte, quàm uirili. num. 8. ibidem. pa. 501.

Filii fratrum uel ſororum ſuccedunt in capita patruo uel auunculo. nu. 26. deci. 208. pa. 537.

¶ Fiſcus pfertur priuato in bonis quæſitis poſt hypothecam tacitam: ſecus ſi priuatus ſit etiam priuilegiatus, ut pupillus. numero 12. deciſio. 129. pagina 296.

Fiſcus, & reſp. idem ſunt. nu. 14. deciſio. 130. pa. 304.

Fiſcare ſeu cõfiſcare omnia bona quibus iudicibus licet. num. 40. ibidem. pag. 314.

Fiſcus inter duos priuatos iudex eſſe poteſt, niſi quæſtio depẽderet à cauſa non fiſcali. numero 2. deciſio. 197. pagina 507.

Fiſcus euicto feudo per ſe dato tenetur prouidere feudatario de excambio. nu. 8. ibid. pagi. 509.

¶ Forenſes uendentes, aut ementes aſtringuntur ad ſolutionem gabellæ nuper impoſitæ. nume. 7. deciſio. 148. pag. 361.

¶ Fratres tertii ordinis in feudo ſuccedunt. num. 3. deciſi. 10. pag. 43.

Frater accuſat fratrem in crimine læſæ Maieſtatis. numero 58. deciſio. 130. pag. 322.

Frater inſtitutus in legitima tantũ portione ſuccedit pro uirili parte ſorori ab inteſtato decedenti una cum fratribus hæredib⁹ uniuerſaliter inſtitutis à patre. numero. 9. deciſione 158. pag. 392.

Frater primogenitus, qui habet feudum præcipuum, & partem in

bonis burgenſaticis, tenetur in oneribus hæreditariis pro rata contribuere, etiam ratione feudi, in quo ſolus ſucceſsit. numero 1. deciſio. 198. pag. 511.

¶ Fraus præſumitur in donatione tribus concurrentibus, uidelicet donatio omnium bonorum, coniunctæ perſonæ, & ſpes nulla procreandi liberos. numero 2. deciſio. 85. pagina 190.

¶ Fructus intelliguntur deductis expenſis. num. 1. deci. 20. pag. 69.

Fructuum appellatio debet intelligi nõ deductis expenſis, ubicunque uertit fauor animæ uel piæ cauſæ. nume. 8. & 9. ibid. pag. 70.

Fructus in aliqua parte ſoluendi, & non uniuerſaliter ex conuentione, debentur expenſis non deductis. nume. 11. ibi. pag. 71.

Fructuum appellatio ubicunque refertur ad quotam partem, intelligitur expenſis non deductis. numero 12. ibi.

Fructus omnes obligati quando intelligantur expenſis deductis. nume. 13. & 16. ibid.

Fructus, quos aliquis percepit etiam mala fide ultra ſumptus in re factos, habent extenuare debitum. num. 11. deci. 93. pag. 210.

Fructus percepti pendente iudicio ſuper hypothecaria ueniunt iudicis officio. numero 2. deciſio. 177. pagina 460.

Fructus percepti à tempore rei iudicatæ pendente reuiſione appretii facti mediante decreto, cuius debeant eſſe. diſtingue, ut ibi. num. 12. deci. 202. pag. 522.

¶ Funeris impenſa circa Prælatum in Regno partim fit ab eccleſia de ſpoliis: partim ab hæredibus patrimonii. numero 3. deciſio. 84. pagina 189.

¶ Furnum uel molendinum conſtruere uolens an poſsit in præiudicium aliorum ibidem furnos habentium. num. 26. deci. 209. pag. 546.

¶ Fur puniri debet ubi captus eſt cum re furtiua, etiam ſi eodem die caperetur, quo furtum factum eſt. nume. 1. deci. 104. pag. 225.

Fur captus cum re furtiua in alio loco, quàm in eo, in quo furatus eſt, poteſt ratione nouæ cõtractationis in loco capturæ puniri, & ſic non remittitur. num. 2. ibid.

Furtum Neap. commiſſum punitur per Capitaneum Puteolanum: non obſtante quòd illomet die furti Neap. facti apud Puteolos contractaſſet & uendidiſſet, & in loco contractationis per unum diem reſidentiam nõ feciſſet. nu. 3. ibi. pag. 226.

G

Abella ſeu tributum de fructibus ſoluenda, debet intelligi deductis expenſis. num. 8. deciſi. 20. pagina 70.

Gabella noua exacta reſtitui debet tanquam indebite exacta, & imponentes non ſunt ſine peccato. num. 2. deci. 148. pag. 360.

Gabella utrum imponi poſsit aliquibus contradicentibus. numero. 5. ibidem.

¶ Generalis petitio non debet attendi ſtante diuerſitate proſecutionis. nume. 6. deci. 11. pag. 48.

Generalis renunciatio extenditur etiã ad exceptionem, poſito quòd illa exceptio ſola competebat. num. 6. deciſio. 88. pag. 203.

¶Gratia facta per Proregem, ſiue conceſsio ad beneplacitum regium, & ipſi⁹ Proregis, an expiret finito Proregis officio, uel per mortem Regis. num.1. deci.136.pag. 335. ſupple in uer. priuilegium.

Gratia facta ad beneplacitum Roma. Pont. reſpicit dignitatem & non perſonam, & ſic non extinguitur per mortem concedentis. numero 3. ibidem.

Gratia conceſſa per Summum Pontificem ad beneplacitum noſtrum & Apoſtolicæ ſedis, utrum expiret per mortem Papæ. numero 8. ibi. pagina 337.

HAbitus & tonſura reſumpti non ſufficiunt, ut clericus cenſeatur ille, qui primò pro laico habebatur. num.5. deci.161. pag. 416.

¶Hæreditas uacans quando dicitur, & practica diſcuſsionis in dando curatore dictæ hæreditati. nume. 6. deci. 87. pag. 200.

Hæreditate uacante finiuntur & extinguuntur omnia etiam ad hæredem tranſitoria, fallit in pignore. num.7. ibid.

Hæreditas iacens repræſentat perſonã defuncti, & poteſt incidere in pœnas ex contractu defuncti legales, ſiue conuentionales: ſed an detur reſtitutio. num.9. ibid. pa. 201.

Hæreditas capti ab hoſtibus adiri non poteſt, ſi de morte ſua dubitatur. nu. 10. deci.194. pag. 501.

Hæreditas antequam poſsit adiri, explorandum eſt de morte. numer.11. ibidem.

¶Hæres uicti turbans uictorem poteſt compelli per ſententiam ſuper uti poſsidetis latam contra prædeceſſorem. numero 1. & 12. deciſio. 1. pag. 8.

Hæredis poſſeſsio eſt noua poſſeſsio. num.13. deci.1. pag. 10.

Hæres de iure canonico tenetur exonerare conſcientiam ſui defuncti. num.13. deci.4. pag. 23.

Hæres ſanguinis tãtum ſuccedit in feudis: nam hæredis appellatione is tantum uenit. numero 8. deciſio. 10. pagina. 44.

Hæredes uiri extranei de iure communi tenentur uxori ad alimenta, ſi uolunt gaudere annali dilatione, dummodo non habeat uxor unde ſe alat de introitibus ſuis. nume. 2. deci.24. pag. 82.

Hæredis eſt electio ſoluere dotem, an dare alimenta infra annum. num.6. ibi. pag. 83.

Hæres tenetur ad alimenta, ſi mulier non habet aliunde, poſito quòd habeat patrem etiam diuitem. num.7. ibi. pag. 84.

Hæredes uiri quare poſſunt uxori dicere in ciuitate Neapol. & non alibi, tu habes patrem diuitem, alaris à patre. nu.12. ibi. pag. 85.

Hæredes plures unius uaſſalli, qui diuiſiſſent ſibi feudum, dabunt unum de ſeipſis ad ſeruitium domino præſtandum. numero. 4. deciſio. 32. pagina 110.

Hæres creditoris poteſt accuſare de periurio debitorem, ex quo non obſeruat ei tanquam filio & hæredi dicti creditoris: non autem accuſare poteſt de eo, quòd non obſeruauit defuncto. numero 1. deciſio. 75. pag. 177.

Hæredes iurantis an ligentur iuramento, & quid ſi quis iurauit pro ſe & hęredibus ſuis. numero. 4. ibid. pagina 178.

Hæredi deliberãti in hæreditate iacẽte quod tẽpus ſtatuatur à lege & an per iudicẽ minuatur, ut deueniri poſſit ad dationem curatoris. numer.3. deci.87.pag.199.

Hæres inſtitutus in teſtamento minus ſolenni,quo ad animam retinet hæreditatem,tamen conuentus in iudicio condemnatur ad reſtitutionem: niſi adſit clauſula codicillaris probata per duos teſtes. nume.3. deciſi. 89.pag.203.

Hæres reſtituitur ex perſona defuncti num.2.deci.109.pag.136.

Hæredi non nocet, licet pro confeſſo defunctus habeatur. nume.26. deci. 121.pag.271.

Hæres aſſaſsini tenetur reſtituere pecuniam ſeu bona, quæ peruenerunt ad manus defuncti,etiã lite non conteſtata cum defuncto: licet in aliis non teneatur. nume.27. deciſio.155. pag.379.

Hæredes an teneantur alere ſpurios, adulterinos, uel natos ex quocunq; coitu.num.3.deci.164.pag.427.

Hæredes utrum ligentur ex contractu ſocietatis iuratæ per defunctum. nu. 5.deci.174.pag.442.

Hæredes tenentur ad pœnam, uel intereſſe damni emergentis, & lucri ceſſantis contrauenientes aduerſus contractum ſui defuncti. numer.11. ibi.pag.444.

Hæredes,& eorum bona potuerunt obligari per defunctum. numer.15. ibi. pag.445.

Hæredes poſſunt obſcurare ædes legatas, ſed non in totum eleuando ædes depreſſas, quæ ſibi remanſerunt.nu.2.deci.187.pag.483.

Hæres primogenitus punitur in ſubſidium, etiam pro parte tangente ſecundo genitum in ære alieno propter non confeſſionem inuentarii deficiente. nume.2. deciſio.198. pagina 515.

Hæres grauatus à defuncto, ut aliquid ſoluat,& moneretur à iudice per decretum,ut impleat,ſi ſtat per annum, & non impleuit,priuatur commodo teſtamenti. numero 5. deciſio. 205. pag.534.

¶Hæretici notorii eligunt Pontificem, & eliguntur, nam ab electione non repelluntur Cardinales excommunicati,interdicti,& ſuſpenſi:& ſi notorii ſunt.nume.6. deci. 114. pagina 244.

¶Homines tranſmutantur in naturam regionis & loci, ubi uiuendo frequentant: ſicut plantæ tranſplantatæ.num.36.deci.130.pag.314.

Homo an ſit in fructu, puta ſi eſt fructus uaſſalli.num. 4.deci.184.pagina 480.

¶Hypothecaria non tollitur,niſi ſecuta ſolutione: etiam ſi fuerit iudicatum ſuper debito.numero.2.deciſio. 33.pag.112.

Hypothecaria facit quòd res ſit in obligatione, pecunia uerò in ſolutione: non enim poteſt ita conuentus compelli ad ſolutionem inuitus per ſententiam latam in hypothecaria. num.4.deci.41.pag.122.

Hypotheca primi creditoris ementis rem à debitore utrum extinguatur. num.5.deci.42.pag.126.

¶Originale dicitur ſumptum à protocollo.nu.3.deci.40.pa.121.

PActum ualet inter eum qui dotem promittit, & uirum, quòd donec dos in pecunia ſoluatur,debeāt uiro ſolui tot pro centenario mēſe quolibet,ſi uir ſolitus ſit negociari, uel ponere pecuniam ad lucrum, & ſuſtinet onera matrimonii.nu.4.deci.65.pag.156.

Pactum apponi poteſt in qualibet traditione rei.numero 2.deciſio .135.pagina 334.

Pactum,per quod inducitur perpetua priuatio libertatis, non ualet.nu.4. ibidem.

Pactum à trāſactione longe differt.nu. 14.deci.156.pa.383.

Pactum de non petēdo factum ſine aſſenſu domini circa feuda nō tenet. nu.19.ibid.pa.385.

Pactum de futura ſucceſsione uiuentis certo modo diſponenda an non ualeat,& firmetur iuramēto,& an poſſit fraus ineſſe. num.10.deciſio.159. pagi.396.

Pactum per quod aufertur alicui libera teſtandi facultas,etiam per indirectum non ualet.num.6.deciſi.174. pagi.442.

Pactum ualet,quòd ſocietas infra certū tempus non diuidatur.nu.7.ibidem. pagi.443.

Pactum de non petēdo non facit quærere ius in re, ſed actionem perſonalem.numero 4.deciſio.142.pagina 475.

¶Papa eſt dominus omnium eccleſiarum. numero 1.deciſio.16.pagina 60.

Papa non poteſt committere alienationem fieri bonorum eccleſiarum ſine urgenti cauſa,niſi de plenitudine poteſtatis.nu.2.ibid.

Papa poteſt alicui libere donare aliquā bona eccleſiæ,& præſumitur motus ex iuſta cauſa,& ſatis eſt tutus accipiens,quo ad eccleſiam militantem, cum nemo poſsit in hoc Papam redarguere,poſito quòd cauſa legitima non ſubeſſet.numero 5.& 6.ibidem.

Papa cōmittente felloniam cōtra uaſſallum eccleſiæ,eccleſia nòn priuabitur iuriſdic.ſua.idem in Rege.nu. 35.deci.69.pa.169.

Papa electus per duas partes Cardinaliū,is abſq; ulla exceptione ab uniuerſali Eccleſia Romanus Pontifex habeatur.numero 5.deciſio. 114. pagi.244.

Papa Regi Vngariæ, qui patri ſucceſſerat in Regno,imponit pœnam priuationis Regni, dum non uult obſeruare uotum à patre factum.nu.3. deci.121.pag.266.

Papæ Camerarius dicitur Primipilarius,ſeu generalis theſaurarius. nu. 15.deci.129.pag.297.

Papæ Vicarius in terris Eccleſiæ, ut dominus Camerini, & ſimiles, ſunt loco Præfecti prætorio.numero 46. deci.130.pag.318.

Papæ an ſit obediendum imminente peccato. numero 5. deciſione. 132. pagina 330.

¶Parochianus Sacerdos exiſtens extra territorium ſuæ Parochiæ,poteſt etiam ſuum Parochialem ubicunque

cunque confitentem audire, & abſoluere.nu.15.deci.203.pa.529.

¶Paria ſunt inſtrumentum liquidum, & de breui liquidandum.nu.2. deci.47.pag.133.

Par in parem non habet Imperium.nu.9.& 11.deci.27.pag.91.

Pares eſſe non poſſumus potentioribus, quia ubi leo tenet pedem, cætera animalia quieſcunt.nu. 35.ibid. pag.97.

¶Pars petens edi originale inſtrumentum,quod uult redarguere de falſo, non cogitur declarare in qua parte uult falſum dicere.nume.10.deciſi.5. pag.31.

Partes debent dare ſuſpectos in electione aſſeſſoris, nec ſufficit dare confidatos:ſi tamen darentur ſuſpecti & confidati: iudex non arctaretur ad eligendum de confidatis: ſatis enim eſt quòd non eligat de ſuſpectis.nu.8.deci.138.pag.344.

Pars maior uniuerſitatis præfertur in his,quæ ſunt communia pluribus ut uniuerſis,& quando ſtatuit quod eſt utile uel neceſſarium. nume. 6.deci. 148.pag.360.

¶Pater donans filio uidetur etiam donare uſumfructum,niſi in inſtrumento reſeruauerit ſibi in caſu neceſsitatis,& inopiæ, quid ſi præcederent merita. & quid in aliis caſibus.num. 3.deci.56.pag.146.

Pater eſt legitimus adminiſtrator filiorum & nepotum, exceptis bonis, in quibus patri non quæritur uſusfructus.nu.4.ibid.

Pater non eſt filii legitimus adminiſtrator in his,in quibus nō habet uſumfructum,nec patris authoritas in his ſupplet defectum curatoris.numero 10.deci.73.pag.176.

Patris culpa nocet filio in eo,quod debet habere filius poſt patris mortē. nu.33.deci.121.pag.273.

Pater an teneatur dotare filiam ſpuriam.nu.2.deci.164.pag.426.

Pater ſoluendo dotem ſi ſtipulatur ſibi, & hæredibus ſuis reddi in omnem caſum reſtitutionis dotium an impediat conſolidationē fieri in filiam.nu.17.deci.176.pag.454.

Pater filiorum filiæ morientis ante patrem lucratur dotem maternam ipſorum morīetium ſibi ſolutam: promiſſam uerò diuidit æqualiter una cum ſocero.numero 30. & 34.ibid. pag.459.

Pater non poteſt inuitis filiis ius patriæ poteſtatis ſoluere:ita nec filios inuitos ſub poteſtate redigere. nume.9. deci.594.pag.501.

Pater confitens emiſſe domum de pecunia filiorum exiſtentium in poteſtate præſumitur donare: quod non licet, niſi tempore confeſsionis appareat filios edoctos alicuius exercitii, quod uerſimiliter potuerunt lucrari pecuniam in inſtrumento contentam.numero 19.deciſio. 203. pag.530.

¶Patriæ proditor ad finem, ut auferat à Principe, dicitur committere crimen læſæ Maieſtatis.nume. 4.deciſi. 130.pag.301.

¶Patriarcha ſubeſſe debet Archidiacono in territorio ipſius Archidiaconi.nu.25.deci.27.pag.95.

¶ Patronus ſuccedit in bonis liberti morientis ſine liberis quando non extant pater liberti uel alii aſcendētes.nu.2.deci.210.pag.551.

¶Pecunia, & labor recipiunt diuiſionem.nu.1.deci.125.pag.283.

Pecuniæ appellatione comprehenduntur

duntur res omnes.numero 22.deci. 155.pag.377.

Pecuniam recipiens pro faciendo eo, ad quod gratis tenebatur, turpiter recipit.numero 44.deciſio. 159. pagina 413.

Pecunia recepta pro eo, quod gratis fieri debebat, turpiter dicitur recipi.nu.17.deci.180.pa.470.

Pecunia ſeu pretium licet ſuccedat loco rei: tamen res non ſuccedit loco pretii.numero 17.deciſi. 194. pagina 503.

¶Pœna corporalis etiam minima, eſt maior quacunque pœna pecuniaria. nu.5.deci.5.pag.30.

Pœna pecuniaria ſubrogata ſeu mutata de pœna corporali utrum ſit Baronis, uel alterius domini iuriſdictio nis.numero 12.& 18.deciſio. 27. pagi.92.

Pœnarum commutatio aut fit ex uoluntate, puta quòd ex meritis proceſſus debet mori, tunc per Baronem commutatio in pecuniam fieri non poteſt: aut ex neceſsitate, & minorari pœna poſſet ex aliqua iuſta cauſa, puta in homicida ſponte confeſſo ad ſui defenſionem: & tunc pœna capitalis mutaretur in pecuniam. nu.14.& 17.ibid.

Pœnæ condemnationum, & bona confiſcata ſunt fructus iuriſdictionis.nu. 15.ibid.

Pœnæ pecuniariæ pro debitis impoſitæ non ſunt de mero imperio, & ideo ſunt domini iuriſdictionis, excepta pœna confiſcationis bonorum, uel niſi quis habeat merum Imperium in feudo. numero 17.ibi, pag.93.

Pœna ciuilis pecuniaria, propter impotentiam non ſoluentis ut luatur in corpus, iudicabitur à iudice criminali, licet ſi poſſet ſoluere iudicaretur à iudice ciuili.nu.19.ibid.

Pœna ipſo iure incurſu intelligitur ſecundum iura ciuilia, & canonica mediante ſententia declaratoria. nu.2. deci.112.pag.239.

Pœna ſemper eſt commenſuranda delicto.nu.5.deci.126.pag.285.

Pœna minor imponitur, ubi proceditur ex præſumptione.nume. 15. ibid. pag.286.

Pœna l.Iuliæ maieſtatis in primo capite quæ ſit, & quæ in ſecundo capite. nu.18.deci.130.pag.307.

Pœna capitalis de iure communi commutatur in publicationem bonorum in Regno circa crimen læſæ Maieſtatis.nu.25.ibi.pa.311.

Pœna læſæ maieſtatis complectitur hodie filios & nepotes. nume. 51.ibid. pag.320.

Pœna quæ ſit contra ciues non præſtantes auxilium officialibus inſultatis.nu.4.deci.149.pag.362.

Pœna deportationis hodie non eſt in uſu, & eius loco ſtabitur pœnæ ſtatuti, quæ deficiente pœna erit arbitraria conſueta; licet in Regno Siciliæ ſit in uſu propter inſulas. num.2. deci.153.pag.368.

Pœna damnationis in metallum non eſt hodie in conſuetudine, ſed eius loco ſuccedit damnatio ad triremem.nu.3.ibid.pag.369.

¶Pœnitentia in delictis quando prodeſt, & quando punitur.nu.20. deci. 155.pag.377.

¶Penſiones domorum adiudicatarum perceptæ per conuentum lite pendente an ueniant in dicta adiudicatione, uel augeant pretium domorum.nu.1.deci.177.pag.460.

Penſiones

Penſiones beneficiorum an regulentur ut fructus ipſorum beneficiorũ, ſeu ad inſtar beneficiorum. nume.1.deci. 200.pag.514.

Penſio, quæ ſoluitur de redditibus alicuius eccleſiæ, cenſetur dari pro iure temporali eccleſiæ, non ſpirituali. nu.2.ibid.pag.515.

Penſiones non ueniunt appellatione beneficiorum eccleſiaſticorum, cum nullam ſpiritualitatem habeant in ſe, ſed ſunt quid mere temporale. nu.3.ibid.

¶ Periurii & abrenunciationis probatio facienda eſt coram iudice, qui de cauſa cognoſcit. nume.5. deciſio.112. pag.240.

¶ Perſona non intelligitur extrinſecus, niſi de ipſa fiat mentio. nume.3. deci.73.pag.175.

Perſona eſt dignior cæteris rebus. nu. 3.deciſi.162.pag.419.

Perſona non capitur, donec bona reperiantur, uel niſi cederet bonis, nu. 4.deci.169.pag.436.

Perſona deficiente, quæ eſt cauſa priuilegii immediata, tunc res reducitur ad ius commune. numero 27.deciſi. 176.pa.458.

¶ Petitorii ſuſpenſio, quæ non poteſt in cauſa principali fieri poſt concluſum, fieri poteſt in appellationis cauſa: nec non & in tertia inſtantia. nu. 6.deci.35.pag.117.

Petitorii ſuſpenſio, quæ poſt concluſum in cauſa fieri non poſſet, cum non poſsint aliquæ fieri probationes, minime fieri poſſet, quando per beneficium reſtitutionis in integrum in aliquo caſu reſtituibili fieri poſſent probationes. nume. 3.deci.157.pag.387.

¶ Plenitudo poteſtatis non procedit à Principis conſiſtorio. nume.7.deciſi. 47.pag.132.

Plenitudo poteſtatis eſt arbitrii plenitudo nulli neceſsitati ſubiecta, nulliſque iuris regulis limitata. num.11. deci.166.pag.431.

Poſſeſſore à me ui, clam, aut precario rem ipſam in alium alienante, poſſum cõtra ſucceſſorem agere interdicto, ſicut poterã cõtra authorem. nu.4.dec.1.pag.8.

Poſſeſsio transfertur cum ſua cauſa, ſuiſque uitiis, & qualitatibus. num. 5. deci.1.ibid.

Poſſeſsione probata non tenetur agẽs probare titulum, niſi poſſeſsio ſit recens. idem ſi poſſeſsio ſit antiqua & habet præſumptionem contra ſe, ut puta litem, & competitorem in eadem re. numero 4.5.6.7.8.& 9.deci. 6.pag.32.

Poſſeſsio quando recens, & quando antiqua dicatur. numero 10. ibidem. pag.33.

Poſſeſſorium retinendæ differt à iudicis officio procedentis armorum timore. nu.1.deci.13.pag.51.

Poſſeſsio non transfertur per actus fictos, puta conſtitutum à tutoribus pupillorum. numero 11. deciſio.14. pag.56.

Poſſeſſor qui melioramenta fecit, poteſt rem melioratam retinere, donec ipſa melioramenta conſequatur. nu.7.deci.17.pag.63.

Poſſeſſorio intentato per ſpoliatum, qui paſſus eſt diſcuti de exceptionibus conuenti, concernentibus dominium uel quaſi, unde ſuccubuit in prima inſtantia, poteſt in ſecunda petere ut ſolum pronuncietur ſuper

Poſſeſſorio per ſe intentato, ſuſpenſo petitorio in exceptionibus deducto. nu. 1. & 11. deci. 28. pag. 100.
Poſſeſſorio & petitorio ſimul intentatis ab eodem in eadem inſtantia, poteſt actor petere petitorium ſuſpendi uſque ad concluſionem in odium ſpoliantis ſaltem odioſi. nu. 2. ibid. pag. 101.
Poſsidere & non poſsidere quando habilitet aliquem ad proponendum poſſeſſorium. numero 8. ibidem. pagina 101.
Poſsidere aliud eſt, & aliud in poſſeſſione eſſe. nu. 6. deci. 55. pa. 145.
Poſſeſſorium iudicium, & iudicium ꝙ altera pars ſit in poſſeſsione lite pendente, differunt in aliquibus inter ſe. nu. 8. ibid.
Poſſeſsio uel quaſi in iuribus incorporalibus ut quæratur, an requiratur ſcientia eius, ad quem ſpectabat, aut ſaltem poſſeſſoris. nume. 1. deci. 57. pag. 148.
Poſſeſſorio agenti ſpoliato an opponatur reſtitutio facta per capitula pacis à Rege ſtante ipſorum ualiditate. nu. 6. deci. 69. pa. 164.
Poſſeſsio poteſt ex interuallo recuperari datis qualitatibus, de quibus ibi. nu. 31. ibi. pag. 167.
Poſſeſsio continuari poteſt lite pendente, non propterea dicitur innouari. nu. 3. deci. 72. pag. 174.
Poſſeſſorio recuperandæ ad Caſtrum extra territorium agentis exiſtens opponitur exceptio dominii. nume. 2. deci. 77. pag. 180.
Poſſeſsio quæ infringit poſſeſsionem, non iuuat poſſeſſorem, niſi de titu. doceatur. nu. 3. ibid.
Poſſeſsio uel quaſi poſſeſsio ſine titu. in quibus caſibus non releuat poſſidentem. numero 7. ibidem. pagina 181.
Poſſeſſor malæ fidei ſpoliatus non agit contra ſpoliantem malæ fidei poſſeſſorem: quia in pari cauſa potior eſt conditio poſsidentis. nume. 11. ibid.
Poſſeſſor tertius poteſt hypothecaria conueniri, poſito, quòd prius ſit cõuentus principalis actione perſonali. nu. 2. deci. 80. pag. 186.
Poſſeſſorio & petitorio cumulatiue intentatis poteſt iudex ſuper poſſeſſorio tantum pronunciare liquidato, ſuſpenſo petitorio nondum claro. numero 6. & 16. deciſio. 86. pagina 192.
Poſſeſſoribus adinuicem concurrentibus in poſſeſsione, capitur informatio ſummaria uſque ad teſtium aperturam incluſiue, quorum depoſitionibus uter appareat poſsidere manu tenetur in poſſeſsione. nume. 1. deci. 96. pag. 214.
Poſſeſſorium retinendæ ordinarium, & officium iudicis extraordinarium an proponi poſsint poſt litis conteſtat. nu. 10. ibid. pag. 216.
Poſſeſſor quilibet habet ius offerendi. nu. 6. deci. 99. pag. 220.
Poſſeſſor cœnaculi licet contra quemlibet extraneum agere poſsit interdicto uti poſſ. tamen contra dominum ſoli minimè, niſi oſtendat ſe habere iuſtè cœnaculum. nume. 7. deci. 117. pag. 253.
Poſſeſsio, uel quaſi iurium incorporalium tranſit per ſolum priuilegium numero 9. deciſione 121. pagina 267.
Poſſeſſorio recuperandæ agenti, & iuſtificanti

ſtificanti ſuam poſſeſsionem ex priuilegio non opponi poteſt exceptio de proprietate. numero 27.ibidem. pag.271.

Poſſeſſorio adipiſcendæ agenti opponitur exceptio proprietatis, cuius probatio fiat incontinenti.nume.28. ibid.pag.272.

Poſſeſſorio retinendæ non obſtat exceptio proprietatis. numero 30.ibi.

Poſſeſsio non dicitur libere tradita iuxta contractum, ſi in ipſa ſit ſeruitus, quia tunc agetur ad intereſſe totale, quaſi res tradita non eſſet. numero 15. deciſione. 187. pagina 488.

Poſſeſſor non oſtendens priuilegium ſeu conſuetudinem an poſſeſsione debeat exui lite pendente.nu. 6.deciſi.189.pag.492.

Poſſeſsio, uel quod quis poſſederit aliquando, non præſumitur, niſi probetur, quia poſſeſsio conſiſtit in facto, ſecus eſt in proprietate.nume.7. ibid.pag.492.

Poſſeſsio ſola quando procedat contra proprietarium in iudicio proprietatis, licet de titulo clare non conſtet.nu.10.ibi.pag.493.

Poſſeſſorium ſummarium an competat pendente iudicio retinendæ. nu. 1.deci.209.pag.541.

In poſſeſſorio ſummarie intentato pẽdente lite is uincit qui poſsidebat tempore litis conteſta. numero 3. ibidem.

Poſsidens ius uectigalis non poteſt expelli donec iudicetur ſuper petitorio.num.8.ibi.pag.543.

Poſſeſsio quæ eſt tanti temporis acti ad præſcriptionem complendam, contra ius commune, opitulatur ad manutẽſionem, & præſcriptionem.nu. 9.ibidem.

Poſsidens duo beneficia incompatibilia debet uno ſpoliari antequam inquiratur de titulo. numero. 12. 18. ibidem.

Poſſeſsione priuari non debet quis pendente lite ſuper ualiditate priuilegii, uel an fuerit conceſſum. nu. 13.ibi.pag.544.

Poſſeſsio longiſsimi temporis facit præſumi bonam fidem. num. 19.ibi.pag. 545.

Poſſeſsio ſeruitutis releuat poſſeſſorem ab onere probandi. numero.21. ibidem.

Poſſeſſorio agi poteſt licet acquiſitio dominii impediatur.numero 22.ibidem.

¶Poteſtates non poſſunt ſibi uicarios eligere de iure, niſi forte ex aliqua conſuetudine, uel ratione impedimenti. numero 2. deciſione 151.pagi.365.

¶Precarium ſine cauſa non reuocatur cum damno recipientis precarium. nu.5.deci.116.pag.251.

Precarium operatur, ꝙ creditor authoritate propria poſsit ingredi poſſeſſionem cõtra tertium poſſeſſorem. num.8.deci.182.pag.475.

¶Præceptum guarentigiæ operatur, & idẽ ac ſi factum fuiſſet in iudicio, quæ fiunt in omnibus inſtrumentis, in quibus ſemper Iudices Neapoli, interſunt, numero 6.deciſio.73.pagi.176.

¶Prædeceſſoris delictum acquirentis feudum, uel officium nocet ſucceſſoribus filiis: ſed utrum noceat agnatis in feudo antiquo: & quid ſi nominatim datum ſit patri & filiis.nume. 31.deciſi.121.pagi.272.

¶Præfecti prætorio quam poteſtatem

habeb

habebant in prouinciis ſibi deputatis. numero 45. deciſio. 130. pagina 317.

¶Prælatus diffamans trahi poteſt per reum diffamatum coram iudice ſeculari.nu.8.dec.18.pag.65.

¶Præſcribit debitor ignorans obligationẽ perſonalem,utputa hæres defuncti principalis debitoris. nu.10. & 11.dec.4.pag.23.

Præſcriptio perſonalis contra eccleſiam regitur per ius ciuile. num.11. & 15.deci.4.pag.24.

Præſcriptio uniuerſitatis aut populi nunquam incipit currere,niſi mortuis omnibus rei alienæ ſcientiam habentibus.nu.17.dec.4.ibi.

Præſcriptio.c.annorum,& ſic tanti temporis, cuius memoria non extat in contrarium,non requirit bonam fidem,imò mala non obſtat.num.20. dec.4.pag.25.

Præſcriptio excluſa nõ intelligitur de ea, cuius initii memoria non extat. num.eo.ibid.

Præſcribens non debet ſe fundare in ſola præſcriptione,ſed allegare titulum tanti temporis,cuius &c. ibi. num.21.pag.26.

Præſcriptio tanti temporis &c.eſt magis priuilegiata, quàm præſcriptio centenaria.eo.nu.ibi.

Præſcriptio centenaria contra ſe habens ius commune requirit tit.nume.22.ibi.

Præſcribens ſi allegat & producit nouos tit. præſumitur habuiſſe malam fidem.numero 13.deci.86.pag.164. & 165.

Præſcriptio ſeruitutis habentis cauſam diſcontinuam requirit tantum tempus, cuius initii memoria nõ extat. numero 9.deci.117.pag.254.

Præſcriptio.xxx.ann.& bona fides debet allegari.num.10.ibi.

Præſcriptio uſus inſigniorum in alieno territorio fit cum titulo per ſpatium quatuor annorum:ſed ſine tit. per tantum tempus, cuius memoria non extat in contrarium. nume. 8. dec.189.pag.492.

Præſcriptio centum annorum quomodo probatur.numero 2.dec.193. pag.497.

Præſcriptio nõ oppoſita in cauſa principali, in qua ſolum fuit oppoſita exceptio pacti,poteſt tamen opponi in cauſa appellationis.numero 3. deciſ.202.pag.518.

Præſcriptio eorum quæ ſunt contra ius commune requirit titulum, qui debet allegari, & probari.nume.15. deciſione.209.pag.544.

Præſcriptio ſeruitutum non requirit titulum.nu.16.ibi.

Præſcriptio in ſeruitutibus negatiuis nõ datur niſi à die prohibitionis. nume.25.ibi.pag.546.

Præſcriptio ex ſola patientia non datur cõtra eum qui non poteſt diſponere ſine certa ſolennitate.num.29. ibid.pag.547.

Præſcriptio iuriſdictionis licet nõ extendatur de una re ad aliam,extenditur tamen de perſona ad perſonam.nu.32.ibid.pag.549.

Præſentia includit actus intelligentiã. nu.3.deci.192.pag.496.

¶Præſes prouinciæ prohibetur in locis particularibus prouinciæ tenere officialem, qui ſuo nomine cognoſcat, quod hodie non ſeruatur. nu.34.dec.27.pag.97.

Præſes duarum prouinciarum expedire

dire poteſt negocia unius prouinciæ in alia propter connexitatem territorium, numero 8. deci. 151. pagina 366.
¶ Præſumitur quiſque uiuere uſque ad centum annos: licet in teſtamento ueteri uita fuerat 120. ann. num. 18. deci. 4. pag. 24.
Præſumitur conſenſus capituli ob antiquitatem. numero 1. deciſio. 16. pagina 59.
Præſumitur pro ſententia, à qua non eſſet appellatum. ibi.
Præſumptione ueriſimili contra agentem poſſeſſorio recuperandæ, quod poſſeſsionem, ad quam petit ſe reſtitui, occupauerat iniuſtè: quæ iniuſtitia conſtat ex eius aſſertione: reſtitutio non fit ei, niſi iuſtam probet poſſeſsionem. nume. 5. deci. 45. pag. 129.
Præſumitur quiſque ſcire id, de quo eſt publica uox & fama. numero 18. dec. 69. pag. 166.
Præſumptio, quæ pro ſententia eſſet, quando proceſſus non appareret, tollitur ex actorum inſpectione. numero 28. ibid. pag. 170.
Præſumitur cauſa iuſta: ſi reperitur teſtium commiſsio, uel examinatio. nu. 6. deci. 90. pag. 206.
Præſumptio uel côiectura uaſſalli offendentis Dominũ qualiter & quot modis inueniatur. num. 13. dec. 130. pag. 303. & 304.
Præſumitur quiſque deceſsiſſe ſine liberis: niſi contrarium probetur. nume. 11. dec. 159. pag. 397.
¶ Præuentioni locus eſt inter duos habentes æqualem iuriſdictionem. nu numero 11. dec. 27. pag. 91.
¶ Primipilaris hypotheca tacita præfertur omnibus creditoribus, etiam priuilegiatis habẽtibus expreſſam, quibus fiſcus non præferretur ſimpliciter. num. 13. deci. 129. pag. 296.
Primipilaris hypotheca tacite contrahitur in bonis in dotem primipilo datis ab uxore. nu. 14. ibi.
Primipilus quis proprie dicatur. numero 15. ibi. pag. 297.
¶ Primogenitus tenetur dare uitam & militiam fratribus ſuis, & quotam. nu. 8. dec. 158. pag. 392.
Primogenitus quando tenetur ad totum in ſubſidium facta diſcuſsione contra omnes alios fratres. num. 3. deci. 198. pag. 511.
¶ Princeps per ingreſſum ciuitatis principalioris alicuius prouinciæ apprehẽdendi cauſa poſseſsionem uniuerſalẽ cum iuriſdictionali apparatu: iam acquirit totius prouinciæ poſſeſsionem. numero 11. deciſio. 1. pag. 9.
Princeps iudicat ultra contenta in libello. nume. 25. deci. 10. pag. 46.
Principum ſeu regum diſpoſitio regulari debet ſecundũ legalem, ut proinde ſit, ac ſi à lege mentio facta fuerit. numero 6. deci. 20. pag. 70.
Princeps incipiẽs cognoſcere de cauſa uidetur ob hoc totum negotium ad ſe reuocaſſe perpetuo. nume. 3. dec. 22. pag. 79.
Princeps an & quando fuiſſet aliquid conceſſurus: attenditur communis ſtylus cancellariæ. numero 17. deciſio. 32. pag. 112.
Princeps ex cauſa utrum poſsit tollere ius alterius: cum in dubio præſumatur motus ex cauſa rationabili. nu. 13. deci. 51. pag. 140.
Princeps concedendo reſcriptum delegat

legatiuum ſupplicanti, uidetur facere habilem ſupplicantē ad agendum.nume.9.deci.56.pag.147.

Princeps Salerni, Princeps Biſiniani, & fratres fuerunt cauſa aduentus Regis Franciæ cum exercitu in occupatione regni. nu.4. deciſio.59. pag.154.

Princeps audientiam denegando, ſiue ſilentium imponendo ratione dominii dicitur, & ratione poſſeſsionis, quæ eſt debilior, aliàs eſſet abſurdum.num.11.ibi.pag.165.

Princeps de poteſtate ordinaria non poteſt tollere ius dominii ſine cauſa, ſicut ius poſſeſsionis.numero 13. ibidem.

Princeps pro facienda pace poteſt remittere iniurias, & damna ſubditis illata, & ſilentium perpetuum imponere.nume.23.ibi.pag 167.

Princeps dedit Auguſtæ priuilegia, quæ ipſemet habet. numero 7. deciſio.129.pag.296.

Principis collaterales parificātur principi quo ad pœnam offendentium eos, niſi fiat occiſio cauſa inimicitiæ priuatæ.nu.11.dec.130.pag 303.

Princeps concedendo poteſtatem generalē, uel ſpecialē officiali, quam poteſtatem dicitur conceſsiſſe. numero 44.ibi.pag.317.

Principis iuſſus, aut patris imperium, an inducant iuſtum metum. nu.33. dec.159.pag.409.

Princeps non poteſt rem priuati auferre ſine cauſa iuſta, ſcilicet cauſa pacis, quando pax aliter haberi nō poteſt: ſecus autem de plenitudine poteſtatis. numero 2. deciſio.166. pag.429.

Princeps de plenitudine poteſtatis poteſt nobis auferre dominium, etiam nulla cauſa ſuadente, tamen non ſine peccato.nu.9.ibi.pag.431.

Princeps nō dicitur poſſe illud, quod cum peccato poteſt.numero 12.ibi. pag.431.

Princeps utendo poteſtate abſoluta, & non ordinata contra hominem, qui ſua facta diiudicare nō poteſt, Deum habet ultorem.num.14.ibi.

Princeps ſeu magiſtratus donantes poſſunt donationem inſinuari facere coram ſe: & ipſam inſinuationem mandare fieri extra ſuum territorium.nu.17.dec.203.pag.529.

Princeps quando concedit uectigal omnibus ingredientibus ſuum territorium, talis lex prædio datur.nu. 27.deci.209.pag.547.

¶Prior in tempore potior in iure in pari cauſa.numero 11.deciſ.129.pagina 296.

¶Priuata perſona ſuſcipiens ex ſe magiſtratum, committit crimen uſurpatæ iuriſdictionis.nu.21.deci.130. pag.310.

Priuandus incontinenti, non priuatur, niſi poſt duas monitiones.nu.3. dec.205.pag.533.

¶Priuilegio Domini continenti clauſulam decreti priuatiuã: puta ſi ſecus attentatum fuerit ſit irritum & inutile: tunc per partes etiam conſentientes, uel ignorantes non poteſt renuntiari.nu.17.& 18. deciſ.19. pag.42.

Priuilegium emptionis alicuius ciuitatis emanatum à rege cum clauſula, quod derogetur omnibus etiam dotibus, & quod pro bono pacis fuit facta uenditio, ut de illa pecunia ſubueniatur bello, intelligitur

in dotibus non ueris. numero 12. deciſio.51.pag.140.

Priuilegium continens clauſulas abdicatiuas iurium aliorum, & beneficium.l. bene à Zenone. non præiudicat iuribus tertii, etiam ſi dicatur pro bono pacis factum, nu.14.ibi.

Priuilegium facit probationem euidentiſsimam.nu.5.dec.77.pag.180.

Priuilegium antiquum carens ſigillo quam fidem faciat. numero 3.dec. 86.pag.192.

Priuilegium ſi cauſatur ob perſonam, non tranſit ad hæredem: ſinautem ob læſionem, uel aliquam æquitatem, & tunc tranſit. nu.10.dec.109. pag.237.

Priuilegium ad beneplacitum conceſſum ſimpliciter, uel ob merita utrũ poſsit reuocari ſine iuſta cauſa: & an ueniat in generali reuocatione. nu.7.dec.116.pag.251.

Priuilegium uenditionis factæ per regem continens clauſulam cum regaliis, angariis, & perangariis, operatur quòd Baro poſsit exigere ſeruitia, quæ poterat Rex. numero 4. deciſ.118.pag.255.

Priuilegium, ſeu gratia utrum expiret per mortem cõcedentis, antequam uacauerit officium. num.7.dec.121. pag.267.

Priuilegium cõceſſum ſubdito poteſt etiam ſine cauſa reuocari: niſi datum ſit ob remunerationem. numero 15.ibi.pag.269.

Priuilegium recipit limitationes, quas recipit ius commune in materia, ſuper qua diſponit. nume.3. deci.122. pag.274.

Priuilegium continens clauſulam abdicatiuam cum decreto, operatur tantum ſeparationem iuriſdictionis: quod etiam de conſenſu partium renuntiari non poteſt. num.6. ibidem.

Priuilegium ſeu gratia conceſſa ad beneplacitum, uel gratiã cuius terminus eſt incertus, dicitur perpetua. nume.4.dec.123.pag.277.

Priuilegium cõceſſum ſubdito poteſt ad nutum regis reuocari, etiam cauſa non ſubſiſtente: niſi tranſiſſet in contractum, uel non ſit remuneratorium. nu.1.dec.176.pag.429.

Priuilegium eſt fauorabile, numero 2. dec.189.pag.491.

Priuilegium debet oſtendi etiam ab illis qui ſunt in uſu & poſſeſsione ipſius. nu.7.dec.209.pag.542.

Priuilegium uel conſuetudo quod nõ uendantur uel emantur uictualia niſi in certo loco uel pretio, uel quòd de operis unius artificis alter ſe non intromittat, ualet, licet pactũ non ualeat. nu.30.ibi.pag.548.

¶ Probationũ, & publicationis omiſſio non uitiat ſententiam: niſi repeṭiantur probationes factæ, etiã ſine dilatione. nu.31.dec.1.pag.14.

Probabilia ſunt, quæ ſunt ponibilia. nu.4.dec.15.pag.58.

Probationes plenæ fieri debent, unde competit etiam repulſa, in omnibus cauſis ſummariis, ut ſunt cauſæ poſſeſſorii, quæ non ſunt fauorabiles, ut alimentorum ex altera parte tantum. nu.2.dec.55.pag.144.

Probatio incontinenti facta poſt terminum, uel poſt paucos dies ualet. nu.3.dec.81.pag.186.

Probatio dilatoriarum exceptionum, contra quas actor oppoſuit, poteſt fieri etiam poſt terminum. nume.3. dec.

dec.83.pag.188.
Probatio ſimpliciter prolata non comprehendit probationē, quæ fit per iuramentum, ex quo ficta probatio reſultat.nu.3.dec.91.pag.207.
Probatio ſemiplena, uel pluſquam ſemiplena in delictis quid operatur. nu.14.dec.126.pag.286.
Probatio tanti temporis, cuius nō extat memoria in contrarium, qualiter fiat.nu.1.dec.193.pag.497.
¶Proceſſus ualet parte non appellante ab interlocutoria iudicis pronunciantis articulos etiam impertinentes non eſſe reiiciendos iuxta oppoſitionem factam.numero.10.deciſio.28.pag.103.
Proceſſus licet annulletur ex malè aditatis:tamen ex eo poteſt deueniri ad iudicandum ſuper anterioritate creditorum, ſi ita decernatur per iudicem.numero 4.deciſio.87. pagina.200.
¶Procurator in cauſa criminali ubicunque poteſt interuenire, debet de rato cauere, ſi de mandato dubitatur.nu.3.dec.5.pag.29.
Fallit in cauſa ardua, ut matrimonii. ibi.nu.4.pag.30.
Procurator conſtitutus ad recipiendum ſolutionem, non poteſt confiteri ſibi ſolutum à debitore : & ſua confeſsio non præiudicat domino: niſi ſit cum libera. numero 7.& 10. dec.16.pag.61.
Procurator uel adminiſtrator poteſt domino ſuo præiudicare in quærendis ex mora, non ex contractu. quid de aliis. nume.9.& 12.dec.18. pag.65.
Procurator non appellans in caſibus permiſsis prēiudicat ſuo principali.nu.6.dec.34.pag.115.
Procurator producens falſos teſtes ante litem conteſtatam uel poſt, exiſtens ſoluendo ſiue nō, habens mandatum generale ſeu ſpeciale, non præiudicat domino. numero 2.deciſio.67.pag.159.
Procuratoris ſcientia non conſtituit dominum in mala fide præſcribentem.nū.8.dec.86.pag.193.
Procurator uenditoris ad tradendam poſſeſsionem rei uenditæ an dicatur reuocatus ob mortem uenditoris ante traditionem. nū.2.dec.121. pag.165.
Procuratoris contumacia etiam uerà utrum præiudicet domino, quo minus appellare poſsit poſt decendiū: ſi de ſententia non habuit ſcientiā. nu.5.dec.139.pag.345.
Procurator an admittatur in cauſa criminali, quando pœna eſt corporalis.nu.6.dec.143.pag.353.
Procurator meus ſi pecuniam mutuatus eſt, impenſurus in mea negocia prodiderit eam ſine culpa, facit me teneri nomine mandati.nu.6.deci. 180.pag.466.
Procurator generalis ſoluendo debita domini ex ſua pecunia repetit à domino.nu.7.ibi.
Procurator in re feudali factus dominus litis per cōteſt.poteſt proſequi litem, etiam poſt mortem principalis.nu.1.deciſ.186.pag.482.
Procurator Cæſaris in quibus cauſis pōt eſſe iudex.nu.5.dec.197.pa.508.
Procurator Cæſaris in regno non poteſt eſſe iudex : etiā ſi directo fiſcus conueniretur.nu.10.ibi.
¶Producens teſtes, contra quos prætenditur falſitas, tenetur eos præſentare : aliàs corū depoſitiōibus fides nō adhibetur.nu.3.deci.60.pa.150.

¶Profeſsio fratris, uel ſororis tertii ordinis quo pacto fiat:& eius forma.nu.16.dec.115.pag.250.

¶Prohibitio alienationis facta per teſtatorem filio quando extendatur ad poſteros.numero 1.deciſio.108.pagina.232.

Prohibitio alienationis aliqua eſt impersonalis ſeu realis, aliqua perſonalis, aliqua perſonaliſsima.nu.2.ibi.pagina.233.

Prohibitio cũ cauſa uidelicet, ne exeat de familia, an extendatur uſque ad quartum gradum.nu.3.ibi.

Prohibitio alienationis ratione affectionis: puta turris, ſepulchri, uel domus, quæ fuit maiorum ſuorum, dicitur realis, & extenditur ad poſteros.nu.4.ibid.

Prohibitio alienationis facta hæredi utrum dicatur odioſa, uel fauorabilis.nu.15.ibi.pag.235.

Prohibita res alienari an permittatur permutari: & quid ſi minatur ruinam, & prohibitus ſit pauper.numero.17.ibi.pag.236.

¶Promittens factum alienum, puta quòd uniuerſitas ratificabit uere modis omnibus, & cum effectu faciet, & curabit, ita quòd poſſe ſuum non excuſetur, liberatur, ſi ratificatio ſequatur, etiam ſine decreto.numero 6.dec.93.pag.220.

Promittens aliquid facere tenetur taliter facere, quòd ſit ualidum de iure.nume.7.ibi.

Promiſsio ſecreta & non probabilis nec acceptata, debet haberi, ac ſi non eſſet.nu.9.dec.155.pag.374.

¶Pronomina meum, tuum, ſuum, & noſtrum ſemper in dubio concernunt perſonas. numero 2. deciſio 136.pagina.335.

Proprietas dicitur relicta relicto fundo pluribus, ut inde percipiant alimenta.nu.5.dec.188.pag.489.

Proprietarius inuito uſufructuario poteſt acquirere ſeruitutem in fundo.nu.4.dec.156.pag.380.

¶Proteſtatio actoris petẽtis debitum in hæreditate, quòd ſi in futurum appareret de aliquo iure ſibi competente in dicta hæreditate, quòd ſibi eſſet ſaluum: non implicat contrarietatem. numero 3.deciſio.70.pagina.172.

¶Prouentus criminales licet de iure ſint Regis: tamen hoc non procedit in Caſtris, & terris Baronum.nu.4.deciſio.185.pag.481.

¶Publicanus habens ius exigendi gabellam in loco, oſtendit imperium & præeminentiam.numero 32.dec.27.pagina.96.

Publicanus agens ad pœnam fraudati datii non auditur quòd quaſi ſit in poſſeſsione datii: niſi de titulo doceat.nu.8.dec.77.pag.181.

¶Publicatione teſtium facta coram arbitris, expiratóque compromiſſo, & cauſa introducta coram iudice, utrum ex partibus altera poſsit alia inuita examinare nouos teſtes.numero.1.& 3.dec.47.pag.131.

Publicatio requiritur in cauſis, in quibus proceditur ſine figura iudicii: ſi enim non publicarentur teſtes, & eorum dicta, non poſſent impugnari.nu.3.deci.55.pag.144.

¶Pupillus ſicut nec alienare, ita nec legatum repudiare poteſt. num.13.deciſio 18.pag.65.

Pupillorum res ſine decreto an poſſint alienari pro maiori pretio: & an ob dictam cauſam iuſtè interponatur.nu.1.deci.113.pag.241.

Pupil

Pupillaris rei alienatio quot habet requiſita.nu.6.deci.113.pag.242.
Pupillaris res alienari non poteſt ſine ſolennitate, nec cum ſolennitate, niſi in caſibus permiſsis,inter quos eſt ob periculũ amiſsionis rei propter Tyrannos circunſtantes. numero.10.ibi.pag.243.
QVarta legatorum ad pias cauſas eſt duplex:altera parochialis,altera epiſcopalis.numero 1.deciſio. 23.pagina.80.
Quartæ Parochialis, & Epiſcopalis differentia.nu.2.ibid.
Quarta Parochialis petitur ab herede, Epiſcopalis autem ab Eccleſia legataria.nu. 3.ibi.
Quarta Epiſcopalis non detrahitur demiſsis legatis, nec derelictis ad perpetuum cultum diuinum.nume. 4.ibi.pagina.81.
REbellis imperii an quis reputari debeat,antequam feratur ſententia condemnatoria.numero 16.deciſio.130.pagi.306.
¶Rector eccleſiæ recipiens canonem ab emphyteota pro emptore præterito præiudicat eccleſiæ ſuper caducitate rei. Quid in aliis iuribus. numero.10.11.& 14.deciſio.18.pagina.65.
¶Recuſans iudicem,qui tulit ſententiam contra ſe in alia cauſa,poteſt petere terminum ad probandum grauamen doloſe illatum indicta ſententia. numero 4. deciſio 147. pagina 358.
¶Regius aſſenſus ſi ſit generaliter conceſſus alienationi, poteſt alienatio cuicunque fieri, uel quando in inſtrumento debiti eſt data poteſtas capiẽdi authoritate propria, uendendi & alienandi, & Rex ſimpliciter aſſentit. numero.10. deciſio.51.pagi.139.
Regius aſſenſus non requiritur ubi in inueſtitura fuerat adiecta clauſula ad uendendum & alienandum inter uiuos,& in ultima uoluntate.nume.3.deci.64.pagi.153.
Regius aſſenſus faciens mentionem de inſtrumento uenditionis uiſo, probat inſtrumentum. nume.1.deciſio 86.pagi.191.
Regius aſſenſus ſuperueniens poſt uenditionem reuocatam non reperit materiam in ſtatu ualidãdam. nume.5.deciſio 100.pag.221.
Regius aſſenſus in teſtamento poteſt impetrari etiam poſt mortem teſtatoris. numero 1.deciſio. 115. pagina.247.
Regius aſſenſus præſtari non poteſt in alienatione mortuo alienante, niſi hæres conſentiat, & ſuper iſto aſſenſu alius impetretur aſſenſus. nume.4.pagi.248.
Regius aſſenſus factus Titio, quòd alienet feudum,prodeſt heredi Titii decedentis ante alienationem: & quid ſi moriatur Rex ante alienationem:an requiratur nouus aſſenſus.nume.11.dec.121.pag.268.
Regius aſſenſus domini an requiratur in alienatione feudi facta in augmentum feudi,uel habiliori ad ſeruiendum . numero 3 . deciſio. 156. pag.380.
Regius aſſenſus ſemel præſtitus in conceſsione feudi pro dote non requiritur amplius in reſtitutione fienda per ſolutionem matrimonii. nu.12.dec.182.pag.476.
Regius aſſenſus retrotrahitur ad tempus contractus:& ſic creditor hypothecarius, aſſenſu ſaluo præfertur

emptori poſteriori cum aſſenſu.nu me.16.ibid.pag.477.
Regius aſſenſus an requiratur in con ſtitutione procuratoris in cauſa feu dali. numero 2. deciſio. 186.pagina.482.
¶Regiſtrari non faciens priuilegium infra tempus ſtatutum propter ſpolium,tempus non currit,ſicut quando datur ad iurandum fidelitatem, non currit non poſsidenti. numero 5. deciſio.86.pag.192.
¶Regnum transfertur ſucceſsione iure hæreditario, non autem electione. numero 13. deciſio.121. pagina.269.
¶Religioſus poſt promotionem ad epiſcopatum quicquid acquirit acquirit eccleſiæ, ad quam promotus eſt, & non primo monaſterio.nu.5. deciſio.200.pag.515.
¶Remiſsio fieri debet, quando per conductorem non ſtat quominus utatur re conducta: niſi renunciatum ſit omni legum auxilio: uel niſi impedimentum procedat à caſu fortuito.nume.8.dec.87.pag.200.
Remiſsio mercedis non fit conductori propter clauſulas & renuntiationes inſtrumenti: uel ſi non probauerit diminutionem introitus conſueti ultra dimidium cauſa mortalitatis inſolitæ. numero 1. deciſio. 88.pag.202.
¶Renuntiatio cum iuramento facta poſt ſpoliationem,licet non impediat reſtitu. poſſeſſ.tamen pactum iuratum de non agendo, ſeu non petendo reſtitutionem obſtat agenti poſſeſſorio. numero 8. deci.69. pag.164.
Renuntiatio generalis poſt ſpeciales caſus expreſſos trahitur ad omnia alia remedia cōpetentia ſaltem expreſsis non maiora: niſi prolata ſit cū ſigno uniuerſali, puta quoſcunque &c.nu.5.dec.88.pag.203.
Renuntians liti antequam pars ſciuerit,uel ratum habuerit pœnitere poteſt.nu.4.dec.133.pag.331.
Renuntians liti & cauſæ an uideatur renunciare iuri, ſicut inſtantiæ. nu. 17.dec.156.pag.384.
Renuntians beneficio,ſed non in manibus ſui ſuperioris, non poteſt eccleſiam ſeu beneficium ipſum repetere.nume.18.ibi.
Renuntiatio ſucceſsionum facta per mulierē bene clauſulata,inter quam ſunt uerba ex linea auita,utrū complectatur ſucceſsionem auūculi.nu. 4.deciſio.159.pag.395.
Renuntiatio ſucceſsionum generalis an complectatur ſucceſsionem uiuentis in fraudem: cum ſolus erat coniunctus inter contrahentes.nu. 13.ibi.pag.398.
Renuntiatio quælibet futuræ ſucceſſionis habet in ſe tacitam cōditionem,ſi deferatur.nu.14.ibi.
Renuntiatio generalis non extenditur,niſi ad ius competens ex cauſa de præſenti.nu.19.ibi.pag.402.
Renūtiatio exceptioni doli mali, conditioni indebiti, & omni legū auxilio quid operatur.nume.43.ibid. pag.413.
Renuntiatio compenſationis extenditur ad debita præterita, & non futura.nu.8.dec.167.pag.434.
Renūtiatio facta per filiam nocet nepotibus, ſed in Regno non poteſt hoc euenire,quia filia dotata, & ex ea deſcendentes repelluntur à ſucceſsione.nu.12.dec.176.pag.452.
Renuntiatio filiæ facta patri cum clauſulis

ſulis opportunis, & maximè quòd pater diſponere poſsit de bonis renuntiantis ad ſuæ libitum uoluntatis, rumpi non poteſt; etiam ſi maſculorum contemplatione facta dicatur. nu.1.&.3.dec.190.pag.494.
Renuntiatio filiæ facta patri quando dicatur facta contemplatione maſculorum.nu.2.ibi.
¶Repulſa teſtium reſpectu perſonarum, & dictorum nō admittitur tertio comparente ad impediendum executionem, quo caſu debet ſummaria informatio capi, & conſtare de iure opponentis.num.4.dec.55. pag.144.
Repulſa non concernens cōtumeliam perſonarum an ſit odioſa.nume.5. dec.62.pag.152.
Repulſa contra ſcripturas præſentatas ante lit.conteſt. non cōceditur poſt publicationē in cauſa: ſecus ſi præſentatę fuiſſent poſt datum terminum ad repulſam teſtium.nume.3. dec.68.pag.161.
Repulſa concedi non debet facta concluſione, licet reſciſſa per beneficium primum ad pinguius probandum.nume.1.dec.157.pag.387.
Repulſa conceditur ex cauſa cōtra teſtes examinatos ante concluſionem & poſt, propter beneficiū petitum ad pinguius probandum.nu.5.ibi.
¶Reſcriptum debet continere ea quæ potuiſſent mouere Principem ad non concedendum, uel ad difficilius concedendum.numero 13.dec. 32.pag.111.
Reſcriptum continens aliquid falſum, quòd ſi fuiſſet expoſita ueritas, multo fortius Princeps cōceſsiſſet, non uitiatur.nu.16.ibi.
Reſcriptum & decretatio intelligitur & refertur iuxta ſupplicata. nume. 6.dec.47.pag.132.
Reſcriptum continens aliquid fieri copulatiuè, utrum uerificetur in altero tantum. numero 1.deciſio.140. pag.346.
Reſcriptum concedens dari debere capitula, quæ poſtea reperiātur diuerſa, quid operatur: & ſecundum quam formam dari debent impetranti.nu.1.dec.163.pag.424.
¶Reſtitutio petita ſuper executione dilatoria uel declaratoria non concernente merita cauſę, concedi non debet.nume.9.dec.13.pag.53.
Reſtitutio, nec ſupplicatio impediunt executionem ſententiæ Principis. nu.2.dec.53.pag.142.
Reſtitutio non datur in odioſis : ſed utrum ad reprobandum teſtes.nu. 4.dec.62.pag.152.
Reſtitutio facta uaſſallo per Principem occaſiōe pacis extēditur etiam ad bona per fiſcum alienata, licet non exprimatur, poſito quòd ſint feudalia.numero 22.deciſio.69.pagina.166.
Reſtitutio ad probandū an detur poſt quadriennium minori uel eccleſiæ. nu.3.dec.109.pag.236.
Reſtitutio pro modica læſione non competit, ſed pro enormi.numero 9.ibi.pag.237.
Reſtitutio nō datur ad obiicienda crimina aduerſus aduerſarium ad pœnam ſeu uindictam, limita ut ibi.nu. 10.deciſio.127.pag.289.
Reſtitutio cōcedi debet, ita quòd per eam non præiudicetur alicui actui, aduerſus quem reſtitutio dari non debet.nu.2.dec.157.pag.387.
Reſtitutio utrū competat mulieri aduerſus renūtiationem proter enor-

men læſionem ſtãtibus clauſulis inſtrumentorum & iuramentis, quorum obtinuit habilitationẽ. nu. 10. dec. 159. pag. 403.

Reſtitutus ſubfeudatarius ad gratiã regis offenſi, dicitur reſtitutus ad feudum Baroni quæſitum ob dictã offenſam: niſi Baro feudum alienaſſet ante reſtitutionem. nume. 9. deci. 162. pag. 420.

Reſtitutio iterata in una eademq́; cauſa, num cõcedatur. nume. 2. deci. 165. pag. 427.

¶Retentio pro alio debito non oppoſita, magis prodeſt cõdẽnato quàm oppoſita. nume. 2. deciſione. 119. pagi. 260.

Retineri quando poteſt una res pro altera. diſtingue ut ibi. nume. 5. ibidem.

Retentio multoties permittitur, quando nõ datur actio: ut in legato relicto in teſtamẽto minus ſolenni. nume. 8. ibi. pag. 261.

¶Reuocari nõ poteſt ſine cauſa quod conceſſum eſt ad beneplacitum. nume. 1. dec. 116. pag. 251.

¶Reuocatoria rei alienatæ in fraudẽ non procedit, niſi probetur emptorem participaſſe de fraude. nume. 9. deci. 128. pag. 292.

¶Reus cõuentus ab aliquo tanquam Prælato pro fructibus ſeu iuribus Eccleſiæ poteſt excipere dicendo, tu non es Prælatus, nec in poſſeſſione prælaturæ. nume. 2. deciſione. 6. pag. 32.

Reus examinatus in cauſa principali non tenetur reſpõdere in cauſa appellationis ſup eo, quo fuerat aliàs interrogatus. nume. 3. deciſione. 15. pag. 58.

Reus conuentus ſuper l. diffamari remitti debet ad ſuum iudicem. nu. 1. & 16. deci. 18. pag. 64.

Reus exceptione tutus, antequam cõueniatur iudicis officium implorare poteſt, ut imponatur actori ſilentiũ. nume. 4. ibi.

Reus futurus petens teſtes examinari ad futuram rei memoriã, poteſt coram iudice ſuo actorem futurũ trahere. nu. 5. ibi.

Rei plures diuerſi fori coguntur apud eundem iudicem litigare in cauſis connexis. nume. 2. deciſio. 122. pagi. 274.

Reus diſceſſurus, & abfuturus conuentus ſeu cõueniendus ab aliquo creditore, an teneatur dimittere procuratorem in cauſa ardua, & abſentia neceſſaria. nume. 1. deciſi. 123. pag. 275.

Reus cogitur edere probationes & inſtrumenta contra ſe in cauſa capitali, & ſic arma ſumuntur de domo rei. nume. 3. deciſione. 127. pagi. 288.

Reus, qui ſumptibus ſuis acta recollegit à notario deperditis originalibus, tenetur edere parti ſumptibus reſtitutis. nume. 7. deci. 127. pagi. 289.

Rei conuenti plures inter quos ſit aliquis foro priuilegiatus in cauſa hypothecaria, tenentur cõparere citati, omiſsis priuilegiatis in foro ſuo. nume. 1. deciſio. 173. pag. 439.

¶Rex non cogitur recipere pecuniam, ſi nollet feudatarius perſonaliter ſeruire, quia aliud pro alio &c. nume. 15. & 18. deciſione. 10. pagi. 45.

Rex eſt lex animata in terris. nume. 7. deci. 20. pag. 70.

Rex

Rex ſolus, ad quem ſpectat indicere bellum, poteſt creare capitaneũ ſeu Ducem exercitus. nume. 4. deciſ. 27. pag. 90.
Rex aut Princeps poteſt Caſtrum ſitũ in confinio debile & non aptum ad bellum dirui facere à fundamentis. nume. 7. ibi. pag. 91.
Rex pro bono pacis reſtituit bona rebellibus reuocando alienata per fiſcum. nume. 1. deci. 69. pag. 163.
Rex ſucceſſor an teneatur ſeruare data per eius prædeceſſorem. nume. 1. deci. 121. pag. 265.
Rex Aragonum non poſſet facere filium naturalem legitimari per Papam in præiudicium alterius conſanguinei, cui conſuetudo Regnum defert Rege, decedente ſine filiis legitimis. nu. 4. ibi. pag. 66.
Rex, aut Regina utrum habeat tacitam hypothecam, ut fiſcus. nume. 6. deci. 129. pag. 295.
Reges Siciliæ nõ habentes licite Regnum, incidunt in leg. Iuliam Maieſtatis, & condemnantur ab eccleſia Roma. nume. 9. deciſione. 130. pagi. 303.
Rex ſi emit feudum non indiget alterius aſſenſu. nume. 12. deciſi. 156. pagi. 383.
Regi atteſtanti ſe alienationem facere ob cauſam neceſſariam, an creditur in præiudicium demanii alicuius terræ. nume. 7. deciſio. 166. pagi. 430.
Rex non poſſet uaſſallos ſuos demaniales alienare in Baronem, ut ſint eius perangarii. nu. 10. deciſio. 168. pag. 437.
SAcrum Cõſilium pronunciauit aduerſus conſilium ſubſcriptum per Alexan. de Imo. & Franc. de Aretio, & plurimos famoſos doct. nume. 2. deci. 78. pag. 183.
¶ Salarium, prouiſio, & domus officiali dari ſolita utrum diuidatur accedente altero officiali deputato per alium Dominum eiuſdem loci. nume. 20. & 21. deci. 27. pag. 94.
Salarium aut debetur ſolũ ratione laboris, aut eius cauſa non eſt labor, ſed dignitas & induſtria. nume. 12. ibidem.
Salarium nõ debetur officiali, niſi pro tẽpore, quo ſeruiuit. nu. 4. 5. 6. & 7. dec. 125. pag. 283.
¶ Scientia officialis in iuribus incorporalibus quærẽdis an ſufficiat, uel utrum requiratur Imperatoris ſcientia. nu. 2. deci. 57. pag. 148.
Scientia & mandatum utrum præſumatur in cauſa quæ fit cum impenſa litis. nu. 11. deci. 86. pag. 194.
Sciens & non reuelans quando punitur ut faciens in crimine læſæ Maieſtatis. nume. 65. deci. 130. pag. 323.
Scientia ſola delicti futuri utrum puniatur. nume. 2. deci. 149. pag. 362.
Scientia non probabilis de proditione parata contra Principem nõ punitur. nu. 10. deci. 155. pag. 374.
¶ Scriptura, quam oportet coadiuuari teſtibus, & de per ſe fidem non faceret: ſi teſtis diceret ſe non recordari, uitiatur. nume. 7. deciſi. 29. pag. 104.
Scriptura, quæ eſt penes partem, non ea quæ eſt penes notarium, ſi fuerit perdita, ſtatur iuramento perdentis. numero 4. deciſio. 40. pagi. 122.
¶ Secundogenitus, & alii poſt primogenitum in feudo ſolum ſuccedentem debent habere uitam & militiam, quæ eſt perſonalis, & extinguitur

tur cum perſona.nu.8.deciſio.2.pagi.16.

¶ Seditioſi qui ſint,& qualiter puniendi.nu.3.deci.130.pag.301.

Seditioſi cōcitantes rumorem ſtudioſe,puniuntur eorum pœna:ſecus ſi per accidēs tumultus incideret.nume.5.ibi.

¶ Sententia lata cōtra defunctum poteſt exequi contra hæredem, tamen citatũ,& hoc in aliis iudiciis, quàm in interdicto retinendi,quod quidem limitatur,niſi hæres conueniatur in intereſſe paſſo ex turbatione defuncti.nume.14.& ſeq.deciſi.1.pag.10.

Sententia lata contra ius litigatoris, ſi non appellatur debet executioni mandari.nu.16.deci.1.ibi.

Sententia de exequendo aliam ſententiam eſt interlocutoria habens uim diffinitiuæ regulatam iuxta naturam diffinitiuæ. nume. 21. deciſio. 1. pagi.11.

Sententia de exequendo aliam ſententiam ſi non recipit appellationē à prima,ita nec à ſecunda.nume.23. deci.1.pag.12.

Sententia poteſt ferri contra aliquos ex pluribus conuentis ſimul & ſemel,& quoad alios non ſuper re diuidua.nume.1.deci.8.pag.38.

Sententia lata contra prædeceſſorem quando noceat ſucceſſori alicuius caſtri ex cauſa deuolutionis.nu.17. & 23.deci.10.pag.72.

Sententia lata contra unum ex duobus Dominis alicuius caſtri adinuicem litigantibus ſuper iuriſdictione,non præiudicat hominibus eiuſdem caſtri.nu.18.ibi.

Sententia lata contra authorem ante tranſlationem nocet ſingulari ſucceſſori.nu.30.ibi.pag.75.

Sententia transfert quaſi dominium, & quaſi poſſeſsionem in uictorem: & hoc in corporalibus,ſicut iura-mētum.nume.26.& 27.ibidem. pagi.74.

Sententiæ duæ quando ſic ſe habent, quòd ſecunda eſt executio primæ:ſi non poteſt appellari à prima,ita nec à ſecunda.numero 2.deciſio.34.pagi.114.

Sententia Principis etiam de plenitudine poteſtatis,& cũ clauſula ſupplentes &c.lata ſine cauſæ cognitione, & ſine partis citatione non tenet.nume.26.deci.69.pag.169.

Sententia ſaltē declaratoria debet interuenire,ubi quis feudo priuatur. nume.29.ibi.pag.170.

Sententia debet mentionari in priuilegio aduerſarii:ne aliquo tempore poſsit ſurreptitium allegari.nu.14. deciſio.86.pag.195.

Sententia,executoriale, uel proceſſus expediti contra principalem, non poſſunt exequi contra tertios poſſeſſores in hypothecaria, uel utili actione.nu.1.deci.91.pag.206.

Sententia ſuper actione perſonali cōtra debitorem lata utrum faciat fidem contra tertios poſſeſſores nō citatos.numero 1. deciſio. 107. pagi.230.

